ALBERTI

PII CARporum Comitis illustrissimi. & viri longe doctissimi, preter præfationem & operis conclusionem, tres & viginti libri in locos lucubrationum variarum D. Erasmi Roterodami, quos censet ab eo recognoscendos & retractandos.



Impressi prelo Ascensiano, concessis gratia & priuilegio a tergo huius explicandis.

Iodocus Badius Ascensius, Pio & vere Christiano lectori. S.

ILLVSTRISSIMVS Carporum Comes, Albertus & re & nomine Pius, heroicisq; virtutibus & literis optimis præter cęteros mortaleis præditus & ornatus, ob easq; summa laude dignissimus, tametsi graui eoq; fere perpetuo morbo, grandiq; ætate confectus, non cessauit tamen in supremam vsq; diem & pietati & catholicę consulere fidei: hosq; luculentissimos libros ob duas pręcipue causas conscripsit: alterã, vt liquido probaret, quod in parę̃netica ad D. Erasmum scripserat epistola, plurima esse ab illo emissa, quæ & ecclesiasticæ dignitati & catholicæ derogarent fidei: alteram, vt rursus benigne monendo & modeste docendo illum ad locos, in tot lucubrationibus ipsius suspectos ac male sonanteis retractãdos induceret. Quos quidem libros cum sint ad pietatẽ colendam & hæresim Lutheranã deuitãdam accommodatissimi, quãta maxima potui, & fide & accuratione coimpressi: strenuam admodum operam in eis ex archetypo transcribendis & recognoscendis, mihi nauante ornatissimo cum literis cultis, tum moribus iuuene, Frãcisco Florido natione Sabino & Comitis ipsius, dũ inter mortaleis agebat, per multos annos contubernali & amanuensi: astipulanteq; nobis, & quasi manum e sublimi porrigente, Christianissimo Francorum Rege Francisco primo: qui ob labores & impendia per nos in eis imprimendis facta, hanc nobis gratiam, hocq; concessit priuilegium.

TENOR Priuilegii a Christianissimo Francorum Rege Francisco primo, Iodoco Badio Ascensio, horum impressori, clementer concessi.

Christianissimus Francorũ Rex, Frãciscus primus de singulari gratia cõcessit Iodoco Badio Ascensio, qui suis impensis & accuratione, hoc opus felicis recordationis dñi Alberti Pii clarissimi & longe doctissimi Principis, imprimendum curauit, priuilegium in quatuor annos proximos, cauẽs speciali prohibitione, nequis præter ipsum Badium aut eius rem agentem audeat dictum opus, durante quatuor annorum spatio in inclyto Francorum regno, & tota ditione rursus imprimere aut imprimendum locare, aliubive forte impressum vendere, aut vænundare, sub pœna confiscationis omnium librorum contra hanc prohibitionem impressorum & sub emenda arbitraria, ad fiscum regium applicanda.

Datum est hoc priuilegium ab ipsa maiestate regia. Anno Domini Millesimoquingentesimo trigesimo. ad Idus Martias ante Resurrectionẽ dominicam, sub diplomate regio, sic signato.

Iehan Breton

TABELLA

Librorum & argumentorum in hoc opere cōtentorum, qua serie sunt impressa.

FINIS.

Sententiarum illustrium & totius farraginis in opere sequenti, insignis tabella per seriē literarum sedulo collecta.

FINIS.

Francisci Floridi Sabini,
Lector & liber.

Lector. Vnde recens prodis? Lib. musarum a sede. Lect. quis author?
  Lib. Albertus Princeps, nomine reqꝫ pius.
Lect. Illa ne te pietas genuit? Lib. nempe illa. Lect. Sed heus tu
  Mœstus es? Lib. ah merito. Lect. Causa? Lib. vel æqua nimis.
Nam me vix mutilum præuentus morte reliquit,
  Quæ rapuit flores & decus omne mihi.
Lect. O crudele nefas, o mors violenta, quid illum
  Fructibus in mediis sanguinolenta necas?
Quid? si non homini statuebas parcere tanto,
  Respicere ad mundi commoda debueras.
Tu tamen interea posita formidine prodi,
  Viuit enim pietas aurea, non moritur.

CLARISS. D. ALBERTO PIO Principi Carpensi S. P.

QVum ingenii candor deceat illustri genere prognatos, & exi-
mia felicitas nesciat inuidere cuiq̃, tũ autẽ ab iis, qui te dome-
stica cõsuetudine penitus cognitum habent, prędicetur insignis
quædam naturę tuę benignitas, qua complecti soles etiã parũ
dignos tuo fauore: demiror, quis genius instiget animũ tuũ in
Erasmũ. Quęso, vt æquo animo feras libertatem nostram. Fieri potest vt error
sit in nomine: neque me fugit, q̃ non sit tutum rumoribus huiusmodi credere.
Quare te rogo, vt siquid est huiusmodi, existimes hęc non tibi scribi. Cõplures
qui istinc huc veniũt cõsentientibus verbis narrãt, Romæ quẽdã esse Principẽ
Carpensem, doctũ, magnęq; apud purpuratos patres auctoritatis, qui passim
ac palã deprędicet Erasmũ nec esse philosophũ, nec theologũ, nec vllius solidę
doctrinę. Idẽ ad me perscribitur epistolis multorũ æque consentiẽtibus. Atq;
hactenus nihil cõmoueor, si ea de me prędicet, quę ipse tũ dictis, tũ scriptis in-
genue profiteor: nullis magis indignatus, q̃ his, qui me falsis & inuidiosis lau-
dibus onerãt. Si me vẽditarem pro magno theologo aut philosopho, merito
mihi detrahat aliquis leonis exuuiũ. Nũc cũ nihil magni de me pollicẽs, pręstẽ
id quod possum, nulli me pręferẽs, neq; cuiusq̃ officiens glorię, miror si quisq̃
bene natus, & insigni doctrina pręditus, breuiter adeo felix vt cõtẽnere possit
citius q̃ odisse vulgares istos doctrinę simios, dignetur obtrectare Erasmo, qui
tui similes semper venerari cõsueuit & adorare, qui nec inuidere nouit æqua-
libus, qui inferiores gaudet quãtũ potest euehere. In argumẽtis quę mihi susce-
pi, arbitror me nõ omnino infeliciter versatũ esse, pręsertim si cogites me bar-
barũ ea scripsisse barbaris. Nihil adhuc tractaui, quod theologum requireret
multa philosophia instructũ, pręterq̃ liberũ arbitriũ, quod a multis impositũ
ægre susceptũ, q̃ potui, simplicissime tractaui, nec tamẽ impie, ni fallor, si parũ
erudite. Proinde, quis oro fructus, si vir tãtus ꝑsuaseris Erasmũ esse rudẽ heroi-
carũ disciplinarum? Sunt huius classis q̃ plurimi, qui tamẽ se iactant doctores.
His magis cõueniebat detrahere personã, qui passim in scholis docẽt adole-
scẽtes nihil scire, & persuadẽt nihil nescire. Iã facile fero, si quisq; pro suo arbi-
tratu de ingenio literisq; meis, aut eloquẽtia iudicet. Magis me commouẽt illę
voces, quas audio subinde repeti ab eodẽ Principe in cõuiuiis Cardinalium, in
cõciliabulis eruditorũ, quicquid est huius tumultus, ex Erasmo natũ esse. Hoc
quũ sit vanissimũ, quid dici poterat hostilius ab eo cuius vtrũq; parẽtẽ veneno
sustulissem? Quũ prodire cœpisset Lutheranę tragœdię procemium, eiq; fere
totus orbis applauderet, ego primus omniũ dehortatus sum amicos, ne se illi
negocio admiscerẽt, cuius exitũ augurarer fore cruẽtũ. Et quoniã quidã iacta-
bãt me cũ Luthero sentire, videlicet quo plures ad suã allicerẽt factionem, ego
libellis editis professus sum mihi nihil esse rei cũ Luthero, nec vnq̃ fore: Ipsum
Lutherum admonui, rem euangelicã ita tractaret, ne quid ambitioni, ne quid
odio datum videretur, caueretq; ne res in seditionem exiret. Frobenium minis
etiam cohercui, ne quid excuderet Lutheranum. Abstinuit ille, non absque suo
luculento damno, meo potius obtemperans animo, q̃ suo commodo seruiens.

Quotquot apud Germanos & Eluetios amant bonas literas initio erant Luthero addictissimi. Hos omnes ex iuratis amicis mihi feci hostes acerrimos, paucis exceptis: Quũq; hinc theologi quidam odio bonarũ literarum nullum non mouerent lapidẽ, quo me in factionem (vt ipsi putabant) iãiam damnãdã protruderent, hinc Lutherani blanditiis, technis, deniq; minis & cõuiciis idem hoc agerent, licet consilio diuerso q̃ theologi, tamen hactenus digitum latum dimoueri non potui, vt ab ecclesiæ Romanæ societate discederem, hũc animũ non omnino contemneres, si nosses tot regionũ nostratiũ animos, si Principũ consilia, si scires quos tumultus excitare potuissem, si me ducem huius negocii voluissem profiteri: sed ego malui me nudũ & inermem vtriusq; partis iaculis exponere, q̃ vllũ porrigere digitũ factioni quã non agnoscit ecclesia Romana. Sed occasionem Lutherus hausit e libris meis, id fortiter negat ipse Lutherus, qui eadẽ de me prędicat & scribit quæ Princeps ille Carpensis, videlicet nihil me scire theologiæ, ꝙ nusq̃ cum illius dogmatibus consentiam. Sed fingamus aliquid haustum e lucubrationibus meis, qui magis istud imputetur mihi q̃ Paulo aut Augustino, vnde sua fere confirmat dogmata? Certe cum illa mea scriberem nihil minus suspicabar, q̃ huiuscemodi tumultum exoriturum. Sũt qui dicant, cur non statim nascenti malo occurristi? Quia cũ multis suspicabar Lutherum esse bonũ virum corrigendis deprauatissimis hominum moribus diuinitus missum, q̃q̃ iam tum mihi displicebant quædam, de quibus illũ admonui. Porro quũ mundus esset plenus academiis, viderẽq; fabulam esse mire plausibilem non vulgo tãtũ, sed etiã Principibus, episcopis, ac nõnullis etiam Cardinalibus, quæ fuisset temeritas me priuatũ homũcionẽ publico orbis fauori oppedere? Q; si me pateris libere proloqui, qui fuerit huius mali primus fons, dicã pro mea quidẽ sentẽtia, Sacerdotũ quorũdã palam impia vita, Theologorũ quorũdã superciliũ, Monachorũ quorũdã non amplius ferẽda tyrãnis huic tẽpestati locũ fecit. Hoc velim ita dictũ in malos, vt bonorũ existimationẽ nihilo faciat deteriorẽ: & ita dictũ in genere, vt ordini nulli sit irrogata contumelia. Principio erat bellum cũ linguis ac latinis literis: his ego hactenus. faui, vt admissę ornarẽt iuuarẽtq; recepta studia, nõ vt veteres professores de põte quod aiunt deiicerent, & seruirent glorię Christi, non vt veterẽ paganismũ in nobis reuocarẽt. Hic quũ ancipiti Marte decertaretur, res per monachos detracta est ad negociũ fidei. Hic illis placebat prętextus. Non dubito quin audita tibi sit Reuchlinica tragœdia. Hinc cœpit in illos incrudescere doctorũ odium. Mox feruente adhuc bello inter mystas & osores musarum, exortus est Lutherus. Illico conati sunt illi literarũ politiorũ cultores Lutherano negocio inuoluere, quo simul & illos perderent. Ita gradibus quibusdã res alterius partis semper in peius vergentis peruicacia, tum alterius quorũdam odiis & intẽpestiuis clamoribus hucusq; progressa est tragœdia. Habes rem vt est absque fuco descriptam. Nunc si verum est, quod ad me delatum est, quæso, vt istam persuasionem abiicias, & istiusmodi voces mihi periculosas contineas: sin vanũ est, ignosce, ꝙ huiusmodi nęniis obtuderim celsitudinem tuã: cui precor omnia læta feliciaq;. Datum Basileæ sexto Idus Octobris. M. D. XXV. Erasmus Rot. extempore manu propria.

ALB·PIVS CARPORVM CO. ERASMO ROTEROD. S.D.

VTRVM mihi molestiæ plus attulerit, an voluptatis epistola tua Romæ reddita ad. XVIII. Calendas Decēbris, haud facile profecto dixerim Erasme doctissime. Nam vt me id magnopere delectauit, ꝙ vir singulari eloquentia, & egregia doctrina præditus, me ad colloquium per literas vocare videreris: sic illud permolestū fuit, ꝙ offensionem animi tui, quam ipso statim velut exordio præferebas, per totam epistolam variis expostulationibus declarasti. Gaudebam itaq; Erasmum, virum eruditissimum, ac celebrem, quem iam ex multis annis non solum diligebam, verum & admirabar, vltro ad me scripsisse: Quippe indiciū beneuoli animi esse videtur, & amicitiam inire cupientis, literis saltem interpellare, quem locorū interuallo corā nequeas conuenire. Angebar iniqua delatione quæ ipsum ad huiusmodi genus literarum impulisset: & qua prius eius, quem diligebam, animū offendissem, q̄ mihi per occasionem licuerit, quanti ipsum facerem declarare. Sed in hac fluctuatione, vicit tandem causa lętandi, ꝙ te qualiscūq; ratio ad scribendum ad me compulerit: cū plerūq; ex minus etiam grata causa, & tristioribus initiis, lętiora & gratiora, progressu ipso euenire soleant. Sed hac sublata perturbatione, ecce alia solicitudo nihilo minor responsurū inuadit: ne satius esset silētio pręterire, quod apte pręstare nō possem, q̄ studioso conatu, prodere meam infantiā. Vt ęnim si quis cōcentuū ignarus, a perito musices ad canendū inuitetur, prudentius agat, si se ἄμουσον profiteatur, q̄ si dissonū quiddam auribus audientiū obstrepat, ne risum potius excitet q̄ oblectet: sic homini indiserto, nulloq; vsu dicēdi aut scribēdi exercitato, videtur potius tacendū cū interpellatur a viro eruditissimo eloquētissimoq;, q̄ balbutiendū: pręsertim si longior oratio requiratur, nec paucis verbis facere satis possis. quod mihi contingebat, si essem singulis partibus literarū tuarū, quę plurimas, nec eas non difficiles quęstiones attingūt (vti res postulabat) responsurus. In quo illud quoq; verendū erat, ne in immēsum excresceret epistola, leges omnes prętergressa. Accedebat, quod diffugere nō poterā, quin de perditissimo Luthero, ac eius dogmatibus execrabilibus aliquid esset dicēdū: cuius vel sola recordatione totus horresco, tāq; cōmoueor, vt nulla re magis. Pręterea molestissimę ac perpetuę occupationes meę, quę vix mihi respirandi ocium permittūt, me ab huiusmodi officio deterrebāt, vt aduersam valetudinē omittam, quę me cōplures iam annos sępe ac vehementer exercet. Sed cū hęc omnia silentiū suaderēt, ad respōdendū hortabatur: Primū, ꝙ subuerebar ne forte superbię, aut timiditati ascriberes meū silētiū, existimās me vel respōdere dedignari, vel nō audere obiecta diluere: Deinde officiū ipsum vrbanitatis, cū æque rusticū & inhumanū esse videatur, si quis te literis inuitet, nō rescribere, ac si corā verbis conuenienti nihil respondeas, pręsertim tā benigne interpellatus. Tandēq; peruicit humanitatis A

officiũ pudorem, qualiscũq; is fuerit : tui amor, pium odiũ in Lutheri nomen : existimatio tui, occupationes cunctas: animi vigor, corporis imbecillitatẽ : innocentia veritasq; ipsa dedit animos, & zelus gloriæ Christi suggessit spiritus. Itaq; decreui respõdere tibi. Quod cũ tardius statuerim, & sępe, tũ morbo, tum occurrẽtibus negociis ab opere fuerim auocatus, nõ erit, quod mireris, si serius responsum accipias, minusq; ꝙ me accuses vti verbosiorẽ, si epistolę titulo, fere instũ volumẽ transmittã, cũ rebus plurimis & permagnis, paucis verbis pro merito responderi nõ possit. Tua nãq; epistola multa & ingentia cõplexus es, quę aut dissimulanter pręterire, aut leuiter attingere (hoc maxime tempore) impiũ esse putaui. Scis autẽ prisco more clepsydrarum numerũ ampliorẽ reo concedi, q̃ actori solitũ. Neq; id quidẽ immerito, cũ diluere reus obiecta non valeat, nisi argumenta repetat ab actore in medium allata, inuoluta dissoluat, plurima explicet, sua deniq; propriis argumẽtis cõfirmet: multa pręterea obiter dicat, quæ & si pręter rẽ quãdoq; videãtur, ad negociũ tamen plurimũ fortasse pertineant: plurimaq; narrare cogatur, vt aperiat, quę accusator verborũ inuolucro tegere studuerit. Quamobrẽ cũ tu nefandi Lutheri, tot capitũ negociũ literis tuis induxeris, tã perniciosiq; tumultus causas attigeris, quadam velut sylua confertissima congesta: ego quoq; dũ tibi respondeo, syluam, sed latiorem conficere cogor: non aliter cunctis ipse tuis locis satisfacturus.

B Gaudeo igitur ac lętor mi Erasme, tibiq; gratias ago, ꝙ nõ tacitus delata de me amaro animo suppresseris: sed candide, vt ingenuũ pectus decet, mecũ per literas expostulauens. Quibus diluendis non opus mihi erit spongia tua, cum facile sim tibi declaraturus, falso plurima ex his quę scribis, esse delata. hoc aũt tibi polliceor ac recipio, tã ingenue me esse fassurũ, si quid protulerim de te, aut proferẽtibus assenserim, quod minus auribus tuis possit esse iucũdũ, q̃ audacter, quę nõ dixi, inficiaturũ. Illud autẽ in primis quod verissimũ est, velim tibi persuadeas, me semper beneuolo ac peramanti animo erga te, iam ab annis cõpluribus fuisse: ex eo nimirũ tẽpore, quo apud virũ optimũ, & de literis optime meritũ Aldum nostrum Venetiis diuertebaris: tũc enim primũ ego adolescens, audiui Erasmi nomẽ ab Aldo cõmendari: & (ni fallor) etiam tę vidi, & Thomam Linacrium virũ pręclarũ itidẽ Aldi cõtubernalem. deinde crescente in dies laudis tuę fama, amor etiã augebatur. Quãtum enim nomini tuo cõmẽdationis accedebat, quãto clarior euadebas, tãto studiũ in te meum magis ac magis accẽdebatur. Quãobrem nũc cũ clarissimus euaseris, nullaq; inter nos intercesserit inuidię causa, nulla fuerim a te lacessitus aut prouocat⁹ iniuria, nihil est quod suspiceris animũ erga te meũ factũ esse alieniorẽ: quinimmo quẽ iampridẽ dilexi, quẽ amaui, iam etiã obseruo & suspicio. Fui enim semper studiosorum omniũ bonarum artium amantissimus, doctioribus etiã addictissimus: inter quos cum pręcipuus tibi locus sit consensu omniũ, nõ est quòd arbitreris me quicq̃ protulisse, vt honori existimationiq;, quã de te passim perhonestã habẽt homines, derogarẽ: vt qui soleã, quantũ in me est, studiosos omnes defendere: & ex toto animo nõ solũ egregiis, sed etiam in ordinem redactis fauere. Tanta est enim apud me sapientiæ, & disciplinarũ omniũ reuerentia: tãtã esse earũ sublimitatẽ & dignitatẽ censeo, vt quicũq; eis famulãtur

eas colunt,& si minus assecuti fuerint, sed (vt dicitur) summis labris attige-
rint,eos amplectendos ac fouẽdos esse putẽ: cũ in magnis rebus voluisse,satis
esse videatur:in hisq; pręclarissimis rebus,vel suscepta vota , laudẽ nõ vulgarẽ
mereãtur,& sint omni fauore prosequẽda. Non enim omnibus conãtibus da-
tur metã attingere,sed paucis,quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit
ad æthera virtus. Nimis enim multa occurrũt studiis literarũ, quibus eorum
amatores minus voti fieri compotes valeant . Egò ne igitur qui sic fui semper
animatus,statuiq; idẽ,ab omnibus recte sentiẽtibus esse peragendũ: ego inquã
vt Erasmo viro erudirissimo,de studiis tã bene merito,& vbiq; eloquentissimo
detraherẽ? Aliena sunt hęc a consuetudine mea: nimis abhorrent ab instituto.
Tę enim Erasme (& si minus egeas laudatione mea) sępe tamẽ apud magnos
viros cõmẽdaui: q̃uis pro meritis & laboribus tuis nõ satis laudare potuerim.
sed ea est mortalium conditio,vt plurimi siue naturæ prauirate , siue adulandi
studio,vt amantiores videantur,siue vanitate quadam impulsi,magis gaudeãt
deferendis obtrectationibus & maledictis, q̃ referẽdis laudibus ac honorifice
dictis:quinimmo cum hæc referre coguntur, eadem extenuent , imminuantq;,
vt nulla gratia habeatur : illa contrà cũ deferunt,quę ingrata fore cognoscũt,
amplificent,exaggerent,& quod magis dolendum est,persæpe mentientes ex
se ipsi confingant,& calumnientur insontes.

Primũ autẽ omniũ,quod ais,ad te delatũ esse , me apud Purpuratos Patres C
nomini tuo detraxisse:hoc falsissimũ esse tibi velim persuadeas. Quinimmo tibi
affirmare possum,apud plerosq;,cũ forte in tui mentionẽ incidissemus, multa
me ad laudẽ tuã pertinẽtia dixisse, nec mihi verbũ cõtra tuã existimationẽ ex-
cidisse:cũ aliis fatebor,sed minoris notę hominibus,eisdẽq; amicis, ac literarũ
studiosis in colloquio familiari cõtigisse , vt nõ tua omnia perinde a nobis cũ-
ctis probarẽtur,cũ tamẽ de te nemo esset nõ honorifice locutus , quin tibi tri-
buerit ingenii felicitatẽ,eloquẽtiã eximiã,copiã admirabilẽ , eruditionẽ variã,
studiũ indefessum,doctrinã multiiugã: vt miraculo propemodũ habeatur, vi-
rũ Germanũ in vtraq; lingua tãtũ ꝓfecisse,vt summis viris in medio Latio,&
Gręcia natis,& institutis,nõ æquãdus solũ,sed plurimis sit etiã pręferẽdus:&
simul tot disciplinas attigisse,vt nullius expers esse videatur . Hęc de te in cõ-
ciliabulis eruditorũ virorũ,inter amicos sępius dixi,& dicẽtibus assensi. Quam
obrẽ falsum existimare debes,id quod scribis in primis ad te esse delatum, me
palã ac passim pręedicare,Erasmũ nec esse philosophũ,nec theologũ,nec vllius
solidę doctrinę peritũ,cũ omnino contraria sentiã,& sępius pręedicauerim:tãq;
ta abest a vero,q̃ illud proximũ esse potest:inter loquendũ a me,vel corã me a
quopiã alio fuisse dictũ,indicare scripta tua,maiorẽ te operã dedisse humanio-
ribus studiis,magisq; oblectatũ fuisse eloquẽtia,& linguarũ variarũ peritia,q̃
seuerioribus disciplinis,& philosophię studiis. Quod si dictũ est,nõ in tuã con-
tumeliã dictũ,nec ab inuidia profectum debes accipere,sed libertate quadã lo-
quẽdi (vt fit inter amicos) in domesticis colloquiis , vnoquoq; ingenue pro-
ferẽte quod sentit. Qui autẽ hoc dicit vel sentit,is nõ dicit te ignarũ theologiæ
aut cęterarũ disciplinarũ: sed te laudat, vt fieri solet,ex iis rebus quibus magis
excellęre videris. ꝙ si de rebus ad grauiores disciplinas pertinẽtibus pari feli-

citate scripsisses: maxime autē si Aristotelica tractasses, pariter illa monumēta testarentur, te prestantē esse philosophū, & his studiis magis esse delectatū vti probant quę scripsisti, te disertissimū esse, ac eruditione multiplici pręditū: non autē vni tātū rei, vt plurimos alios ob idq; forte in ea sola prȩclaros incubuisse. Sed forte hęc Aristotelica & philosophica, quasi viliora ab hac noua academia, hoc est a professoribus bonarū literarū huius tēporis despiciūtur, & indigna in quibus elaboretur existimātur: scholastica in opprobriū ea nuncupantibus: quasi non eo magis capessenda sint, quoniā in scholis inter homines eruditos disputantur: quę si tu tractate accuratius voluisses, non dubito, quin egregiam laudem in vtroq; fuisses cōsequuturus: qui tā feliciter, quod magis petebas obtinueris: q̄q̄ in omnibus excellere, vix humanū esse videatur: cum difficillimū sit, vel in vno tātū eminere. excarnificat enim vnaquæq; bonarum artiū vel sola totū hominē, vniuersam ætatē absumit anteq̄ ad perfectū peruenire valeat. Nam sit licet ingeniosus homo, solers, diligentissimus, studiosissimus, memoriȩ tenacissimus, incolumis corpore, libris prȩceptoribusq; abūdet, presto sint omnia ad disciplinas capessendas opportuna, impedimēta cuncta sublata, Nestoreos viuat annos: homunculus tamen est, imbecillis mente, non diuinus: quo fit, vt nemo tot tamq; varia, & scitu difficillima perfecte assequi valeat: vt sit necesse qui vni tātū incubuerit disciplinę, is magis illā imbibat, q̄ multas qui pluribus. Tui tamē ingenii vbertate effectū est, vt cum summa linguarū eruditione, & eximia eloquētia nō sine laude simul varias & multiplices disciplinas attigeris, quod paucissimis cōtigit. Et si enim barbarum per iocū videlicet tuis te literis profiteris, scito tamē mi Erasme, me minime illis assentire, qui putāt interuallo Alpium barbaros homines a cultis & politioribus seiūgi. Sēper enim putaui Iesu Christi beneficio primū barbariem omnē exilio mulctatā esse apud omnes nationes, quæ sacra illius receperunt, ac eius sanctissimis institutis mores barbaros cū honestissimis cōmutarūt. Quod si in prauitate linguę, aut morū barbaries cōstare dicatur, fateamur oportet Italos in medio Latio, & Grȩcos in media Attica, barbaros esse q̄plurimos: At tamē si transalpinos barbaros appellare mauis, nequaq̄ concedā. Quod ais monumēta tua barbaris tantū scripta esse, quę ad eruditionē, eloquentiā, plurimarū rerū notitiā capessendā: non minus opportuna & iucūda sint Italis q̄ transalpinis. Istam igitur opiniōnē mi Erasme depone, nec putes me de tua eruditione etiā in solidioribus disciplinis male vel sentire vel loqui: sed ita existimare, nec a cæteris abhorrere, & neminē hoc seculo nostro iis studiis, in quibus maxime versatus es, tibi esse anteferendū, qui sis plurimis antiquorum conferendus.

D Quod autē ad alterā querellā attinet, quę te magis vrget, me protulisse in conuiuiis Cardinaliū, & cōciliabulis eruditorū quicquid huius tumultus Lutherani extinxisset, ex Erasmo natū esse, iā tibi suprā cōfirmaui, me apud Cardinales de te honorifice semper esse loquutū: hoc idē repeto, ac eos testes appello: inter amicos & eruditos in domesticis cōgressibus aliquid dictū fuisse fateor, proximū illi sentētię, sed non tā atrox: occasionē videlicet magnā prestitisse libellos quosdā tuos & annotationes huic incēdio. plurimū aūt (vt scis) inter occasionē & causam interest. cum causa, nisi accidētaria sit, ex proposito

agat: occasionis longe sit alia ratio, quę ad male agēdū, nō nisi a malis, aut imbecillis solet vsurpari. Nemo autē in cœtu nostro dixit, te causam fuisse, cū nullus existimaret, te volente tātas turbas excitatas esse: sed potius dum putares serere triticū, subortū esse loliū. nec ea dicta fuere in tuā inuidiā, cū nemo inuideret laudi tuę: sed quòd te in illis scribēdis nō fuisse cautiorē ægre ferrēt, quidā a te nō alieni, sed qui religionis causam & diuinū honorē amori tui pręferrēt: quāobrē nō debes in malā partē accipere, quod mēte pia prolatū est: quo in loco a te impetratū velim, vt æquo animo feras, si qd audiueris, quod minus te oblectet. Dicā enim libere, dicā amice, quid plurimi de te sentiāt hoc in negocio, quorū iudiciū magis q̄ meū tibi fuit extimescēdū: nam etsi non omnino in cūctis cōueniūt, in hoc tamē cōsentiūt omnes, quòd tāgi velut digito potest: si quis scripta tua perpēderit, Lutherū asseclasq; ipsius ex fontibus hausisse tuis, quo sua pullulantia venena irrigarent, vel ex tuis potius hortis letalia semina collegisse: tā multa enim consentiūt in placitis vtriusq;, vt aut Lutherus videatur erasmizare, aut Erasmus luthetizare, Sed hoc interesse, ꝙ quæ tu admonendo vel dubitādo notas, ille definiat: quod tu modeste tangis, ille arrogantissime tractet: vbi tu scrupum iniicis, ille sententiā proferat. Fatentur tamen & multa longe magis execranda propria esse Lutheri, a quibus tu longe abhorrere existimatis. Est autē in illo discrimen sententiarū, ꝙ nōnulli te arbitrantur eadem sentire quę Lutherus, vbi idē ab vtroq; probatur: nec tibi initio ingratam fuisse hominis temeritatē, quinimmo & ei plurimū fauisse, epistolas quasdam tuas allegantes. Alii autem tibi æquiores sunt, putantes te tantū de illis ambegisse, nimia quadam fertilitate ingenii, & multiplicium auctorū lectione, nunq̄ tamen animo discessisse a decretis orthodoxorum.

Q̄ꝫ si pateris me adhuc liberius agere, dicā te in causa fuisse, & magnā tuā fuisse culpā, vt in hāc suspicionē apud multos venires: participē te, ne dicā auctorē fuisse huius dissidii: idq; duobus diuersis modis: altero, ꝙ quę minime oportebat, protulisti: altero, ꝙ te intra silētiū cōtinuisti, nec tuū stilū Lutherano furori opposuisti. Nā et si multos lepōre orationis, variarūq; rerū expositione (quod homines pręsertim curiosos valde delectat) plurimos teneas: sūt tamē quibus nō facile sit verba dare, sensus ad medullā exquirētibus: qui verborum lenocinio nō capiūtur: sed accuratissimi sunt in veritate indagāda, conferentes dicta dictis, priora posterioribus, verba verbis, vt quid auctor sibi velit, quid moliatur introspiciāt, anfractus omnes, & sinuosos gressus verborū perpēdāt. Ex quo numero qui mēte magis pia sunt, stomachātur, offenduntur, cū multa ex tuis legūt, quæ tā male sonent, quæ in dubiū reuocēt iam olim definita, quę auctoritatē adimāt sacramētis, patrū sanctionibus, Pōtificis Maximi dignitati, sacerdotū honori obstrepant, sacras cerimonias parū reuereantur, monachos insectētur, professionē illorū derideār, cōsuetudines optimas damnēt. Addit & illud suspicionē, ꝙ si quādo tibi accidit, vt Lutheri mētionē facias, illū vel laudas, vel de ipso tā dubie, tā perplexe, tā remisse, tā negligenter loquetis, vt cogantur homines interdū existimare te magna ex parte cū Luthero colludere, aut certe vt significāter dicā ἀμφισβητεῖν, etsi tumultū seditionemq; improbare videaris. Non est opus singula recēsere: lege tu tua, sed tāq̄ aliena cognosces,

non iniuria homines christianę religionis & pacis cupidiores cõmoueri. Quãobrem non est quod mireris, bilem mouisse quibusdã, ita vt excanduerint, & vehemẽtiores in te apparuerint, vt cõtigit Iacobo Stunicæ nobili & docto viro, sacrarũq; literarũ studioso, homini candidi ingenii, & syncerę pietatis: qui concitatius quędã scripsit aduersus suspecta loca tuorũ scriptorũ: nõ ꝙ laudi tuę, homo minime inuidus, inuideret, sed religionis amore permotus. Qua cõtentione perfectũ est, cũ tu multa ex iis, quæ obiecerat, respondẽdo declaraueris, vt ea minus nocere possint: Atq; his quidẽ rebus effecisti, vt tales de te rumores excitarentur: quibus si pepercisses, non erat ꝙ sinistri quicq̃ homines de te opinarentur: sed te omnes in omnibus laudarent.

F Nam vt multis obseruationibus, quas luxuriante ingenio, & exuberãte notitia variarum rerum multiplici lectione comparatas edidisti, solidioribus ingeniis, & perfectioribus iudiciis quoquomodo ad ampliorẽ cognitionẽ profuisti, sic infirmioribus quantũ ad pietatem obfuisti vel plurimũ. Quid enim pertinebat, vt ex multis aliqua cõmemorẽ, referre? prisco tempore non fuisse agnitã, vel exercitam Maximi Pont. potestatem: & Damasum papam summũ sacerdotẽ dictũ fuisse, nõ summũ episcopum: & Augustinũ scripsisse, Episcopo Romano, & perinde Hieronymũ, vt æquali cæteris episcopis: non vt summo episcopo: multis prętermissis quæ in oppositũ ab eisdem scribuntur: quale est illud Hieronymi, Non alterã esse Vrbis ecclesiã & orbis: & Ro. sedem arcam esse Noe, & domũ, in qua agnus paschalis comeditur, & episcopũ Ro. summũ esse sacerdotem? Quid dicere, Cardinales non fuisse tẽpore Hieronymi? episcoposq; olim sacerdotibus fuisse æquales? ecclesiam decreuisse opibus? conciliaq; olim ab Imperatoribus indici fuisse solita? Quid matrimoniũ inter sacramenta ecclesiæ, quæ proprie sacramenta dicuntur, non fuisse connumeratũ? quid botarias preces accusare? quid auriculariam confessionem nõ fuisse prisci moris? Encharistiam cuiq; domi suæ solitam fuisse sumi? Qꝫ erroneũ & illud nuptias tãtũ laudibus efferre, vt eas cœlibatui & cõtinentiæ prætuleris? quid ecclesiasticos cantus & cerimonias taxare? quid Monachos, & quod grauius est, eorum professionem calumniari? institutaq; ipsorum infirmitatis esse dicere? quid detestari decreta ecclesiastica, & sanctiones humanas? Nõne causam præbebas leuioribus ingeniis & minus piis, existimandi ea omnia nullam vim nullum robur habere, etiam inde contemnendi? non enim omnia quæ licent, expediunt: tãtũ abest, vt ædificent. Quid attinebat huiusmodi scrupulos iniicere? has scandalosas spargere voces? quibus pusilli saltem offendi possint, cũ firmioribus iudiciis sit cognita veritas, & sanctorum virorum sententia: perspectumq;, nõ omnia pariter religionis initio fuisse cognita, vel integras vires adepta: sed posterioribus seculis fuisse declarata & perfecta & exercita. habuit enim religio nostra, vt res cęterę, in multis suam infantiam & pueritiam: nec seruator noster Christus omnia in ipsis initiis aperuit: sed multa Apostoli, & hi qui eis successerunt: sicut retulit ipse, Multa sunt quæ non potestis portare modo: & huiusce generis alia plurima. Quorsum probata vsitataq; verba ecclesiæ immutare, nisi ad ostentationem, vt pro testamento scripturæ instrumentum dicere, etsi aliquos habeas auctores, cum Paulus testamentum dici

voluerit? Quorsum in sacris verba prorsus indigna, & omnino ꝓfana, vsurpa
re, vt cum dicis, fabulã euangelii, q̃ inanis, q̃ inutilis, q̃ noxia huiusmodi erudi-
tionis iactatio? quæ omnia sunt indicia animi rerum nouarum studiosi.
Quid dicam de iis, quæ tam petulanter de humanis & diuinis rebus lusisti? G
Quantum notæ putas mi Erasme (quod cum dolore, ob plurimorum iacturã
inde deriuatam dico) nomini tuo inussisse Moriam illam tuam? nam etsi perso
nam substituis stultitiam ipsam, cum tamen ore tuo Moria loquatur, non vt à
Moria prolata, sed vt à viro celebri & eruditissimo, complures quę illic tradis,
exceperunt. Quo libello tam noxia sparsisti semina, vt ex agro sic infecto proce
ræ arbores vltro prouenerint, quæ pestilentes fructus pepererint: quo si tãtum
humanas ineptias, vanos mortalium conatus risisses, iucũdus fuisses, & aliqua
ex parte probãdus: ac item si omnes artes, cuncta hominum studia, omnia vitæ
genera, omnes denique res humanas taxasses, etsi nocuisses maxime adolescẽti-
bus, ea persuasione, nihil certum, nihil solidum in vita esse, nihil sponte sua expe
tendum: esset tamen hoc, quoquomodo ferendum. Nunc cum ne sacris quidẽ
ritibus peperceris, non religioni, quinimmo nec Christo ipsi Iesu, hoc es conse-
quutus, vt etiã qui te defendere cupiunt, fateri cogantur, te illa si non impio ani
mo, attamen parum reuerẽti, incõsultissime & arrogãtissime prodidisse. Quid
enim turpius proferri potest, q̃ Christum oblectatũ esse perpetuo morionibus,
vetulis, & pueris? à se autem reiecisse graues & doctos viros? aut quid fœdius
vel Porphyrius, vel Iulianus apostata scripsissent? quid ad iugulãdam prorsus
religionem Christianam atrocius, q̃ ipsam esse vniuersam in stultitia fundatã?
At hæc Stultitia proferebat, audio: Sed Erasmi ore loquebatur. Ludebã, at exe
crabiliter iocabaris. Turpe viris grauibus videtur, si quis seriis in rebus etiam
profanis, ludat: tu tibi diuina deridere permittis? Quibus lusibus tanto magis
nocuisti, quanto maiori ingenio, facundia argutiaque lusisti. Tanto plus offecisti,
quanto festiuior fuisti, & pulchrius de facie Luciannm tuum expressisti. Vtinã
Erasme te minus elegantẽ artificem exhibuisses, & minus bonum effictorem.
Multa sunt in vita hominum quæ rideamus, fateor: sed nimis iniquus est huma
natum rerum existimator, qui omnia sine discrimine dãnet. Nihil enim tã seriũ,
tam graue, tam recte designatum est, quod reprehensionem omnino possit ef-
fugere ad perfectũ & tanq̃ ad ideã reuocantiũ. cõditioni enim humanę necessa-
rio fortassis cũctis in rebus est aliquid inanis atque imperfecti cõmixtũ, quod sę-
pe rectũ cursum tenere vetat: & philosophi cũcta mortalia ex actu & potentia,
hoc est perfecto & imꝑfecto cõstare docẽt: quę oĩa æquo animo ꝑferemus, si
nos homines esse meminerimus, & cunctas res natura sua metiemur. Neque enĩ
singula sunt ad viuum resecanda, nec tam scrupulose in rebus agendum tã ve
morose, vt exactiora postulemus, q̃ rei natura patiatur: ne dum vniuersa despi-
cimus, cunctaque ridemus, nos omnibus despiciendos & ridendos exhibeamus:
qui cum nihil in vita laudandum esse profiteamur, felicitatẽ humanam pror-
sus excludimus, & hominum ad virtutes studia magna ex parte debilitamus.
Sed liceat sane res humanas deridere, etiam ne religioni atque sacris insultabi-
mus? Nam cum de diuinis rebus reuerentissime, parcissime, ac innocentissi-
mis verbis agendum sit, nec ipsis ludicra permiscendum: & tu longe secus ef-

feceris, nihil mitum est, si à multis accusatis: quòd inconsultius fecisti, id ab impietate animi tui profectum esse, interpretantibus. Dicam enim vt res est, nihil ex monimentis tuis tantum tibi laudis attulit, quantum hæc Moria detraxit. Quapropter tibi optandum esset, vt quotquot sunt ipsius exempla, pereant: prorsúsq; ipsius memoria, si fieri possit, aboleatur.

H Iam illud q̃ suspectum multis fuisse putas, quasi à Luthero non longe dissentires: ꝙ de modo cõfitendi, ipsius cõmoda & incõmoda referens scripsisti: velut integrã existimationem permittẽs lectori, retinendũ ne putet confitendi vsum, an abolendum: quasi adhuc ecclesia in dubio versaretur, an lex sit cõstitutione humana de confessione sancienda: nec iã olim esset vniuersi orbis christiani cõsensu promulgata, quinimmo excepta, vt à Christo instituta: quod tu in dubio relinquis: & proinde illud, an annumerãda sit inter vera sacramenta. quod profecto minime cõueniebat, hoc præsertim tẽpore, cũ id ab hęreticis pertinacissime impugnatur. Qꝫ si ab huiusmodi disputatione tẽperare neqbas saltẽ aperte, quod sentires, protulisses: nec ita sententiã suppressisses, vt quod sentias, nõ audere proferre videaris. At inquis nunc rebus exulceratis non placere eiusmodi vomicas mouere. At si non libuit, certe decuit, quippe oportuit: cum ore confessio fiat ad salutem: quæ nũc maxime exquirebatur, tũ ad veritatem tuendã, tũ ad declarãdũ te ea in re nihil dubitare: nec silentio suspicionem multis iniicere, ꝙ hæreticis assentias: nec ita rem tractare, vt in partes eorũ videaris declinare: q̃uis dicas negari nõ posse, quin tutior sit, qui bene confessus fuerit, nã cum vsum confessionis probare videaris, multum tamen minuis eius dignitatem, cũ asserere metuis, instituto diuino fuisse decretã, non contentus, videlicet testimonio Iacobi Apostoli dicentis, Confitemini alterutrum peccata vestra: & Ioãnis pariter in epistola scribentis hæc verba, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus dominus, vt remittat nobis illa, & emundet nos ab omni iniquitate &c. nec etiã Christi Iesu tradẽtis discipulis potestatem soluendi peccata: quã exercere minime poterãt, nisi propria peccãtiũ confessione, nodos peccatorũ cognoscerẽt. Omitto ꝙ in Euãgelio Matthęi, & Marci scribatur, eos qui à præcursore domini baptizabantur cõfiteri peccata: aiunt enim, Et baptizabãtur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. nec catholicæ ecclesiæ auctoritate, quæ illud institutũ diuinũ esse promulgauit. Age vero, quid aliud est cõfessionis incõmoda recensere, q̃ homines à confessione deterrere? Itaq; cũ auctoritatẽ confessioni adimis, cũ in quæstionẽ vocas, cõmodior sit an incõmodior, cõfessionẽ propemodũ euertis. Refugiũt enĩ mortales spõte naturę molestias: qui magis persæpe adducũtur falsa specie veritatis, vt rem molestam omittãt, q̃ vt capessant, multis veris rationibus rem approbãtibus. Constitutã aũt à Christo confessionẽ fuisse, etsi nõ statim vbiq; promulgatã, sed seculis posterioribus, si non aliis rationibꝰ, & sacrarũ literarũ testimoniis probaretur, huic vel soli homines æquioris iudicii deberẽt adquiescere, ꝙ incredibile videatur genus humanũ tãto oneri ceruicẽ fuisse subiecturũ, si fuisset humano cõsilio cõstituta. Qꝫuis igitur incõmoda quędã ex cõfessione, non rei culpa, sed ex accidenti prauitateq; humana cõtingãt. cũ nulla res sit tã salutaris, tã sancta in vsum mortaliũ recepta, quæ, si ea abutaris, nocere non valeat, nõ tamẽ protinus fuerit nobis reiicienda,

cũ nõ lãce humanę prudẽtię sint examinãda, cõferẽdo vtilitates cũ incõmodis, quæ semel fuerint diuinitus constituta. Nã etsi omnino incõmoda nobis viderẽtur, tamen quia sunt statuta, pura mente seruãda, & cõstãti animo retinenda essent. Quoniã nimium profecto iudicio nostro arrogamus, cũ de omni re ęque audemus iudicare, quid vtile, quid inutile, qd honestũ, quid secus, quid rectũ, qd deprauatũ, quid diuinũ, quid humanũ, & hoc tã in rebus definitis, q̃ in iis quæ adhuc sub iudice versantur: cũ taxamus mores, leges, cõsuetudines, ritus, cæremonias iãdiu receptas, quę cũ tu sępissime facias, vt monumẽta tua testãtur, nõ ab re multi te accusant arrogãtię: & rerum nouarum studiosiorẽ fuisse dicunt.

Sed cũ proposuerim, fretus humanitate tua nihil subticere de his quæ minus ex lucubrationibus tuis, quas mihi videre contigit, approbãtur: illud quoq; testabor, parum plerisq; probati cõsiliũ tuũ in edẽdis in sacras literas paraphrasibus: nõ q̧ cõmode te & elegãter scripsisse negẽt, sed q̧ ausum improbẽt: dicẽtes sacras scripturas nõ pati paraphrasim, quę vix cõmentaria admittãt, salua sua maiestate: cui mirũ est quãtũ detrahatur, cũ quicq̃ immutas, vt oratio elegãtior aut dilucidior existat: quod in paraphrasibus fieri cõsueuit. Aiũt eñi nefas esse, quenq̃ hominẽ vices spiritus sancti supplere velle, vt quo ille parcior esse voluit, paraphrastes prolixior sit: quo ille diffusior & amplior, hic breuior & pressior: asseuerãtes diuinũ spiritũ arcana suæ sapiẽtiæ iis verbis quę probauit, eo ordine, ea phrasi qua maxime decuit, expressisse: qua in dictione quot numerabis verba, tot recẽsebis sacramẽta. Quãobrem nec apicẽ vnũ contingẽdũ: plena esse omnia mysteriis, virtute, spiritu: quibus si quid demas vel addas, aut mutes, peruerteris scripturã, nõ exposueris: itaq; ope humana nõ egere sacras literas: nec grãmatici aut rhetoris ferulæ subiici dei orationẽ: qui si cõpte, si ornate, si polite proloqui voluisset, si alio stilo vti, non opus erat ei te magistro, nec elegãtia tua, qui fucos odit, & cincinnos cultũq; omnẽ elaboratę orationis: nolẽs verborũ lenocinio & lepôre sermonis sapiẽtiã cõtaminari: vsus inculta dictione, at verẽda: simplicibus verbis, at flãmeis: vt testatur spiritus sanctus per Hieremiã dicentẽ, Verba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cõterens petrã. Quãdo quidẽ ipsi curæ non fuit, talibus blãditiis homines indiguos ad eã capessendã allicere, sed potius deterrere seueritate eloquii: cum sit per sese tã reuerẽda, tã sublimis, tã decora, vt nullũ extrinsecus admittat ornatũ: vi sua instructa, nullius indigẽs adminiculo: tã pulchra natura, vt modo ab illa nõ sis alienus: magis nudã adames, admireris, q̃ cõpositã & ornatissimam: quã ad summã, quicquid cultus illi superinduxeris, deturpaueris. Quod dominus per Moysen in Deuteronomio declarat his verbis, Non addetis ad verbũ quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Tradidisse igitur illã spiritum sciẽtem omnia, eo stilo, quo maxime oportuit, rem tã seriã, tã grauem, tã excelsam inculto quidem ac plane plebeio, at grauissimo: puro ac simplici, at profundissimos & multiplices sensus paucissimis verbis complectenti: vt inepto ad causas ciuiles agendas & conciones populares, sic aptissimo ad diuina mysteria exprimenda: qui si minus oblectet, plus tamẽ iuuat, & animis opitulatur: qui nõ spectat ad gratiã aut ostẽtationẽ, sed ad erudiẽdũ & inflãmãdũ mortaliũ animos: ad idq; etiã ęfficacissimus est, non sermonis amœnitate & illecebris alliciens,

I Paraphrasis [illegible] reprehenditur sacra script. [illegible]

sed robore proprio cogẽs, ac admirabili quadã virtute totum hominẽ trãsformãs. Viuus eñ sermo diuinus, animatus, aculeatus, penetrabilior est omni gladio ancipiti, pertingẽs vsq; ad ima spiritus, & pręcordia subiens: cui si quid superaddideris aut dẽpseris illustrãdi gratia, omnẽ fidẽ auctoritatẽq; adimes: nec splẽdorẽ adiicies, sed tenebras obduces, decorẽq; omnẽ detrahes. idq; dicunt te paraphrasibus tuis declarasse: quibus etsi pręstiteris, quod vix vllus forte alius hoc seculo pręstitisset, tali sumpta materia: tamẽ si cõferatur oratio tua cũ dictione sacrarũ literarũ, etsi aures magis tua demulceat, cultáq; sit ꝗ diligẽtissime: frigescit tamẽ mirũ in modũ, nec præ se fert illã maiestatẽ, nec illã ambrosiã suppeditat, qua pascuntur animi, cũ euãgelistã ipsum, aut Paulũ audiunt loquentẽ: cuius sermone erigitur mens supra sese: flagrat animus: exultat spiritus mirabili quadã alacritate: quos te loquẽte, & Pauli vices agẽte lãguescere aiũt, nec illa diuinitate perfundi. Ergo cũ multi putẽt, quibus & ego assentior, rem in meliorẽ partẽ interpretãtes, maiori te pietate id forte attẽtasse ꝗ iudicio, dũ tibi credunt profitẽti, te ad alliciẽdos eos, quibus aures delicatiores sunt, ad lectionẽ sacrarum literarum, obhorrẽtes horridã illã & incultã orationẽ eum laborẽ suscepisse: nõ desunt qui suspicẽtur, te forte animo cõcepisse, euẽturum aliquãdo, vt homines fastidita lectione illius subrusticæ orationis, oblectati autẽ nitore & facundia tua illã reiicerent, tuã vero reciperent: quę loco illius succederet in publicis lectionibus. sed has suspiciões pro suo quisq; arbitrio suscipere potest, cum res nulla sit tã cõmoda, quę nõ possit malignis interpretationibus cõturbari. Illud tamẽ inter omnes cõuenit, nõ licuisse tibi eo genere dicẽdi vti in ea materia, ne agere pręceptorẽ eloquẽtiæ spiritus sancti videreris: asseuerãtes neminẽ Hebræorũ, Gręcorũve, aut Latinorũ, qđ constet ab ipsa nata religione, hoc in sacris literis, te vno excepto, fuisse ausum: sed illis intactis, sentẽtias suas enarrationibus aut cõmẽtariis protulisse. Sed dices fortasse: enarratores, & qui cõmẽtaria ediderunt aliis verbis ac pluribus vsos fuisse ꝗ ipse author scripturæ: itidẽ & fecisse te: quãobrẽ si ipsi nõ reprehẽduntur, sed laudantur potius, iniuria tuã industriã accusari: sed respõsio in prõptu est, interesse vel plurimum, intacta verba pro captu suo quisq; interpretetur: quod faciunt enarratores, an authoris sumpta persona, vèrba spiritus sãcti pro libidine sua, quod paraphrastis accidit, moderetur. Cum igitur tu assumpseris in paraphrasibus tuis personã euãgelistæ, personã Pauli, aut cæterorum apostolorum, qui aliqua scripserunt: quinimmo personã Christi cõcionãtis, quẽ interdum pręter omne decorũ inducis, tanꝗ Hortẽsium aut Ciceronẽ cõpositis verbis, elaborata oratione causam agentẽ: & (quod detestabilius est) plurima dicentẽ quæ in sacris literis nõ habentur, humanę sapiẽtiæ verbis accõmodatis: spreto Sapiẽtis pręcepto in Prouerbiis, Omnis sermo dei ignitus clypeus est sperantibus in se: Ne addas quicꝗ verbis illius, & arguaris, inueniatisq; mendax. Quid aliud agis, ꝗ profiteris, te cõmodiori oratiõe, quæ ipsi protulerunt, ꝗ ipsos explicuisse? quod & quibusdã prologis siue præfationibus testari videris. Quod si ita est, rogo te, cur nõ putas spiritum dei nõ cõmodius fuisse locutum? quia noluit, an quia non potuit? Negabis, credo, non potuisse: noluit igitur, quia sic decere iudicauit: & quisquàm homuncio aduersus diuini spiritus decretum, qui omnia illa

dictauit de verbo (vt aiunt) ad verbum, ire contendet? Nam lōge alia ratio est enarratoris, qui sensus indagare conatur, sententias exprimere authoris integra dictione: res nec tam periculosa & plena commoditatibus. Et si enim perperā quid intellexeris, si à vero sensu auctoris aberraueris, paruam iacturam facies: stant verba ipsius: quorum iterata lectione, quorum contemplatione & tu ipse errata tua cognoscere valebis, & alius quispiam te admonere poterit. At in paraphrasi si à vero sensu semel deflexeris, nil est quod lectorem tuam fidem secutum deducere valeat ad semitam: nulla regula, ad quam iterum atq; iterum spectans, sententiam iudiciumq; reuocare possit. Commentatores constat & paraphrastas tū Græcos, tū Latinos, quorū notitiam habemus, nōnūq̄ dormitasse, in scriptis Aristotelis, quę tractarūt, explicādis: hoc si nonnunq̄ tibi cōtigisset, quod facile potuit euenire, qui tantūmodo attingerēt de sacris literis, quantū paraphrasibus tuis continetur, ii lapsi in errorem occasione tuæ paraphrasis, quonā pacto resipiscerēt: imbuti eius sentētiis, quas tu sequutus fuisses errores: qui tibi quasi adiurati credūt: nec vt in cōmentariis, dictionē auctoris pręsentē intuerētur. Vt autē facilius est, à vero sensu sacrarū literarū aberrare q̄ in Aristotele, sic perniciosius aberrasse: tātoq; difficilius sensus veros scripturæ capere, quāto laboriosius diuina mysteria cōprehendere, q̄ res naturales cōtēplari. Sed percipiatur sane vtrinq; idem sensus, vt theologi loquūtur, literalis: quonā pacto capiētur tot mysteria, tot sacramenta ex ipsa dictione atq; literis pendētia? Scimus enim ab Hebręis ea reuerentia sacras literas attingi solitas, tantā vim in eis esse putari, vt non solum in dictionibus earūq; ordine, sed in syllabis etiā, ipsisq; apicibus mysteria esse cōfirmarēt: in tātū vt voluminū characteres numerarēt, cū à librariis illa accipiebāt: quorū si vel minimū superesse, deficeréve, aut vllā trāspositionē comperissent, prorsus volumen reiiciebāt. Quo factum est vt nemo Christianorū Patrum ausus sit tali genere dictionis, quo vniuersa immutātur & peruertūtur, diuinas scripturas explicare: sed eas in sua maiestate intactas relinquētes quidā in ipsis explanandis laborarunt. Licet enim hoc scribendi genere plurimi allici possint ad earū lectionem, satius tamē esset arcere, q̄ cū tanto periculo & indignitate ita prouocare: indigni enim sunt sacra cognoscere, qui ad ea sola orationis suauitate allecti accedūt. Sed te hoc genus attētasse primū, plurimi existimāt, vt quid in eo posses, experireris: deinde cohortationibus amicorū nouitate rei gaudēriū, & adulatorū suasionibus prosequutū esse negociū laboriosissimū: &, si res pateretur, laudādū. Sed profecto non erat hęc materia talibus exercitationibus idonea: & labor tuus lōgę magis probaretur, si iusta cōmētaria loco paraphrasum in literas sacras edidisses.

Sed hactenus de priore causa, quæ suspicionē multis iniecit, te ab institutis K
Lutheranis nō lōgissime abhorrere. Dixi enim duas esse: alterā, quę ex scriptis tuis: alterā, quę ex silētio, de qua iā dicā, proficisceretur. Cōstat em̄ sępe a multis iudiciū per cōiecturā fieri nō solū ex dictis factisve, verū etiā ex omissis atq; silentio: vt si quis aliqua in causa taceat, in qua ipsi tacendū nō esset. Quot nāq; hominum vocibus accusari te putas Erasme, q; Luthérano furori te initio non obieceris? non surrexeris ad inauditam arrogantiam reprimēdam? cū tu id prę cæteris longe commodius præstare posses, non solum ob eloquentiam, inge-

nium, facilitatem in ſcribendo, in pluribus linguis eruditionem, variam & tam multiplicem doctrinam, quibus mire præditus es, qui omnium tum Græcorū tum Latinorum bibliothecam euoluiſti, nihil intactum reliquiſti: Sed ob gratiam, ob auctoritatem eximiam, qua vales apud Germanos, apud quos hoc malum naſcebatur, & indies magis ac magis ſerpebat: à quibus tibi in re literaria tanta fides habebatur, quanta præterea nemini. Quare cum iam cōniuentibus oculis præterieris, ac virulentiſſimum colubrum profundere venena, inficere vniuerſam Germaniam permiſeris, quem antidoto tuo in fugā vertiſſes, & antrum ſubire coegiſſes, in tāto diſcrimine diſſimulaueris, nunq̄ plane quid de eo ſentires explicādo (Licet enim ſeditionē improbaueris, cauſam tamen nō refelliſti: ſed te ſpectatorem præbuiſti, qui oppugnator eſſe debebas) & homines cū corda non videant, externis è rebus mētem exiſtiment, quid de te poſſent ſuſpicari, ipſe videris. Q; ſi tibi initio tragœdiæ, prologus idcirco (vt ipſe fateris) non fuit iniucūdus, q; cum multis aliis putares Lutherum bonum virum eſſe, corrigendis deprauatiſſimis hominum moribus diuinitus emiſſum, & te idcirco continuiſti: ſi primū te tua fefellit opinio, vt pleroſq; alios, cū agnouiſti quo res progrederetur, quantum inualeſceret flamma, cur non ad extinguendū incendium accurriſti? cur intolerabili furori nō reſtitiſti? ſed adhuc medius & ſpectator perſtitiſti? At videbam, inquis, fabulam eſſe mire plauſibilem non vulgo tm̄, ſed etiam principibus, epiſcopis, ac nōnullis cardinalibus: quamobrem magnæ fuiſſet temeritatis, publico orbis fauori priuatū hominem oppedere, præſertim cum mundus eſſet plenus academiis. Hoc te non excuſat Eraſme, quin officium deſerueris: immo quanto maiori plauſu virus hauriebatur, quanto à pluribus & clarioribus, tanto vt magis noxio & contagioſo diligētius opportuno antidoto fuit occurrendum, atq; citius obſiſtendum: hac enim ratione maiores noſtri ſanctiſſimi viri tum Græci, tum Latini non debuiſſent impiiſſimo dogmati Arriano occurrere, cum illud tanto fauore receptum eſſet, non ſolū à numeroſiſſimis populis, à ferociſſimis gētibus, à maximis nationibus, ſed etiā à potentiſſimis Regibus, ab Auguſtis & Cæſaribus: quod tamen officium diligentiſſime & conſtantiſſime Græci perinde atq; Itali & Galli nō ſine magno ſuo incommodo (quod tu non ignoras) præſtiterunt. Tu vero vt inuidiam fugeres nominis temerarii in tanta rerum perturbatione conticuiſti: vtinam plane conticuiſſes Eraſme, parce iuſto meo dolori: aut enim fallor, aut nunq̄ tā altē plagam excepiſſemus. Sed tu modo te in culicem deprimis, modo erigis in elephantem. Homuncio es, ſi ſit Luthero occurrendum: quaſi res ſit cum Hercule clauam tenente futura: Athlantem agis, cum cenſuram vniuerſi orbis tibi arrogas. Nec te purgat quod ſcribis de academiis, cum officium ipſæ nō prætereierint. Publicis enim decretis Lutherum damnarunt: & hoc idem plurimi etiā priuato officio, ſtudio pietatis doctiſſimis editis libellis, quibus plane eſt confoſſus Lutherus, effecerunt. Licet exulcerati animi cum medicamentum reſpuant, non facile curentur: pertinacia etiam victa non cedit loco: extrudas illā oportet miro ingenio, aut virtutis robore in loco ipſo conficias. Tu autem ad hanc beſtiam oppugnandam nullas adhuc admouiſti machinas: neq; aſcendiſti ex aduerſo, neq; oppoſuiſti murū pro domo Iſrael, vt ſtares in prælio contra

oppugnatorem. Ergo ne permouit rei indignitas? magnitudo negocii? cauſa fidei catholicæ? non academias ſolum ac pios profeſſores diſciplinarum & religionis antiſtites: ſed omnes bonos, dummodo doctrina aliquid pręſtare poſſent, atq; ipſos inuictiſſimos Reges impulit ad ſcribēdum in Lutheri blaſphemias? Eraſmum adhuc nō videtur tetigiſſe. O Regem celſiſſimum, Regē pręſtantem, vere dignum regio munere: quem nulla lingua ſatis queat laudare: cuius ſingularis pietatis memoria nunq̄ ex hominum mentibus exolebit: cuius nomen apud poſteros ſine fine celebrabitur, gloria apud omnes nationes futuris ſeculis ſemper augeſcet: non ꝙ potentiſſimus Anglię Rex fuerit, quod pleriſq; contigit, quorum vix extat vlla memoria, ſed ob exemplum rariſſimæ pietatis, ꝙ in gloriam ſummi Regis, per quem terreni Principes regnant, & Reges decernūt iuſtitiam, tutatus fuerit catholicā eccleſiam: non armis ſolum & potentia, ſed lingua: ſapientia hæreſiarcham Lutherum debacchantem exactiſſima diſputatione, edito libello repreſſerit, quanto deus immortalis decore maieſtatis regiæ, quanta grauitate, quanta eloquentia, copia, doctrina, ſapientia, ſpiritu, monumentum ipſum teſtatur, quod & perpetuum declarabit, merito eſſe inter heroas referendum Henricum VIII ſplēdidiſſimumq; reportaſſe, de hoſte triumphum: tanto cæterorum Anglię Regum triumphis præferēdū, quanto glorioſius eſt de hoſte religionis de Ieſu Chriſti inimico q̄ de hoſte priuato, de ingeniis, vi mentis & ſapientia, q̄ robore proprii corporis & militum de armatis corporibus triumphare: quanto præclarius pro pietate & cęleſti regno, q̄ pro terreno propagādo depugnaſſe. Qz ſi te alia non tāgebāt Eraſme, debuiſti ſaltem tanti Regis clariſſimo exemplo ad ſcribendū permoueri. Non enim ſatis fuit Eraſmo, libellis ſuis profiteri, nihil ſibi eſſe rei cum Luthero: nec eum priuatim frigidioribus verbis, & remiſſiori ſpiritu commonere, caueret, ne res in ſeditionem exiret: nec Frobenium cohercere ne quid excuderet Lutheranum, quod ſcribis te feciſſe. Sed Frobenio præſtare debuiſti, quod aduerſus temulentiam Martini excuderet: maiora, apertiora, ſolidiora ab Eraſmo expectabantur: non debuiſti tantum tibi nominis comparare, ſi ægre laturus eras, homines à te expectate digna Eraſmo.

An tibi parum virium eſſe putas ad impugnandum Lutheri dogmata? quibus nihil execrabilius, nihil infirmius, nihil inſanius excogitari poteſt. De quibus quoniam tu ipſorum mentione me iampridem ſcelera iſtius indignantem tuis literis in hunc ſermonem prouocare videris, quid ſentiā explicare non grauabor: nam illa refellere, haud magni negocii eſſe videtur. Quid enim in eius monimentis ineſt, niſi furor, inconſtantia, pugnantia dicta, conuicia, maledicta, ioci, fabulæ, inania dicteria, ſophiſmata, nugationes, ineptiæ canina quadā facundia prolatæ? quid ſolidæ doctrinæ? quid quod philoſophum aut theologum ſapiat? qui dare vitio ſolet, ſi quis grauiſſimorum philoſophorum teſtimoniis (quos Sophiſtas appellat) dogmata theologica confirmauerit: propterea ꝙ ex philoſophiæ profeſſoribus nemo ei ſuffragetur, ſed omnes potius aduerſentur. grauitas enim leuitati, ſapientia inſcitiæ ſemper aduerſa eſt: cum interim nō erubeſcat poetarum ludis, mimorum fabulis, grāmatiſtarum adagiis, rhetorum ſcommatibus & ſententiolis ſua decreta comprobare: huiuſce-

modi enim nugis referta sunt ipsius scripta: sed quibus tam inepte vtitur, vt appareat ipsum in harena sua non versari: & illa nunc porius à sodalibus mutuari, q̃ ex promptuario suo depromere. Studet tamen disertus ac eloquens videri, vt se literatoribus asseclis suis cõmendet: licet quo magis contendit, eo id minus assequatur: & tamen videri vult facetus, vt iocis & salibus alliciat imperitum vulgus. Itaq; se in diuersissimas personas inconstantissime subinde trãsformat: videásq; in eodem iam seuerum in mores deprauatos concionatorē, iã dicaculum scurram: & vtrunq; cū summa superbia & arrogantia: nihil est in quo Christianum hominem repræsentet, quem conuenit mansuetum esse, modestum ad omnes, docilē, non litigatorē, non vaniloquū, non contentiosum, vt Paulus docet. O cæcas nimium quorundã mentes, qui Lutherū laudant, Lutherum excipiunt, Lutherum admirantur: In quo nihil graue, nihil firmū, nihil doctum, nihil sanū: omnia venenata, nugatoria, calumniosa cuncta, letalia omnia pietatem & religionē iugulantia. Reuocauit enim à priscorū hæreticorum bustis plurimas eorum pestes, iampridē explosas, cū ipsisq; auctoribus consepultas: Quibus in vnū coaceruatis quasi tumulū edidit impietatis: In cuius tamen vertice ex propriis fodinis conflatū vitulum statuit, cui cum Arrio conuenit pariter & cū Donato, vt rursus baptizentur Catholici: qui à veritate deficiētes ad insana eius dogmata transfugiunt, Quorū multos scimus esse rebaptizatos, Cum †Bardesane, q; fato ascribat actiones humanas: Cū Aerianis, q; non sit orandum pro mortuis, q; ieiunia sint tollenda, episcopiq; redigendi in ordinem sacerdotū, vt omnino illis habeantur pares: Cū Iouinianistis, quòd sacras virgines nuptiatum specie constuprari suadeat. In hoc tamen Iouiniano potior, q; ille nunq̃, ipse autem pridē vxorem duxit: cum VVitcleuistis: quòd auctoritatem summo Pontifici non solū deroget, vt illi, sed prorsus illã tollat. Omnia itē necessitate euenire contendat: ecclesias fortunis expoliet: Cum Hussitanis, q; sub vtraq; specie cõmunicetur, & in aliis: Cum Berengariis, q; asserat sacramentū Eucharistiæ non esse sacrificiū: nec eo offerri verū corpus Christi, substantiáq; panis in ipso manere: nec transformari in corpus Christi: Ab Eunomio sumpsit illud: sola fide homines iustificari, modo illa recta sit, qualis, quam ipse prædicat: nec vlla opera requiri, nisi q; de suo addit, omnia quantumcunq; bona videantur ex se, esse peccatū: Ab Eluidio & Marianitis Deiparam virginē, perpetuo purissimã (proh scelus) demum fuisse corruptã, & cõplurium filiorū matrē accepit. A Montano Cataphryga & Simone Mago didicit profiteri se habere Paracletū, ab eoq; edoctum, scripturas sacras interpretari, & omnia peragere. Atq; equidem nescio an vt olim Heraclianus quidam in Africa demum se esse dicebat: ita hic sibi interdictum non esse putet, quo minus profiteatur se alterum esse Christū: in quo non iã verbū sed spiritus sanctus carnē assumpserit humanam, pari Simonis Magi furore, qui se iactabat die Pentecostes in linguis igneis super Apostolos descendisse: Quod profecto non video, cur non sit suis sequacibus persuasurus, quibus tã turpia portēta, nulla ratione vera persuasit: sed tantūmodo quia ipse asseruit se aspirari diuino spiritu, cætera dogmata & maxime execranda, tum ex aliis, plurima autē ex impia VVitcleuistarum schola, tum quędã ex proprio ingenio sceleréq; excogitasse videtur. Neq; enim

perinde constat à quibus hæreticis illa collegerit, quorum est sacramentorum
euersio, ieiuniorum detestatio, sanctorũ sublata veneratio, votorum abolitio, sa
cerdotii in vniuersum derogatio, blasphemiarum in sacratissimũ eucharistię sa
crificium, inaudita promulgatio, missarumq; criminatio. Sed veniet tẽpus (vt
spero) quũ admirabuntur homines Germani, quonã pacto potuerit tãta cali-
go plurimorum mentibus offundi, vt quisq̃ Lutheranis sacrilegiis acquiesce-
ret. Superueniet enim, superueniet diuina lux, quæ caliginem omnem discutiet,
tenebras propellet, & lumen pristinum mẽtibus obtenebratis restituet, eritq;
post diluuiũ Iris: vt enim ait dominus per Ezechielẽ, corruet paries quẽ linie-
runt luto absq; paleis. Illum enim destruã, & adæquabo eum terrę, & reuelabi
tur fundamentũ eius, & cadet & consumetur in medio eius, quoniã linitum est
absq; temperatura: Tuncq; resipiscentes Germanos multos pudebit tã amen-
tibus se & impiis placitis adhæsisse, qui pœnitenti animo dicent domino, vt
Hieremias ait: Cognouimus impietates nostras, & iniquitates domine: & q
grauiter deliquimus, tibi, at propter gloriam nominis tui, ne des nos in oppro
briũ: sed peccata nostra quæ seducti perpetrauimus deleas, nec ignorantiarum
nostrarum velis esse memor. Sed dicat aliquis: Lutherus quid profitetur, quid
aliud prædicat, nisi vt Iesus Christus colatur (vt par est) & eius præcepta
seruentur? euangelicã doctrinam, vt in sacris habetur literis ab hominibus ex-
cipi vult, traditiones & decreta humana illis aduersantia tolli. Quid enim to-
nat Lutherus, nisi Paulum, euangelia, Christum? Scimus hoc passim Lutherũ
iactare. Est enim commune ipsi cum omnibus hæreticis & nefariis hominibus,
qui specie religionis nituntur pręter cæteris rebus comparare sibi nomen, seducẽ
dis populis, hæresibusq; serẽdis sæpissime Christi nomẽ vsurpare, citare sacras
literas, earumq; testimonio eniti, impia dogmata confirmare: ex euangelio Chri
sti (vt Hieronymus ait) euangeliũ diaboli facientibus. Consistit enim euãge-
liũ non in verbo, sed in sensu: etenim propinãtes absinthia, melle procula circũ-
liniũt, ne aliter admota primoribus labris reiiciãtur: Nemo enim purũ venenũ
ebibendum propinat, sed cũ suaui aliquo potu, aut obsonio cõmiscet. Magi iti-
dem & incãtatores veneficis rebus ac superstitiosis verbis sacra quædã verba
coniungere solent: Quinimmo & ipse spurcissimus Mahumet, Luthero tamen
(haud scio) an improbior in Alcorano suo, vt cõmodius christianos seduceret.
Iesum Christum mirũ in modũ cõmendat & extollit, seq; ipso longe maiorem
fatetur: Quæ cum ita sint, hallucinabimur pręstigiis circulatoris huius, vel si
Pauli & Iesu Christi nomẽ blasphemo ore sæpius vsurpet, si euãgeliũ frequen-
tius citet, in quo ipso quẽadmodum à maiorũ consuetudine discederet, excogi
tauit. Nã quod cęteri omnes latini euãgeliũ dixere, ipse Græce euãgelion dice
re gaudet, ridicula sane & puerili affectatione. Quod si eodem verbo eã quoq;
laudẽ petit, vt Gręce scire videatur, cur cum ratio sermonis poscit nõ dicit euã
geliu, vt saltem Gręce flectere nomina se didicisse cõmonstret? Nõ igitur intro
spiciemus, recte ne talia an perperã afferãtur: quibus principiis, quibus dogma
fundamẽtis innitatur: vnde doctrina omnis necessario pendet: Quæ si solida &
aperta fuerint, rectéq; ex illis cætera deducta, merito doctrina probabitur: sin
autem falsa, imbecilla, fallacia, doctrina nequaq̃ fuerit excipienda.

M Nitũtur autẽ oĩa vesana illius dogmata, duobus maxime principiis. Quorum alterum absurdum est & falsum: & quod nunq̃ ipse cum omnibus suis cõiuratis cõprobare valebit: Alterum autem ridendũ simul & execrãdum. Primũ huiusmodi est, Nihil esse excipiendũ in religione christiana à fidelibus vti solidum necessariumq; aut opportunum ad salutem, nisi sit diuinitus institutũ: Nihil autem huiusmodi esse censendũ, quin euãgelio, aut sacris literis fuerit expressum, Hoc enim Lutherus ecclesiæ authoritatẽ, Pontificis Maximi potestatẽ, sacerdotii cunctã dignitatẽ oppugnat. Hoc sacramenta peruertit, sacros ritus, cerimonias, ieiuniorum obseruationem, festorũ dierũ celebritatẽ, cœlibarum, canonicas leges, cõsuetudines optimas, instituta sanctorũ tollit, votorũ religionẽ, sacrarũ virginũ pudicitiã, sanctorũ venerationẽ abiicit. Hoc monachorũ claustra perfringit, purgatoriũ amolitur, Principũ & Magistratuũ potestatẽ prosternit, sanctissimũ missarũ sacrificiũ abolet. Hoc deniq; omnia diuina & humana cõfũdit, cũ isti fundamẽto illud annectat: Nihil horũ diuina lege esse institutũ, neq; ex sacris literis sumptũ: quod quidẽ altero principio, quod iã exponã, cõfirmat: temeritate videlicet incognita, arrogãtia inaudita, superbia nõ ferẽda. Ait enim seipsum solũ tenere verũ sensum scripturarũ & euangelicæ doctrinæ, & qui ipsi consentiũt eiusdẽ spiritus participes: omnes autẽ quotquot fuerũt priscos patres, doctores sanctissimos, Pontifices Maximos, sacros conuentus vniuersales, omnes orthodoxos christianos, ecclesiã catholicã. CCC. abhinc & mille annos aberrasse, vel malitia veritatẽ occultasse, se vnũ afflatũ diuino spiritu missum ad omnia restituẽda, ad verã normã reuocãda. Quid plura quęritis Germani? Hoc ne sat est ex ipsius ore testimoniũ, ad deprę̃hẽdẽdũ quale portẽtũ Martinus alat in pectore? Hoc autẽ dicit ad mendaciũ suũ prætexendũ, ne fateri cogatur sacrarũ literarũ testimonio, si earũ cõmunẽ sensum & sanctorũ interpretationes, admitteret, plurima eorum quæ euertit diuinitus fuisse instituta.

N Videamus igitur primũ fundamẽtũ q̃ firmũ sit atq; validũ. Sed ante omnia vellẽ mihi respõderet, sed humane, nec eo furore quo solet protinus ad cõuicia descendere, nunquid hoc axioma ex euãgelio aut ex sacris literis acceperit. Nihil esse diuinitus institutũ, quin expressum sit in scriptura sacra. Quod cum affirmare non possit, sed illud solum quod Paulus testatur non esse excipienda, quæ aduersus contenta in illis, vel ab ipsis fidei fundatoribus prædicata esse videantur, etiam si Angelus de cælo illa diceret, nec vnde sumpserit afferre valeat, confiteatur oportet suum illud esse inuentum, & suo ingenio excogitatũ. Et sic iam dogma Martini, quinimmo radix & fundamentum omnium eius placitorum quod nec est ex se euidẽs, nec ratione, nec testimonio sacrarum literarum comprobatur: Cum nusq̃ scriptura illud habeat, testimonio ipsius labefactatur: aut ipse fatebitur inuitus, aliquid esse accipiendum à Christianis, quod non sit literis diuinis explicatum, cum hoc ipse accipi velit, nisi forte (quæ est eius impudentia) iactet hoc sibi oraculo diuino esse reuelatum: De qua re dicam in mentione secundi fundamenti, nunc satis habeo ipsum dixisse aliquid esse tenendum vt solidum à Christianis, quod in sacris literis non sit expressum: Quod tamen perspicuum erat, vt confessione illius non egeret, Quis enim dubitat, modo sacras literas accuratius legerit, institutáque

religionis Chriſtianę,progreſſúmq; ipſius ab infantia perpēderit:nō om̄ia quę fecit dixitve ſeruator & redēptor noſter Ieſus cōſcripta fuiſſe in euāgeliis:Qđ grādiloquus Ioānes in calce euāgelii ſui teſtatus,Sūt inquit,& alia multa,quę fecit Iæſus,quę ſi ſcriberētur,mūdus non caperet libros.Quod & verbis ipſius domini confirmatur,in eodē Ioanne,dicētis,Hæc locutus ſum vobis apod vos manēs.Paracletus autē quē mittet pater in nomine meo,ille docebit vos om̄ia. Et rurſus, Adhuc habeo vobis multa dicere,ſed nō poteſtis portare modo: Cū antē venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnē veritatē.Qđ expreſſe his verbis declarat ipſum dominū,nō omnē veritatē explicuiſſe,ſed multa reſeruaſſe aperiēda & inſtituēda virtute ſpiritus ſancti:Sed & illud cōſtat,non omnia quæ fuerūt acta,aut inſtituta ab Apoſtolis fuiſſe deſcripta, & in ſacris literis memoriæ mādata.Quod teſtatur Paulus ad Theſſalonic.ſcribens , his verbis: Tenete traditiones quas didiciſtis,ſine per ſermonē ſiue per epiſtolā noſtrā,&c. Expreſſius enim declatare nō potuiſſet,nō omnia fuiſſe ſcripta,cū ſeparet ſermone tradita ab his quæ ſcripta in epiſtolis erāt. Accedit illud quod in actis habetur,Paulus & Scilas cū pertrāſirēt ciuitates,tradebāt eis cuſtodire dogmata quæ erāt decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erāt Hieroſolymis. Actorū pręterea ſcriptor Lucas,quædā notauit communia,& prima quaſi incunabula naſcētis eccleſiæ perſecutus: Primū Principis Apoſtolorū geſta, Deinde Pauli progreſſum diligētius enarrauit,nec hunc totum,niſi quouſq; Romā vinctus eſt perductus.Cæterorū Apoſtolorū geſta parū aut nihil attigit, vt nō ſit dubitabile plurima fuiſſe tradita voce viua apoſtolorū , & ſpiritus ſancti calamo in cordibus fideliū ſcripta. Non enim pręcepit dominus Ieſus diſcipulis ſuis vt euangelium ſcriberent,ſed vt in vniuerſo mūdo illud prædicarent,quod ore fiebat non ſcripto.Ipſe enim nihil ſcriptum reliqnit: & cū ex Apoſtolis vix duo ſcripſerint euangelium,& ii quidem multis annis poſt Chriſti glorioſum triūphum,omnes verbo euangelium promulgarunt. Si enim tm̄ ſcriptis lex diuina cōſtaret,nec aliquid eſſet ſolidum ad fidem pertinēs,niſi ſcriptura cōtineretur,fatendū eſſet lege & fide caruiſſe,& abſq; religione fuiſſe omnes ſanctos patres tū veteris,tum noui teſtamenti,qui anteq̄ lex Moſis,aut euāgelium ſcriberetur,vixerūt.Itaq; ſanctiſſimū Noe,Melchiſedech,Abrahā,Patriarchas om̄es, cæteróſq; primæuos patres(qui tamen vnum ſolū deū rite coluerunt, vſq; ad Moſen,primū legis ſcriptorem)expertes fidei & legis fuiſſe:pariter & chriſtianos omnes,qui anteq̄ euangelium ſcriberetur fuere,caruiſſe lege & fide dicendum eſſet,ſi lex & fides ſcriptura tm̄ contineatur.Non igitur chriſtiani ad ſcripturā tm̄ obſtringuntur, ſed ad diuinam legem ſeruandam: quæ primo oretenus tradita eſt,deinde cum placuit diuino conſilio,pars quædam eius ſcriptis ad noſtram doctrinam & cōſolationem (vt ait Paulus) mādata ad proteruiā male ſentientium redarguendā,ad hæreſéſq; cōuincendas, vt cum alii,tū Hieronymus,& Auguſtinus teſtantur:Qui tradunt Ioannem euāgeliſtarum principē,poſtremū omnium euāgeliū ſcripſiſſe,tribus annis anteq̄ naturæ cōcederet,cum quinq; ac ſexaginta illud prædicaſſet,poſt domini aſcenſionē:ſcripſiſſe autem illud rogatu epiſcoporum Aſiæ aduerſus Cherintum, alióſq; hæreticos : & maxime contra dogma Ebionitarum tunc inſurgens. Hac igitur de

causa editæ sunt scripturæ, & vt essent infirmis & imbecillioribus solatiū pluriumq; rerum notitia certior, memoria firmior, testimonium euidentius ad docendum, corripiendū, erudiendumq; grauius. Scriptura enim ad hæc præstādā commodissima est, testimonio Pauli, cum sit quasi scopus, & regula, ad quam cætera non scripta, sed per manus tradita, dirigi possint. Qua tamen non opus erat primis illis patribus, non magis, q̄ imaginibus, qui euāgelium viuum impressum in corde tenebant. Quędam igitur sunt scripta, plurima voce tradita: Sicuti enim diuinus spiritus, non simul omnia aperuit, ita nec eodē modo oīa expressit. Quod etiam fateri cogitur ipse Lutherus, nisi articulos fidei etiā reijciat. Nam Christi descensus ad inferos, in euangelio non describitur, nec in apostolicis scripturis vspiā satis plane exprimitur, inter fidei tamen articulos symbolo Apostolorum contentos annumeratur. Vel igitur hoc receptum est, vt oretenus traditum ab Apostolis, vel vt à spiritu sancto ecclesiam gubernante, deinde explicatum. Pari modo sunt & pleraq; alia, vt sanctum spiritum à patre & filio procedere, quod multi Græcorum proferre olim non audebant, eo q; in sacris literis nō satis esset explicitum. Sunt igitur pleraq; firma, & solida ecclesiæ decreta quę vel sacris literis non continentur, vel in eis non satis habentur expressa, De quibus perpetuo ambigeretur, & veritas esset in occulto, nisi essent ecclesiæ authoritate definita. Ad quę ambigua rollenda, cum alię multæ tum in primis Nicena Synodus coacta fuit. Nunq̄ enim defuere, qui stdio rerū nouarū insana dogmata sua sacrarum literarū testimonijs cōfirmate niterētur. Quorum testimoniorū inani copia locupletissimus accessit Arrius ad diuinitatem Christi prætextu pietatis impugnandam. Qui in eadem Nicena Synodo damnatus est, definito communi consensu homusion esse Christū cū patre.

O Sed nec illud vere dici potest cunctas leges in sacris literis expressas, eandem vim obtinere, vt ipsarum nulla ab ecclesia possit immutari, aut ipsam ferendi leges, & quasdā conditas abrogādi facultate vacare: Cum sacrarū literarū testimonio constet, quædam immutata fuisse. nonnulla abrogata, & pariter aliqua denuo statuta. Quę tamē omnia vti diuinitus instituta recipiuntur: q̄uis testimonio scripturarū non cōfirmentur. Nā celebritatē sabbati, diuina lege institutā fuisse constat, coluisseq; sabbata Apostolos, postq̄ Christus triūphans ad cęlos est assumptus vt Apostolorū acta testantur. Hoc tamen antiquatū est & trāslata solēnitas in diem dominicū. Quo in loco dicat Lutherus qui diuinis literis tātum insistit, qua authoritate hoc immutatū sit, cū sacræ literę hoc non pręcipiāt, quod si cōcedat legis Mosaicæ instituta, euāgelica lege fuisse abrogata & proinde sabbatum fuisse sublatū, tamē cōprobet, illud ex sacris literis noui testamenti oportet, omnia legis antiquę instituta fuisse abiecta, cum nedum Christus ea seruauerit, sed & Apostoli ipso vita functo post triumphū crucis, postq̄ iā glorificatus reuixerat ac cælos conscenderat. Apostoli et si non omnia tamen plurima ex lege seruauerūt, & maxime ipsam sabbati festiuitatē. Quinimmo Paulum compulerunt post regressum ipsius in Hierusalem, posteaq̄ gētibus prædicauerat Christum, purificari secundum legem, & ingredi tēplum, vt legis obseruatorem. Sed vt de hoc non sit controuersia, dominicæ solennitatis institutum quomodo tueri valeat, quasi diuinitus sancitū, si scripturis tm̄

modo sit innitẽdũ, cum in eis nulla mentio instituti huius habeatur: et si referãt
ea die dominũ reuixisse, at quid hoc ad antiquandum sabbatum, quo memoria
peractę creationis vniuersi, & cessationis ab opere creatoris agebatur, aut q̃d
pertinet ad opus seruile ea die inhibẽdum? Fateri igitur cogitur, aut ore hoc ab
Apostolis institutũ, & posteris traditum fuisse, aut ab ecclesia decretũ, q̃q̃ in sa
cris literis nõ fuerit expressum. Pręterea quomodo Apostoli in primo concilio
quosdã cibos in lege vetitos prohibuerũt, vt expressis verbis in actis habetur,
visum est spiritui sancto & nobis, vt abstineatis à suffocato, fornicatione, san-
guine, & immolato idolis. Si Mosaica omnia fuerãt abrogata dicat Lutherus,
quonã legis euãgelicæ scripto testimonio, legẽ hãc instituerunt? quod cũ nullũ
afferre possit, fateatur necesse est, ore à Christo hãc eis potestatẽ, aut spiritus
sancti afflatu fuisse traditã, quę tamẽ lex quãtũ ad esum sanguinis & suffocati,
ac etiã quantum ad immolatũ idolis successu tẽporis est abrogata. Aut igitur
hæc tunc primũ sancita siue immutata dãnet ac reprehendat oportet: aut confi
teatur authoritate diuina decreta fuisse absq; tamẽ testimonio euãgelii. Si autẽ
humana authoritate dicat esse decreta, cur ipse qui tm̃ diuina recipere cẽset, &
omnia ad priscũ morẽ reuocare, hæc cuncta nõ peruertit? Cur nõ iubet tolli do
minici diei celebritatẽ? hæreticósq; suos sabbata colere, & circũcidi? præsertim
cum Paulus circũciderit Timotheum, vt acta testãtur? Quẽadmodũ præcipit
sub vtraq; specie Eucharistię sacramẽtum assumi, & cęteros ritus tollit, quos di
uinitus institutos non esse cõtẽdit? Cur pariter nõ iubet à saturis illud assumi
& nõ à ieiunis? cũ dominus cœnatis illud præbuerit, & eũ morẽ seruauerit pri
mæua ecclesia, teste Paulo ad Corinthios. Cõueniẽtibus vobis in vnũ &c. Cur
patitur vt ab impartiẽte sacerdote illud assumatur, cũ in euãgelio nõ legatur,
expressis saltẽ verbis, nec ipse sanctorũ patrum interpretationes siue enarratio-
nes recipiat, Dominum illud distribuentem, partẽ vllã sibi sumpsisse? Quod si
existimat authoritate diuina illa sancita esse, nullo tamẽ testimonio sacrarum li
terarum, negare nõ potest aliquid diuinũ in Christiana lege esse sancitum quod
nõ sit ex sacris literis assumptũ: & ecclesiã spiritu diuino afflatã, facultatẽ ha-
bere interpretandi ambigua, explicãdi implicita, leges promulgãdi, & ex pro-
mulgatis quædã abrogandi: Cuius ecclesię quãta sit authoritas & facultas, at-
testatur illud domini dicẽtis, Dic ecclesiæ: si autẽ eã non audierit, sit tibi tanq̃
ethnicus & publicanus &c. Quę decreta ecclesię vt diuinitus instituta, sunt re-
cipienda, & ob eã rem non sunt tollenda, quæ vniuersi populi Christiani cõsen-
su, sacrorũ cõciliorũ decretis, sanctorũ patrũ sentẽtiis vt diuinæ sanctiones rece
ptæ fuerunt, licet in sacris literis aperte non fuerint expressa. Sed ne prætereã
& illud, cum ad primæuę ecclesię instituta, potissimũ autẽ quæ in sacris literis
habentur expressa, omnia esse redigẽda contẽdat: cur nõ iubet suos asseclas nil
proprium possidere, sed in cõmune viuere? cum in Actis Apostolorũ sępius re-
petatur. illis fuisse om̃ia cõmunia, quę distribuebãtur vti vnicuiq; opus erat. At
forte veritus est offensionẽ animi diuitum qui in cæteris illũ sectãtur: quos ar-
bitratus est huic placito neutiq̃ esse subscripturos: sed indignũ est ecclesiasten
è cælo demissum (quod se esse iactat) ad omnia corrigenda, vultum potentis
pręferre veritati & pauperibus. Sed de his hactenus. Ex dictis quidem satis de-

claratum esse arbitror q̃ infirmum, q̃ improbabile, q̃ falsum sit hoc potissimũ Lutheri fundamentum, quo vniuersa eius doctrina nititur, Nihil esse recipiendum vt diuinitus institutum, nisi in sacris literis fuerit explicatum: cum multa fuerint huiusmodi anteq̃ scriberentur. Nonnulla etiam sint quæ nunq̃ fuerũt scripta, & ex scriptis aliqua fuerint abrogata. Præterea & quædam constituta post legem euangelicã scripta: quæ literarũ sacrarum testimonio non innituntur, quæ tamen authoritatem velut instituta diuinitus obtinuerunt. Quanq̃ id quod ab eodẽ Luthero libenter sciscitater, qui tñ sacras literas admittit, quas asserit sacras esse, eas, quonam pacto ipsi constet esse sacras? Quando communem cõsensum populi christiani decreta publica sacrorum conciliorum & sanctorum patrum authoritatem contenat: Cum nullo alio argumento comprobari possit illas diuinas esse, nisi quia ita diffinitum est à catholica ecclesia, & receptę sunt vt tales, publico consensu. Ex omnibus enim euãgeliũ scriptoribus, quos complures fuisse cõstat, quatuor tãtum approbantur, & ipsorũ scriptura inter sacras literas est recepta. Plurimæ item extant epistolæ apostolorum titulis prænotatæ, & alia huiuscemodi cõmẽtariola, quæ inter sacra nõ admittuntur, sed scripturis apocryphis annumetantur. Quod si standum est conciliorũ testimonio in asserendis scripturis, cur pariter nõ stabitur etiã in cæteris, quæ diuinitus instituta fuisse definierunt, quis scripta non essent? Quicũq̃ igitur cõciliis authoritatẽ derogat, & Catholicæ ecclesiæ decretis stare non vult, is profecto authoritatẽ sacrarum literarum tollere conuincitur. Quæ res tam dilucida est: vt lõgiori disputatione (si verum quærimus,) nõ indigeat. Nisi forte cũ se iactet afflari spiritu sancto, dicatq̃ omnes aberrasse abhinc, CCC. & M. annis dicere paratus est sui iuris esse probare scripturas & reprobare. Hoc enim sibi iampridẽ arrogauit, & pro libidine sua ex probatis ab ecclesia eas reiicit, quas videt expressius suis ipsius dogmatibus aduersari: sed hoc ad alterum eius fundamentum pertinet. De quo tempus est vt nonnihil disseramus.

P Quo in loco, illud primũ à Matrino quærere in mentẽ venit. Vtrum iã tum spiritu sancto afflaretur, cum cœpit delirare? Quod si affirmauerit, tũc præterea percunctabimur Qui tandẽ spiritus iste sit tã leuis tã inconstans, tã secum ipse pugnãs? Quæ vitia longissime abhorrẽt à spiritu dei. Lutherus enim (vt ipsius monumẽta testãtur) pugnãtissima dicit, & prius dicta posterius impudentissime refellit: qui semper ad deteriora prolapsus est. Nemo enim repẽte fit turpissimus: Non igitur in ipso statim initio afflatus est spiritu sancto, sed stultitia, & arrogãtia propria delitare cœpit. At mirum est spiritum sanctum aspirare cœpisse iã furentem, contumacem, hæreticum dãnatum, quẽ nõ aspirauerit prius q̃ dãnaretur: quis enim tam hebetis ingenii tam vecors, modo Lutheri priora scripta legerit, & cũ posterioribus cõtulerit, qui nõ perspiciat Martinũ posteaq̃ damnatus est à Leone decimo tanta ira efferbuisse, vt ius omne atq̃ fas contẽneret, modo se vlcisceretur, in odiũmq̃ & vindictã sumendã de summo Pontifice, omnia ecclesiastica dogmata euertere statuerit, vt prorsus pontificiam potestatem aboleret. Qui anteq̃ dãnaretur, et si plurima insana temerarie protulisset, tamẽ illa nõ pertinaciter se asserere, sed scholastice de illis ambigere profitebatur: De quibus edoceri poscebat iudicióq̃ summi Pontificis, & ecclesiæ

cuncta ſubiiciebat. Quod literæ ipſius & libellus ad Leonem trãſmiſſus teſtã-
tur, q̃uis in ea ſentẽtia (vt eſt hominis leuiſſimi ſingularis incõſtãtia) non diu
perſtiterit, ſed admonitus humaniſſime redite ad ſanitatẽ, in peſtiferis dogma-
tibus ſuis, quę ſemel promulgarat, tuẽdis pertinaciſſimus fuerit. Quamobrem
cũ damnatus eſſet, protinus in furorẽ & rabiẽ efferatus, ſacrilegũ libellũ edidit
Captiuitatis Babylonicæ in quo plures eſt numerare blaſphemias, q̃ ſentẽtias.
A ſpiritu igitur domini illas cõtendet eſſe profectas, quas vix ſpiritus Satha-
næ protuliſſet? Non enim ſpiritus domini, niſi ſimilis ei ſit, qui Saulem ſpiritu
bono deſtitutum inuaſit: de quo eſt in primo libro Regum contumax, peruer
ſus, rebellis. Eſt enim ſpiritus ſapientiæ, vt teſtantur ſacræ literę, bonus & ſua-
uis. Quam ob rem etiam ſcriptum eſt. Super humilem & manſuetũ corde re-
quieſcit ſpiritus meus, non autẽ ſuper elatum & ſuperbum. Luciferi autem exẽ
plo vſqueadeo Luthetus intumuit, vt ſperauerit ſe collocaturum eſſe ſedem ad
Aquilonem (vt Hieronymus ait) habitationis hęreticorũ regionẽ, & maiorẽ
fore ſummo ſacerdote. Quẽ omnibus maledictis, cõuiciis, blaſphemiis petulan
tiſſime inſectatur, tanto cõtemptu, vt eum Antichriſtũ appellare non vereatur,
nihil reueritus quod ſcriptũ eſt: Ne maledixeris Principi populi tui: & qui ma-
ledixerit Principi, morte moriatur: Nec illud Deuteronomii, Qui ſuperbierit
nolẽs obedire ſacerdotis imperio, morietur homo ille ex decreto iudicis, & au-
feres malũ de Iſrael: Aut illud, Qui obedire cõtẽpſerit, obruet illum populus
lapidibus: Nec vlla ex parte Paulũ Apoſtolũ imitatus, qui corã Procõſule Ro
mano cũ ſummũ ſacerdotẽ ſe accuſantẽ & perſequentẽ imprudẽs parietẽ deal
batum appellaſſet, quis ille eſſet, admonitus, excuſauit ſe neſciſſe eum eſſe ſum-
mum ſacerdotẽ, quaſi nihil tale dicturus fuiſſet in hominẽ iniquiſſimũ, quem
ſciret eſſe ſummum ſacerdotem. Et exclamans ad Hebræos, Obedite, inquit,
præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ pro ani
mabus veſtris reddituri. vt cum gaudio hoc faciant & non quaſi gementes. Et
Chriſtum conſtat nunq̃ obtrectaſſe, aut maledixiſſe ſummo ſacerdoti, homini
ſceleſtiſſimo, etiã cum ab eo iniuſtiſſime dãnaretur. Quinimmo cõſtat ſemper
illum honorãdum & reuerẽdum eſſe docuiſſe: tum q̃ à lepra ſanatos ire iube-
bat ad ſummum ſacerdotẽ, ſeq; illi oſtẽdere, munuſq; lege cõſtitutũ offerre: Tũ
etiam q̃ ſanari eodem morbo petẽtes ad ſummũ ſacerdotẽ trãſmittebat. Prę-
terea q̃ ipſorũ decreta ſeruari mãdabat dicens, Quæ dicũt facite &c. Sed hæc
ludi, iociq; ſunt, ſi ad nephanda ſcelera ſpectes, quibus inceſſit diuina ſacramen
ta: de quibus non aliter diſſerit, q̃ ſi eſſent figmenta, heri aut nudiuſtertius in-
ſtituta. Tam arroganter loquitur, ac ſi poteſtatem haberet eadem pro ſua li-
bidine vel ingenio illa inſtituendi, confirmandi, vel abolendi. Nam quodam
in loco, tria ſe duntaxat tunc ex inſtitutis recipere profitetur, fore tamen fortaſ
ſis, vt vnum tñ ſacramentum eſſe conſtituat, magno ipſius impudentiæ ac va
nitatis argumento. Nam ſi tria ipſi conſtat eſſe vera, quomodo duobus reie-
ctis, vnum tñ verum eſſe monſtrabit? Si tñ vnum verum eſt, quomodo tria
nunc acceptat? Quod ſi ambigit & dubius eſt, quemadmodum eius verba ſo-
nant, Quid agit ſpiritus iſte, qui ſapientiam Luthero ſuppeditat? Neq; enim lu
bricus eſt, aut dubius ſpiritus Chriſti, ſed certus & conſtantiſſimus. Sed fu-

tot est Lutheri futurem velle pluribus verbis aperire, qui per se apertus est & manifestus. Qui enim si quid modesti, si quid iudicii, si quid sani hominis haberet, hoc sibi arrogaret: hoc dicere non erubesceret: Aut quis (nisi Luciferi spiritu non afflatus solū, sed prorsus arreptus) dicere auderet, sanctissimos patres, omnes celebres doctores, cunctos christianos catholicos, vniuersam ecclesiā, à vera pietate decidisse ante. CCC. & M. annos: nec rectū sensum sacrarum literarum quenq̄ horum toto hoc æuo percepisse: se nūc, tanq̄ e cælo demissum, venisse ad veritatem euangelicā aperiendā, ad castiganda & redigenda omnia ad rectum cultū: Quid magis absonū: quid arrogantius, improbabiliúsve dici possit: Nōne hoc satis erat paulo modo prudentioribus hominibus ad huius sceleris intolerabilem furorē & superbiā inauditam deprehendendā: Nā quis hoc audito non affirmet, hunc alterum esse Heraclianū, qui quondā in Africa se deum esse prædicabat: aut in Martino Montanum reuixisse, qui tanq̄ Paracletus Cataphrygas edocebat, breuiq; futurum exspectet vt quemadmodū ille Priscam & Maximillā, suas ab ipso Paraclero afflatas prophetizantes, prodidit: ita hic incestuosissimū scortum suum, quod vxorē nominat, spiritus sui participem effectum, cōtactu sui immundissimi corporis, prophetantem, & docentem euangelium prodat. Nā quid indignius proferre potuisset de diuina bonitate, quā ipsam permisisse vniuersum populum christianū, totā ecclesiam falli, & in caligine tam longo tēpore versari, tot in rebus ad integritatē fidei & religionis pertinentibus: Vbi enim promissa Christi: Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi: Non relinquam vos orphanos. Cū venerit spiritus veritatis, ille docebit vos omnia. Serua illos pater sancte quos dedisti mihi: Non solum autem pro illis rogo, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Quid est dictu nephas, si hoc nephas non est: spiritum Christi deseruisse vniuersam ecclesiam. CCC. & M. annis, aut spiritū mendacem fuisse, aut in dolio latuisse, donec illum Martinus ebiberit: Qui si fidem hominibus facere cupit, quod verbis asserit, cur signis & miraculis nō confirmat: Sic enim fecit Moses, sic Christus Iesus, sic Apostoli cū legē promulgarēt euangelicā, testibus euangelista Marco his verbis, Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperāte & sermonē confirmante sequētibus signis: & historia actorū locis cōpluribus: Nā hoc sibi verbis arrogare perinde fuerit in potestate impudētissimi cuiusq; circulatoris. Ergo ne reiicietur sacramēta, omnes sacri ritus, cuncta vetera antiquabūtur: miscebūtur omnia, vel in dubiū reuocabuntur: nō alia ratione, nisi φ αὐτὸς ἔφα. Confirmet igitur sermonē sequētibus signis, quādo rationibus nihil assequitur, etsi magno impetu ac totis viribus enitatur detorquendo scripturas, mutilādo, deprauādo, inique interpretādo, inani profecto & irrita opera. Quāto enim magis infirmat e contendit catholicorum dogmata, tanto plus apud solidiota ingenia confirmat: Quapropter nihil vnq̄ apud viros grauioris iudicii, authoritatis assequitur, nisi vanissimis verbis fidem veris miraculis faciat.

Q Quę vero sint miracula & portenta Lutheri, fructúsq; doctrinæ ipsius, quibus docet dominus sectarū authores & peregrinæ doctrinæ assertores deprehēdi, cum ait, Ex fructibus eorum cognoscetis eos, si quis ab infelice Germania

perquirat, respondere poterit, Cõtemnere leges, fas omne tollere, iudicia euertere, viuere pro libidine, nulli subiici potestati, ritus sacros abigere, omnia diripere, modo vis adsit, latrocinari, templa, & cœnobia profanare, spoliare, solo æquare, Sacratas virgines constuprare, pudicitiam profligare, religionem euertere, cuncta in seditionem & tumultum excitare, pacem tum publicam, tum priuatam perturbare, rapere, depopulari, vastare, strages miserorum mortalium edere. Plures enim paucis mensibus crudelissime enecati, miserrime trucidati, in visceribus Germaniæ, tumultibus hæreticorum sunt, q̃ reliqua tota Europa omnibus abhinc XX. annis. Hos igitur fructus Germania tulit ex Lutheri prædicatione, nec adhuc finis, omnia ardent, & nunc cuncta tumultuantur, nusquam quies, nusq̃ securitas, omnia perturbata. Proh dolor si reuiuiscerent nunc priores Germani, quorũ eximiæ pietatis tot præclara extãt monumenta, cernerentq; templa, aras, cœnobia, quæ ipsi fundarunt, struxerũt, tantaque pietate coluerunt, ab ipsorum filiis spoliari, profanari, incendi, ritus sacros & cerimonias, quibus ipsi castissime studuerunt aboleri, q̃ miseranter deflerent calamitatem Germaniæ, quanta ira excandescerent: quæ supplicia in hunc sceleſtiſſimum tantorum scelerum authorem excogitarent, quanta seueritate obiurgarent filios, q̃ obliti solitę grauitatis & constantiæ, firmitatisq; Germanicæ, tam leuiter se deludendos permisissent vilissimo apostatæ, & vulpino præstigiatori? vt a moribus maiorum recederent, sacra abiicerent, religionem peruerterent eis traditam a tot sanctissimis & sapientissimis Præsulibus Germanorum: qui euangelium Germanis prædicauerunt, & religionem ab ipsis, titibus his sanctissimis institutam, ipsi in primis obseruantissime coluerunt, & ipsorum plurimi testimonium sanguinis animæq; profusione reddiderunt: quorum aliquot non pigebit recensere, partim Antistites doctissimos & probatissimos, partim martyres & cõfessores clarissimos: omnes autem viros sanctissimos, & Germaniæ multarum ciuitatum parentes, & patronos optimos, vt sanctos Bonifacium, Kilianũ cum sociis, Sebaldum, Gereonẽ cum infinita multitudine sociorum: Vdalricum, Conradum, Magnũ, Othmarum, Gallum, Robertum, VVolfgangum, VVillibaldum, Carolum magnũ, Seruantium, Henricum primum, & alios plurimos, quos molestũ esset enumerare: Quos omnes spernunt pariter, & cæteros omnes celeberrimos doctores catholicæ Ecclesiæ, tum Græcos, tum Latinos, vt Chrysostomũ, Hieronymum, Nazanzenum, Augustinum, Origenem, Ambrosium, Magnum Basilium, Cyrillum, Gregorios, Damascenum, & alios innumeros, quos prudens pretereo, viros angelicos potius q̃ terrenos, cum his videlicet & communem sententiam populi Christiani contemnentes, cum hanc rabidam belluam, hũc nefandissimũ prestigiatorem sequũtur, admonerentq; ne diutius paterẽtur vniuersã Germaniã nefariis perditissimi hominis dolis hallucinari & periclitari: In qua iam nihil tutum est: nihil nõ in discrimine magno versatur: Cum prius q̃ a vera religione deflexissent, labeq; hac inficerẽtur, secura omnia, tranquilla, florida fuissent: Neque enim dubium est, quin huiusmodi pristinæ & pietatis, & pacis admonitione, & præteritorum ac præsentium temporum comparatione, facile filios, qui parẽtũ sana consilia admitterent, nec pertinaciter recta

monentibus, vt nunc cæteris admonitoribus resisteret, ad rectam viam & pristinam pietatem auocarent.

R Sed ad te redeo Erasme, satis enim longe sumus in Lutherum digressi. Quo me nominis causæque ipsius admonitum rei indignitas prouexit. Quo tamen digressu tibi indicatum esse videtur, intelligi etiam a minus eruditis, quam infirma, quam fallacia sint huius hæretici dogmata furiosa, vti tibi viro doctissimo facillimum futurum fuisse appareat illa prosternere, modo ad illud animum induxisses: Quod cum omiseris, effecisti, vt tanto minori iniuria a plerisque accusareris. Non enim Lutheri scientia, nec furibundi spiritus vehementia deterritus in eum scribere pretermisisti, quem, multis est compertum, te in penetralibus animi tui nihili facere, & vt par est, despicere, sed alio consilio præterisse, aut distulisse. Quid enim in eum posses, modo velles, declarasti libello tuo de libero arbitrio, quo Lutherum nō exagitas, nō perturbas modo, sed prosternis, enecas. Bone deus, quæ copia argumentorum, quam ea efficacia, quam propria, quæ diuitiæ testimoniorum ex sacris literis, quanto ingenio, industria, paucis cōplexus es multa? Quanto nitore res dictu difficillimas expressisti? Quo libello etsi tantum disputes, nihil definias, quod tamen magis expetebatur: Lutherum tamē peremisti, etsi mitius cum furioso egeris, quam argumentum ipsum & hæretici pertinacissimi vesania exposcerent: Quippe illi nimium indulges blandirique videris. Da veniam meæ libertati, indecora, inepta & timida visa mihi est cum multis modestia tua. Quamobrem non vt cætera item principium ac calx libelli probari possunt: sed quibusdam in locis, ita hominem torques, coerces, vt exanimes: quod si idem præstiteris dogmatibus in cæteris, iam non erit quod suspicari possint homines, vllo pacto, conuenire tibi cum Luthero: Si autem prætereris, hoc edito libello potius suspicionem adauxisti: Putabunt enim multi, si æque in cæteris dissensisses, pariter cætera te fuisse refutaturum, quæ silentio probare videaris, hoc vno tm̄ improbato. Quamobrem omnes qui te amant, omnes qui pro catholica veritate contendunt, hoc valde cupiunt, a te petunt & flagitant. Quibus si morem gesseris nihil erit quod ad perpetuam commendationem nominis tui magis facere possit, nihil acceptabilius omnibus bonis, nihil gratius Deo Optimo Max. Quod si non libebit, quod nec forte te deceret singula persequi argumenta in tanta ipsius, tamque infinita insania, quorum plurima nimis inepta sunt & puerilia: modo persequaris potiora, iniquiora, præcidas radices, quæ vt magis latent, ita plus lędunt stolidū vulgus, satis officium tuum reipublicæ christianæ præstabis. Neque enim satis est ad laudem tuam id quod ad me scribis, te nec precibus amicorum, nec blanditiis cōuiciisve impiorū adduci potuisse, vt in verba Lutheri iurares, vt ab ecclesię catholicæ gremio discederes: si enim secus fecisses, vt diuinum iudicium omittam, quod te vt hominem pium vereri non dubito, tibi perpetuam ignominiam inussisses, nomenque tuum funditus perdidisses, deuouerisque semper ab vniuerso orbe christiano, non secus atque Lutherus: Ne interim dicam quàm nihil dignitati Erasmi congruebat militare sub Luthero duce. Studuisse aute hæreticos quàm diligentissime te in partes suas trahere omni diligentia ac arte, nemo dubitat qui te nouit: nec quàm ardens in propagandis hęresibus stu-

dium eorum sit, vt semper fuit omniũ hæreticorũ: quantũque accessisset causæ ipsorum authoritatis, præsidiique & fauoris, si te socium habuissent. Plurimos enim crediderim adhuc in officio constare pietatis, qui forte animo lababantur, exemplo tuo maxime admonitos. Quamobrem laudi tuæ hoc tantum debetur, quod longe minor est facta iactura, quam si ad partes impiorum deflexisses. Sed non putant homines magnam esse laudem a sceleribus abstinere: sed tunc aliquis laudatur, cum ab ipso præclara & honesta peraguntur. Cum officium non deseritur, cum publica causa omnibus commodis cunctis priuatis affectibus antefertur. Qui enim reipublicæ labenti operam non præstat, cum valeat, eam perdere videtur. sancta quippe rusticitas accusatur, quod non ecclesiæ præstet, nec præstare valeat id quod valeret si sacris literis incubuisset: quanto magis accusandus homo doctissimus cum non præstat quod valet, præsertim in tanto discrimine? At docuisti te naturæ institutio impotentem esse silentii cum curiosissime censura tua omniũ errata notasti: Tu vero ne vita quidem functis pepercisti, quin de eorum monumentis iudicares: Nunc autem viuens viuentem, præsens præsentem, tacitus patieris blasphemum debacchari Martinum, nec virga tua cohibebis? Erras profecto Erasme, si putas impune hoc tibi licere, nec piaculo esse ascribendum hoc importunum silentium. Habes vtrãq; causam, quę te in hanc suspicionem obtrudit. Quòd autem excusas, si quã occasionem acceperint Lutherani ex monumẽtis tuis, id tibi non ascribendum, cum itidem imputari possit Paulo & Augustino, vnde sua fere confirmat dogmata Lutherus. Istam excusationem complures non accipiũt, negantes, illos occasionem vllam præstitisse, sed Lutherum nequiter arripere quasdam eorum sententias a se videlicet detortas, vt suas insanias confirmet. Te autem magnam præstitisse, cum ipse plurima sumat ex his quæ tu prius notaueras, & in dubium reuocaueras. Illud autem tibi plurimi credunt, quod scribis, nũq̃ te fuisse suspicatum, cum illa scriberes, huiusmodi tumultum exoriturum.

Quod vero ad alteram partem tuarum literarũ attinet, quod primum fontem huius mali fuisse intepretaris, sacerdotum quorundam palam corruptam vitam, Theologorum quorundam supercilium, Monachorum quorundã non amplius ferendam tyrannidem, haud equidem tibi repugnabo. Puto enim cõplures fontes originẽ dedisse huic rapidissimo torrenti, & ex his quę enarrasti huiusmodi aquarum plurimam colluuiem influxisse. S

Sed alia profecto magis fecerũt locũ huic tempestati quæ & tu non inficiaris cũ ais, Principio erat cũ linguis ac bonis, literis bellum theologorũ &c. Illa enim verius origo fuit, inde conflata inuidia inter Themistas & Theologos, ob eorũ symbolum & politiorũ literarũ authores: Inde exorta controuersia Reuclinica, ex quo fonte primę aquę scaturiere. Non enim illius causæ expers fui, immo & mea erga viros doctos cõsuetudine non vulgariter faui Reuclino apud Leonem. X. Pont. Max. quod literę ipsius ad me testantur: & sępe monui deterruiq; accusatorẽ ipsi? Hochstratũ, ne rã vehemẽs esset, mitiusq; in ipsum ageret. Ex quęstione illa prodiere primũ epistolæ obscurorũ virorũ, quibus festiuissime ridebantur theologi minus elegantes, quas me fateor legisse, nõ sine T

quadam voluptate, ludũ tamen nũq̃ probaui. Inde igitur demũ factũ est, quod & tu ingenue fateris, vt quotquot vestratiũ amabant bonas literas, se Lutheri nascẽti furori fautores exhibuerint. Hęc causa tantorũ malorũ fuit. Hinc enim Luthero natura temerario, audacia creuit & arrogãtia, tantis videlicet auxiliis confidenti. Quãto, bone deus, fuit optabilius, vt hi qui se Luthero addixerunt, quasi nacti opportunũ ducẽ ad profligandos theologos, nõ tãto ardore bonis literis fauissent? Quãto salubrius, vt illas nũq̃ didicissent, q̃ vt earũ occasione tam vastum incendium excitassent, quo fere vniuersa Germania conflagrauit? Quanto cõmodius Germanię, vt hę bonæ literę alpes nunq̃ transcendissent, vt & Germani contenti materna lingua, vel vtcũq; latina, tam atrocia dissidia non cõcitassent? Quanto cõmodius barbare loqui, & bene sentire, q̃ polite & ornate impia dogmata prędicare, & vniuersam rempublicã Christianam perturbare? barbarismósq; ac solœcismos cõmittere, q̃ veram religionem, sacras cerimonias, ritus catholicos, mores maiorũ abolere? Anteq̃ enim Germaniam bonæ literę inuasissent, pax, quies, tranquillitas, singularis grauitas Germanis aderat, cõstantia, modestia, studia optimarũ disciplinarũ, Philosophi nõ ignobiles. Mathematici clarissimi, Theologi egregii, religio admirãda, pietas eximia, felicitas summa. Nunc omnia in diuersum cecidere. Pro pace bella, pro quiete tumultus, pro trãquillitate tẽpestas successit. Quę ciuitas pace fruitur: immo quę domus domestico bello non ardet? Dissentiunt viri ab vxoribus, patres a filiis, fratres a fratribus, domini cum seruis pugnãt: Hic permanet in fide catholica, ille ad hęreticos deflexit: Hic catholicus Christianus est, ille Lutheranus: in qua regione pro legibus, rapinę, latrocinia, homicidia, castrorũ euersiones exercentur. Pro pudicitia sacrarum virginum, incestus & lupanaria: pro grauitate, leuitas & scurrilitas: pro disciplina, licẽtia: pro optimis artibus, dicacitas & maledicentia: pro modestia, arrogantia, rixæ & contentiones: pro integra religione, heresis, blasphemiæ: pro vero cultu & sacris ritibus, ineptię, nouitates execrabiles: pro felicitate, summa miseria.

V Sed nunquid hęc bonis literis imputabuntur? Minime, absit vt bonis artibus nota talis inuratur: quarum professores multi sunt, qui in eximia pietate perstitũt, ac pro vera catholicaq; religione propugnãt. At increpãdi sunt ipsorũ nõnulli, q; illis fuerint abusi, quos scribis mox nato Luthero penitus adhęsisse. Grammatica enim & Rhetorica poesisq; peregregię & vtilissimę artes sunt, & necessarię, verũtamen studia earum sapiẽtẽ non efficiunt, quinimmo & plurimi ab ipsis arrogantes, & temerarii euadunt, si illis tm̃ incubuerint: Nec mirum cum doceant congrue & commode proloqui, concinne dicere, dictione oblectare, non autem res ipsas recte existimare. Quamobrem (vt scis) perantiqua fuit quæstio, an studium eloquentiæ reipublicæ magis obesset q̃ posset prodesse: Definitũq; est, plus incommodi afferre solere, q̃ commodi, nisi cum sapientia fuerit coniuncta: Quod nouissimo exemplo comprobarũt isti diserti magis q̃ vere eloquentes Germani, qui Luthero se dediderunt: Qui si æque sapientiam ac elegantiam sermonis coluissent, non apud eos plus valuisset inuidia in quosdam theologos, q̃ reuerentia veri & honesti: non plus cupiditas vindictæ, q̃ religionis causa & amor patrię. At vt furentes gladio, ita ipsi elo-

quentia abuſi Germaniam cunctam in ſeditionem induxerūt : Cui facultati ſi parcius operam preſtitiſſent,& partem aliquam tribuiſſent Sapientiæ,neutiq̃ tanti ſceleris ſocietatem iniuiſſent.

Quamobrē nequaq̃ aſſentior illis,qui cōtendūt hoc ſtudiū bonarū literarū opportunius eſſe ad veram theologiā aſſequēdā ſtudio diſciplinarū ſolidiorū, ſine quibus conſtat myſteria plurima in ſacris literis cōtenta,nullo pacto capi poſſe: defendi autem multo etiam minus, ſi impugnentur ab heretico quopiā aut a religionis cōtemptore, Accedat diſertiſſimus Rhetorum,Grammaticus diligentiſſimus,Poeta ingenioſiſſimus,& omnes eloquentiæ neruos cōtendāt: poterunt ne profundiſſimū myſterium trinitatis ὁμόσιον videlicet tres perſonas vnam tm̄ rem eſſe ex parte quapiam explicare ? quomodo illud verū eſſe poſſit: Ego & pater vnū ſumus,cum ſint perſonæ diſtinctę: Philippe qui videt me & patrem meū videt. Aut illud: Ego in patre,& pater in me eſt: Aut declarare quomodo nectantur duæ naturę tam diſpares , diuina ſcilicet & humana in vna perſona Chriſti docere:vt nō repugnet corpus Chriſti ſimul eſſe in cęlo & tot in locis ſub ſpeciebus myſtici panis & vini:& quomodo potuerit Chriſti corpus exire ſepulchrum,lapide magno oſtium obſtruente,ſubire cœnaculum ianuis clauſis:& quomodo in rebus creatis poſita diuina prouidentia, & prædeſtinatione, pleraq; fiant contingenter : ac plurimas alias ſimiles quæſtiones intellectu difficillimas diſputare , exponereq; vitiorum ac virtutū diſcrimina, ſcelerum ac errorem ſpecies . X

Sed quid moror in re nimis per ſe dilucida, cum infinita ſint in ſacris literis quæ abſurda repugnantiáq; videantur,niſi ea diſciplinarū intelligentia diſtinxeris & explicaueris: quod preſtare valebit vel balbutiens philoſophus, ſimul & Theologus, vbi facūdiſſimus Rhetor aut obmuteſcere cogatur, aut inepties effutire. Sed vt pediſſequas eſſe ſacrę Theologię omneis bonas artes, cunctas diſciplinas nemo eruditus negauerit, ſic eloquētiā cōmodā illi eſſe certum eſt: opportuniorē tamen ad edocenda & exprimenda Theologica, q̃ ad ſciētiam ipſam comparandā. At philoſophiam tum ad hanc comparandam, tum ad illa explicanda, prorſus neceſſariam eſſe conſtat: tametſi non inficiamur quandam rudem Theologiam poſſe ſolo adminiculo iſtarum artium leuiorū cōparari, qualis eſt, qua res geſtæ narrantur, parabolæ & huiuſcemodi generis plurima tradūtur: ſed hęc non exacta Theologia, ſed craſſior eſt, vtpote, qua myſteria non capiuntur, quęſtiones non diſſoluuntur , ambigua non enucleantur & eſt tamen hæc ad pietatem,& ad mouendos affectus accommodata . Y

Quapropter mihi nec ſententia eorū probatur, qui putant ſacras literas in vniuerſum cūctis paſſim cōmunicandas, ac profanandas eſſe, explicatas quocūq; idiomate plebeio etiā & barbarico, vt habeat tā rudis & idiota, q̃ prudens & doctus vnde illas legere poſſit a quibus verā doctrinā euangelicā addiſcat, & ſincera religione imbuatur . Quis enim plurima ſint in ſacris literis, quæ cuicūq; ordini non niſi commoda eſſe poſſunt. (Sunt enim multa plana quæ a quolibet puſillo & ignaro capi poſſunt, ſaltē pinguiori Minerua, plurimū erudientia & permouētia.) Sūt tamē in illis & pleraq; alia abſtruſa & nimis inuoluta atq; implicita, quę ingētia myſteria cōplectūtur. Sunt & quędā ambi- Z

gua,lubrica & verborũ quodam inuolucro perplexa: quæ quidem nisi diligẽter perpendantur, nisi scite & docte conferantur, & explicentur, longe plus obfuerint indoctis & ineptis,q̃ prodesse valeat,si ab ipsis legatur. Quod animaduertentes antiquissimi Hebręi,penes quos solos sacras literas fuisse certũ est,eas habita ætatis hominũ,& perinde iudicii ratione,distinxerunt, portionẽ quãdam dũtaxat permittentes imbecilliori ætati legendam: quã illi, videlicet congruere iudicarunt,cum alia prohiberent, quæ tm̃ perfectis legere permittebant. Vt enim in alendo corpore,et si quidam cibus cõmunis quoquo modo vtilis esse possit omnibus,non tamen omnis alimonia,omne obsoniũ,quod hominẽ alere valeat,omni ętati,omni corpori,& omni hominis studio idoneũ est: Sed lac quidẽ infantibus accõmodatũ, solidior autẽ cibus adultis. humidior senibus,tenuior delicatis, crassior robustis: Ita in alendo spiritu, et si in sacra scriptura,quidã sit spiritualiũ cibus omnibus cõmunis,non tamẽ omne genus alimẽti in ipsa cõprehensi cõgruit omni spiritui. Sed quod alicui aptissimũ,est alteri nocẽtissimũ. Quod Paulus Apostolus agnoscens scribit ad Corinthios, Quasi paruulis in Christo,lac vobis potũ dedi,nõ escam:nõdũ enim poteratis, sed ne nũc quidẽ potestis &c. & rursum, Sapientiã autẽ loquimur inter perfectos. Et ad Hebręos, Facti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo: omnis autẽ qui lactis est particeps,expers est sermonis iustitię. Patuulus enim est: & rursus,ad eosdẽ, Perfectorũ autẽ est solidus cibus eorum, qui pro cõsuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni & mali. Q̃ expresse his verbis docet,non eodẽ cibo spirituali alendos esse omnes Christianos: Scribebat enim Paulus illa Corinthiis & Hebręis fidelibus,& iãpridẽ cõuersis: sed quibusdam lac tenue cõuenire,aliis solidiorẽ cibum. Hoc idẽ & ipse Seruator noster Iesus Christus expressius declarauit,tũ instituto,tũ exemplo. Turbis enim & plebi in parabolis loquebatur. Discipulos aũt & Apostolos apertius quędã edocebat: quod cũ admirarẽtur Apostoli, vt refert Matthæus, percontati sunt dominũ, cur in parabolis loqueretur illis: quibus respõdẽs ait, eo q̃ vobis datũ est nosse mysteria regni cęlorũ, illis autẽ nõ est datũ &c. Attamen nec ipsis ab initio ita aperte est locutus, vt deinceps: sed quędã seruauit aperienda vsq; ad nouissimã mortis horã, peractis illis sanctissimis epulis spiritualibus. Alia postq̃ a mortuis reuixisset, & plurima vsquequo misisset paracletum. Quod manifestissime decl rãt verba ipsius apud Ioannem, quũ ait: Hęc in prouerbiis locutus sum vobis, venit hora quũ iã nõ in prouerbiis loquar vobis, Id est, nõ locutus sum vobis explicite, sed in parabolis, quia sic expediebat. Non enim tũc valuissetis portare illa: Nũc autẽ expedit vt apertius loquar vobis iam idoneis ad illa capiẽda. Et rursus apertius, quũ ait: Adhuc habeo vobis multa dicere, sed nõ potestis portare modo. Quũ autẽ venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatẽ. Hęc dicebat illis, qui q̃q̃ erãt nõ solum baptizati, sed etiã sacerdotes instituti, & sacramento corporis ipsius & sanguinis tunc sanctificati, discipuli Christi, immo electi Apostoli: Tamẽ a tãto magistro vr̃i adhuc non idonei ad maiora mysteria, de pluribus dogmatibus diuinis nõ imbuebãtur. Plurima enĩ supprimebat sapiẽtissimus magister, donec acciperẽt spiritũ veritatis & donũ scientię & intellectus. Quę cũ ita sint, putabimus nos omnẽ sacrarũ literarum

sapientiã rudi plebeculę,morionibus & mulierculis passim legendã conuenire tradi? Quã si legerint,quomodo portare valebũt? cũ prorsus ignari sint,& ineptissimi ad diuina mysteria intelligẽda: Cũ Apostoli anteq̃ dono scientiæ & intellectus illustrarẽtur,illa capere nõ valuerint à tã perito doctore. Ex quo rudiũ hominũ genere,etsi quidã peculiari dono,proficere quoquomodo possent, perspicuũ tamẽ q̃ q̃plurimi lęderẽtur: propterea q̃ tã dispar cibus ab eis concoqui nõ valeret,quãobrẽ plurimi cruditate perirẽt. Nõ enĩ tutũ est omnibus sulcare mare,pontũ nauigare,sed vix peritis & expertis. Nã si nauta improuidus altũ petat,periculũ est ne in scopulos ipsum impingat,ac eis elidatur, deinde voragines incidat & Syrtes,à quibus tandẽ absorbeatur,cũ sese explicare nequeat. Vastũ est autẽ & profundissimũ scripturarum mare, infinitaq; extant exempla: nec ea longe petẽda,eorũ qui ex stulta æquoris scripturarũ sulcatione errãtes,iactatiq; tãdẽ in eatũ gurgite immersi sunt. Nec putãdũ Paulũ Apostolũ (& si scriberet ecclesiis) vulgo dirigere epistolas omnes, sed prouectioribus presbyteris & prępositis: qui prout vsus ferret,eas plebi & vulgo recitarẽt,simul & interpretarẽtur. Sic & in ecclesiis,veteri instituto, leguntur plebi diuersę portiones,tum euangelii,tũ scripturarũ,exponũturq; a presbyteris & cõcionatoribus, quibus vulgus cõuenit esse cõtẽtũ: cui magis expedire videt, sacros cõcionatores frequẽter audire,sanctorũq; cõmẽtaria quędã permouẽtia affectũ: & quibus aliquid scripturarũ explicatur videre,q̃ sacras literas in eorũ idioma versas,sine delectu legere. Quid enim cõmodi capiet rudis & expers literarum homo,delirus senex,aut garrula mulier,ex lectione (exẽpli gratia) Apocalypsis Ioannis aut primi capitis euangelii ipsius: quũ cęlos exuperans illud tã altũ intonuit, In principio erat verbum,& verbum erat apud deum,& deus erat verbum &c. siue epistolę Pauli,in quibus q̃ plurima difficilia intellectu continẽtur. Quod Apostolus Petrus animaduertẽs, vt nos huius rei admoneret,sic in secunda epistola sua scribit, vt frater noster Paulus secundũ sibi datã sapientiã scripsit vobis,in epistolis: in quibus sunt quędã difficilia intellectu,quę indocti & instabiles deprauant &c. scrupos enim & nodos plurimos offendere rudem hominẽ,qui illa legerit oportet,a quibus mirum in modum lędatur. At esse quędã in scriptura,quorũ lectio cõmunis esse possit,cũ nemini nocere valeat cõpertũ est: Sed nõ iccirco sine discrimine scripturas omnes profanare oportet,sed potius quędã excipi,qualia nõnulla sunt, quæ sine crimine nemo ignorare potest,& quę vniuersis nõ nisi cõmodo esse possunt, & in quãdã formulã redigi,tradẽda cõmuniter omnib9,qui lectione oblectãtur, ex qua erudiri & pasci eorũ animus possit. Pudet enim dicere q̃ multi sint Christiani prorsus ignari earũ rerũ,quas cognoscere obstringũtur: quos tamẽ nõ omnino cõdemnãdos esse puto,dũmodo in fide ecclesię ambulent,q̃uis excusari nõ possint,quin grauissime negligẽtia peccẽt,cũ ipsi, tũ illi ad quos ipsos erudire pertinebat. Sed nec ob id,vniuersum scripturarũ genus vulgo videtur esse disseminãdũ,nec margaritas porcis spargẽdũ,nec sanctũ (vt dominus ait) dãdũ canibus: Quod si primi naturę interpretes, & sapiẽtię humanitus repertę inuẽtores,ne ipsam,secretaq; naturę profanarẽt,illã fabularum innolucris, vel numerorum rationibus,aut metaphoris & ænigmatis,aut dictione abstrusissima

tradiderunt, vt iis tm̃, quibus magnũ ingeniũ contigisset, in illa versari liceret, tardiores autẽ arcerentur: Et libri Sibyllini apud Romanos nõ vulgo legebãtur, sed prudentibus viris quibusdã, ad id minus delectis, perspiciendi permittebãtur: Quãto magis cõuenit diuinę sapiẽtię, sacras literas non attrectari, nisi ab iis qui ad illas capessendas sint idonei? Quod cũ apertũ sit indoctũ vulgus ad id non esse aptũ, nec illi esse tradendas, nemo debet dubitare: Quod si secus fiat, pręter cętera, ex huiusmodi tractatione, hoc proueniet incommodum vel maximũ, ꝙ omnis reuerentia sacrarũ literarum peribit Domestico enim vsu & familiaritate, ipsa diuulgata doctrina cõtemneretur ab istis: & de illis pro su quisq; sensu, quo multi plus æquo abundare sibi videri solẽt, iudicare auderet: Permagna est quippe vulgi temeritas, ingens imperitorum arrogantia. Quapropter æque disserere, ęque statuere de diuinis dogmatibus putabit agricola, & coquus sibi licere, modo scripturas lectitauerit, æque stupida anus & cerdo, ac doctissimus Theologus: vt illud taceam, ꝙ nullus honor haberetur eruditioni, clarorum virorum nulla esset authoritas: Quæ si quis alia mente considerauerit, is potius statuet multa esse tegenda, & indignis occultanda, q̃ cuncta cunctis propalanda. Non enim ab re sacri Prophetæ tam abstruse & obscure, oracula sua pronunciarunt, nec temere nomen mysteriorum sacris ritibus inditũ a maioribus fuit, sed vt vel solo nomine declararet, sacra minime esse profananda: sed ad propositum iam redeamus.

Tanto igitur philosophię studia, q̃ eloquẽtię prę̃stãtiora sunt, quãto vtilius recte sentire, q̃ cõmode loqui: sapientẽ esse, q̃ disertũ: vti ratione, q̃ lingua. Taciti enim, muti, elingues sapientes esse possumus absq; rerũ vero cognitione: sine philosophia, nec homines quidẽ, nisi nominis cõmunicatione esse valemus. Ne igitur prępostere reb⁹ vtamur, seruiat vox rationi, eloquẽtia philosophiæ, sit eius organũ vel condimentũ: nec par est iacturã in obsonio pati, ob condimentũ: sapientia felicitatẽ assęquimur, elegãtia sermonis nequaq̃. Pythagoras philosophiæ mysteria, voce, non scripto, vt essent occultiora tradebat, & silẽtiũ sapientię professoribus indicebat, non quomodo loquerẽtur docebat. Et si em̃ pulcherrima res sit eloquentia, percõmodaq; ad ciuilem vitã: interdum tamen obest eius studiũ sapientiæ, cũ imbecilla męns mortalium multiplicibus rebus præsertim tam diuersis, non valeat æque intenta esse, ac si vni tm̃ incumberet: Vnde fiat oportet, vt quod vni tradideris alteri detrahas. Auocari enim necesse est qui plus æquo indulserit ei a causis naturæ, diuinisq; rebus contemplãdis, ad linguæ proprietates, vocabulorum deriuationes, elocutis obseruationes annotandas, ad Ciceronis colores, & Quintiliani præcepta imbibenda. Itaque a rebus maximis ad verba, a seriis ad ludicra, a veris ad apparentia transibit: historicos pro philosophis, ethnicos poetas pro Theologis, fabularum scriptores pro grauissimis disciplinarum autboribus legere cogetur, Qamobrẽ nisi caute & sobrie buiuscemodi studiis opera nauetur, profecto iactura lucro non pensabitur. quod in Prouerbiis sapientissimus Salomon his verbis comprobauit, Qui tm̃ verba sectetur nihil habebit: qui autẽ possessor est mẽtis diligit animam suam. Valebit quidem sermonis volubilitate, rerum autem notitiam, aut nullam, aut exilem comparabit, licet isti loquacitatis professores sui esse

iuris arbitrētur, de omnibus rebus disserere, putātes, eo ꝙ sermo in rebus omnibus versetur, oportere qui verbis abundet, hunc omniū quoq; rerum notitiā habere: fieriq; non posse, quum texere quisq̃ orationem & vicissim in partes suas dissoluere valeat, quin & sensum ipsius percipiat. Ad summam isti, omnes disciplinas sine magistro, se assequi posse arbitrantur: & Bone deus, quid nō audēt profiteri? quid sibi non arrogāt literatores isti & Grammatistę, qui modo quatuor dictiones Græcas interpretari valeant, & clausulas aliquot sonoras claudere, disciplinas docere quas nunq̃ didicerunt, audent, de omnibus rebus libros scribere non verētur, magnificis titulis prænotatos, quos fere edunt anteq̃ scripserint, scribunt prius q̃ conceperint? In quibus tamen nihil propemodum nisi nugas & verba inania, nihil succi, nihil solidi reperias. Quid enim effundere possunt, q̃libet vehementer exprimantur inflati vtres, nisi ventum & inane? Quid proferre de studiis sapientiæ, qui tantum voces eorum quasdam agnoscunt, vt picæ & psittaci dictiones, quas longo vsu didicerunt: Quas tamen quanto sæpius proferunt, tanto minus intelligunt. Attamen ipsi omnes minus eloquentes rident, cōtēnūt, et si philosophi exactissimi sint, theologiq; sapientissimi: indignosq; putāt sacras literas attrectare, eo ꝙ trilingues, aut saltem bilingues nō sint. Quamobrem & id munus ipsi vsurpant, sacrasq; literas æque arroganter interpretātur ac si Aesopi apologos, aut Aristophanis fabulas tractarent: sed intumescant sane arrogantia: Inuidi saltem & ingrati esse desinant: Qui cum bonas literas ab Italis fontibus hauserint (quod velint nolint fateri coguntur) cur tantopere nomen Italicū exhorrescunt, ac Romanum ferre non possunt? Cui tamē parcere debuissent, vel ob ipsius maiestatem, vel ꝙ deliciis tñ Romanæ linguę, ipsi sibi belli esse videātur. At prædicant bonas literas ex Italia ad Germaniam migrasse: quod Romani, vt verum non esse contendunt, sic gaudent illas propagatas esse, & Germanos earum effectos esse participes. Dolent tamen ꝙ non æque grauitatem & iudicium imbiberint Romanum, & sapientiam Italicam, vt sermonis elegantiam. Quod si fuissent consecuti ad Lutheranam certe impietatem nunq̃ deflexissent. Quo factum est vt ex vno hæretico Martino iam complures extiterint, plurimis tamen in dogmatibus, minime inter se consentientes, vt moris est hæreticorum, teste Hieronymo, quo grege coacto, & nūc apud Germanos euenisse perspicuū est, quod ecclesię euenturum, in epistola sua, apostolorum princeps prædixerat, his verbis: Sicuti vero fuerūt & pseudoprophetę in populo, ita & in vobis magistri mendaces erunt: qui introducent sectas perditionis, & multi sequentur eorū luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur.

B Sed istos, inquis, Theologorum quorumdam superbia, sacerdotum perditissimi mores, Monachorum quorūdam hypocrisis & insolentia in hunc labyrinthum inextricabilem coniecit: cum tamen minime putarent in ipsius negocii exordio rem eo seditionis & tumultus euasuram: Credo equidem plurimos imprudentes in has voragines incidisse, qui sibi initio hoc tñ proposuissent, vt hac via Theologorum quorundam peruicaciam atq; arrogantiam infringerēt: Qui quicquid ipsi ignorant, vti suspectum accusant, male sonare dicunt, hęreticum sapere prædicant. Non igitur inficior quosdam Theologos sibi ipsis nimium placere, & hoc titulo plusq̃ decet gloriari, insulsos homines ineptos & morosiores:

Nec inficias ibo multorum sacerdotum corruptos esse mores, & magna ex pa
te recessisse ab illa veteri, & seueriorum sanctorum patrū disciplina: plurimosq;
perditissimos esse homines, nihil sacerdotis habentes, præter nomē & characte
rem, ipso honore, ipsoq; munere prorsus indignos: & nonnullos monachos pra
uos & elatos esse, ac fere omnia præpostere agentes assentior: sed quid tum? An
nō sunt multi modestissimi Theologi, & plurimi sacerdotes optimi, & monachi
sanctissimi? Q; si prauorum inuidia vestrates isti bonarum literarum professo
res tam inflammati erant, vt se continere non possent, quin eorum probra & in
eptias insectarentur & illuderent, cur hoc contenti non fuerunt? Hic enim sermo,
hi conatus, hę voces non admodum piorum hominum aures offendissent, cū ne
mo inueniatur pia mente præditus, quin periniquo animo ferat sacerdotes mul
tos, qui morum magistri esse debent populis, & quorum innocentia, nitore vitæ,
splendore virtutis, cæteri omnes in christiana disciplina continendi dirigendiq;
sunt, turpissimos esse, inquinatissimos, cūctisq; sordibus atq; probris obuolutos:
quorum auaritia inexplebilis est, ambitio infinita, libido effrenata, sacra & diui
na omnia contemnentium. Quis enim non angatur animo? quum videat salē da
tum ad condiendas animas infatuatum esse, lumina mundi obtenebrata, Duces
itineris ad cælorum regna perducentis obcæcatos, pastores gregem e vallibus
imis ad sublimes pastus atq; cælestes perducere debentes, in diuersum omnia fa
cere, & ad aridissima queq; & prærupta, aut cœnosissima loca & paludes dedu
cere, in quibus greges suffocētur? Nemo est enim recti amator quin hęc defleat,
& sacerdotum reformandos esse mores existimet, quin omnibus votis exoptet,
vt omnia ad pristinam disciplinam sanctissimarum legum & canonum reuocen
tur: Quod præstabit Deus Opt. Maximus quum sibi videbitur magis opportu
num: Si enim hoc prædicasset Martinus, si hoc socii eius egissent, & sibi hanc cē
suram arrogassent, etsi immodestius, licentiosius, ac etiam procacioribus verbis
egissent, a probis tamen viris quoquomodo excusarentur, putantibus zelo quo
dam bono permotos, carceres modestiæ, ac legū terminos excessisse. Sed (proh
nephas) corruptis sacerdotum moribus pepercere, quibus ipsi nihil mouebātur:
Dignitati autem authoritati, potestatiq; ipsorum bellum indixere: quin etiā legi
bus ipsis, quibus mores atq; disciplina omnis continetur: Q; q id non puto fuis
se prioris instituti horum literatorum, qui se Luthero imprudēter addixerūt, pau
cis exceptis furiosis, & eo forte nequioribus, q; iam a norma vitę, ab ordineq; suo
desciuerant, anteq Martinus deficeret. Qui in ipso malorum initio, cum primum
se gratiosos multitudini, & plausibiliter scripta sua excipi cognouerūt, effigiesq;
ipsorum tabellis vndiq; per Germaniam circumferri, superbia turgidi in catho
licam ecclesiam coniurauerunt: Et is ante omnes cuius fuit illud elogium, Iacta
est alea, vere iacta ad confundendam vniuersam Germaniā, ad euertendā omnē
ecclesiasticam dignitatem, & ad religionem perdendam. Hac mente, hoc animo
sanxerunt fœdus Lutherus furiosissimus, ac Huten facundus quidem alioquin,
& acuto ingenio, at insolentissimus homo, & turbulentissimus, ad omne facinus
accommodatus, Catilinæ socius aptissimus, si eius tēporibus vixisset, vt ex eius
gestis ac scriptis deprehendi potest. Q; uis hæc coniuratio illa Catilinæ tanto
iniquior, & execrabilior perspiciatur, quanto scelestius, & magis impiū est vni

uerſum orbē, q̄ vnā vrbē inflāmare: Chriſtianā religionē euertere, q̄ ſtatū vnius
ciuitatis immutare, catholicæ eccleſiæ & Chriſtiani populi pacem excindere, q̄
Remp. Romanam perturbare. Sed facem illam iam dominus e medio ſuſtulit.

Illo igitur & pauciſſimis apoſtatis ſimilibus exceptis, perpaucos initio tot C
mala puto mente concepiſſe, quorum tamen culpa non poteſt excuſari, quia ne
tunc quidem reſipiuere quum Lutheri furor ad quantam perniciem ſpectaret,
animaduerterent: & quanto longius procederet, q̄ ipſi putaſſent, quorum partes
erant ſic Martinum cohibere: Amice ſiſte gradum: Iam non in mores ſacerdotū
inueheris, ſed ſacram religionem inuadis: Tantæ nos perfidiæ participes nunq̄
efficies, qui te impium non putabamus, ſed audacem. Quod nobis viſui eſſe po-
terat pugnantibus cum Theologis quibuſdam arrogantibus, vt nacti ducem
opportunum, vehementem ſcilicet & temerarium, ac omnino illis ſimillimum,
commodius dimicaremus: Iam nimium eueheris, ſubliniora petis Cognoſci-
mus nihil tibi penſi eſſe, modo nomen magnum compares, & Pont. Maximum
ꝙ te damnauerit vlciſcaris. Nos enim quos tibi iocularis propemodum cauſa
coniunxerat iam magnitudo negocii a te ſeuocat, religionis cauſa, fides, pie-
tas ipſa ſeiungit. Chriſtiani ſumus orthodoxi, non didicimus politiores literas,
vt in tantam perniciem illis abuteremur, non in obſequium tui, ſed Chriſti. No
lumus illas tanta impietate diffamare. Quamobrem, niſi tu quoq; reſipiſces,
quos in ioco ſodales habuiſti, eos iam ſenties in re ſeria, & tanto diſcrimine,
hoſtes acerrimos. Quod tantum abeſt vt iſti præſtiterint, vt ſemel lapſi, quan-
to magis hæreticum Martinum delirare cognoſcerent, tanto pertinaciores in
eo tuendo fuerint. Quod puto tribus potiſſimum de cauſis eueniſſe: Vna, ꝙ tur
pe putarent eas partes deſerere, quas ſemel ſuſcepiſſent, ac ſibi eſſe dedecori
mutare videri ſententiam, quam notam ita nonnulli reformidant, vt dum il-
lam euitant, ſæpe indecentiſſima faciant & patiantur: Ita fit, vt dum tenaces
conſtanteſq; videri volunt, inconſtantiſſimi euadant: Aduerſus enim propriam
ſententiam multa dicere & facere coguntur, vt alienam tueantur. Altera cau-
ſa eſt exulceratus quorundam animus in ſacerdotes omnes, & inuidia quędam
inexplebilis in cucullatos cuiuſcunq; generis, odium quodammodo inteſtinum
in ſanctæ ſedis apoſtolicæ dignitatem. Poſtrema, ꝙ nonnulli plurima ex pla-
citis Lutheri probabant: Frequenter enim euenire ſolet, vt ſtudio ſua defenden
di homines, plurima etiam aliena, quæ animo prorſus improbant tutentur.
His igitur de cauſis exiſtimantur iſti obſtinatius in Lutherana perfidia perſti-
tiſſe. At profecto illud eſt admiratione dignum, iſtos in vniuerſum tam eſſe in-
fenſos monachis & ſacerdotibus, Theologiſq; & Apoſtolicæ dignitati, etſi enī
quorundam iniuria prouocati eſſent. iniuſtiſſimum tamē fuit in vniuerſum ge-
nus ſæuire, & plurimis iniuriam facere, vt de paucis iuſtas pœnas aſſume-
rent. Cunctos enim ordines eorum hominum, qui religioſi dicuntur inſectan-
tur inuidia inexplebili: omnes ſacerdotes perditos cupiunt: Apoſtolicam aucto-
ritatem penitus abolere contendunt.

De quibus rebus, vt nonnulla verba faciamus, & primum de Monachis, D
libenter ab iſtis audirem, quid nam ſit, in horum vita, quod ipſi tantum ode-
rint, obhorreant, deteſtentur. Vtrum accuſent viuendi formulas, quibus ad

præscriptum ii viuunt: An q̄ illis abutantur earum professores corruptissime
viuentes. Qui si vtrunq; a se dicerent improbari, profecto qui eas institutiones
damnat, is magnum Basilium, Augustinum, Benedictum, Franciscum, viros
sanctissimos, partim & doctissimos ipsarum authores improbant: Quo si pa-
rum isti mouentur, qui sanctos omnes contemnunt, præter Apostolos & mar
tyres, q̄q̄ ne his quidem omnino parcunt, reddant tamen rationem, cur san-
ctas institutiones condemnent? Q; prauæ & aduersæ sunt bonis moribus? An
quia superuacaneæ & superstitiosæ? At neutrum horum dicere, aut afferre
possunt, cum euangelium & sacras literas recipiant: manifestissimumq; fit ex
ipsis institutis nihil in eis turpe contineri. Quid enim in ipsis normis decretum
est, quod non ex fonte sacrarum literarum haustum sit? quid sonant aliud nisi
aut dominica præcepta, aut consilia? Quid monent, quid docent, nisi vt illa
seruentur quæ ab illis statuuntur, & quæ ad eorum obseruationem conducũt?
castitas commendatur Si castitatem, cælibatumve, quem viri isti profitentur, condemnant, Paulum
accusent, qui verbo & exemplo illum mirum in modum comprobauit. Ait
enim ad Corinthios scribens: Volo autem vos omnes esse sicut me ipsum: Di-
co autem non nuptis sed viduis. Bonum est illis si sic permãserint sicut & ego,
Et rursus. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem: Item & alio loco, Qui
sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo: Qui autẽ
cum vxore, sollicitus est quæ sunt mundi quomodo placeat vxori: & diuisus est.
Et rursus, Qui virginem suam non iungit matrimonio, melius facit q̄ qui iun-
git. Item beatior erit vidua si sic permanserit secundum meum consilium: puto
autem q̄ ego spiritum dei habeam: Accusent cæteros quoq; Apostolos, postq̄
in collegium illud cooptati sunt: maxime autem Ioannem euangelistam perpe-
tuæ virginitatis exemplar: Iacobum quoq; fratrem domini, Ioannem præcur-
sorem condemnent: Hieremiam & Ezechielem, qui cælibem vitam, teste Hie-
ronymo duxerunt: vt Mariam Deiparam omittam, & sponsum ipsius Ioseph,
quinimmo & ipsum Dominum Iesum increpent, laudantem eos qui sese eunu-
chos fecerunt propter Regna cælorum, subiiciens hęc verba (vt refert Mat-
thęus) Qui potest capere capiat &c. Et qui virginitatem ipsam in suo mundissi
mo corpore consecrauit. Pręetereo innumeros alios sanctos posteriores Antisti
tes, Sacerdotes, Monachos, Anachoritas, & alios confessores, ac etiam Marty-
res q̄plurimos, qui cęlibatum exactissime coluerunt, & maximis laudum pręco
niis celebrarunt. Cuius tantus est nitor tantaq; est virtus & pręstãtia, vt ne pa
ganos quidem & gentiles latuerit. Apud Romanos enim, vestales virgines, ma
xima habebantur reuerentia: Apud Athenienses cicuta epota castrabantur Sa-
cerdotes: Apud Aegyptios pariter cõtinẽtissimi erant sacerdotes. Apud omnes
gentes, semper castitas commendata, & iudicatum maxime eam munditiem cõ-
uenire sacerdotibus, & illi hominum generi qui diuinis obsequiis essent addicti.
Apud Hebręos quoq; q̄q̄ is vnus populus esset, qui nec seruari poterat, nec
propagari, nisi sobolis procreatione, ob idq; cælibatus non ęque commen-
dabatur: virginalis tamen priuilegii fuit, vt sacerdos qui cadauer virginis cõtin
geret, non pollueretur, cum in contactum cęterorum mortuorum omnino infe-
ctus redderetur. Si fortunarum omnium abiectionem & voluntariam pauper-

tatem damnent, vt philosophos taceam, quorum plurimi diuitiis egestatē prætulerunt, Apostolos omnes & Christum dominum qui eā verbo laudauit, & opere probauit: docuitq; vnā esse viarū tēdendi ad perfectū, capessendamq; ab illis quorum ordini nō reluctetur, & illa esse gradiēdum. Si obedientiā improbant, pariter Paulum reprehendere poterūt, qui prepositis parere iubet, & obedientiā sibi ipsi prestari ab his qui ei subiiciebantur voluit. Ad Thessalonicēses enim scribens ait: Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt cōfundatur. Et scripturam quoq; increpēt, quę obedientiam victimis anteponit. vt rationem ipsam naturalem pretereamus, quę docet sublata obedientia ordinem tolli, sine quo nullus hominū cœtus, nulla societas, nulla respublica constare potest. Nisi enim sit qui precipiat, sint itē qui pareant, stare societas non valet. Porro eum qui liber sit, subiicere se alterius potestati, & formam serui accipere propter deum, quis nō laudabit, si dominum Iesum Dei filium se ipsum exinanisse, & formā serui accepisse, vt nos liberos redderet, & factum esse obedientē vsq; ad probrosam mortem crucis, considerauerit? Accedit quod scriptū est: Subiiciamini omni creaturę propter deū. Et inobedientes vehementer scriptura detestatur. Iam vero si in commune viuere non probant. Apostolos pari ratione condemnabunt, qui hoc instituerunt faciendum esse iis qui celsiora petunt. Erant enim illis omnia communia vt in Actis habetur, sępe repetitum. Hęc enim fuit primitiuę ecclesię consuetudo. Quid dicam de Alexandrina ecclesia, quam Euangelista Marcus instituit: nonne in commune viuebat? De qua tam multa Philo Hebręus in laudē gētis suę cōmemorat. Si q; segregatim viuāt monachi a ceteris mortalibus accusantur, quid dicēt de Helia, & Helisęo filiisq; prophetarū qui a populo seiūctā vitā traducebāt? Quid de Ioanne Baptista, qui desertū incolebat? De Nazareis oībus legis, & Mose qui eis viuēdi formulā institutā dedit? De tot deniq; millibus monachorū solitudinū Syrię Aegyptiq; incolis, qui ad pscriptā formulā viuebāt: ex quibus fuerūt Paulus, Antonius, Hilarion, Macarius, Honophrius, & multi alii cælestes magis q̄ terreni homines: & hoc in ipsius nascētis religionis Christianę initiis. Nō igitur noua sunt hęc, nō superuacanea, nō superstitiosa, q̄ a sanctissimis patribus diuinitus aspiratis instituta sunt, descriptis institutionibus, quibus cōmodius diuina cōsilia seruare possent ii, qui ad perfectū tēderet, terrenis delitiis renūciātes: sed ab ipsis incunabulis Christianę religionis instituta, ad quā tamē vitā nemo inuitus compelli tur, sed iter mōstratur volētibus ad cacumē virtutis perueniēdi. Vt nō satis mirari valeā, qua frōte, noua hęc schola bilinguis theologorū sacratissimos religiosorū ordines sectas quasi hęreses audeat appellare, vt aliquid de ipsorū authoritate detrahat, quas semp a Christo dānatas esse cōfirmat, eo argumēto q; sæpe Phariseos increpauerit. Quod q̄ leue sit atq; futile docet Paulus qui se defendēs apud Festū Presidē Romanū Agrippę Regi dixit: Secūdum certissimā sectā nostrę religionis vixi Pharisęus. & rursus se Pharisęū esse testatus est pro concione dicēs: Viri fratres, ego Pharisęus sū filius Pharisęorū, vt est in Actis. & rursus se in Hierusalē eruditū ad pedes Gamalielis. q̄ secta erat Pharisęus. & ad Philippēses scribēs: Ego, inqt, ex gēe Israel, de tribu Bēiamin, secūdū legē Pharisęus &c. Nec vsq; cōperies dām Iesum ordinē sectāve Pharisęorū improbasse, sed eorum

deprauatam vitam,hypocrisim, ac perditissimos mores incusasse. At appro-
basse potius,cum ex eorum ordine,nonnullos discipulos delegerit,vt Iosephum
& Nicodemum,quos dignatus est ministerio sui sacratissimi corporis tumulan-
di vt taceam quod ex eorum placitis quædam confirmauit, vt resurrectionem
mortuorum,& quod Gamaliel Pharisæus fuit,qui in consessu Iudæorum ma-
gnopere fauit Apostolis, vt acta testantur . Q; si Christus separatam vitã du-
cere damnasset,Ioannem Baptistam quem præ cæteris omnibus prophetis lau-
dauit,& discipulos eius improbasset,legisq; omnes Nazaręos.Ad præscriptam
igitur formulam viuere,dummodo ea recta sit, & sequestratam vitam ducere,
atq; ad domini consilia seruanda se obstringere nequaq̃ reprehendendum est,sed
laudandum.Si enim seruari possunt per liberum arbitrium,quamobrem nõ li-
cebit obstringere sese ad ea peragenda,quæ optima sunt , & opitulante diuina
gratia perfici possunt?

E Si enim Nazareis licuit se vini vsu,& aliis plurimis rebus in lege cõmuni nõ
vetitis voto priuare? si licuit idem Samueli,si licuit Ioanni Baptistæ, non solum
carnibus,sed pane & vino perpetuo abstinere, vt testatus est dominus per Lucã
in euangelio: Venit autem Ioannes Baptista,neq; manducans panem neq; bibẽs
vinum &c. Si licuit Iacobo fratri domini nec vino , nec carnibus vnq̃ vti,sed il-
lis semper sibi interdicere,post domini triumphum,vt de eo testatur Egesippus
author probatissimus,& apostolorum temporibus proximus : Cur non licebit
monacho sibi carnes & alia id genus prohibere,& ad ieiunia se obligare, quæ
tot testimoniis scripturarum comprobantur? Ieiunauit enim Christus seruator
noster quadraginta diebus,ieiunauit Moses . Instituit etiam legem ieiunii in die
expiationis : Ieiunauit Dauid septem diebus , audita morte Saulis: Ieiunauit pa-
riter quum infans eius ex Bersabea ægrotaret,& iacuit super terram: Ieiunauit
Neemias diebus multis:Hester quoq; & Mardocheus,Filii quoq; Israel in ciui-
tate Su sis iussu ipsius:Ieiunauit Iudith,super lumbos habens cilicium:Ieiunauit
Achab Rex:& misertus est dominus eius:Ieiunauerunt viri Niniuitæ,& vestiti
sunt saccis,& Dominum placauerũt:Ieiunauit populus Israel sæpe,& ptopitia-
tus est ei dominus:Ieiunabant Ioannis præcursoris discipuli, vt euangelium te-
statur:Clamat Iohel propheta:Sãctificate ieiunium,vocate cœtum, & exclama-
te ad dominum: & rursus: Cõuertimini ad me in ieiunio & fletu:Ieiuniis & ora-
tionibus Anna prophetissa octogenaria seruiebat Deo: Nocte ac die ieiunauit
Paulus & cæteri Apostoli & discipuli Domini glorificato ipso,iuxta id quod di-
xerat in euangelio Marci,futurum videlicet vt quum auferretur ab eis sponsus,
ieiunarent:Exclamat psalmographus , Humiliaui in ieiunio animam meam: Et
rursus,Genua mea infirmata sunt in ieiunio: Meminerunt & ieiunii sępe,Esaias,
Hieremias & Zacharias : Probauit insuper dominus ieiunium,quum docuerit,
quomodo sit ieiunandum dicens apud Matthæum, Quum ieiunas vnge caput
tuum:Et rursus, Cũ ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritę tristes &c.Præterea &
quũ declarauit quoddã genus esse dęmoniorũ,quod nõ eiiceretur nisi in oratio-
ne & ieiunio:Exclamat Paulus ad Corinthios:Exhibeamus nos in omnibus, si-
cuti dei ministros in orationibus,ieiuniis & vigiliis.In actis quoq;, multis in lo-
cis,ieiuniorum sit mẽtio:Ieiunantibus illis,& ministrãtibus domino:Et rursus,

Et quum orasserit cum ieiunationibus commendauerunt eos domino. Qui mos ieiunandi perpetuo seruatus & commendatus ab ecclesia fuit: vt enim ecclesiastica refert historia, quod & Hieronymus testatur, cum a fratribus cogeretur Ioannes Apostolus, iam senio confectus, vt euangeliu scriberet, ad conuincendos hereticos, qui in ecclesias Asiæ irruperant, ita se facturum respondit, si indicto ieiunio, in cõmune omnes Deũ deprecarentur, quo expleto, reuelatione saturatus, in illud proœmium e cælo veniẽs eructauit: In principio erat verbum &c. His igitur tot tantisq; testimoniis abunde concluditur, ieiunia non esse damnanda, nec eos qui se ad ieiunandum & orandum obstringunt, ac proinde religiosorũ instituta, viuendiq; formã non esse reprehendendam, sed omni laude prosequendam. Nam si dicant esse nonnulla morosiora, quæ sibi parum probentur, tunc nõ incommode ipsis respondebitur, eos nimis esse delicatos & fastidientis stomachi, qui tam paruis rebus offendantur: Quum forte nihil sit inter mortales tam exactum, tam perfectũ, quin quoquomodo corrigi possit: Si quis enim omnia scrupulosius perpenderit, & ad viuum vsq; resecuerit, inueniet semper quod reprehendat, & in quo dicere valeat: hoc melius se haberet, illud commodius esset. Sed quid probare possit Momus, immo quid non vituperabit? Oderunt, diceres, tot monachorum discrimina, tam varios ipsorum amictus: Iterum dicam, nimis eos esse delicatos, quibus nauseam faciant, quæ nec stomachum quidem mouere deberent. Illud addo, Iniquos esse humanarum rerum æstimatores, qui accusant varia viuendi instituta, in tanta ingeniorum varietate: Cum sit nemo mortaliũ, qui quosdam proprios & genuinos mores, quædam propria vitæ instituta non habeat. Licet enim ingeniorum discrimina, vel ex ipsis tam diuersis artibus, & ipsis vitę generibus tam variis contemplari. Quamobrem consentaneum fuit in spirituali vita, formulas viuendi, & instituta varia esse, vt cuilibet parata esset via, quæ moribus suis magis congrueret: Siquidem ad regna cælorum (vt scriptura testatur) alius alia incedebat via. Conueniunt tamen formulæ illæ omnes in rebus maioribus, & in ipsa quasi summa, discrepant vero in quibusdam leuioribus: Propterea q; alia aliis magis conueniunt, & cuiusq; moribus aptiora sunt: Apud patres Aegypti Syrięq; & primores illos monachos, quot erãt cœnobia, quotq; Abbates, tot erant instituta quoquomodo inter se ipsa diuersa, vt testatur Cassianus & alii, qui de eorum moribus scripserunt. Cum nihil igitur sit quod reprehendere valeant in institutis ipsorum ordinum: si forte dicant se odisse non viuendi formulas, sed homines perditorum morum, qui turpiter prætextu illarum viuant: qui potest huiusmodi censura probari? Nam & si quidam sint in tanta turba qui a recta via deflectant, iniqui tamen hominis est, ex quorundam improbitate, cunctorum mores & vitam existimare. Constat enim in eodem cœtu plurimos perfectissimos viros esse, potius inter heroes, quàm inter homines recensendos. Sed isti videlicet censores non æque curiosi sunt in virtutibus indagandis, ac in vitiis perquirendis. At nobis natura duplicem oculum largita esse videtur, dextrum vt probanda ac laudanda prospiceremus: sinistrum, vt turpia ac vituperanda. Sed quidam homines importuni velut orbati dextro lumine, virtutem cernere non possunt: nec viros perfectos, qui plurimi sunt in singulis monachorum ordinibus: quorum vel

solum vita & exemplo intelligi potest,q̃ celsa,q̃ diuina sit Christiana religio, cũ ad eum perfectum statum vitę perducat,ad quem nulla humana disciplina,nulla doctrina gentilis,philosophorũve pręcepta perducere queq̃ possunt: Perseuerantia profecto in ea rigiditate disciplinę toto vitę tẽpore,vel sola cõprobari valet,ipsum genus vitę,summo Deo acceptissimum esse:cũ facultatem humanam transcendat,hominẽ in carne pręter carnẽ viuere.Quę iniqui obtrectatores non considerant,sed omnia inique interpretãtes,odio,quos imitari nequeũt,prosequũtur.Nullos autẽ religio atrociores patitur hostes iis,qui ab ea defecerũt: Quod & in cæteris rebus accidit.Damnat enim vnusquisq; studiũ,quod deseruit: & ne ipse accusetur, aut synderesi agatur,omnes condemnat qui illud prosequuntur. Maximum autem impietatis indicium esse videtur, odisse in vniuersum viros, Christi militię,peculiari quodam auctoramẽto ascriptos,vere Aminadab, quod interpretatur,qui sese spõte offerũt Deo,qui se tradiderũt in perpetuũ eius famulatũ:solũmõ eius piis obsequiis intẽti,cęteris rebus posthabitis.Qui enĩ Imperatorẽ colit,is profecto milites eius nõ odit,sed ducis reuerẽtia etiã obseruat,quos minus strenuos cognouerit. At isti huiusmodi vita cęlesti prorsus indigni,quũ ab ea defecerint illã accusant,& insaniam esse deprędicant.Sed de his hactenus.

F Nunc ad sacerdotes venio:Quos isti pari temeritate condemnant:eo magis accusandi,q̃ ipsorum nonnulli,sacerdotio funguntur: Quo in loco mirari satis non possum Lutheri sacrilegam insaniam,sacerdotium omne tollere conantis: profanosq; homines & laicos sacerdotibus æquare.Quod enim maius delirium bone Deus?Quid rationi magis dissonum?Quid sacris literis,antiquissimę con suetudini omnium Christianorum mori, & decretis non catholicorum modo sed etiam schismaticorum magis aduersum? Ex quo vel solo videre licet quid possit liuor, quid audeat malignitas consumata. Vt Ponti.Maximi authoritatẽ aboleat,sacerdotes omnes catholicos,quos papistas per ludibrium appellat,deiicit:Vt autem eos excludat,omne sacerdotium abiicit:per derisumq; eos vnctos appellat,quasi sacra vnctio cum impositione manuum diuino instituto perinde signum sensibile diuini muneris insensibiliter collati,vt lotio aquæ in baptismo cum verborum expressione esse non valeat:Quasi in sacri olei vnctione mysteria contineri nequeant,ac si oleum vti profana res & polluta, non esset in sacris ritibus admittendum,immemor tot testimoniorum sacri vtriusq; testamẽti oleũ in sacris ritibus comprobantium.Sed vt cætera omittam,nonne in Canticis habetur, Oleũ effusum nomen tuum?Christiq; nomẽ nonne vnctus interpretatur? Quid igitur vnctos ludibrio habet?Sed aut fallor,nec hominis ingenium recte noui,aut cito aderit tempus,quum palam æque ridebit sacra vnda lotos sycophanta impiissimus,quod nunc clã facit,vt aperte vnctos sacerdotes rider, quasi sacra vnctio non fuerit diuinum institutum.De qua frequens(vt dixi)mẽtio est in veteri testamento,nec siletur in nouo:q̃q̃ hoc insanissimũ dogma vniuerso orbi Christiano,omnibus qui hoc gloriosissimum nomen confitentur,non catholicis modo & ecclesiæ Romanæ cultoribus , sed & aliis qui propriis obediunt Patriarchis,aduersetur Aethiopibus,Abbascenis, Iacopitis,Cophtis, Armeniis, Nestorianis,Georgianis, Moscouitis,& cæteris id genus schismaticis Christianis:Qui omnes sacerdotes vnctos & sacro ordine insignitos a laicis discretos

habent: quæ gentes omnes & nationes, Syriam, Aegyptum, Mediam, Capadociam, Persidem, Bactrianam, Arabiam, Aethiopiam, Cyrenen & Libyam, Pōtum & regiones illi proximas aquilonares incolunt. De Græcis nihil dico, cum eos non in vniuersum existimem schismaticos esse censendos. Ex quibus & si nonnulli quandoq; de quibusdam dogmatibus cum Latinis dissenserunt, de sacerdotio tamen & sacris ordinibus, deq; cæteris sacramentis nunq̄ dubitarunt: Quinimmo ratum perpetuo sanctissimū apud ipsos sacerdotium fuit, & in maiore fortassis reuerentia, q̄ apud ipsos Latinos. Nunq̄ enim a temporibus Apostolorum, cum tot & tantæ quęstiones fuerint apud Christianos de dogmatibus fidei, de hoc fuit controuersia, sed cunctorum semper consensus, sacerdotium sacro ordine a profanis esse distinctum. Nec ab hac sententia hæreticorū sectę, quorūcūq; memoria maneat, dissenserunt: Quoniam appellati Aeriani etsi presbyteros episcopis æquarent: nec discrimen esse inter episcopum & minorem sacerdotem cōtenderent, quod & Arrius primum fecit, non tamen profanos sacerdotib9 æquabant: Quinimmo nec ipse VVicleff, nec quisq̄ Hussitanorū, quorū tamen dogmatibus Lutherus magnopere sibi fauet, huc insanię in dogmatibus excogitādis processit. Si enim christiani omnes sacerdotes sunt, & aliud nihil, q̄ figmentum sit ordo ille sacer, solaq; fides aut baptisma sacerdotē facit, cum omnes baptizemur, sequitur omnes sacerdotes effici, & mulieres non secus atq; viros. Quo quid potest absurdius excogitari? Præterea efficitur vt in nouissima cœna, qua primum sacramentum Eucharistiæ institutum est, Dominus Iesus Apostolis nihil contulerit potestatis, quod prius non habuerint, dicens, Hoc facite in meam cōmemorationē, cum longe antea ipsi fideles essent, & baptizati: quinimmo & munere apostolico insigniti. Si quis autem dicat in institutione ipsius sacramenti rributam esse potestatem conficiendi illud, quod antea non poterāt, etsi baptizati essent, cum illud prius non fuisset institutum, sed illis verbis absq; alio, ordinis munere illam nudam potestatem indiscrete omnibus Christianis passim fuisse collatam verbis illis: Quotiescunq; feceritis hoc: facite in meam commemorationem. Si quis igitur hoc affirmet, pari ratione cogitur confiteri, cūctis absq; discrimine communem fuisse, & vulgo omnibus tributam facultatē. Quā deinceps cum videlicet a mortuis resurrexisset illis eisdem. Apostolis, sacratissima illa afflatione contulit cum verborum adiectione: Accipite spiritum sanctū. Quorum remiseritis peccata &c. vt sit consentaneum dicere, facultatē remittendi peccata pariter communem esse omnibus Christianis, non autem quorundam propriam. Sed isti qua sunt impudentia, ne hoc quidem confiteri dubitabunt, cum afferre non possint cur posterius, q̄ prius magis ad discretos & certos homines pertineat. At verborum Christi seruatoris sensus & vis ipsa, ac series huius sermonis tali sententię omnino aduersari percipit, modo diligēter verba perpendātur. Si enim quilibet æquam haberet potestatem condonandi peccata, potius dixisset, Accipite spiritum sanctum ad remittēda vicissim peccata: q̄, Quorum remiseritis remittentur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Qua verborum serie declarasse constat discrimen esse inter eos, a quibus hoc tantum præstari debebat, & eos quibus erat præstandū: Iudicesq; delectos & discretos esse a reis qui nō valent esse iudices, quasi illis verbis dixisset: Vos, vos inquā, quos populi

mei instituo iudices, quos gregis mei volo esse pastores: Accipite spiritum sanctum. Cuius virtute valeatis illum iudicare, errata dimittendo aut retinẽdo, prout vobis expedire videbitur, ad eorum commodum & salutem. Nec enim decuit eam potestatem sine discrimine omnibus tribui, quam non omnes exercere commode potuissent, decernentes quibus merito essent remittenda peccata, quibus ediuerso imputanda & retinenda: Quod difficile est, & a paucis commode pręstari potest. Non igitur illa facultas vulgo tribuenda, sed certis ad munus illud peragendum idoneis. Rursus & alio argumento, hoc idem confirmari potest. Quandocunq; enim per aliquod signum sensibile diuinitus aliquod cæleste munus tribuitur, illis tantum tribuitur, in quos signum illud ceciderit, non autem cęteris etiam absentibus, vt gratia baptismi confertur iis tantũmodo qui loti sunt aqua: Sacramentum Eucharistiæ conficitur ex eo tm̃ pane & vino, super q̃ verba illa sacratissima ꝓlata sint. Potestas igit̃ illa pari modo dimittendi aut retinendi peccata, illis dũtaxat tradita esse intelligi debet, super quos cecidit signũ sensibile illius tribuendæ. Cecidit autẽ in discipulos solummodo, dum insufflauit dicens, Accipite spiritum sanctum &c. Igitur discipuli tantũmodo illam potestatem acceperunt, & non pariter absentes & omnes Christiani. Ad hæc facultas tradendi spiritum sanctum per impositionem manuum, non passim omnib9 Christianis tributa fuit: sed quibusdã & certis. Quod plurimis testimoniis sacrarum literarum est compertum. Consentaneum est igitur certis & discretis personis facultatem dimittendi peccata vel retinendi conficiendiq; ineffabile sacramẽtum diuini corporis & sanguinis domini Iesu esse tributam, & non vulgo omnibus, vt taceam ꝙ non decebat, tam ingens mysterium prophanari, tam viliter tractari vt ignobilissimus ac ineptissimus quisq; minister illius esse valeat. Abborrent enim hæc nimis a communi sensu, rationi penitus repugnant. Quòd autem munus imponendi manus certis ministris fuerit commissum, testatur illud quod in Actis habetur. Quum audiuissent Apostoli qui erant Hierosolymis Samariam recepisse verbũ dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannẽ &c. Qui cum inuenissent eos tantũ baptizatos esse in nomine domini Iesu, nondum autẽ accepisse spiritum sanctum, imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Et rursus in eisdem Actis, a Paulo hoc idem factitatum esse traditur, qui Ephesi. xii. viris iam baptizatis in nomine Iesu, imposuit manus, & acceperunt spiritum sanctum. Et rursus in eisdem Actis, Simõ Magus in Samaria prędicatioṇi Philippi diaconi credidisse cum cęteris multis & baptizatus fuisse cõmemoratur. Quum autem vidisset a Petro & Ioanne per impositionem manuũ spiritum sanctum tribui, obtulisse pecuniam eis, vt sibi eam impertirẽtur potestatem, quam emere ab eis non studuisset, si ipse in baptismate illã accepisset. Quibus exemplis constat illam in baptismate non tribui, sed certis ministris, Apostolis videlicet fuisse tributam: quod est propositum nostrum. Non tamen id munus eãq; potestatẽ Apostolicę dignitati tributã fuisse declarat̃ ex hoc, ꝙ lõge antea ad Apostolatũ fuerãt assumpti, q̃ potestatẽ acciperent manus imponẽdi. Hãc enim liquet eos accepisse iam glorificato domino, posteaq̃ iidem spiritum sanctum acceperant, quem aliis impertiri non valuissent: nisi illius ipsi participes iam fuissent. Ac perinde constat ipsos ea potestate præditos fuisse potius

ex ordine episcopalis sacerdotii: cum aliud in eis non possit assignari. Qua facultate cum careret Philippus, eo ꝙ solum diaconus esset, vt Acta testantur, non poterat Samaritanis, quos sacra vnda perfuderat, manus imponere, & spiritum sanctum dare, ob idq; Petrum & Ioannem missos esse constat: Atque his quidem testimoniis, apertissime conficitur, imponendi manus facultatem non esse vulgo permissam omnibus Christianis, quinimmo nec diaconis quidem, sed quibus ordine quodam potioribus: quos sacerdotes maiores nominare liceat per hæreticos, si concedere nolint alios sacerdotes esse seiũctos a profanis. Ex hoc enim saltem efficitur quod ipsi cauillari non possunt, nõ omnes Christianos pares fuisse instituto diuino in sacris ministrandis, neq; recte ab istis concludi, quod quibusdam dictum est. Hoc, videlicet, facite in meam commemorationem, omnibus fuisse permissum, ac proinde nec sacerdotes diuino instituto, aliquo ordine a cæteris Christianis esse seiunctos.

Impositionem autem manuum multiplicem fuisse, hinc planum efficitur, ꝙ G
in Actis non semper vnius sed duarum fit mentio: vnius, qua confirmabatur & incrementum suscipiebat gratia baptismatis, scilicet, qua spiritus virtute, conferebantur dona linguarum & prophetiæ: Alterius, qua consentaneum est characterem sacerdotii fuisse collatum: De qua est in Actis, vbi narratur Antiochiæ, Paulo & Barnabæ segregatis in opus, ad quod assumpserat eos spiritus sanctus, anteq̃ dimitterentur, manus fuisse impositas. Ait enim scriptura, Tunc ieiunantes & manus imponentes dimiserant illos: Qua impositione, aliquam facultatem eis tributam fuisse credere par est, quam antea non habebant, opportunam videlicet ad opus peragendum, ad quod a spiritu sancto mittebatur, quæ alia esse dici non potest, nisi quę sacerdotibus vel episcopis peculiariter tribuitur nisi figmentum aliquod excogitetur: Quo mysterio, cum id fuerit peractum Antiochiæ, in cuius ecclesia non aderant Apostoli, vt Acta referunt, aperte declaratur non fuisse Apostolici muneris quatenus esset Apostolicũ, imponere manus. Sed potius ordinis sacerdotii. Loquor autem de altero genere impositionis, quoniam de priori, quo linguatum donum tradebatur, iam superius disseruimus. De quo genere posteriore sæpe Paulus meminit, ad Timotheum & Titum scribẽs: Solicitus enim Timotheum admonet, caueat, ne temere cuiq̃ manus imponat. Manus (inquit) cito nemini imposueris, nec communicaueris peccatis alienis: Quod superuacaneum fuisset si illis nullum munus iniungeretur, nulla tribueretur facultas. De priote autem genere, ipsum non loqui manifestum est. In eo enim delectus nullus requirebatur, quin promiscue omnibus imponerentur manus, modo crederent & baptizati essent in nomine domini Iesu: Sed de altero, in quo par erat habere delectum. Quum instituerentur sacerdotes, & proinde iudices retinendi aut dimittendi peccata. De qua sacerdotum & episcoporum institutione, idem Paulus ad Titum Cretæ episcopum scribens, plurima præcepta tribuit, & multa q̃ diligentissime statuit: De qua re etiam sollicitus Mileti, vocatis maioribus natu ecclesiæ Ephesi, hæc verba protulit: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: Quæ quidem non protulisset, si episcopalis ordo nihil esset aliud, quam figmentum & tyrannis, si nullum esset sacerdotium, vt hære-

ticus iste asseuerat: sed indiscrete quilibet profanus, quantum ad institutum diuinum idem posset quod sacerdos & episcopus. Atq; his argumentis manifeste colligitur, certis viris esse peculiarem facultatem diuino instituto tributā ministrādi sacra, ipsosq; tantum prerogatiua quadam institutos esse ministros ad ea peragenda. Præterea efficitur sacramentum confirmationis, quod impositione manuum episcoporum administratur, certum esse ac venerabile sacramentū: Quod tamen heretici, sicut sacerdotium, euertere conantur. Sed licet ad hæc vsq; tempora sacerdotes sine controuersia sacro ordine distinctos, a profanis habuerim9, Lutherum tamen non puder christianum populum ad Hæresiarchæ primæui Iereboam tam in scriptura detestati, ac ethnicorum & gentilium morem in sacerdotibus instituendis reuocare, sacerdotiumq; perfectæ legis & gratiæ vili9 reddere sacerdotio legis Mosaicæ, in qua delecti sacerdotes & ministri sacrorum diuino decreto fuerant instituti: cum tamen eorum sacerdotium typus tantū esset & figura sacerdotii legis euangelicæ. Quod institutū Apostolus Paulus referēs ad sacerdotium nouæ legis ait: Nemo assumat sibi honorem: sed fit vocatus a Deo tanq̄ Aaron. Non fuisse autem sublatum sacerdotium lege euangelica (et si illud legis Mosi fuerit abolitum) sed translatum idem Paulus his verbis ad Hebræos scribens, aperte declarat. Translato enim sacerdotio, necesse est vt etiā legis translatio fiat. Q̄ ratum autem & honorificū optimus & Maximus De9 voluerit esse sacerdotium, declarauit seuerissimo illo iudicio, quo tam atrociter eorum temeritatem vindicauit, qui ausi fuerant sacerdotalis dignitatis ad officii sibi partem arrogare, aduersusq; institutos sacerdotes seditionem populi commouere: Qui partim terrifico miraculo, dehiscente terra, mox cum tabernaculis & omni substantia sua sunt absorpti: Cæteri demisso cælitus igne, quum ausi essent thure libare coram omni populo conflagrauerunt. Nec in sontes tantū sæuit ira Dei, sed etiam in eos est peruagata, qui interitum illorum deplorabant, & iniuste Mosen & Aaron accusabant: edita strage septingentorum & quatuordecim millium (vt liber numerorum testatur) confirmatumq; deinde sacerdotium est portento illo mirabili virgę Aaron non solum germinantis, sed etiam amigdalas parturientis. Quod rursus & alio prodigio, multis post seculis confirmatum est, Ozia Rege Iuda munus sacerdotale vsurpante, qui quum templū ingressus, incenso adolere ausus esset reclamantibus sacerdotibus id non esse officii ipsius, statim est lepra correptus: qua, donec vixit, laborauit: & qui Rex sacerdotium vsurpare voluit, munus Regium amisit. Nec illud prætermittendū est magnæ seueritatis exemplum, quod in Ozia gestum est, quum manum ad Arcā sustentandā admouisset, quæ inclinare videbatur cum id ipsi non liceret, eo q; sacerdotio nō fungeretur. Percussus est enim a domino ob temeritatem suam & statim iuxta Arcam extinctus, vt liber regum testatur. Sed mihi non est ꝓpositū, integra disputatione, execrāda furiosi Martini placita refutare, & si obiter quædā attigerimus. Illa enim a compluribus præclarissimis viris copiosissime cōfutata, & egregie redarguta sunt. At nūc eos accuso, qui etsi sacerdotes agnoscant a profanis discretos, eos tamen inuidia mirabili confectantur.

H Tria enim, mea quidem sententia, hominū genera affectibus prauis permota, nomina dedere Martino, vt ii cōnumerent, qui ruditate aut stoliditate quadā

quasi attoniti nouitate rei & blandis verbis, pietatis videlicet speciem præferentibus allecti, cōcidere, vel deprauatos mores clericorū perosi, primum zelo quodam, sed qui non erat secundum scientiam, permoti sunt. Quibus non incommode diceretur, quod Paulus ad Galathas scripsit, O simplices & insensati Germani, qui tam bene currebatis: Quis vos fascinauit veritati non obedire? Persuasio hæc non ex eo est, qui vos vocauit ad vitam. Modicum fermentum totam massam corrupit: Qui autem conturbauit vos, portabit iudicium. De his igitur non loquor, qui leuitate sunt seducti, sed de illis qui odio, liuore aut cupiditate, vlotionisve desiderio aut impietate quadam permoti sunt. Quorum primum genus est illorum vestratium qui studium eloquentiæ, studio sapientiæ præferunt. De quo multa supra diximus, propter bellū quod vigebat inter ipsos & theologos. Alterum est, qui suapte natura osores sunt sacerdotum, vel genuina quadam impietate, qua diuina cuncta negligunt, & homines religioni prepositos, sacrorūq; ministros fastidiūt: qui ferre nō possunt, eos fortunis abundare, honoribus fungi, authoritate pollere, libertate ecclesiastica perfrui. Quibus auget inuidiā disparilitas vitę, morū discrimen, studiorū diuersitas: Vt enī harū reū similitudine animi conciliātur, ita dissimilitudine seiungūtur. His de causis plurimi a sacerdotibus tā auersi sunt, quasi nesciant sacerdotes humanę sortis esse participes: tantūq; est atrox dissidium, vt multis videatur quicquid sacerdotibus commodorum dignitatisve tributum fit, id sibiipsis esse detractum: tantoq; obcęcantur liuore, vt cogitare non valeant, hoc rationem dictare, & hoc apud omneis gentes & nationes etiam barbaras tam esse commune, vt lege quadam naturę institutum esse videatur, quod etiam omnibus seculis seruatum est: vt homines videlicet, qui sacris præessent ipsaq; administrarent, colerentur a cæteris, commodisq;, dignitate, & honoribus amplissimis honestarentur. Antiquissimus enim sacerdos Melchisedech Dei altissimi ante traditam legem, idem autem & Rex Salem: Apud Aegyptios Reges erant sacerdotes: Apud Hebręos primo instituto idem sacerdos & iudex populi, penes quę summa rerum esset. Sacerdotes enim erāt Moses & Aaron, vt Psalmographus testatur: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius &c. Nam ab horum tempore, vt plurimum ad Heli summi sacerdotis, & Samuelis ministri eius ętatē, summa rerū & iudicia ad sacerdotē deferebantur: Quinimmo populo Israel declarauit dominus, quantū indignaretur, q̄ Regē peterent, vtq; sacerdoti summa potestas sublata, alteri mādaretur respōso Samueli tradito his verbis, Audi vocē populi, nō te abiecerunt sed me, ne regnem super eos. Expressioribus enī verbis explicare nō potuisset, sacerdote rebus moderante Deum per ipsum vti per ministrū propriū in populo regnare. Et qui detrectant sacerdotis principatū, hos imperiū dn̄i detrectare. Quę potestas tēpore Regū intermissa ab ipsis Hebręis sacerdotio restituta est tēpore Matathiæ sacerdotis & Maccabęorū principū quę demum sublata ipsis fuit a Romanis accedente tempore translationis sacerdotii, & aduentus illius magni sacerdotis ęterni, secundū ordinem Melchisedech: tamen post etiam susceptos Reges, semper fuit sacerdotibus pręcipuus locus. Apud Romanos sacerdotii maximam dignitatem fuisse declarat ingens contentio ab initio summorum virorū, qui in collegiū Aruspicum Pōtificumve peterēt cooptari, in quo tantū honoris & auctoritatis sitū esse

putaſunt, vt nemo princeps Imperatorue ſibi ſatis tutus eſſe, ſatiſve poteſtatis ha
bere videretur, niſi Pont. Maxi. creatus fuiſſet. Quod etiam ipſorum elogia mar-
moribus inſculpta teſtantur. Nulla enim gens tam inhumana fuit, tam barbara
(modo religionis vllius particeps eſſet, & numẽ aliquod, cuius nutu cętera ad-
miniſtrarentur, agnoſceret) quæ ſacerdotibus ſuis primos honores nõ habuerit,
& dignioribꝰ illud munꝰ nõ triberit. Quãobrẽ & priſci moris fuit, vt primoge
niti ſacerdotio fungerẽt: & Principes dicerẽt ſacerdotes, teſte Hieronymo. Ac ne
plura exẽpla repetã, penes Gallorũ ſacerdotes, q̃ Druidę nũcupabãt, iudicia erãt,
leges, cõuentꝰ publici, aĩaduerſiones, poteſtas oĩs, ſumma Reip. Apud Germa-
nos maiores veſtros tãta erat ſacerdotũ autboritas, vt animaduertẽdi, vinciẽdi, ver
berandi ius, quod Regibus ac ducibus etiam in bello negatum erat, ipſis ſolis eſ
ſet permiſſum, idq́; non quaſi Regis aut ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante.
Vnde igitur nõnullis Chriſtianis tantus extitit contemptus ſacerdotũ? Tam ſæ-
uum odium? Quaſi ſacerdotes non homines, ſed peſtes & erynnies ſint: ex homi
nibus tamen aſſumuntur ſacerdotes, pro hominibus conſtituũtur, in his quę per
tinent ad Dei cultũ, vt offerãt ſacrificia pro populis, & eis ſacra miniſtrent. Iã ve
ro ſacerdotũ ſenſus cur iſti tanta inuidia proſequũtur? cum nõ a mortuis, quibus
illi iuſta perſoluunt, nõ a ſublimibus ſpiritibus, quibus ipſi ſupplicant, ſed a viuẽ-
tibus hominibus eiſdemq́; profanis pars ipſorum amplior abſumatur. Ferũt pro
fani ęquo animo cuiuſuis generis, cuiuſuis ordinis homines ab inferioribus di-
gnitate, ſtudio diuitiis honoribuſq́; ſuperari: Fert ciuis ruſticum ditiorem ſe, nobi
lis ciuem, Princeps mercatorem, ſacerdotum facultates a malignis non ferentur?
Quæ profecto minime inuidia dignæ ſunt, ſi cum laicorum facultatibus confe-
rantur, modo ratio ordinum & dignitatum habeatur. Faceſſat igitur tam turpis
inuidia in ſacerdotes, cum eos profani, potentia, diuitiis, honoribus lõge excedãt:
patiaturq́; ſacratos homines, & diuino cultui mancipatos, q̃ plurimis & maxi-
mis commodis vitæ priuatos. Quibus ipſi profani perfruuntur, bonis eccleſia-
rum perfrui. Nam etſi liberius quidam illis vtantur quod complures non iniu-
ria reprehendunt, optanda quidem eſt vitiorum correctio: ſed non tam vehemen
ter excandeſcendum, iis præſertim ad quos non pertinet huiuſmodi caſtiga-
tio: ſed eo animo ferendum, quo ne perturbetur Reſpublica plurimorum princi-
pum toleramus tyrannidem, iucidum iniuſtitiam, nobilium inſolentiam, mi-
litum rapacitatem, mercatorum auaritiam, artificum fraudes, colonorum
negligentiam: ad ſummam cum omnium hominum cuiuſcunq́; generis, cuiuſ-
cunq́; ordinis ſint, vitia, memores humanæ imbecillitatis toleremus: cur ſa-
cerdotum errata ferre non poſſumus? Quorum ſi quidam ſint diſſoluti, & ta-
li munere multum indigni: ſunt tamen alii perhoneſti, & in optimis viris nume-
randi, complures autem mediocres. Sed Deus immortalis, quid ad literatores
iſtos, aut alios ſycophantas pertinet caſtigare ſacerdotes? aut cur tam moroſi
ſunt in horum erratis indagandis, tam curioſi in ipſorum vita perſcrutanda? An
tali obtrectatione nõ declarãt ſe inuidia ferri pręcipites: & idcirco ſacerdotes odiſ
ſe, ꝙ pares illis dignitate atq́; opibus eſſe non valeant? Et cum ipſi turpiſſimi
ſint, & elephantum (vt eſt in euangelio) deglutiant, Sacerdotes tamen accuſant
ꝙ culices non excolant. Magnæ profecto ſuperbię ſi non etiam argumentum

impietatis est, illis publice detrahere, & eorum audere iudicem agere, apud quos reus existas. Sed nihil faciunt isti præter morem hæreticorum, quorum (vt Hieronymus testatur) proprium est despicere ecclesiasticos, & in eorum ruina gaudere. Neq; vero fuerit quod quisq̃ suspicetur, me in sacerdotum gratiam talia commemorare, cum mihi laico nihil sit cum sacerdotibus commune: sed veritatem meditatur guttur meum, & labia mea impios detestantur.

Sed dicent fortasse isti hæretici, se hoc potissimum in sacerdotibus criminari, q̧ opes possideant, cum instituto Christi illas aspernari & paupertatem sectari debeant: Quibus respondere in promptu est, Dominum Iesum sacerdotibus nunq̃ diuitias interdixisse, & si ipse verbo & exemplo paupertatem probauerit, ac inopem vitam cum Apostolis & discipulis duxerit, vt vndiq; omnia eius mysteria consentirent. Venit enim sapientissimus cælorum ac terræ opifex, potentissimus cælestium exercituum Rex, humanum genus captiuitate Sathanæ liberaturus, non cultu regio ornatus, non potestate terribilis, non rerum copia splendidus, non maiestate verēdus, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, virtute diuinus, at specie humillimus: Infirma quæq; deligens, vt fortia prosterneret. Venit non in humanæ sapientiæ persuasibilibus verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt sapientiam terrenam perderet, prudentiam reprobaret, comprehendens sapientes in eorum astutia. Non venit in potentiæ humanæ robore, sed in debilitate: Principem mundi profligaturus non in deaurato curru, sed in eculeo crucis ipse triumphaturus. Decuit igitur Christum Iesum, ac eius discipulos ante adeptum triumphum, pauperem vitam ducere. Decuit etiam Apostolos quum euangelium prædicarent, ac rempublicam Christianam vndiq; propagarent eisdem institutis vitæ incedere, vt & quum adhuc bellum vigeret, eisdem telis pugnare: vt paupertate diuitias, patientia potestatem, humilitate superbiam, imbecillitate authoritatem deuincerent, simplicitate prudentiam humanam confunderent, vi deniq; spiritus, vniuersam facultatem & gloriam terrenam perderent. Congruebat præterea ipsos paupertatem sectari, quum regna cælorum petenda esse prædicarent: vt viribus contrariis iis quibus innitebatur qui principatum huius mundi tyrannice occupauerat, illum prosternerent, & contraria contrariis debellarent, vt etiam tum verbo tum exemplo homines ab his rebus, quibus plus æquo studebant, auocarent: Declarantes ex his terrenis caducisq; rebus, felicitatem non esse petendam, sed ex cælestibus, illucq; anhelandum esse. His igitur de causis paupertas probata est a Christo Iesu, & ab Apostolis: Sed ita approbata, vt tamen vsus diuitiarum non fuerit interdictus. Quod si pertinacius vrgeas ad apicem tendentibus prohibitas fuisse opes, Christo dicente, Si vis perfectus esse, vende quæ habes & sequere me &c. Et rursum, Difficilie est diuitem intrare in regnum cęlorum: & illud quod magis vrgere videtur, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Respondebo, consilium illud non tam commune esse nec tam late patere, vt omnes vias adipiscendę perfectionis complectatur, sed illam quam exprimit, vnam earum esse declarare: quę tamen nec in vniuersum omnibus conuenit, nec cuilibet statui est accomodata, nec omni tempori congruit, nisi secundum spiritum, nō aũt si secundũ

literam sensus verborum consilii accipiatur nisi quãtum ad effectum & cupiditatem. Nec mirum hoc cuipiam videri debet, non enim omnia quæ a domino Iesu fuere probata aut instituta perpetuo seruanda fuerunt, sed quædam ad destinatum tempus, quędã autem perpetuo. Misit enim dominus discipulos ad prędicandum sine sacculo, pera, zona, sine calceamentis: non tamen voluit perpetuo his rebus, ipsos esse priuatos, sandalia enim demum habuerũt, & loculos: sed cõgruebat, vt ad eam rem peragendam, ad quam tunc mittebantur, sic incederent: Qua peracta non opus erat idem seruare. Tempora enim diuersa negociaq; varia expetunt instituta. Cum igitur Iesus Christus pauperculam duceret vitam, consentaneum erat eo tempore, vt qui ad eius doctrinam accedebãt, ad cacumen tendentes, se diuitiis abdicarent, vt discipuli magistro similes essent. Nec tamen omnes discipuli tunc fortunis omnibus renunciarunt. Discipulus enim fuit Lazarus: Ioseph ab Arimathia nobilis Decurio, & idem diues: Nicodemus quoq; & multi alii, de quibus non legitur ꝙ abiecerint diuitias, quinimmo, ꝙ de suis fortunis, Domino ministrabant: Vt is qui cœnaculum ad nouissimam cœnam cõmodauit. Et Petrus in Actis, non de retento agri precio, sed de fraudulento mendacio, Ananiam increpauit dicẽs, Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare mentitus es spiritui sancto? Illud igitur, Nisi quis renunciauerit &c. non de vniuersis discipulis intelligendum est, sed de iis duntaxat qui familiarius pauperem dominum tunc essent secuturi: & pręcipue de Apostolis: q̃uis illud ad sacerdotes proprie referri non possit, neque ad bona ecclesiarum, quorum ipsi non domini sunt sed administratores. Propagata vero religione Christiana & spiritu de carne iam triumphante, nõ amplius oportuit, immo forte nec decuit quidem, vt in eisdem institutis paupertatis persisterent omnes qui ad fastigium contenderent: sed vt caro spiritui seruiret, ancilarentur opes pauperibus, famularetur potestas terrena humilibus: Non enim omnia, quę ad exactum & summũ pertinent, omni ordini, omni statui, conuenire possunt: quinimmo plurima sunt quæ inter se pugnant. Nam prędicare euangelium ad perfectionem pertinet: Colere deserta, & Anachoritarum vitam ducere, more sanctorum patrũ, summæ virtutis & perfectionis est: non tamen vtrunq; simul perfici potest. Inopibus subuenire, hospitalem esse, hominis est ad perfectionem tendentis. Inopem esse propter Christum ad perfectionem spectat: inops tamen elargiri necessaria egenis non valet. Q̃uis igitur paupertas ad perfectionem pertineat, ordini tamen sacerdotum in vniuersum, hoc præsertim tempore, non cõuenit, compluribus de causis. Abiectis enim fortunis, nec sacerdotii maiestatẽ, aut decorẽ tueri possent, nec multa prętare, quæ ipsorum exigit officium: q̃q̃ illud sacerdotes semp meminisse debẽt, se sacerdotiorum census ministros esse, nõ dominos, petiturumq; ab ipsis Dominum Iesum dispensationis rationem, etsi vti ac frui liceat ipsis bonis ecclesiasticis pro dignitate & conditione cuiusq;, quum sit dignus mercenarius mercede sua: ac scriptũ sit, Nõ alligabis os boui triturãti. Et voluerit Christus, teste Apostolo, vt q seminat spiritualia, metat tẽporalia: & qui ministrat altari, ex altari alatur. Placuit igitur sapientissimo Monarchæ Christo ecclesiam suam affluere diuitiis, pollere potestate iam constituta Repub. vt se omnium verum Regem declararet, cælestium pariter ac terrestrium, omnemq;

potestatem sibi tributam esse doceret non solum in cęlo, sed etiam in terris, vt habeat facultates ecclesia, quibus valeat debellare superbos, contumaces coercere, in officio continere audaces, benemeritos præmiis afficere, inopibus subuenire, oppressos ab iniuria vindicare: solennia sacrificia, & cętera id genus plurima quæ a sacerdotibus suppeditante facultate peraguntur, cum decore & dignitate facere. Qua re instituta, præterea declaratum est, vtrunq; genus hominũ, in quos vniuersa natura distribuitur, egenorum videlicet ac diuitum æque ad felicitatis apicem pertingere posse, nec virtuti diuitias, nisi quis circa illas nimis sit solicitus, obesse. quod peccatum quia multum in diuites cadit, idcirco difficile esse dixit seruator illos ad cælestia regna penetrare, nec vicissim paupertatem illi esse impedimeno, dummodo vnusquisq; rebus his diuersis, opportune ac diuersimode vtatur. Hac igitur de causa existimandum est, diuino consilio vtrunq; statum in ecclesia constitutum esse: vnum paupertate florentem, alterum opibus proficiẽtem, quasi parata materia exercendæ virtutis. Sunt enim in ecclesia plurimi eximie paupertatem colentes, illamq; verbo & opere, tum priuatim tum publice, psitentes: Inter quos primas partes obtinere sacrum ordinem minorum certum est. Sũt & alii fortunas in commune possidentes, ptiuatim pauperrimi, & communibus vtentes parcissime. Sunt & sacerdotes ecclesias administrantes locupletes, potestateq; & opibus affluentes, & vterq; status ab ecclesia sic retinetur atq; seruatur, vt alter alterum non impediat, sed mutuo adiumento sit. At de his satis multa superq; diximus, & fortasse non necessaria. Constat enim improbos istos calumniatores non tam improbare opes ecclesiasticas, q̃ dolere ꝙ ipsi participes illarum esse non valeant. Itaq; magis sacerdotibus opulentis infensi sunt, q̃ ipsis opibus, quas diripiendi omnes occasiones & quærunt & arripiunt. K

Pari autem furore, hoc vtrunq; genus hominum sautio animo, hęretico Martino fauentium, feruntur ante omnia in Pont. Maximi dignitatem & Apostolicæ sedis authoritatem. Sed de altero genere cui sunt odio sacerdotes, non est quod magnopere demiremur: Quibus enim vniuersum genus est odio, ii consentaneum est, vt sacerdotum Principem maxime oderint & insectentur. Sed primum genus, literatorum dico, hoc est in maiore culpa, ꝙ cum odium ipsorum in sacerdotes ortum maxime fuerit ex dissidio eorum cum quibusdam theologis, tãtum virus conceperint, in Pontificiam maiestatem, vt omnes vires contẽderint, omnes machinas adhibuerint, ad eam prorsus euertendam: Cum tamen Apostolica sedes bonis literis, ipsarumq; studiosis nunq̃ infesta fuerit: Quinimmo bonis artibus perpetuo fauent, earumq; professores, honoribus & commodis semper affecerit. Plures enim in Romana aula ex eruditorum cœtu ad maiora euehuntur, q̃ in vniuerso orbe. Romæ, Bononię, Perusii, academiæ celeberrimę sunt cõstitutæ. In quibus professores doctissimi omnium linguarum, cunctarum disciplinarũ, publice docent, salariis amplissimis conducti sanctę sedis Apostolicę sumptu, & beneficio. Romę vero aluntur fouẽturq; ingenia, & optimę artes magno habentur in precio. Vnde igitur tam inexplebile istorum odium in Romanam vrbem, in hanc principem sedem extitit? Qui cum nulla iniuria, nullo incommodo, a Põtifice Maximo, quem episcopum Romanum, vt scilicet minuant eius authoritatem appellant, affecti fuerint, nec ab hac aula Romana quicq̃ se indignum passi

ſint, vt Tertuliano contigit: Quem ſcribit Hieronymus, inuidia & contumeliis
clericorũ eccleſię Romanæ, ad Montani dogma delapſum fuiſſe. Quomodo fa
ctum odiumq; ſuum excuſabunt, quin ab inuidia & improbitate fuerit profectũ
in hanc ſacroſanctam ſedem, quæ erga omnes nationes, erga omnes gentes, ſem
per benigna beneficaq; fuit: nemini nocens, commodis omnium ſtudens, ſalutis
omnium ſolicita, & omni generi literarum perpetuo fauens. Sed iſti cum priua-
tas iniurias expoſtulare non valeant, fingunt ſe publica cauſa commoueri. Quaſi
æquo animo Ro. epiſcopum tyrannice ſibi hanc ſummam comparaſſe poteſta-
tem ferre nequeant. Itaq; detegendam eſſe veritatem & cętera quæ in hanc ſentẽ
tiam per ſummam calumniam iactant. Sed hęc miſſa faciamus. Neq; enim mihi
propoſitum eſt verbis Pontificis Maximi ſummam poteſtatem aſſerere, compro
batã tot ſacrarũ literarũ teſtimoniis, tot argumentis efficaciſſimis doctiſſimorũ
virorum tot ſanctiſſimorũ & eruditiſſimorũ patrũ ſententiis, tã cõmuni cõſenſu
orthodoxorũ omniũ, tam vetuſta cõſuetudine Chriſtiani populi, vt nemo ſan9, ne
mo in religione bene inſtitutus, nemo niſi cui mala mens maluſq; animus ſit, de
hoc quicq̃ poſſit dubitare. De qua re quoties diſceptatum eſt, toties definita quę-
ſtio, & oppugnantiũ exprobrata ſententia, & decretis publicis dãnata, cũq; hære-
ticis ſuis authoribus ſepulta, vt ſtultum ſit ipſam reuocare, vt de ipſa rurſus diſ-
feratur, etſi Lutherani cunctis viribus contendant eãdẽ a putridis cadaueribus
vetuſtiorum hęreticorum excitare. ſunt enim hyenis ſimiles ſucco corporũ mor-
tuorum e ſepulcris effoſſorum viuentibus: dicẽtes omnes epiſcopos pares eſſe fa
cultate: cum tamẽ ipſos paulo poſt priuent omni authoritate, vt ſunt in ſuis pla
citis inconſtantiſſimi, ſummumq; ſacerdotium meram eſſe tyrannidem dicant.
At ii quicunque ſummi Pont. maieſtatem impugnare contenderunt, tam male
habiti ſunt ab his clariſſimis viris, qui cauſam hanc indignatione potius defen
dendam ſuſceperunt, q̃ ꝙ ipſa defenſionem deſideraret, vt eſſet, ſi quid cordis ha-
berent, cur non ſolum eos temerarii cœpti pœniteret, ſed prę pudore, ad ſepulcro
rum tenebricoſiſſimas latebras e quibus hęc impia dogmata eruerãt, refugerẽt.
At impudentia erubeſcere neſcit, nec pertinacia contendere vnq̃ ceſſat, Q̃ꝛ q̃ iſtos
operęprecium eſſet interrogare, qua ratione fulti, quo teſtimonio ſacrarum lite-
rarum muniti contendant, ſummum ſacerdotium e populo Chriſtiano tollere, ve
lintq; verum Iſraeliticum populum, Iudeorũ plebe, hac conditione in re tam op-
portuna, tam neceſſaria ad rempub. bene gerendam eſſe deteriorem. Nuſq̃ enĩ Ie
ſus Chriſtus in euangelio, nuſq̃ Apoſtoli hoc ſanxerunt: nihil vnq̃ aduerſus ſum-
mum ſacerdotium protulerunt, nunq̃ illius amplitudinem minuerunt. Quinime-
mo vt ſupra meminimus, illud maxime reueriti ſunt. Cum igitur diuina lege etſi
priſca ſummum ſacerdotium inſtitutum ſit, nouaq; non fuerit improbatum, etſi
ea expreſſe ſancitũ eſſe non cõſtaret, & certe illius imitatione vel exemplo a po-
pulo Chriſtiano videretur eſſe conſtituendum. præſertim ſi comperiatur eaſdem
rationes illius conſtituendi Chriſtiano eſſe quę Iudæis fuerint: quarum non mi-
nima cenſenda eſt quæ in Deuteronomio habetur, vt conſtitueretur iudex qui va
leret definire, quę in controuerſiam veniſſent, & quorum magis ambiguum &
difficilius eſſet iudicium, cuius ſententia tam rata eſſet, vt ab ea prouocari non
liceret: & alię q̃plurimæ. Præterea vt recte ſit reſpublica conſtituta, ſitq; in ea

ordo congruus & nulla confusio. Cum igitur tam consentaneum rationi sit, vt si non esset sancitum, tamen sanciri debuisset, quanto magis retinendum; cum iam tot seculis, vt a Christo Seruatore institutum publico consensu fuerit receptum? Quod si nec veteris legis exemplo, nec nouæ decreto institutum fuisset, constituendum tamen foret a Christianis, vel solo rationis naturalis iudicio; ne populus Christianus acephalus maneret, careretve summo magistratu, in rebus quæ ad religionem pertinerent. Veteres enim Romani, & si veræ religionis cultus eis non fuerit reuelatus, sapientissimi tamen viri quum optimis legibus Rempublicam fundarent, hoc vel in primis ratione ducti naturali cauisse videntur, vt omnis cuiusq; ordinis multitudo ad vnitatem redigeretur: Ita cum collegiũ sacerdotũ & Pontificũ haberẽt, vnũ esse voluerũt cũctis ꝓpositũ q maximũ gereret põtificatũ & præcipuũ inter Põtifices locũ obtineret: Luther9 aũt aduersus rationis iudiciũ, aduersus exẽplũ antiquę legis, aduersus decreta patrũ, cõsensum publicũ omnium catholicorũ, cõsuetudinem vetustissimam populi Christiani, institutum Iesu Christi, Christianum populum obtruncat expoliatq; capite, & omnem ecclesiasticam hierarchiam, dum inde scelerum suorum iudicium pœnamq; timet, subertit. Cum tamen apertissime constet, non solũ populi Christiani consensu, aut veteris legis exemplo, sed & filiũ viuentis Dei decreto summum sacerdotiũ fuisse institutũ. Primũ quia ipse sacerdos maxim9 fuit, iuxta illđ. Tu es sacerdos in ęternũ secundum ordinem Melchisedech. Quod & Paulus ad Hebręos scribens confirmat fere tota epistola, Primum quippe ait. Dominus Iesus secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum: Et rursus, Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex & deinde: Talem habemus Pontificem, qui cum sedeat in dextera sedis magnitudinis in cælis &c. Et iterũ. Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius &c. Probatque ipse idem Apostolus longo sermone, eadem epistola, hunc ipsius Pontificatum longe maiorem & sublimiorem esse pontificatu Mosis vel Aaron. Ex his igitur cum efficiatur ipsum Pont. Maximum fuisse constitutum, ecclesiamq; eum habuisse in terris Pontificem, conuincitur, quòd & terras relinquens, cęlos inhabitaturus, alium substituerit in terris, qui pontificia munera, loco illius, in ecclesia perageret. Quemadmodum enim Apostolis & discipulis præsules successere & sacerdotes, ita cõueniebat, etsi Christus immortalitate donatus sacerdotii quoq; perpetuitatem fuerit consecutus, vt aliquem sibi in terris substitueret, qui illius vices perageret, ne ecclesia priuata capite in terris administrante degeret: cum ille in cælestibus sacerdotium exerceret, vt ait Paulus. Non enim in manufacta sancta introiit Christus exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vbi ecclesia militans non est constituta. Quæ proprio & terreno ministro indiget, Hunc autem fuisse institutum Petrum sacræ literæ attestantur, plurimisque testimoniis, eum sibi subrogasse dominum apertissime demonstratur: vt ipsi antea fuerat pollicitus, quum post illam synceram & sanctam confessionem, ipsum videlicet esse filium Dei viui, Simonem voluit Petrum cognominari dicens, Beatus es Simon Bariona &c: Tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebũt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum: tibi dicens, nõ autẽ cæteris, quia illi primo & plena cũ

potestate erat daturus, cæteris non eodem modo, Et quodcunq; ligaueris super
terram &c. Quod promissum adimpleuit imminente suo discessu. Posteaq̃ a mor
tuis reuixit, post interrogationem, an se diligeret magis q̃ cæteri, hanc curam &
potestatem contulit ter verbis repetitis coram cæteris Apostolis inquiens, Pa-
sce tu Petre agnos meos, Pasce Petre agnos meos, Pasce Petre oues meas. Qui-
bus verbis tam expressis ipsum proprii gregis pastorem instituit, vt æque pau-
cis significantius explicare non potuisse videatur. Cum solius pastoris officium
sit gregem pascere ac regere, quasi diceret: Cum me diligas plus q̃ cæteri, susci-
pe amore mei hoc onus, munusq; ac solicitudinem quam tibi impono, gregem
meum, qui tanto mihi constitit, pascendi, quem tam ardenter amaui, vt eius cau
sa sanguinem profuderim, meam animam perdiderim. Fidei ergo tuæ, amori tuo
erga me præcipuo illum committo. Doces enim tua responsione mei gratia, te
illius singularem curam habiturum.

Hæc igitur, duobus his verbis significantissimis, Pasce oues meas expres-
sit, quæ sacri doctores, tum Greci, tum Latini perpendentes, omnes testantur cō
sentientibus sententiis: Petrum verbis illis, Apostolorum principem, summumq;
presulem fuisse constitutum, cum ad illud munus obeundum longe antea desi-
gnatus fuisset, & quasi preparatus, vt magis idoneus & aptior esset, quemadmo
dum plurima erga ipsum a domino Iesu facta dictaq;, manifestissime declarant.
Primum quia dominus lintrem Petri cōscendere dignatus est: & Petrū quasi nau-
clerum iussit altum petere, rete laxare. Quod ille nihil moratus aut hæsitans, in
nomine eius executus est, iecitq; rete, quod oppletum magnis piscibus, retraxit.
Quo miraculo stupefactus, agnoscens diuinam virtutem, & suam vicissim humi
litatem ipsi supplicauit vt recederet: Nam suam cimbam indignam esse tanto
conscensore. Quo facto dictoq; meruit, vt ei Christus polliceretur facturum se eū
esse hominum piscatorem. Que si quis singula perpendat, declarabāt ipsum esse
clauo nauigii Christi præficiendum, & eiusdem retis iaciendi precipuū ministrū,
piscationisq; prepositum fore. Deinde Petrus quasi primogenitus discipulorum
primus vocatus est a domino, primusq; cum Andrea fratre, relictis nauibus
& cæteris rebus secutus est dominum: Tamen quia Petro cui nomen erat Simo
ni, antea q̃ vocaretur ad apostolatum, quum primū vidisset eum dominus dedu-
ctum ab Andrea fratre, prædictum est fore, vt vocaretur Cephas, Syriace, hoc
est, Petrus. Post eius vero confessionem, Iesum Christum videlicet esse filium Dei
viui, ipsum cognomen est inditum: & quid significaret interpretatum, promis-
saeq; claues Regni cælorum. Petrus multis discipulorum domini ab eo deficien
tibus, & abeuntibus, dicente domino ad Duodecim Apostolos: Nunquid & ipsi
abire vellent? Solus respondit: Domine ad quem ibimus? Verba vite æternæ ha
bes, & nos credimus & nos cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Ad hæc
Petrus semper ordine primus est, quum in euangelio Apostolorum nomina re-
censentur. Ad Petrum magna ex parte sermo domini dirigebatur. Petrus prim9
rogabatur sententiā. Petrus frequentissime pro cæteris Apostolis respondebat:
Petrus cum discipulis aperuisset dominus, se opprobrobria & mortem esse per-
pessurum in Hierusalē, solus amore ardens, ausus est increpare dominū dicens,
Absit a te domine, non erit tibi hoc &c. Pro Petro duntaxat, vt pro se ipso domi-

nus persoluit tributũ: Petrus solus cõmisit se mari viso Domino, pressitq; aquas pedibus & cum ingenrẽ flatum timuisset mergiq; cœpisset, sacratissima manu Domini subleuatus, illesus transfretauit. Petrus cęteris in percunctãdo Domino confidentior fuit. Petro dictũ est: Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, sed tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: Quid potuit expressius significare ipsum futurũ esse pręcipuum fidei doctorẽ cęterisq; prępositum, cum prępositi munus sit cęteros confirmare: Petrus cum Ioanne & Iacobo a domino selectus, ad intuendam diuinã illam trãsformationẽ in monte Thabor, solus dominum alloqui ausus est, dum illud ageretur mysteriũ, ac dicere, Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum &c. Petrus amore feruidus inflammata illa protulit verba: Ego in carcerem & in mortẽ paratus sum ire tecum: & si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Petrus non ferẽs profundissimam humiliationem Domini recusauit solus, quum ei vellet lauare pedes, dicẽs, Non mihi lauabis pedes in æternum, licet statim cognita Domini voluntate paruerit: solus Petrus impatiens iniuriarum domini, ardens animo, fortiter pedem conferens, conatus est tutari magistrum, dum caperetur, educto gladio aduersus cohortem ac per magnam armatorũ multitudinem, ipse inermis, serui pontificis capiti vulnus incussit. Petrus fere semper indiuiduus comes domini erat: Petro secretiora pandebãtur, & si domino neq; cognatus, neq; propinquus esset, vt alii complures discipulorũ. Petrus primum excitatus est somno, regrediẽte domino ab oratione, quum ipsum & Iacobũ, Ioannemq; dormientes inuenisset, vt testatur Matthæus dicens, Et cum inuenisset eos dormientes dicit Petro, Non potuisti vna hora vigilare mecum &c. quod Marcus quoq; cõmemorat his verbis, Et ait Petro, Simon dormis? nõ potuisti &c. Petrus captũ dominũ, amore victus penitus deserere non potuit, q̃uis cæteri fere fuga sibi consuluissent, sed vsq; in atriũ Pontificis sacerdotũ Dominũ comitatus, illis permissus est dominũ negare, vt cognosceret proprię virtuti nõ magnopere fidendum esse: & quum ipse deliquisset cæteris quibus pręficiendus erat indulgere addisceret: de qua re & antea fuerat edoctus a magistro: cũ Dominus admonuisset, nõ tantũ septies, sed etiã septuagies septies peccatũ esse dimittendũ, modo pœniteat qui deliquerit. Mulieres ad sepulcrũ domini, cũ aromatibus profectę iussę sunt ab angelis vt in primis Petro nũciarent Dñm a morte reuixisse. Quo audito, Petrus cucurrit ad tumulũ & Ioãne prior intrauit audacter: A Petro ante alios Apostolos cõspectus est Dñs, posteaq̃ reuixerat: Testatur eñi Lucas referens egressum discipulorũ in Hierusalẽ, quib9 apparuerat vt peregrinus, dixisse eis Apostolos, Resurrexisse dominũ vere, & apparuisse Simoni: Quod Paul9 quoq; refert ad Corinthios scribẽs his verbis: Resurrexit Dominus, tertia die, secũdũ scripturas, & visus est Cephę, & post hęc vndecim, & deinde visus est plus, q̃ quingentis fratris simul: Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis oĩbus, nouissime aũt omniũ tanq̃ abortiuo visus est mihi. Petrus ad mare Tyberiadis, viso domino morę impatiẽs iecit se in vndas, relicto nauigio & piscatione: & iubente Dño, vt afferret de piscibus quos ceperant, ipse traxit rete in terrã plenũ magnis piscibus, quorũ maxima copia, rete nihil est discissum: Quod nõ sine mysterio videtur accidisse: & cũ pransi essent, collatũ est ei pastorale munus, quod omnib9 pręd ictis mysteriis ei fuisse designatũ, nemo qui

altius illa mente perpenderit, valebit dubitare. Singula enim inter se tam bene consentiunt, examussimq; quadrant, vt cum nulla re possit altera magis consentire, de solo enim Petro longe plura referuntur in euangelio, cum ipsius nominis expressione q̃ de cęteris om̃ibus Apostolis, tamq; frequẽs ac solicita ipsius peculiaris mẽtio non sine causa sed magno quodam mysterio factitata fuisse a spiritu sancto perspicitur. Neq; vero tantũ hęc vsq; ad collationẽ muneris gesta principatum eius ostendũt: sed ea nihilo obscurius, quæ post susceptum onus, post adeptam facultatẽ ipse peregit (vt Apostolorum Acta testãtur) Primũ omnium in primo discipulorum consessu, quum esset quispiã in Apostolicũ collegium loco Iudæ proditoris sufficiendus, Petrus exurgens, in medio fratrum, rem ad eos retulit, primusq; sententiam dixit, & negocium confecit: Petrus in die Pentecostes, post spiritus sancti acceptum donum, concionẽ primam habuit ad populum, qua rationem dedit miraculi: declarauitq; non se ebrios esse (vt Iudęi suspicabãtur) attoniti nouitate rei, quum viderent eos loqui linguis peregrinis, quas nunquàm didicerant: Petrus pariter primus in concione testatus est populo, Dominum Iesum a mortuis reuixisse, seq; sanasse claudũ in eius nomine & virtute: Cuius verbis & testimonio, eo die quinq; millia hominum conuersa sunt: Petrus constantissime repletus spiritu sancto testatus est Principibus sacerdotũ & seniorib9, Iesum Christũ esse verũ Messiã, & se virtute illius sanasse claudũ: Petrus dãnauit morte Ananiã cum Saphira vxore, propterea q; ausi fuissent de precio agri sui mẽtiri spiritui sancto: Petrus primus gẽtibus prędicauit euãgeliũ, easq; recepit in gremiũ ecclesię (vt Acta testãtur) vbi ea referũtur quę ab ipso gesta sunt Cęsareę erga domũ Cornelii Cẽturionis: Petrus temerariã petitionẽ magi Simonis precio sibi venundari petẽtis spiritũ sanctũ, solus repressit: Petrũ adiuit Paulus, postq̃ pagrauerat Arabiã, vt cum illo conferret euãgeliũ. Petro reuelatũ in cibis nihil esse commune, nihil immundũ, omnia a deo per Christũ purgata & sanctificata esse: Quod nõ est putandũ temere Petro fuisse monstratum, sed q; ipsius muneris esset ad eumq; pertineret ꝓmulgare leges iuxta illud, Interroga sacerdotẽ legẽ, & aliud, labia sacerdotis custodi &c. Petrus primus omniũ in primo illo cõcilio quod Hierosolymis coactũ est, vt definiretur controuersia, an gentes quę ad sacra Christi, & fidẽ accedebãt, pręceptis Mosaycæ legis obstringerẽtur, protulit sententiã: & cęteri omnes pedibus in eandẽ iuerunt: cum tamen Iacobus adesset Hierosolymorum Episcopus, Qui & idẽ censuit: quo vel solo argumento Petri principatus confirmatur: Cuius quod potest manifestius documentum esse, q̃ q; semper fere in sacris literis, quũ quicq̃ refertur ab Apostolis cõmuniter actum dictũve, Petrus præponitur, vt in actis habetur illud, Petrus & Apostoli dixerunt: obœdire oportet magis Deo q̃ hominibus: nec sat esse visum est spiritui sancto Apostolos dixisse quo communi nomine etiam Petrus complectebatur, nisi & proprium nomen Petri nõ solum exprimeret, sed & cęteris in cõmune descriptis anteferret. Ad hæc in Petro præ cæteris magna vis sanandi ægrotos quocunq; morbo laborarent erat, tantaq; virtus, vt in plateas eiicerent infirmos ponerẽtq; in lectulis & grabatis, vt veniẽte Petro, saltẽ vmbra illius obũbraret illos, vt liberarentur omnes ab infirmitatibus suis, vt Acta itidem testantur. Petrus quemadmodum decreto domini, viuens ipsius vices gesserat, ita eiusdem

decreto, morte, eundem est imitatus. Par enim erat vt principis vicarius primus tum vita, tum morte domini vestigia sequeretur. Quamobrem pariter in eculeo crucis & ipse glorificauit dominum, vt ei dominus iniunxerat, cum post iniūctū pastorale munus, hæc verba subiecit, Cum iunior eras cingebas te &c. cum senueris alius accinget te, & ducet quo non vis. Quæ verba interpretatus est Ioannes dicens: Significans his verbis, qua morte esset clarificaturus Deum: & deinde subinfert illud dominus. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Quod verbum nulli cæterorum Apostolorum dictum est; etiam si aliquis eorum fuerit crucifixus. Cum igitur Petrus tot prærogatiuis fuerit insignitus, tanta peregerit munera ad solum Præsulem, & eum qui summum agere magistratum pertinentia, ferendo leges, damnando improbos, in publicis cōsessibus primam proferendo sententiam, recipiendo externos & peregrinos in rē pu. Christi, concionando plebi, & huiusce generis q̄plurima alia permissa Principi tantum, & iurisditionem habenti, adhuc audebit negare quisq̄, Petro præ cæteris collatam fuisse potestatem? Ad summam, mea quidem sententia, si de aliq̄bus dogmatibus religioni Christianæ quæ per ecclesiam ex sacris literis definita non essent, eo q̄ non omnino expressa perspicue in illis habeantur, quicq̄ ambigi posset: de hoc certe videtur, nullo pacto posse dubitari, quod tā perspicuum & apertum est, vt quærenti veritatem, nullus scrupus relinquatur. Legat quisq̄ sedatis animi perturbationibus diligenter scripturas, singula perponderet, cōferat & metiatur, fateri cogetur, luce clarius ex ipsis concludi, Petrum summū sacerdotem Christiani populi, præcipuumq̄ pastorem à Christo fuisse constitutū, ipsumq̄ potestatem sibi traditam, quum oportuit, quantumq̄ illa primæua nascentis ecclesiæ tempora poscebant exercuisse. De qua nemo sanus, nemo rerum æquus existimator, nemo doctus vnq̄ dubitauit: sed solum superbus aliquis aut contumax qui nullius vellet subiici potestati, aut inuidus & malignus vel indoctus & ingenio tardus. Quod si quis confiteatur ex his comprobari Petrum à Christo summo episcopatu fuisse auctū, eiq̄ vniuersi gregis summam curam datā: hic si sibi cōstare velit, fateri cogetur eādē facultatē in Petri successores fuisse transmissam. Neq̄ enim perpetuæ gubernationi ecclesiæ suæ perinde consuluisset, si gregi multa in secula duraturo summum pastorem vnius ætatis præfecisset. Adde q̄ qua ratione, hoc in Petri successoribus quisq̄ assereret, eadem pariq̄ impudentia affirmare conuincetur alias facultates & officia, cæteris discipulis a Christo concessa, in posteros non transiuisse: ita qua ratione summum Pont. auctoritate expoliamus, eadem episcopos omnes & sacerdotes dignitatib9 ac facultatibus priuabimus, & ecclesiam militantem omni terreno ministro, & sacra in illa peragente, vacuam esse & spoliatam constituemus.

Neq; vero ignoro q̄ valde laborēt hæretici vt his testimoniis occurrāt, quāto sudore tergiuersent, vt hæc quoquomodo euadant, sæpe a suis placitis discedentes, distorta glossemata & falsas interpretationes afferentes. Nam licet M alias contendant scripturam plane secundum grammaticę sensum esse intelligēdam, vbicunq̄ circunstantia expresse non cogat oppositum & interpretationē non pati, cum non abstrusa sit, sed aperta omnibus legentibus. Hoc tamē in loco persæpe repetūt verbū, id est vt nunq̄ finē faciāt interpretādi nugas videlicet

meras & inania verba effutientes, sed nihil proficiunt, rem dilucidã obscurare conantes. Detorque quantum vis Martine scripturas, operam tamen & impensam perdes, in tãta rerũ claritate: nec efficies aliud q̃ quod insidias tuas propalabis. tam expressa sunt testimonia sacrarum literarum: quę si nulla essent, aut obscuriora, tamen nefas esset dubitare, quin esset diuinum institutũ Christi ipsius ore traditum, cum tot seculis, tã communi cõsensu fuerit receptum & approbatum. Quod qui oppugnant hęretici, cur non producũt aliquod sacrarum literarũ testimonium, quo vel suspicio sit, summo sacerdotio priuatum fuisse, & tanta commoditate populum Christianum fuisse fraudatũ? Hoc tamen nunq̃ efficiẽt, cum stet a nobis tota ferme scriptura diuina, & omnium sanctissimorum doctissimorumq; virorum auctoritas; Ab ipsis nulli, nisi minuti quidam hęretici, iidemq; turpissimi nebulones, qui vt Petri tollant principatum, illud præcipue afferunt, ecclesię caput Christum esse: quasi vero nos id inficiemur, qui Petrum vicarium ipsius esse asseueramus, vt ipsius absentis vices gerat. neq; enim Petrus dũ Christus in terris versabatur caput siue princeps cęterorũ fuit institutus: Sed tunc cũ relictis terris cælos esset conscensurus: Petro Dominus Iesus vices suas commisit, prospiciẽs videlicet sapientissimus Monarcha, non bene se habere posse Rẽp. quam pręciosissimi sanguinis sui precio constituisset, se recedente, nisi aliquẽ sibi principem ad summam rerum administrandam sufficeret, quę nunq̃ recte posset esse constituta, si principe quasi capite careret: vt enim non constat exercitus sine Duce, nec Regnũ sine Rege, ita nec grex sine principe pastore potest gubernari. Cum igitur vna sit Respublica Christiana, vnus grex Christi, oportet vnũ pręcipuum habeat pastorem qui supremam vniuersi gregis curam gerat: cui cæteri pastores, qui necessarii & ipsi sunt ob gregis amplitudinem, obtemperent, & qui maximis in rebus consulatur. Quis enim Christum ecclesię pastorem pręcipuum, & primarium caput esse non dubitemus: ob id tamen non tollitur quin expediat ecclesiam alterum caput habere: quasi proprium ipsius mystici corporis sub ipso primario capite Christo eius vices gerens: ex quo nec sequitur ipsam mõstrosam, quasi bicipitem esse: cum mystici corporis ratio hoc requirat: & reipu. bene institutę status hæc poscere videatur, vt præter principem adsit: & qui eius vicarium agat, potissime eo corpore absente. Non indecere autem vnius corporis duo esse capita doctoris gentium testimonio comprobatur, cum dixit, virum mulieris caput esse: cuius tamen sui corporis caput proprium extare constat. Ecclesiam igitur proprium caput habere, sub præcipuo tamen capite poscit omnis ratio. Hoc testantur sacræ literæ, hoc sancti patres approbarunt, qui vnico consensu, Petrum principem Apostolorum fuisse confitentur. Hoc receptum est ab vniuerso orbe Christiano: hoc decretis publicis definitum & declaratum, & sine controuersia retentum, postquam fuit promulgatum & cognitum. A quo scopo & certissima regula quotquot declinarunt, in errores inexplicabiles prolapsi sunt. Sed hoc Christianæ religionis columen, hanc orthodoxæ fidei arcem, hoc spendidissimum iubar ad omnes tenebras errorum pellendas, hanc solidissimam veritatis petram hæretici omnibus seculis expugnare sunt conati. Huc neruos omnes intenderunt, putantes videlicet sibi, hanc munitissimam arcem demolitis liberum fore vndiq; vagari, hęreses serere, & cætera

pro libidine peruertere:Nec alia de cauſa Lutherus tam vehemēs pręcepsq; fer
tur in hanc ſanctā ſedem proſternendā:quo primum vindictæ cupiditate, velut
furia quadam agitatus proceſſit.Quam vt euertat nihil non euertere conſtituit:
Sed diſſipat Deus conſilia impiorum.Nec eſt conſilium contra dominum.Per-
ſtat enim dignitas Pontificia:perſtat authoritas ſummi paſtoris.ſemperq; perſta
bit contra impias nefandorum hominum molitiones.Fremant igitur, & latrent
Lutherani,nihil vnq̄ tanto furore proficient.Fluctibus nanq; Cymbam Petri ia-
ctari permittit dominus,ob peccata hominum,& vt ſacerdotes agnoſcant erra
ta ſua,& nihil ex ſeſe authoritatis habere intelligant:ſed dormiente domino, aut
abſente,modico flatu Cymbam eorum periclitari:mergi tamen nunq̄ patitur,
quum ad illū cōuertuntur clamātes ſe perire,niſi opem tulerit.Nā tūc ille quaſi
e ſomno excitatus imperat mari & ventis,tranquillitatemq; reſtituit.

Non prætergreſſa eſt adhuc Germaniam Lutherana impietas, ſed ne vni- N
uerſam quidem peragrauit.Reſeruauit enim ſibi omnipotēs multa millia ho-
minum,quæ non curuauerunt genua ante Baal: Qui ſcilicet fuerunt memores
præcepti ſpiritus ſancti,per os vatis Hieremiæ dicētis:Nolite audire verba mē
dacitet prophetantium,vt eiiciant vos & pereatis.Non enim miſi eos, ait domi-
nus.Quorum fidem,conſtantiam & pietatem, in tam communi perturbatione,
in tanta defectione,in tam ingentibus periculis,in tantis furentium hæreticorū
minis & iniuriis,conferendam puto confeſſioni & virtuti veterum martyrum.
Manet enim integra vniuerſa Gallia,Chriſtianiſſimum Regnum. tum Frācīſci
Regis pientiſſimi & parentis ſapientiſſimæ conſtanti fide,ſolerti ſtudio,religio-
ne præcipua,tum populorum illorum perpetua,& ſyncera pietate, ſapientiſſi-
miq; Pariſienſis Senatus,& ſacræ academiæ authoritate & diligentia,licet cun-
ctis viribus contenderint hætetici cunctis artibus & dolis machinati fuerint vt
Galliam finitimam Germaniæ inficerent.Conuerſis etiā ſermone gallico & ex-
cuſſis libellis peſtilentiſſimis.Perſtat itidem illæſa,incontaminataq; Britannia,
quæ nunc Anglia & Scotia nuncupatur,Henrici Regis ſapientiſſimi virtute &
doctrina,illuſtriſſimiq; & āpliſſimi patris Cardinalis Heboraceñ.prouidētia, &
conſilio,Anglorumq;,& Scotorum pietate.Permanet intacta Hiſpania,eius po
puli ſolida fide,& iudicio,& Catholici Regis ac inuictiſſimi Imperatoris Caro
li exēplo & grauitate.Perſtat Vngaria,Polonia.Quinimmo & ab ipſa Boemia,
tametſi iampridem infecta Huſſitanorum labe,reiectus eſt Lutherus,licet ipſam
ſibi omni ſtudio,& diligentia conatus fuerit conciliare,& literis ac libellis ſolici
tauerit.Conſtat Italia inconcuſſa,memot ſuæ grauitatis,ſui iudicii, ſuæ conſtā-
tiæ,ſuæ fidei ſynceriſſimę.Hę omnes pręclariſſimę nationes,& populi perſiſten
tes in ſolida & antiqua pietate puritatis fidei,& orthodoxorum dogmatibus do
lent,& ingemiſcunt Germaniam nobiliſſimam & ornatiſſimam regionē,ab his
peſtibus,& hoc armento ignobiliſſimorum apoſtatarum ita perturbari.Quę o-
mnes prudentiſſimę nationes & populi ſummum ſacerdotem,& Pont.Maximū
agnoſcunt,ac eum eſſe confitentur,quem hęretici epiſcopum Romanum appel
lant,& tanq̄ Chriſti vicarium,Petriq; ſucceſſorem(vt par eſt)reuerentur,eiuſq;
decretis obtemperant:Quod omnes catholici ſemper fecerunt. Qui Romanus
Pontifex,etſi cęteris epiſcopis par ſit ordine,tamen ſublimior eſt munere & po-

testate. Nec minuitur eius amplitudo, ꝙ sit Romanus episcopus, & idem summus & Max. Pont. Quinimmo in hoc aliquid mysterii latere reperietur, si quis rem diligenter perspexerit. Nam vt oportebat hunc communem pastorem alicubi sedem habere firmam: Sic non decebat, vt eodē loco quisq̄ alius sederet atq; præesset. Ad sedem autem Petri constituendam nullus opportunior locus deligi potuisse videtur q̄ vrbs Roma, vt in qua vrbe situm erat domicilium terreni Imperii, in ea vicarii cælestis constitueretur habitaculum.

O Neq; putandum est sine numine diuum, hanc sibi Petrum sedem postremo delegisse, vt etiam ex loco ipso collocatæ sedis declararetur, non ciuitatis vnius priuatum, sed publicum totius orbis & summum esse pastorem: quādoquidem in qua vrbe solium Imperii terrarum & corporum haberetur, in ea, sedes etiā Imperii animorum esset collocata, vt illud Imperium ideo institutum fuisse videretur, vt huic alteri tanto maiori quanto animi corporibus præferuntur, locū prępararet: & huic iam non sine illius opera constituto & propagato cederet loco, quod ipsum diuino decreto fecit, victasq; dedit manus posteaq̄ acerrime depugnarat, prius q̄ diuinum arcanum cognosceret, seq; intelligeret fuisse institutū, vt huius præcursorem ageret, & figuram illius & typum gereret, cui demum subministraret, vt quidem par erat, cum omnifaria facultas diuino decreto huic tributa esset. Domino enim nostro Iesu Christo datam fuisse omnem potestatem in cęlo pariter & in terra, testatur ipsemet quum dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: Quem cælestium, terrestrium, & infernorum Regē cōstitutum, perspicuum esse videtur, non minus corporum q̄ animorum fuisse dominum. Verum autem Regem se fuisse terrarum semper professus est, quū interrogaretur de huiusmodi regno, quod omnes Euangelistæ testantur. Ait enim Matthęus. Interrogauit eum Pręses dicens: Tu es Rex Iudæorum? Dixit illi Iesus: Tu dicis. Marcus quoq; refert ipsum idem responsum dedisse cum interrogaret Præses, esset ne Rex Iudæorum. Idē quoq; refert Lucas: Quod & apertius explicat Ioannes, quum ait: Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: Nec huic sententię aduersatur id quod antea dixerat eidem Pilato, Regnum meum non est de hoc mūdo: Quod declarant verba quæ subsequuntur: Si ex hoc mundo Regnum meum esset, ministri mei vtiq; decertarent vt non traderer Iudęis, nunc autem Regnum meum non est hinc. His enim verbis nō negauit se Regem esse, quod deinde affirmauit, vt testimonium redderet veritati: sed non esse eum Regem, quem Pilatus vereri deberet, quasi ab hominibus a Cæsare deficientibus, & rebellantibus constitutus & electus, de quo percūctatus eum fuerat Pilatus. Quamobrem illis prioribus verbis potius respondisse constat ad id quod Pilatus mente cōceperat, q̄ ad ipsa verba: Quibus tamen demum respondit: Quasi diceret, Non est quod formides Pilate, Non enim a temetipso hanc habes solicitudinem, an Rex sim ego, cū perspicias me omnibus huiusmodi præsidiis & satellitibus Regis esse destitutum: sed alii tibi hoc suggesserunt de me: sed desine timere, hanc solicitudinem depone: quandoquidem Regnum meum non est de hoc mundo, id est, mundana ope non est constitutum, Quod tibi perspectissimum esse debet hoc argumento, ꝙ

ministros mihi non esse vides qui decertassent, ne traderer Iudæis: si ex hoc mũdo esset Regnum meum: hoc est si ipsi homines me in Regem delegissent: Nũc autem Regnum meum non est hinc, id est ab hominibus constitutum. Quamobrem nihil tibi timendum esse cognoscis. Si autem dominus se esse Regem in terris negare voluisset, vtiq; dixisset: Regnum meum non est hic. At hoc non dixit, ne mentiretur, quod nephas fuisset: sed hinc, id est, ab hominibus non pendet Regnum meum in terris, quod tu times: Sed aliunde prouenit mihi potestas Regia: Sed de hac tu nihil solicitus esse debes nunc, etsi vere Rex sum, vt tu dicis, quod fateor: Quia in hoc natus sum, & ad hoc veni vt testimonium perhibeam veritati. Quam veritatem etiam Pilatus licet imprudens, attestari vi diuina cõpulsus est, cum pro tituli causa præscripserit: Iesus Nazarenus Rex Iudęorum, & confirmarit responsione data Iudęis, quod scripsi scripsi &c. quod & futurum longe antea fuerat vaticinatum Psalmographo dicente: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius &c. & ab ipsis cunis mox nato Christo a Magis Regibus comprobatum, non verbis solum, cum sesee cælo edoctos, Regem Iudæorum esse natum asseuerarent ac profiterentur, sed & re ipsa, cum illum in Betlehem cognitum vti Regem adorauerunt: ad quod testandum inter munera, aurum quoq; obtulerunt. Nec obluctatur his testimoniis, q; se in Regem eligi a turbis id volentibus renuisset, quando Regem a Deo constitutum non par esset ab homunculis nec multis nec eam habentibus facultatem, Regem denuo institui: præsertim cum (vt iam diximus) non venisset cultu Regio ornatus, nec tũc Regiã exerciturus potestatẽ erga homines, apud quos habitu inuẽtus est humillimus, cũ formam serui assumpsisset ignominiosissimam & acerbissimam mortẽ esset obiturus, vt eos e captiuitate Sathanę erueret. His autem testimoniis planũ fit ipsum dominum Iesum fuisse Regẽ, licet noluerit, quoniam nec expediebat ad id quod venerat peragẽdũ, eo tempore, alterius generis omnifariam exercere potestatem: Quæ semper tali moderatione temperanda esse videtur, vt spiritualem nõ impediat, sed ei potius subministret, iuxta dictum Apostolorum in Actis. Non est æquum nos dimittere Regnum Dei, & ministrare mensis: eligamus igitur septem viros &c.

Sed non temere quidam suspicantur, nõnullis vestratium inuidiam accreuisse ex loco sedis collocatæ, propter insitum quoddam odium, quo nomẽ Romanũ, Iudæorum more, prosequuntur, propterea q; hic splendor Italiam illustrat, hoc decore Roma in primis honestatur. Hinc lachrymæ, videlicet, hinc liuor, hinc canini latratus, hinc fæuę obtrectationes, hinc voces obstrepentes authoritati, nominiq; Romano. Quibus Romanæ aulæ ministri, Papistæ dicuntur, Romanistæq; & Curtissani per ludibrium nuncupantur: Sed rumpantur licet inuidi, ferant tamen necesse est, quod spiritus sancti decreto constat esse constitutum. Quid diuinis aduersantur statutis? Non enim Italia sibi hanc gloriam vendicauit: Neq; Roma propria virtute & viribus nixa, vt orbẽ subegerat, sic hoc maximum decus, hãc summam potestatẽ sibi comparauit, Quod decus Antiochiã prius, vbi Petrus residebat illustrarat. Sed ita voluit Deus, qui hunc locum prę cęteris potissimum ad summum sacerdotium elegit, vt priscę legis tẽpore Hierusalem elegerat præ omnibus Iudææ ciuitatibus. Cum hoc igitur decreto

Dei peractum fuerit,qui vrbem Romam summo sacerdotio insignem esse voluit:Isti tamen per summam inuidiam non cessant in ecclesiam Romanam,Apostolica voce laudatam,nec recipientem præstigia (vt Hieronymus testatur) & summi Pontificis maiestatem adlatrare.Quod si ferre non possunt,Petrum accusent,spiritui diuino irascantur, cuius afflatu, ipse Romæ sedem sibi constituit. Quæ tamen sedes,erga omnes nationes,gentes,populos,æquissima est. Nā quū Romæ sita sit,tamē non magis Romana est,aut Itala,q̃ Germana, q̃ Hispana, q̃ Græca,vt facile cognoscas diuum Petrum longe antea summum Præsulem, Christiq; vicarium fuisse,q̃ episcopum Romanum. Quamobrem communis est Romana sedes,omniumq; mater,æquo iure,pari charitate,omnes gētes, vniuersum populum Christianum complectens.Quæ neminem respuit, non est personarum acceptatrix,sed omnes pariter,pro sua quenq; conditione, statuq; honestat:Vbi ad senatoriam dignitatem, & amplissimum ordinem , ex omni gente absq; discrimine prouehuntur.Fuerunt semper & nunc sunt plurimi ex Germanis senatoria dignitate fulgentes:ex Gallis item,& Hispanis,cæterisq; nationibus.Sed quid de Cardinalibus dico?cum ex cunctis gētibus pariter absq; discrimine Pontifices Maximi creentur:Greci,Afri,Galli, Hispani,Germani: Nihilo enim plus tribuitur Italo q̃ cæteris.Pari iure,omnibus patet iter, nullo priuilegio.nulla prerogatiua Romanus Germano antefertur.Quod recenti memoria nostra,ante quatuor annos,clarissimo exemplo fuit declaratum:Cum Adrianus sextus,Germanus homo,vir alioqui doctissimus & innocentissimus absens, patrum omnium suffragiis Pontifex Maximus est creatus.Cesset igitur iniustissima Romani nominis inuidia:Desinant heretici Germanos aduersus hanc sanctam sedem,Romæ collocatam irritare:Quæ de Germanis tam bene merita est, vt eam nationem omnibus aliis Christianis gentibus prætulerit,amplissima facultate tributa eligendi profanorum Principem,præcipuum Christianorum videlicet Imperatorem:nihil verita Græcorum inimicitias suscipere, cæterarumq; nationum inuidiam in se concitare,vt vnam Germaniam illustraret: Cuius amplissimi beneficii,vt cetera taceam,quæ plurima & permagna sunt,semper Germania debuit grata memoria meminisse:Cum nulla natio sub cælo sit,quę pluribus rationibus obstringatur ad huius sanctæ sedis dignitatem & auctoritatē tuendam,q̃ Germanorum,quorum gloriam & fastigium ab hac sancta sede cōstat esse profectam,& huic esse annexam atq; coniunctam.Stare enim Imperiū, apostolica sede labefactata,non potest,sed statim corruat necesse est.Ita qui sedē Apostolicam oppugnat,eum imperium oppugnare certū est.Quare si Germani Imperium saluum esse volunt atq; legitimum,vt huius sanctæ sedis auctoritatem saluam esse velint,& laborent,oportet,& ab oppugnantibus illā defendāt. Neq; est quod ferant iniquo animo hoc decus sacerdotiiq; fastigium apud Italos,& Romæ firum esse,quando Itali apud Germanos solium Imperii esse non dedignantur,sed potius auctores fuerunt,vt ad ipsos deferretur.Beneficio enim Romanæ sedis illud acceperunt: Cuius auctoritate & maiestate perstat Imperii dignitas,constat cæterarum ecclesiarum reuerētia,veruśq; religionis cultus: Cuius soliditate & sapientia stat fidei integritas,constantia & fortitudine reprimitur impiorū audacia,arrogantiū furor infringitur,studio & diligentia omnes

bonę artes & disciplinæ conseruantur, liberalitate pauperes pascuntur, iustitia & iudiciis subleuantur oppressi: cuius fulgore vniuersus orbis illuminatur: cuius deniq; opera seruatur vniuersa Respub. Christiana.

At forte dicēt Germani, æquo animo pateremur, vt apud Italos, posteaq̄ sic contigit, hęc dignitas emineret, sed pergraue est subire tot onera, & exactiones, & q̄ tam ingens copia Germanici æris, Romā transferatur: sed ex tali calūnia facile sit cognoscere astum, malitiam, artesq; hęreticorum, qui ad commouēdos Germanorum animos, communem iacturam in medium attulerunt. Propterea q̄ plurimi verborum cōtrouersias, & scripturę quęstiones, vt quum quęritur de auctoritate Pont. Max. de institutione sacramentorum, & aliis eiusdē generis negligunt, aut quia non intelligunt, aut quia arbitrantur ad se minus illa pertinere, At quum de censu, de commodis agitur, nemo est qui aures non arrigat. At si omnibus pateret, q̄ exiguum, q̄ exile sit, quod ex vniuersa Germania, q̄uis tam vasta, tam opulenta regione, ex tot ipsius Regnis, tot opulentissimis Prouinciis ærario Pont. Maximi, quotannis inferatur, agnoscerent q̄ indigne irascantur, & q̄ maligne libelli grauaminum Germanię editi fuerint, quibus ad rem exaggerandam & inuidiam faciendam, libellum taxationum adiunxerunt: quasi non semel tm̄ in vita, sed quotannis summa taxata penderetur, aut tota summo Pontifici tribueretur: Nec maior pars inter patres distribueretur, & ministros perpetuo laborantes. Cum sit alioquin tam parua, tam exilis, vt fidem nisi eorū qui viderint non capiat, Sed quę tandem iniuria est, sacerdotes minores summo sacerdoti, maxima quęq; onera subeunti, & maximos sumptus perferenti, sacroq; senatui semper cooperanti & insudanti, aliquid contribuere, & quasi subsidium legitimum soluere, cum ipsi sacerdotiis pręficiuntur, qui tamen perpauci sunt, cum fere omnia sacerdotia minora ab episcopis vel Abbatibus a Collegiisq; Germanię, non a summo sacerdote conferantur. Q; si Germani populi profanis Principibus annua vectigalia pendent, Cęsari tributa soluūt: Quamobrem sacerdotes summo sacerdoti legitima semel in vita non pendant? At decimarū, decimę ipso diuino iure antiquę legis, summo sacerdoti pendebantur. A profanis hominibus nihil exigit apostolica sedes. Cur isti tanto dolore clamant, quasi ipsorū sanguis deglutiretur? Sed apparent fraudes & malitiosa consilia sycophantarum quærentium causas ad iritandam imperitam multitudinem, quæ plane intelligeret nullam esse causam inuidendi, si animaduerteret nullam Rempub. absq; censu seruari posse, cognosceretq; tam exiguum esse sedis apostolicę censum, vt ne sumptus quidem necessarios suppeditare valeat. Nam etsi nonnullas subiectas habeat ciuitates, titulo etiam tenus regiones & Regna, Iugum tamen ecclesię leue est & suauissimum. Itaq; ex illis ei parum ex his, præter honorem nihil commoditatis accedit. Non enim hic Regum sunt copiæ, non Crœsi opes, etiam si auro nonnulla laquearia niteant: sed omnia perexigua, ac si ad sumptus spectes, egestate plena. Quę si maligni ea diligentia perquirerent qua cætera vt maledicāt, veritate perspecta, reperirent id quod multis incredibile fortasse videatur, plurimos in Germania Pręsules Pontifice Maximo, sumptuum habita ratione, longe ditiores: Nullamq; subesse propter opes inuidiæ causam: qua excitata fuit effectum, vt prologus Tragœdiæ Lutheranæ lætanter adeo (vt scribis) spectare-

tur, non tñ a laicis, sed etiam a q̃plurimis Sacerdotibus & Episcopis: Cum Lutherus nihil aliud agere, nihil petere videretur, q̃ vt derogaret, infringeretq; summam Pont. Maximi potestatem: ob idq; episcopos omnes pares esse prædicaret, nihilq; tribui debere summo sacerdoti. Qui sermones compluribus mirum in modum arridebant. Quoniam compertum est, impares semper potioribus inuidere, & subiici tam esse graue, q̃ præesse iocundum. Quamobrem excipiebantur hæ voces a multis iocundissime, nec præuidebant cæci præsules, stulti sacerdotes, hac expugnata arce, hac prostrata authoritate, qua stat omnis ecclesiastica potestas omnisq; honor, cunctam dignitatem sacerdotum & omnem facultatem euersum iri: Quod probe intelligebat versipellis vulpecula. Perspiciebat enim infirmato capite, cætera membra languere oportere. Quam suam cęcitatem tarde miseri & cum sua magna iactura, & quantam prologus ille perniciem ipsis attulerit, senserunt.

R Ac duo quidem genera exposita sunt eorum qui prauo affectu in verba Lutheri iurarunt: sequitur vt tertiũ explicemus. Quod quidẽ est partim eorum qui auaritię & cupiditatis impotentes, ad bona ecclesiarũ occupanda inhiabant, partim eorum quibus freno legum arceri, Magistratibus subiici, sub disciplina viuere, molestum erat & pergraue: nihilq; dulce, nihil optatum, nisi ad libidinem viuere pro suo arbitratu. Qui omnes mox exorto Martino, quasi occasionem nacti, quã semper expetiuerant, sese dediderunt. Quos ille sibi prorsus addixit, Mellito nomine Christianæ libertatis allectos, cum prædicaret cunctos homines natura, institutoq; diuino pares esse, vim autem & tyrannidem, hanc disparitatem fecisse. Diuinis enim tñ legibus paucissimis & leuissimis, Christianos obstringi. Cętera omnia vincula esse ab hominibus arte astuq;, & impostura ac fallaciis constituta. Proinde durum iugum excutiendum esse, omnia ad æquum restituenda, sola fide homines iustificari, non esse insudandum operibus. Quæ voces mirum in modum placebant imperitæ multitudini. Quam vt etiam ad maiorem spem erigeret, & inflammaret, iis adiiciebat, publicãda esse bona sacerdotum, egenisq; ac pauperibus distribuẽda. Itaq; sublatis omnibus humanis legibus, diuinis etiã compluribus partim distortis, partim abrogatis, quas contendebat nõ esse diuinas, quę scilicet onerosiores esse videbantur, vt leges confessionis, sacramentorũ complurium, ieiuniorum, votorũ, sublatis itẽ decimis & oblationibus legitimis, quę sacerdotibus pręstabantur, reiectis consuetudinibus vim legis habentibus, abiectis cærimoniis, sublatis iudiciis: ad summam abiectis omnibus quę ingrata molestaq; carnalibus hominibus videri possent, omniq; viuẽdi licẽtia permissa, ingentẽ populi multitudinẽ sibi deuinxit, sed huiuscemodi qualẽ gẽtiũ doctor in ecclesiam esse irrupturã, Timotheũ admonuit his verbis: Scito q; in nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa, & erunt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, incontinentes, immites, proditores, proterui, cæci, voluptatũ magis amatores q̃ Dei, habentes speciẽ quidem pietatis, virtutẽ autẽ eius abnegãtes &c. Quo successu Martinus magis ac magis in dies elatus, iniquiorq; effectus in omnes blasphemias, ad profunda impietatis tãdẽ prolapsus est: ęmulatus omnino, si quis diligenter inspiciat, Hęresiarcham Maumeth: Vt enim ille permissis voluptatibus, ac constitutis legibus placidis, atq; sensum oblectan-

tibus plurimos allexit populos, sic iste eadem via incedens, aspera quæq; tollit;
... quia concedit, cælibatum aufert, sacra claustra tum virorum, tum mulierum
perfringit, pudicitiæ votum exterminat: Ille legem euangelicam optime traditã
fuisse asserebat, sed deprauatam a Christianis, ideoq; se missum ad veritatẽ ape-
riendam, ad redigenda omnia ad vere diuinam legem. Hæc eadem iste profite-
tur: sed interest, ꝙ ille corruptam esse scripturã aiebat multis locis supposititiis.
Hic perperam interpretatam, deprauate expositam a sanctis omnibus & sacris
conciliis prædicat, seq; missum vt verum sensum illius referet. Ille se afflari spiri-
tu sancto iactitabat, ab eoq; doceri ea quæ prædicabat: Hic idem diuino spiritu
impulsum cuncta se facere profitetur: Cui congruere videtur quod dicit Domi-
nus per Ezechielem, Vęh prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritũ suũ & ni-
hil vident, sed sunt quasi vulpes in desertis. Diuinant enim mendacia, quũ Domi-
nus non miserit eos, & tamen perseuerauerunt confirmare sermonem suũ. Pro-
pterea hęc dicit Dominus: In consilio populi mei non erunt, & in scriptura do-
mus Israel non scribentur, nec in terra eorum ingredientur, eo ꝙ deceperint po-
pulum meum: Ille imagines sustulit, sacros ritus omnes, ac cærimonias contem-
psit, breuibus quibusdam preculis constitutis: Hic nihilo secius sacras imagines
contempsit, q̃uis postea (vt audio) hanc legem sed stultissime temperauit: Hora-
rias preces diuinarum laudum abiecit, cantus psalmorum solẽnesq; ritus omnes
abstulit: Ille placitis suis stare iussit, non permittens de dogmatibus suis disseri-
rationẽ omnem prorsus reiiciens quę eis aduersetur: Hic si eius insana dogmata
rationibus oppugnentur, exclamat blatero temulẽtus, scholastica esse sophisma-
ta non admittenda in sacris dogmatibus, ac si homines ratione carerẽt, & Theo-
logica rationi repugnarent, figmentumq; esset & apparens doctrina sacra phi-
losophia. Dic nebulo impudentissime (sic enim par est te Martine hoc loco nun-
cupare) Quid aliud est philosophia, siue de rebus sit, existentiam ex sese ipsis ha-
bentibus, siue de his quæ tantum intellectu formantur & concipiuntur, q̃ intel-
ligentia, & rerum scientia, conflata partim ex seminibus & principiis nobis a na-
tura insitis atq; tributis, partim ex his quæ in ipsis rebus sensu deprehendũtur?
Quid aliud est logica, q̃ scientia recte ratiocinandi de rebus omnibus? quod fit
cum quibusdã recte positis, alia rite colliguntur per regulas rationis nobis natu-
raliter notas: qua Logica omnes necessario vtuntur qui recte ratiocinantur, siue
a natura, siue ab arte comparata: qua tu quoq; vteris, q̃uis vt plurimum perperã,
magis paralogizans, q̃ recte concludens. Fere enim semper principiũ petens, sup-
ponis tanq̃ probatum, quod tibi maxime erat confirmãdum, cętera quę inde se-
qui videntur persequeris magna garrulitate. Quamobrem tu sophista importu-
nissimus, impostor callidissimus, optimas disciplinas, exactissimasq; artes, & gra-
uissimam philosophiam, quasi rem fictitiam & fraudulentam reiicis: Quod ta- M
men ex animo te facere non existimo, nisi hominem æque vsu rationis expolies,
vt liberi arbitrii facultate priuasti: Quod si hominem rationis nõ esse participẽ,
nec vi mentis differre a brutis contendis, consentanee dixeris nullam esse phi-
losophiam vi naturæ conquisitam, vniuersamq; humanam sapientiam nu-
gas esse, & mera somnia. At si fateris hominem intellectu pollere, quomodo
vanitatem tuam excusabis, qui rerum notitiam ratione naturali compara-

tam, quam philoſophiam appellamus, ſophiſticam, & commentitium inuētum
eſſe iactitas? Qua impudentia illorum ſententiā tueri poſſes, qui manifeſta ſen-
ſibus inficiabantur? Sed nihil me fallis, intelligo quamobrem philoſophiā tan-
topere oderis, tantoq; ſtudio illi fidem detrahere innitaris: Formidas videlicet ni-
mis examen eius, vereriſq; ne doli & ineptiæ tuæ per philoſophiam detegantur:
cum tu vbiq; naturali rationi, & rerum vſui dicas repugnātia. Hinc diuus Tho-
mas, ſolertiſſimus Scotus, Bonauentura, Henricus, Magnus Albertus, & cęteri
q̄plurimi doctores præclariſſimi doctiſſimæ Pariſienſ. ſcholæ profeſſores, a te
exibilantur, & calumniis quaſi ſophiſtæ vexātur. Qui exactiſſima ratione de do-
gmatibus theologicis diſſeruerunt. Quo diſceptandi genere, & docendi metho-
do diuinitus demum inuenta, quid poteſt eſſe accommodatius, modo ea ne quis
abutatur, ad veritatem paucis comperiendam, explicandamq;, & quæſtiones cū-
ctas vſq; ad prima elementa reſoluendas? Vt enim tribulis & trahis granum ex-
cutitur ex paleis, cribro excluditur zizania a tritico, ſic ea methodo, quaſi excuſ-
ſorio ventilantur doctrinæ, fallaciaq; dogmata paleis inuoluta explicantur & cō-
uincuntur: quæ tu dum merito times, Pariſiēſem doctrinam ſophiſticā eſſe prę-
dicas: Quæ verum eſt tormētum & flagellum hæreticorum, & proinde illis in-
uiſa, & in primis moleſta. At es ne tu arrogantiſſime calumniator cum illis, non
dico ſummis viris illius ſcholæ, qua nulla vnq̄ in Chriſtiano orbe fuit celebrior
in fide catholica, ſyncerior, & doctior, Henrico, Scoto, Alberto magno, Thoma,
Occham, vt cæteros omittam eiuſdem ordinis viros ſummos: ſed cum minoris
notæ doctoribus plebeiſq; theologis academiæ illius celeberrimæ comparan-
dus, aut alterius ab ipſa deriuatæ vt a primæuo fonte eadem methodo inceden-
tis? cum enim Pariſienſem academiam eximie commendo & celebro, vti prima-
riam & omnium principem, & cæteras laudo, quæ ab illa profluxere. Aut es ne
dignus vt in hominum doctorum numero recenſearis? Perpendātur ſcripta tua,
nonne ipſa teſtantur te pauculis literis inſanum euaſiſſe, cum in eis nec eruditio-
nem, nec iudicium, nec elocutionem præferas, ſed tm̄ furorem, blaſphemias, ar-
gutiolas, & captiunculas cum verborum inanium inculcatione & ſummo ſtu-
dio deprauandi ſenſus ſcripturarum: quas cum attigiſti, non minus fœdaſti q̄
obſcœnas Harpyas ferunt dapes, quas contigiſſent. Quantum dedidiciſti Mar-
tine? quanto plus ſapiebas eo tempore, quo in quadam declamatiuncula tua edi-
ta & typis excuſa, aſſerebas non eſſe tutum, diebus feſtis extra templum parœ-
ciæ miſſam audire, ne prętextu quidem peculiaris cuiuſdam deuotionis, cū ſta-
tuto ecclefię, miſſa ſit in parœcia audienda, quam eccleſiam affirmabas nō poſ-
ſe errare, falli autem poſſe ſpiritum proprium, etſi moueatur pio quodam affe-
ctu? Quamobrem admonebas in eo non eſſe fidendum, nec in ſenſu proprio am-
bulandum, exclamans ignarum eſſe fallaciarum diaboli, & neſcire quid poſſet
aſtu & dolis, qui proprio fidit ſpiritui, cum transfiguret ſeſe perſæpe in angelum
lucis, vt commodius ſeducat, & ſpecie pietatis multa ſuggerat, quæ minime de-
ceant, multoſq; his artibus fefelliſſe aiebas. Proinde concludebas ſtandum eſſe
decretis eccleſiæ, cum ipſa falli non valeat. Quanto inquam doctior tunc eras,
quanto ſpiritu domini magis afflatus, quando hæc concionabaris? quanto pru-
dentior, q̄ poſtea fueris, cum ſenſui proprio fidens, laqueo ipſius diaboli, quem

præcauendum solicite prædicaueras, captus, iudicium vniuersalis ecclesiæ, sententiam omnium sanctorum contempsisti, & tractandi theologica nouam rationem commentus es, qui theologiam profanari videri cupis, si quis Platonem aut Aristotelem adduxerit ad sententiam aliquam confirmandam. Quos tanto fastu cõtemnis, quasi de compotoribus quibusdam tuis rudibus ac indoctis hominibus loquereris: cum tamen illi omnibus doctis ac prudentibus, annos iam bis mille pro naturæ miraculo fuerint, & summis laudibus celebrati. Quorum doctrina, Aristotelis præsertim, quem te picturum suis coloribus (si tempus daretur) arrogantissime profiteris, tam profunda & exacta a cunctis philosophis naturæ causas contemplantibus iudicatur, vt omnes confiteantur nullum naturæ mysterium, quod homini lumine naturali possit esse cognitum, illum latuisse, nec vltra prospicere quenq̃ a condito orbe propriis viribus hucusq; potuisse: videriq; ipsum solum, vniuersam philosophiam illustrasse, & cæteris ad discendã tradidisse. Quamobrem nec quempiam dignum haberi philosophi nomine, qui in dogmatibus Aristotelicis non fuerit eruditus. In quibus quidem te minime versatum fuisse prę te fers: nec ex fontibus propriis si quid attigeris hausisse, sed deriuata sordidis, & sinuosis canalibus paucula quædam excepisse: hoc est, ex cõmentariolis quibusdam in quibus illa hinc inde congesta circunferuntur. Quæ tamen qualiacunq; sint, faciunt vt aliquid esse videaris. Tu tamen pro cętera tua versutia, qui nugas recipis, & figmenta poetarum, quoniam tuis mendaciis accommodantur: & nominibus veteris ac exemplis gentilium tam profanis, vt non indecorum modo, sed impium prorsus sit in sacris quęstionibus illa commemorari. Quid enim commune dogmatibus theologicis cum Oreste, Protheo, Hercule, Aenea, & similibus, quę passim in scriptis tuis vsurpas? Ergo qui huiusmodi rebus inniteris, reiicis genus illud literarum quod doctrinę tuę reluctatur, nõ ignorans videlicet, hoc velut scalpello facile esse vomicas tuas aperire: & horrescis quippe doctrinę genus, quod verba reiicit, nugas repellit, & ad viuum resecando superuacanea ad rem peruenire contendit. At si ratiocinari & colligere ex datis, more Aristotelico, theologum vetas, & sophistam qui hoc fecerit appellas, quare tu ratiocinatione argumẽtisq; tua confirmare conaris, & tanto verborũ fragore, & apparatu, quasi fulmina esses iaculaturus: qui vix soles pahearũ fauillas effutire? Sin autẽ licet, si expedit, ita differere, cur eos accusas qui id faciũt exactissime, & hac compendiaria via commodissimaq; ratione procedũt, & reiicis tanq̃ sophistas captiosos? Sed nemini mirũ videri debet, a te hos recẽtiores theologos tam impudenter contemni, cum tanto fastu & arrogãtia, vetustissimos & sanctissimos doctores omnibus seculis probatissimos spernas, Diuos inquam Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, & cæteros tum Latinos, tum Græcos, Dionysium, Chrysostomum, Nazanzenum, Origenem, & alios quos longũ esset recensere, quos procacissime derides, petulantissime opprobriis & conuiciis insectaris. Quibus rebus declaras neq; te Deum vereri, cum teste Hieronymo, qui sanctis Dei non credit, nec Deo credit: qua ratione elici potest, qui sanctos spernit, maximum quoq; Deum spernere. Sed quid temeritas tua non audet? Cuius auctoritati cedit? Quę neq; Apostolicis scriptis detrahere veretur, nec indigna prorsus blacterare de epistola Iacobi Apostoli, & de libris Maccabæorum

tum,quos ecclesia inter canonicos recipit,& aliis quicunq; dogmatibus tuis expressius occurrunt.Quas autem scripturas recipis, nec his quidem parcere [?]les,sed eas pro libidine tua detorques,tuisq; deprauatis, fœdisq; sensibus interpretaris, vt aptissime possis scripturarum Harpya nuncupari. Nec te tamen quisq̃ redarguere potest,qui tibi hunc iocum permiseris,vt tibi nullo loco consentias,sed impudentissime passim tu te ipsum redarguas, & doctrinam tuam hoc quoq; decere putes. Cum igitur redargutionem non erubescas,rationes innixas principiis naturaliter notis non admittas,sed scholasticas dicas, & vt sophisticas reiicias,sanctorum doctorum sententias spernas,Conciliorum decreta non recipias,ex sacris literis veros sensus illarum excludas,auctoritatem omnem contemnas, quis negare valebit,disputãdi te nullum locum relinquere, atq; tuã methodum Mahumeti disciplinæ prorsus esse conformem? Cum vterq; nullam permittatis exquisitionem fieri vestrorum decretorum, sed stari placitis vestris iubeatis? Quod tamen cautelam communem esse omnium hæreticorum refert Hieronymus. Deniq; vt ille negocium suum vi & armis peregit,subigendo sibi populos potentia:sic iste idem iam facere cœpit clam per ministros subornata infirma plebe,vt arma sumeret pro libertate aduersus Tyrannidem:sic enim solet principatus appellare:q̃uis deinde tumultus magnitudinem & ruinam veritus,ne id malum in caput suum tantorum scelerum authoris recideret, libellos ediderit, quibus miserrimos rusticos quos prius excitauerat, & aduersus nobilitatem concitarat detestatur, & trucidandos miserrime proscribit: Vnde maxima hominum strages secuta est,qua plus q̃ centum & viginti millia desiderata sunt, nec adhuc cessat gladii sæuitia. Quibus malis hominem perditissimum delectari,declarat studium eius,quo non cessat animos inflammare perpetuis libellis, & concionibus popularibus seditiosissimis. Dum enim Erostratum gaudet æmulari,qui vt nobilitatem quacunq; ratione indipisceretur,Ephesiæ præclarissimum Dianæ templum incendit.ad suam gloriam hæc omnia facere putat,plurimumq; exultat & gestit animo,cum videt se iam vnius sectę auctorem fuisse,ex suoq; nomine hęreticos quosdam Lutheranos appellari,vt olim Sabellios,Donatistas,aut Manicheos,a Manicheo,Donato,aut Sabellio dictos. Quorum famam adæquasse gloriosum putat,& magnam esse laudem in Catalogo hęresiarcharum conscribi. Quemadmodum Tacianus quidam eloquentiæ tumore nouam condidit hæresim,teste Hieronymo,ita hic superbia turgidus facere statuit,vt qui antea nihil erat,iam aliquid esse videatur. Quod vt assequeretur,nullum q̃libet turpe facinus sibi indixerat recusare.

S At cum rursus in Lutherum offenderim,rursus commotus impellor quędam dogmatũ ipsius cõtingere,leuiora tamen vt plurimum & ob id forte a doctissimis viris pretermissa,cum maiora copiose & eruditissime confutauerint. Sic autem agam,vt primũ telo vtar ipsius,quemadmodũ supra feci,deinde nostris, id est a catholica,& vera religione profectis rationibus. Ab eo igitur primum quęrere succurrit,qua ratione,quave authoritate nixus,leges humanas,sacros ritus, cantus,& solennes cęrimonias euertat. Sed illud in primis (quod non est ex lemoribus) quo sacræ scripturæ loco motus, audeat diuina vota dissoluere: vt quoniam ipse hoc telo instituta nostra oppugnat,vt dicat ea sacris literis non

contineri,nos eisdem armis ipsum adoriamur:Cum pari ratione,afferre ipse testimoniũ scripturæ obligetur,cum aliquid statuit qua nos vult esse obstrictos, cum perspicuum sit,non minus legem condere qui constituta decernit esse abiicienda,q̃ qui decernit aliqua de nouo esse accipienda,vt intelligat Martinus me magis moueri consilio nostra defendendi,q̃ studio dogmata ipsius impugnandi.Nam illam diligentiam inanem profecto,& stultam putarem,iuxta Sapientis sententiam:Vanum est aduersus quenlibet stulta proferentem eniti.Sed cum possessores simus bonæ fidei,nostrorum rituũ, nostrorumq; dogmatum,& ipse calumniator insidiosus,fas est vt ipsi ius nostrum ab eius oppugnatione defendamus:cui cum resistitur a quouis catholico,satis ab eodem insania Martini refellitur.Cum enim actor non assequitur quod conatur,conuictus esse dignoscitur.Iudices enim reum recte possidere,inanemq; fuisse actionem declarant. Stultum est igitur quenq̃ a moribus maiorum,a vetustissimis consuetudinibus,a sacris ritibus ob verba Martini discedere,nisi comprobet ille testimoniis, & inuictis rationibus concludat illa esse abiicienda,recepta communi consensu,& iudicio clarissimorum virorum.Sed hoc non est timendum in argumentis Martini, quæ tam friuola sunt,vt cuilibet vel mediocriter erudito facillimum sit illa refellere.Illud tamen animaduertendum est,quod homo dolosus cum aliquod argumentum attulerit,qualecunq; id sit , mox arte callida oppugnatoris partes deserit,& defensoris assumit,seq; ex actore in reum statim transformat.

Exordiar autem ab humanis traditionibus(Sic enim ipse appellat canonicas & sacras leges, quarum codicem publice concremauit)& quæram ab ipso, vtrum illas improbet,quia humanæ sint,an ꝙ improbæ & prauæ . Si quia humanæ,indignum est profecto inter homines conuersari, qui tam male sentit de humani generis conditione,& rationis prouidentia,vt omnia humana reiiciat, atq; condemnet : Si iniquas esse dicit, par erat vt id antea declararet,q̃ eas combureret.At prauas dicere non potest, cum legi diuinæ sint consentaneæ , & ad eam seruandam accommodatæ.Nec dicere potest superuacaneas esse , cum lex diuina sufficiat.Constat enim diuinam legem statuere necessaria tm̃ ad æternã salutem consequendam,non tamen omnia expresse cõtinere,nec ad infima queq; descendere:Sed potiora & necessaria tm̃ complecti:reliqua vero mortalibus cõmoda ad diuinam legem seruandam,ac ad bene viuendum,& ad felicitatem cõsequendam opportuna:arbitrio afflantis spiritus sancti,& iudicio rationis naturalis decernenda reliquisse : Cuius spiritus vis frustra fuisset ecclesiæ tributa si omnia lege euangelica fuissent expressa,omniq; honesta & commoda lege diuina sancita fuissent. Pro temporum enim ratione,aliqua decerni,quædam immutari conuenit:nec omnia omni tempore accommoda sunt. Aliqua sanxerunt Apostoli,quæ deinde immutarunt:Et vt superius exposuimus , plurima statuit Paulus quæ euangelica lege non describuntur:quæ nec omnia accepisse a domino ipse testatur,cum ait,Hoc dico ego,non dominus.Plura enim constat ipsius sensu & iudicio condita fuisse:Multa quippe statuit circa ritus,& cõsuetudines, vt ꝙ vir aperto capite oret,mulier autem velato . Q; mulier in ecclesia non loquatur,sed taceat:de prophetia & linguarum vsu,quomodo sit illis vtẽdum. De virginibus & viduis,De iudiciis & controuersiis fidelium: De præpositis, De

collectis, De epulis quæ publice in ecclesia fiebāt, & multis aliis similibus: quorum decretorum plurima in Codicem Canonum translata comprehenduntur. Simili modo cæteri Apostoli, & Petrus, & Iacobus aliqua sanxerunt, & monuerunt proprio iudicio, quod ipsorum epistolæ testantur, & viua voce multa tradiderunt: quarū traditionū Ignatius Martyr librū cōscripsit, vt Eusebius Cæsariēsis asserit: q̄ omnia abolēda essent, si oēs humanæ traditiones tolli deberent, cū earū plurima ab ipsis vt hoibus statuta fuerint, nō tāq̄ ipis a Christo tradita. Nō ergo oēs humanę cōstitutiōes reiiciēdę sunt: quod cōfirmatur & decreto Seruatoris dicentis apud Matthæum: super cathedrā Moysi sederūt Scribę & Pharisęi, quæ dicunt facite &c. Quibus verbis apertissime monstratur Magistratū gerentes, facultatem habere condendi leges illasq; subiectis esse seruandas. Pręterea constat multas ex traditionibus ecclesiasticis diuinas leges interpretari, & quasdam non scriptas, sed per manus acceptas promulgare, vt leges sacri quadragesimalis ieiunii, & sacramentorum: cum qua forma conficienda sint & ministranda: & plurima id genus alia in sacris conciliis definita & explicata. Non igitur abolendæ sunt a Repub. ecclesiastica constitutiones canonicæ, sed reuerendæ, & seruandæ, quemadmodum Hieronymus inquit: Præcepta ecclesiastica obseruentur sicut a maioribus tradita sunt. Adde q; absq; humanis legibus nulla respublica, nulla vita ciuilis, vel constitui vel conseruari potest.

V Age vero, quid tandem est causæ cur hæretici diuinas laudes, quæ in templis decantantur, horariasq; preces, & sacras cærimonias damnent? Quo scripturæ testimonio nituntur vt hæc tollant, & euertant? quas Christus nunq̄ tolli pręcepit, nec improbauit, nec Apostoli prohibuerunt? sed redibunt ad ineptias hęretici, clamabuntq; ne instituisse quidem, quando scriptum non reperiatur, & proinde humano consilio eas fuisse constitutas. Sed hæc ratio q̄ parum procedat, q̄ falso innitatur fundamēto supra est a nobis declaratum. Neq; enim oportuit, vt omnia diuina instituta scriberentur lege euangelica, quorum cum multa essent vsu recepta, nihil erat quod quasi denuo sancitia scriberentur. Laudes autem diuinas cantare, & solennibus sacrificiis Deum immortalem adorare, tam antiquum est, vt cum ipso mundo natum esse videatur. Hoc enim ante Mosen primum diuinæ legis scriptorem, factum esse testantur sacræ literæ: Hoc & Moses ipse statuit esse faciendum, & fecit, quum carmen illud simul cum populo Israel cecinit: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est: equū & ascensorem deiecit in mare &c. Quem imitata Maria prophetissa, assumpto tympano, cum filiabus Israel quæ chorum agentes, pari iubilo idem cecinerunt: Hoc Rex Dauid Deo acceptissimus, hoc cæteri vates omnes veteris testamenti pręstitere, quod attestantur tot hymni, psalmi, cantica ad diuinas laudes decantandas instituta: Cantoresq; a Dauide Rege constituti sunt ad id officium peragendum: totiesq; inuitat spiritum sanctum ad canendum, vt loca enumerare nimis operosum sit, & superuacaneum, cum res sit perspicua, & omnibus prorsus manifesta: vt illud sæpe repetitum, Iubilate Deo &c. & illud, Cātate domino omnis terra, bene psallite ei in vociferatione. Et illud, Laudate dominum in sono tubę, in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis & iubilis. Qui quidem mos cum lege euangelica non fuerit abrogatus, confir-

matus fuisse optima ratione concluditur. Præsertim quum semper ab vniuersa ecclesia fuerit seruatus. Plurima enim antiquæ legis dictante spiritu sancto a maioribus nostris, ab ipsis Apostolis recepta & posteris tradita sunt: non quia antiquæ legis essent, a cuius seruitute nos liberauit Christus, sed quia per se probanda & rationi consentanea, summoq; Deo semper grata, maximo Angelorũ exemplo & argumento: a quorum multitudine, natalis Iesu Christi gratulatio, canticis ac iubilis facta est, his verbis: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, vt Lucas testatur in euangelio: Quæ Christiani rite ac castissime peragunt: non vt mandata Mosis, sed vt instituta nouæ legis Christi: non vt peregrina, & externa, sed vt sua propriaq; religionis Christianæ. Christus libellum repudii iudiciaq; expressis verbis abrogauit: Abrogauerunt Apostoli circuncisionem, ciborumq; prohibitionem, ritum sacrificiorum in sanguine, & cætera omnia quæ Christum venturum duntaxat præfigurabant. Non abrogatus fuit vsus templorum, non concentus diuinarũ laudum, non solennes preces, & cætera plurima id genus: quæ vt exemplaria cælestium & verorum ad quæ tendimus, catholica Christianorum peragit ecclesia: Neq; vero solennis hic cultus iccirco summo Deo a Christianis exhibetur, quemadmodum hæreticus facete, vt vult videri, cauillatur: q; se putent tali concentu aures diuinas demulcere, quæ talibus cantionibus delectentur: sed quia sic pium, & reuerentem animum erga creatorem redemptoremq; nostrum ostendimus, eiusq; cultui ad hunc modum pio instituto maiorum, & Angelorum exemplo vacamus: non vt Deo blandiamur, vt hæretici sacrilega voce dictitant, a quibus cum summo Deo supplicamus, cum solenniter sacrificamus, cum cumulatissimis honoribus eum prosequimur, & colimus, cum illi laudes ex toto animo magna, & clara voce concinimus Deo adulari dicimur, pueriliter ludere & nugas agere. Quod nemo vetustorum hæreticorum (quod sciam) proferre vnq̃ est ausus: nec contemptor diuum Epicurus protulisset Adulabantur igitur Deo sanctissimi vates omnes, quum hæc peragebant. Adulabatur cantor spiritus sancti cum tanto concentu afflatus spiritu diuino, sacros hymnos nõ solũ voce, sed etiã cithara lętus & ardens psallebat: Delirabãt tot sanctissimi & grauissimi patres, tũ veteris tum nouę legis professores, quum prolixioribus verbis Deum precibusq; adorabant, & hoc ritu Deũ obsecrabant. Sic enim coli Deus ipse vult: ita sibi supplicari, quod virgo Deipara spiritu sancto repleta locupletissima testis declarauit cantico illo, Magnificat anima mea dominum &c. Testatur hoc ipse Seruator noster tum exemplo, tum verbo, cum impense admodum templũ coluerit, vsqueadeo vt nũq̃ succensuerit, nec imperio palam vsus fuerit, quod sacrę literę referãt, nisi aduersus improbos, qui templũ profanabãt, & vedendis emẽdisq; mercibus polluebãt: quos ter sacratissima manu sua flagellatos a tẽplo, simul cũ argentariis, profusis ipsorũ numis eiecit, gratuitoribus verbis increpitos, q; domum patris sui, suamq;, institutã ad precandum Deum, orationibusq; colendum, forum & mercatum facerent, & speluncam latronum redderent. Quinimmo, vt testatur Marcus Euãgelista, tã esse reuerendũ locum docuit, vt per templũ ne vas quidem, aut quippiam aliud transferri permitteret, Qui cum dixit, Pulsate & aperietur vobis, quid aliud intelligi voluit,

nisi assiduis precibus orate Deum, & ipse vos exaudiet? Subiicit enim, saltem propter importunitatem dabit vobis. Quare alio in loco sic ait: Orantes sine intermissione. Hæc igitur vult omnipotens Deus sibi ab hominibus exhiberi: non quod his egeat vel oblectetur, qui ex sese beatissimus est: sed quia nos egemus, ille gratis, & libenter acceptat. Attamen cum hæc impendimus Maximo Deo, dicimur ab impiis Deo adulari, quasi mentiamur, cum sapientiæ, potentiæ, misericordiæ & bonitatis illius mirabilia decantamus. Mentitur enim adulator quum falsas laudes tribuit cuipiam, vt ei placeat. Immensi autem rerum omnium autoris laus, ne minima quidem ex parte celebrari, sed nec attingi potest. Ad profectum igitur commodumque nostrum hæc omnia instituta sunt, vt optimus ac Maximus Deus, omni cultu & reuerentia, atque honoribus glorificetur, ac mente, sensu, lingua, affectibus, toto corpore, cunctis viribus colatur. Interior enim vis excitatur, quum externæ facultates suis muneribus fungentes, debita & ipsæ creatori præstant obsequia: Quo fit, vt totus homo in Deum rapiatur. Percipiunt piorum mentes quantum canticis diuinarum laudum iuuentur, & quantopere ad sublimia euehantur. quod & Augustinus attestatur, cum referat eiusmodi cantibus ecclesiæ se nonnunquam ad lachrymas fuisse permotum, experiuntur diuina patientes, & qui decere valent: Gustaui, & expertus sum, quam suauis & dulcis sit dominus iis qui inuocant nomen eius: quam opportune sint, hæc quantum illis mysticis rebus sacrorum rituum, solennibusque cerimoniis proficiant, quantaque suauitate tepleatur spiritus: quantum exurgat supra sese animus, & tanquam ambrosiis pastibus vescatur. At qui nihil sapiunt nisi quæ carnis sunt, qui in proprio sensu ambulant, superbia turgidi, hæc derident, & contemnunt, libra humanæ prudentiæ trutinantes, quæ longe sunt humano iudicio maiora: Aiuntque quasi rem nouam & incognitam, obsecrandum esse Deum pura mente, spiritu reuerenti, non his nugis & tragico apparatu colendum: Quasi neget quisquam sanus, Deum primum mente pura esse colendum, cum hæc omnia quæ peraguntur, ad id præcipue instituta sint, vt mens his euecta, ad eum contemplandum & amandum rapiatur. Quandiu enim ipsis corporeis claustris conclusa fuerit mens humana, quandiu mole corporea obruta sensuum adminiculis eget, vt conscendat altiora. Cum autem custodiam, & carcerem exierit, liberaque summum opificem intueri valuerit, cognoscereque, quemadmodum Paulus ait, non in specie nec in ænigmate, non in speculo & figura, sed facie ad faciem: non fide aut spe, sed ardentissima charitate illum complectetur: tunc forte psallemus tantum mente, psallemus & spiritu: non enim corporis adminicula desiderabit, sed simplici & viuo spiritu Deum adorabit, iuxta illud: Quum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Tunc non erit opus his exterioribus vti: cessabuntque sacri ritus, & solennes cærimoniæ cum cantabimus mente vel animo potius quam voce aut organis. Nunc enim huius peregrinationis status hæc requirit & postulat, quoniam inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: ex his enim velut typis verorum ad ipsa cælestia contemplanda euehimur.

X At forte dicent heretici Christum Iesum docuisse, non multis esse orandum, & quid a summo Deo sit petendum, & quo ritu supplicandum. Primum quidem ait: Orantes nolite multum loqui, vt æthnici faciunt, putantes in multiloquio exaudiri: Et cum

increpat Phariſæos, ꝙ ſola longiore oratione Deum ſe placare poſſe credebant. Ritum autem docuiſſe dicens: Non eritis ſicut hypocritæ cum oratis, ſtantes [illegible]tes in ſynagogis & angulis platearum &c. Tu autem cum oras intra cubiculum tuum &c. & quid ſit precandum declaraſſe illis verbis. Cum oraueritis dicite Pater noſter &c. Sed ad hæc facile fuerit reſpondere: primum, Chriſtum Ieſum non improbaſſe prolixiores laudes, diuinis precibus admixtas. Improbaſſet enim vſum pſalmorum, hymnorum & cætera id genus: quod tamen non fecit. Quinimmo conſtat ipſũ hymnos protuliſſe: Quod teſtatur illud: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti &c. & diutius ſæpe in oratione perſtitiſſe. Ait enim Lucas: Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et rurſus. Et factus in agonia prolixius orabat. At improbauit Phariſæos optimis rebus abutentes, in ſolo verborum ſtrepitu, & precum multitudine ſe iuſtificari putantes, cum mente & ſpiritu a Deo prorſus alieni eſſent, ſolaq; ſpecie religionem prætenderent, cum ſceleſti hypocritæ eſſent, declaraſſeq; paucis potius orandum eſſe attenta mente, q̃ vaga & diſtracta multis: nec homines opinari debere ſuis ſe petitionibus Deo declarare, quibus rebus egeant, & quid oportent, quaſi hæc illi incognita ſint: aut fidere in oratione ſua compoſita, ꝙ illum verbis deflectant: ſed eſſe in ſola bonitate ipſius ſperandum, q̃uis velit a ſe ſuppliciter peti quod volumus: vt agnoſcamus ab ipſo nobis tribui quæ poſcimus, & nos illi ſubiectos eſſe, ſine quo nunq̃ conſequi quod cupimus valeamus. Quicũq; enim petit aliquid quod ex ſe aſſequi non poteſt, illi ſe ſubiicit a quo beneficium expectat. Hac igitur de cauſa vult cunctorum bonorũ largitor a ſe poſci ea quibus egemus, quæ tamen ſola liberalitate ſua ille nobis cõcedat. His rationibus inſtitutæ ſunt paucis verbis ab eccleſia preces, quas collectas nuncupamus. Quod vero ad ritum attinet orandi, intelligendum eſt dominum hypocriſim damnaſſe, non morem orandi in templo & ſynagogis. Ipſe enim per diẽ ſabbati accedebat ad ſynagogas, & legebat ſcripturas. Quod teſtatur Lucas quum ait: Et intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogam Nazaret & ſurrexit legere &c. frequentabatq; templum. Pariter & Apoſtoli (vt Acta teſtantur) erant in templo perſeuerantes in oratione. In quibus & illud legitur, Petrus & Ioannes aſcendebãt in templum ad horam orationis nonam. Et illud. Quotidie Apoſtoli erant perdurantes in templo in oratione: Et illud in quo Lucas abſoluit euangelium ſuum referens de Apoſtolis hęc verba. Et erant ſemper in templo laudantes, & benedicẽtes Deum. Et illud quod (vt in Actis habetur) ait Paulus, Factum eſt autem reuertenti mihi in Hieruſalem, & oranti in templo fieri me in ſtupore mentis. Et dominus docuit in templo orandum eſſe, quũ templum domum orationis dixit. De Iacobo item Apoſtolo fratre domini ſcribunt authores grauiſſimi, ꝙ fere ſemper orans erat in templo, ita vt aſſiduitate orandi callum in genibus obduxiſſet, vt genua ipſius ſimilia eſſent genubus camelorum. Sed increpantur qui id faciunt, vt videantur ab hominibus, ex hoc gloriã aucupantes: Docetq; dominus potius orandum eſſe ſecreto q̃ palam ad oſtentationem, nec obſequium vocis acceptum eſſe Deo, niſi adſit mentis pietas actu vel habitu, & internis conſentiant: Illaq; breui oratione, Pater noſter, docuit, quæ primum precibus a Deo expetenda ſint, non ꝙ cætera prohiberet.

Petierunt enim Apostoli plurima, etiam alia orantes: & ipse quum rogauit patrem si fieri posset vt a se mortis calix transiret: & pro Apostolis & cæteris qui per ipsos credituri erant in eum. Similiter Paulus, cuius hæc verba sunt ad Romanos: Obsecro vos vt me adiuuetis in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierusalem: & vt veniam ad vos in gaudio, per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum: & compluribus aliis locis similia scribit, quæ longe absunt ab oratione Pater noster, vt & illud eiusdem Pauli ad Thessaloniceñ. De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur sicut & apud vos, vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Et cæteri Apostoli petiuerunt a fidelibus, vt pro ipsis quædam precarentur, quæ non sunt in oratione Dominica. Non igitur sacri ritus diuinarum laudum & precum decreto verborum Christi, Apostolorumve exemplo vel instituto antiquandi sunt: sed retinendi potius, cum sint spiritus sancti decreto instituti, cum alii, tum quem isti tollunt sacrum morẽ, diuinas laudes, statis horis diei distribuẽdi. Iuxta illud, Septies in die laudem dixi tibi: & illud, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et in Actis Apostolorum, Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabant Deum &c. Et quod supra diximus, Petrus & Ioannes ascendebant ad templum ad horam orationis nonam. Nam preces horariæ cum ad alia mulra, tum in primis ad hoc sunt opportunæ, vt Deum quemadmodum fas est, perpeti memoria recolamus: sicuti ab eo perpetuo pendemus, & eius beneficia in nobis nunq̃ cessant: vt hac saltem admonitione sæpe in die gratias agamus illi, ipsumq́ glorificemus. Et præceptum illud Seruatoris in Luca, Semper orandum esse & nũq̃ deficiendum. Et Pauli, Orate sine intermissione, adimpleamus, cum vnaquaq́ die, certis horis id præstemus.

Y Age vero si istis tam laudabile institutum abolendũ, omnisq́ ritus sacer tollendus esse videtur, dũ asseuerant, a Christo, cultum nullum, nullũ ritum fuisse institutum, quamobrem ipsi quędam adhuc, quibus ipsi vtantur relinquũt: Quodam enim ritu rẽ diuinã peragunt & cęrimonias quasdã seruant: quo cũ doceãt non omnino tollendas esse cęrimonias, declarant se malitiose agere, cũ a moribus maiorum discedunt, & veteris ecclesię consuetudinẽ nouis ritibus conantur antiquare. Sed profecto, qui vniuersam religionẽ peruertere statuerunt, & prorsus sacerdotium tollere, hos sacros ritus immutare oportebat. Facessat igitur Lutherana impietas, quę sola malignitate impulsa est ad hęc tollẽda: stent sacri ritus, celebrenturq́ solẽnia sacrificia, personet æther cõcentu diuinarũ laudũ, modo rite, cultu debito, decenter, caste, sancte, reuerentissime omnia peragantur. Nihil scurrilitatis, nihil ludicri, nihil indecorum cærimoniis sacris misceatur: Sed omnia sint grauia, verenda, & rationi consentanea, ac diuinæ maiestati conuenientia: quę ædificent, non destruant: mentẽ ad diuina conuertant, non distrahant: inflamment, nõ infrigident: breuiter in id accõmodentur, ad quod fuerunt instituta: nihil secus, nihil perperam fiat. Nam licet cũctis fere in rebus, quędam minus recte, minusq́ decenter fieri contingat, in sacris tamen, omnia decentissime & reuerentissime pręstare quantum maxime fieri possit, est enitendum, vtque nulli aut minimi permittantur abusus, & sicubi praua cõsuetudo inducta fuerit,

aboleatur. Quæ cura & solicitudo ad eos in primis pertinet qui sacris præsunt.
Quamobrem (vt dicam quod sentio) non valde probandus mihi esse vide- Z
ur vsus tam frequens perfracti cantus, quo variæ voces exaudiuntur, verba per-
cipi non possunt, nec tantus strepitus organorum. Quapropter vtrunq; forte
moderandum esset, & parcius similium rerum vsus adhibendus. Nulla enim res
grauior, nulla maioris momenti a mortalibus agi potest, re diuina. Proinde nul
li maius studium maiorq; diligentia est adhibenda, qua dominum Deum exerci
tuum velut conuenimus & alloquimur: cuius conspectum verentur vniuersa cę-
lestium spirituum agmina: sacratissima mysteria peragimus, quæ ab angelorũ
choris vix decenter tractari possunt: vnde perspicuum est, nullam esse cum illis
conferẽdam, nec tanta attentione & reuerentia peragendam, conuerso toto ho-
mine mente pariter ac corpore in obsequia creatoris. Tanta est autem sacrorum
rituum ac cærimoniarum commoditas, vt illis abolitis cultum diuinum labefa-
ctari, & religionem ipsam perire necesse sit. Perpauci enim sunt cultus illius inti
mi, qui summo Deo mente tantum ad sublimia contendente præstatur, capaces:
paucissimi ad res diuinas contemplandas idonei, nisi ad ea sensuum adminiculo
conuertantur. Quamobrem cum externum cultum sustuleris, neutrum profecto
retinebis: quod impietatis & malorum, quæ Germanis Lutheranum scelus inue
xit, exemplo apertissime declaratur.
Illud quoq; scire peruelim, qua demum ratione ducantur quidam ex hac no A
ua schola hæreticorum, vt templa Christi sanctorumq; imaginibus, & signis ex-
polient. Nam si priscæ legis pręceptum quo prohibebantur, sequuntur, hoc est
procul dubio iudaizare, cum euangelica lege non verentur, quorum vtrunq; cau
sam habuit honestissimam: Cum diuinum numen, quod tantum mente Iudæi co
lebant, & colimus ipsi, apud eos effingi nequiret. Nobis autem effingibile quo-
quomodo sit effectum: cum Deus ipse humanam naturam assumpserit, diuino
verbo homine facto. Nec tam rudis est populus Christianus nec tam terrenus,
q̃ fuit Hebręus: nec tam propensus ad idolatrandum, pręsertim quia tũc vniuer-
sus propemodum orbis ea labe erat infectus: nunc beneficio Domini nostri Iesu
inter cętera iampridem effectum est, vt fere cunctę nationes, omnes populi, bar-
baræ gentes vniuersæ, vnum solum Deum authorem vniuersi, quoquomodo a-
gnoscant, q̃uis diuersis ritibus colant. Præterea nemo tam excors est, tam mente
captus in Christiano populo, vt putet imaginem quam veneratur numen esse
diuinum, aut eam quicq̃ præstare posse: quod tunc fiet perspicuum, si quis idiotã
quamlibet rusticum recte percunctetur. Ignari enim homines, quod implicite &
confuse sentiunt, id si recte interrogati fuerint explicabunt, quod nequaq̃ ex se
proferre valerent. Quamobrem non parui refert, quomodo eos interrogaueris.
Nec hoc igitur, consilio vitandi videlicet hunc errorem, imagines tolli licebat:
præsertim cum essent tam communiter & tanto vsu, vt peropportune ad
religionem receptę. Imagines enim conferre q̃plurimum ad pietatem, experien-
tia rerum magistra docuit, ratioq; suasit. Negari enim non potest, humanos affe
ctus permoueri sensibus, visumq; præ cęteris id maxime pręstare affectusq; ipsos
interiorem hominem spiritum ac mentem ipsam, nõ solummodo excitare, verum
etiam excitatam inflammare. Quis enim tam ferreus est, vt attente intuens ima-

ginem filii Dei,cruci,noſtri cauſa,tam crudeliter affixi,dolore quodam non affi-
ciatur:eoq; ſpectaculo ad contemplandum tam ingẽs,admirandumq; myſteri-
um non incitetur,& ea contemplatio,non conteratur? Quis corde tam lapide-
vt non molleſcat? & tenero quodam amore non liqueſcat, cum proſpicit cælo-
rum dominum vniuerſi orbis conditorem humana carne veſtitum,nobis natum
infantem,iacentem in præſepio? Aut ſacratiſſima vbera virginis matris ſugen-
tem? Quis tam triſtis,tam ſpe deſtitutus,qui non hilareſcat? qui fiducia ingenti
non erigatur? cuius animus alacer non euadat? cum victorem Ieſum potẽtiſſime
a mortuis reſurgentem,glorioſiſſimè triumphantem,nobiſq; regna cęlorum re-
ſerantem ſpectarit? Hæc autem myſteria omnia,imaginum beneficio, vnico in-
tuitu contemplari valemus, cunctorum memoriam eodem momento recipere
poſſumus. Sapiẽtiſſime igitur maiores noſtri,ac diuino afflati ſpiritu vſum ima-
ginum ſtatuerunt, qui rudibus & ignaris non ſolum opportunus,ſed fere neceſ
ſarius eſſe cognoſcitur,præſtantioribus autem & eruditis commodiſſimus. Prę
cæteris enim ſenſibus,viſus nos admonet,attentoſq; reddit & detinet, diuerſaq;
rerum diſcrimina oſtendit. Plura etiam ſimul monſtrat,multa breuiſſime in mẽ
tem reuocat,& hæc omnia,vt facillime, ita iucundiſſime,quod cæteri ſenſus prę
ſtare nõ valent. Quo fit vt nec illos natura ęque caros habeamus. Quod ſi Chri-
ſtianis non liceat nec expediat ſignis ſenſilibus diuina referentibus vti, ne licebit
quidem concionatorem de diuinis diſſerentem audire,nec expediet ſacras literas
legere,cum æque auribus ſenſibilis vox diuina myſteria referat, æque ſcriptura
illa ſignificet oculis eruditorum,vt imagines & ſigna rudium. Quamobrem ima
gines,codices vulgi eſſe dicuntur. Comburantur igitur cum imaginibus euan-
gelia, codices omnes ſacrarum literarum reſcindantur,& ipſi concionatores ex-
plodantur,conſentaneum eſt,ſi cuncta ſenſilia ſigna diuinarum rerum monimen
ta comburi debent. At cum in ſenſilibus ſignis magna ſacramẽta inſtituerit Ser
uator Ieſus,volueritq; illis ingentia myſteria referri,licere & expedire docuit,ſen
ſilibus ſub ſignis res diuinas reprę ſentari & adorari. Quod profecto tam perſpi-
cuum eſt,vt niſi qui imbecillo aut maligno ingenio ſit, nemo ambigere poſſit,
Quod etiam inſtituto & exemplo antiquæ legis confirmatur. Qua licet imagi-
nes eſſent prohibitæ,cauſis ſuperius expoſitis,non tamen omnia ſigna quæ res
diuinas reprę ſentarent excludebant. Arcam enim teſtimonii aduobus Cherubim
complexam ſumme coluerunt Hebręi in penetralibus tabernaculi & templi re-
conditam: Apparuitq; illis gloria domini, tum in caligine, tum in igne lucen-
te in columna nubis, & ſub talibus ſignis ſenſilibus. At forte dicerent ad-
uerſarii imaginum occaſione plurimos abuſus fieri,ideo illas tollendas eſſe: qui-
bus reſpondere facillimum eſt, Nos abuſus non tueri. Nullam autem eſſe rem
tã commodã & rectam,qua quiſquàm prauus abuti nequeat: ob id tamen rem
probam & vtilem non eſſe antiquandam, ſed ſtudium ſolers adhibendum vt
abuſus aboleãtur. Sed legibus ſublatis,permiſſa eſt apud Germanos vnicuiq;
licentia delirandi,vbi ſe beatiorem hoc ſeculo quiſque putat,quo plures, aut ma
gis nouas inſanias excogitare valet: aut exploſas reuocare, data vnicuiq; facul-
tate in ſenſu proprio ambulandi. Nunc enim Germanis idem contigiſſe videtur,
quod olim populo Hebræorum accidit. Qui quum eſſent ſine principe, vnuſ-

quisque faciebat quod bonum ipsi videbatur, vt liber Iudicum testatur. Qua occasione, idolatrauit Micheas, & adolescens Bethlehemites, & mala plurima contigerunt in Israel. Quod & in Germania nunc pari licentia euenit, proferente vnoquoque de religione & sacris dogmatibus impune quodlibet.

B Quapropter isti imaginum exterminatores non contenti diuos imaginum honore expoliasse, interdicunt præterea diuos pulsari precibus, quicquàm a sanctissimis Heroibus peti, aut aliquid ipsis appensum dedicare, nominaque eorum cultu aliquo venerari, quasi non valeant illi a summo Deo quicquàm impetrare: aut eos coli, Deo molestum sit vel: nobis indecorum & superuacaneum aduocatum adhibere, qui pro nobis deprecetur: Quorum primum profiteri hominum est diuis ipsis inuidentium, cum eos immortalitatem adeptos priuent facultate officii apud Deum intercedendi quod præstare valebant, quum adhuc mortales essent, & nondum felicitate fruerentur: cuius rei sacris in literis tot habentur exempla & documenta, vt ea difficile sit enumerare. Ait enim Dominus ad Abimelech, vt in libro Geneseos scribitur, Quia propheta est, orabit, pro te & viues. Precatus est sæpe Moses pro populo: precatus Helias, precatus Iacob, Dauid & cæteri prophetę, precatus Paulus rogauitque sæpius, vt pro eo rogaretur. Precati sunt cæteri Apostoli, omnes sancti anteq̄ confirmarentur in gratia. Orate pro inuicem ait Iacobus. Refertissima est scriptura huiusmodi petitionum. Oratio item fiebat ab ecclesia sine intermissione ad Deum pro Petro. Quum igitur potuerint sancti viri prodesse mortalibus cum adhuc summo Deo perfecta charitate iuncti non essent, cum adhuc ipsi peccare possent. profecto consentaneum est, vt hoc potiores ad aliquid impetrandũ facti sint. quo iam apud ipsum plus gratia valet. An qui in maximo vniuersorum iudicio tanti honoris futuri sunt participes, vt cum filio Dei sessuri sint iudices, nunc non valebunt esse pro nobis intercessores? Scriptum est autem dixisse Dominum Apostolis, Amen dico vobis, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Præterea testatur Dominus apertissime per Hieremiam, animas sanctorum valere precari pro superstitibus quum ait: Si steterint Moyses & Samuel cora me non est anima mea ad populũ istum &c. longe enim antea q̄ hęc proferret Hieremias, ambo, & magno inter ipsos interuallo e vita decesserant: quod ipsum per Baruc confirmatur his verbis: Audi domine nunc orationem mortuorum Israel: Et si enim beati cum iã ad patriã peruenerint, sibi ad maiora consequenda promereri non possint, nõ tamen iccirco facultate carent, iis qui adhuc peregrinantur opitulandi, quasi, manum adiutricem porrigendo ad eam adipiscendã, sed quid longius testimonia perquirimus, quum Paulum Apostolũ habeamus testẽ tam propriũ, & tonitrui filiũ, Qui Paulus sic ad Romanos scribit, Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui etiã interpellat pro nobis &c. Et ipse Ioannes Apostolus in epistola prima. Si quis peccauerit aduocatũ habem⁹ apud patrẽ Iesum Christũ iustum &c. Si enim Christus in cęlis interpellat pro nobis, si aduocatum agit, quod intelligi non potest, nisi inquantũ homo glorificatus, efficitur, cum in eo nec summa beatitudo, nec glorificatio tollat, quin interpellare & deprecari possit pro nobis, vt multo minus beatitudo aut gloria impediat san

ctos iam vita functos, quin pro nobis, vt viuentes valebãt, sic nũc vita functi interpellare & deprecari possint. Sed licet nõ alieno egeamus testimonio aut argumento ad hanc rem comprobandã, cũ hoc sit validissimũ, attamẽ plurima exẽpla citari possent sanctorũ patrum, qui Angelis & beatissimis spiritibus supplicarũt. Adorauit Patriarcha Abraam sæpe angelos ad se venientes, adorauit Iacob ac Loth, & cęteri patres. Iniquũ igitur est nos prohiberi venerari, & supplicare angelis, & animabus felicissimis, vt pro nobis intercedant, quos, etsi condonaretur hęreticis nihil opis pręstare nobis posse, quod tamẽ ipsi nullo testimonio sacrarũ literarum comprobare possunt. Attamẽ illa humilis supplicatio nostra, qua misericordẽ & clementissimũ Deum pulsaremus, illis interpellatis, vt aduocatũ agerent, omnino acceptior reddi creatori videretur, q̃ si ipsi arrogãter absq; internũcio obsecraremus. Nõ enim inuidus est omnipotẽs, vt nolit amicos suos honorari, quos ipse honore & gloria sublimes effecit, teste scriptura, Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorũ. Et Christus in euãgelio, qui mihi ministrauerit honorificabit eũ pater meus. Nõ igitur tollẽda est sanctorũ deprecatio, quasi nõ valeãt nobis suffragari, aut id Deo futurũ sit ingratũ atq; molestũ. Præterea refert scriptura multis in locis angelos missos esse ad homines iuuandos, cõpluribus in negociis, sunt enim administratorii spiritus, teste Paulo & psalmorũ oraculo. Angelis suis mandauit de te, vt custodiãt te in omnibus viis tuis. E custodia liberati sunt Apostoli in Hierusalẽ: Petrus e carcere & cathena Herodis angeli ministerio. Missi sunt angeli ad Deiparam virginem ad Ioseph eius sponsum: ad Christũ Iesum sæpe vt illi ministrarent: vt eum consolarentur, imminente mortis tempore, ad eius tumulũ postq̃ reuixerat testãtes resurrexisse. Item ad Abraam, ad Loth, ad Iacob, ad Balaam, ad Thobiam & alios patres, & ad sternendum populos. Nam quemadmodum Deus omnipotens cũ posset sine ministris & mediis erga mortales cuncta perficere, vt plurimum tamen pro sua maiestate vsus est angelorum ministerio, sic par est eisdem internũciis & intercessoribus maiestatem diuinam a mortalibus exorari. Cum igitur valeant felicissimi spiritus multa peragere erga nos, ita volente optimo Deo, & in his quæ ad hanc mortalem vitam pertinent: consentaneum est, & efficacius posse ea quę ad vitam æternam consequendam spectant. Quòd si suffragari possunt, commodissimũ profecto est, & illos rogare ne nos officio suo destitutos relinquant. Nec superuacaneum esse potest illos intercessores inuocare, propterea quod Christus Iesus vnus sit mediator Dei & hominum solusq; valeat intercedere pro nobis, cum ei nihil detrahamus, sed ipsum primum obsecremus, dum testes maiestatis illius, & quasi membra & certe seruos comprecamur, & apud ipsum aduocatos adhibemus, velut indigni nobis visi qui sine intercessore conspectum eius adeamus. Respicit enim pientissimus Iesus Optimus Maximus Deus piarum mentium nostrarum consilium quum sanctos veneramur, quum illis obsecramus, quum honoribus prosequimur: atq; intelligit hæc obsequia omnia, nos illis, ipsius gratia præstare, in ipsumq; omnia referre, non audentes sine aduocato, sine intercessore grato & accepto, consciẽtia nostrę miseriæ cõuenire tantã maiestatẽ. Sed furiosi hominis rabies expleri nunquàm potuisset mortalium perturbatione, nisi etiam

cælicolis bellum indixisset, quos mauult blaspehmari q̃ laudari, opprobriis & conuiciis, q̃ honoribus affici. Proh nefas horrendum dictu, inexpiabile auditu, cogitatu execrandum, quales, quàm nefarias, quàm inauditas blasphemias iactat in sanctos omnes, in ipsam Deiparam perpetuo virginem, gratia redundantem, celsiorem omnibus angelis, sublimiorem cunctis creaturis: cuius laudes nulla lingua digne attingere valet: quæ prætermittenda censeo, cum absq; scelere, sine piaculo ne referri quidem possint. Tam scelesta enim sunt, tam impia, tam horrenda, vt ea etiam ad refellendum proferre turpe fore videatur. Sed cum talia sint, tamen ferenda quoquomodo videri possunt, si conferantur cum iis, quæ de sacratissimæ Eucharistiæ sacrificio latrare non formidat. Bone Deus, quàm mitis, quàm patiens es, qui ferre potes vipereum os virulentissime furiæ tantas, tam inauditas, tam ingentes, tam inexcogitatas prius blasphemias in te iactare. In sacramentum illud supremum, quod angeli admirantur & adorant, dæmones contremiscunt: in præcipuum illud sacrificium, sub quo puer tuus Christus Iesus velata specie integer tegitur, nec mox verba proferentem torto fulmine dissipas & absumis: Sed iudicia tua abyssus multa. Ego certe blasphemias referre nec ausim nec possim. Vix enim audire sustinui, quas etiam Germanice conscripsit, vt magis apud vulgus propagarentur. Quas ab eruditis probari non posse agnoscit. Non enim tam stupidus est, quin percipiat, quàm fallacia, quàmq; absona doceat. Sed satis habet imperitam multitudinem iam commotam infatuare, & quibusdam sciolis scrupum saltem iniicere: quod circuitu verborum & ambagibus a proposito deflectens se assecuturum esse confidit: fere enim quum pessima quæq; dispergit, statim a proposito, quasi iam demonstrauerit, declinat: & se ad alia exaggeranda conuertit scripturarum testimonia, nihil tamen ad rem facientia inaniter infarciens, vt verborum copia tenebras offundat eorum mentibus, quos præstigiis suis fascinare proposuit. Quod deprehenditur, cum in omnibus libellis eius, tum in his maxime in quibus turpissima & perniciosissima conatur, vt in blasphemo illo sermone, quem aduersus sacratissimum canonem missæ diuulgauit.

Sed quomodo tam atrociter inuehitur in sacerdotes rem diuinã illis sacra- C
tissimis verbis peragentes? quos bestias, asinos, porcos, fatuos, scelestos, passim appellat, & omnibus aliis conuiciis & probris insectatur, & papistas per contumeliam vocat more suo semper venenatas sagittas suas dirigens ad scopum, cunctis notissimum oppugnandum? quanq̃ hoc in loco tam impudenter se ac stulte gerit, vt facile prodat impium desiderium calumniandi, cum ea calumnia nihilo magis ad papistas (vt ipse loquitur) hoc est ad catholicos Christianos pertineat q̃ ad cæteros, qui christianam religionem vtcunq; retinuerunt. Omnes enim Christiani sacerdotes, tam schismatici q̃ hęretici qui Pontificem Maximum non agnoscunt, nec illi obœdiunt, eodem ritu, quantũ ad ea, quæ ad substantiam sacrificii attinent, rem diuinã peragunt, & missas celebrant: quo & catholici, qui ab eo papistę nuncupantur. Quod in primis attestatur, tũ missa a magno Basilio edita, tũ & illa Ioannis Chrysostomi qua Gręci nunc vtũtur. pariter & illa Armeniorũ, Maronitarũ, Caldaica lingua cõscripta. Pręterea Iacobitarũ, Abbascinorũ & cęterorum id genus propriis Patriarchis parentium: ipse tamen

ita execratur miſſarum ſacrificium, vt non vereatur ſacrilego ore dicere, Satha-
nam ipſum, eum ritum adinueniſſe, nullamq; blaſphemiam a condito orbe hu-
comparandam a quocunq; impio fuiſſe prolatam: deteſtabiliuſq; longe eſſe hoc
ſacrificii genus vitulis aureis, quos erexit Hieroboam Rex Iſrael populo ado-
randos: maledictoſq; & perditos Idolatras eſſe, quotquot eo more ſacrificant, nul
lumq; ſcelus, cum hoc piaculo conferri poſſe, longe plus abominando, q̃ omnia
lupanaria, cuncta adulteria, homicidia, furta & latrocinia: & hæc omnia potius
eſſe ferenda q̃ miſſarum ſacratiſſimarum vſum. Itaq; penitus exterminandum eſ-
ſe & abolendum: Conuerſuſq; ad eos qui Rempublicam adminiſtrant, illis ſeue-
riſſimum diuinum iudicium comminatur, niſi effecerint, vt hæc ſumma blaſphe
mia prorſus tollatur, e ciuitatibus quibus præfecti ſunt: quo etiam in ſermone
homo mendaciſſimus, ad maiorem concitandam inuidiam, fabulam prorſus ina
nem a ſe impudentiſſime confictam narrat: ab illis autem quos ea calumnia cri-
minatur, ne cogitatam quidem, fratres videlicet minores magnum auri pondus
Põtifici Maximo dediſſe, vt eis permitteret in catalogo ſanctorum, qui in canone
recenſentur, Idolum ſuum, (ſic enim ſanctum Franciſcum per deriſum appellat)
recenſere: ſed nefarii hominis malignitas, verſutia & impietas tam clare patet
hoc in ſermone, verbis ſingulis, vt ſit admirandum poſſe quẽq̃, qui illum audie-
rit aut legerit, de ipſius fraudibus & ſumma iniquitate dubitare, vſq; adeo in ſin-
gulis verbis ſceleſtiſſime nugat᷑, omnia carpit atq; detorquet & ſic eludit, vt non
concionator diſertus, ſed puer ſophiſmatibus & captiunculis ineptiens eſſe vide-
atur. Tanta autem malignitate & impietate omnia profert, vt neſciam quomodo
ſe potuerint continere audientes ſi modo pias, vel ſaltem ſanas habebant aures,
quin mox facto impetu e ſuggeſtu deiicerent, & blaſphemantem, manibus & dẽ
tibus dilacerarent: quibus blaſphemiis importunum & indigniſſimũ eſſet quic-
q̃ reſpondere. Tum quia nimis friuola & inepta ſunt, quę in medium adducit, vt
nec dignus ſit, (quemadmodum Hieronymus de Eluidio dixit) vt in eis vinca-
tur: Tum ne detur eidem occaſio rurſus magis ac magis blaſphemandi. Vt enim
vetuit, quod in libro Regum habetur, Ezechias Rex Iudæ, ne quicq̃ reſpondere
tur a populo Hieruſalem, impio & blaſphemo Rapſaci Regis Aſſyriorum Se-
nacherib duci, ſed tacere iuſſit, auditis eius blaſphemiis, ne magis ille blaſphema
ret: ita in his infandiſſimis cum impiiſſimo videtur eſſe agendum. Exclamat ta-
mẽ ipſe vociferaturq; tanta cõtentione, eo in ſermone, ſperans ſaltem ſtrepitu in-
anium verborum perſuadere poſſe: vt circulatorem quendam, & pharmacopo-
lam, ſua pſeudo antidota, magna voce & prædicatione venditantem, & garrulan
tem videre & audire, tibi videaris potiuſq̃ doctorem concionantem.

D De votis autem nuncupatis, quibus homines omnipotenti Deo ſe ſpon-
te aſtringunt, quæ ſceleſtiſſimus homo penitus ſuſtulit, non erit alienum ali-
qua commemorare, cum de iis liceat, ore nõ polluto differere. Quo in loco illud
primum me vehementer admirari profiteor, hoc tam impudẽti & turpi dogma-
te a Martino pronunciato, quenq̃ fuiſſe paulo modo prudentiorem qui de ipſius
perfidia, furoreq; & impietate poſſet dubitare: Tollit enim proculdubio omnẽ cõ
uictum humanum, omnem vitam politicam, omnia commercia, qui pollicitis
ſtari non vult, qui fidem & promiſſa non obſtringere confirmat, qui decernit illa

negligenda esse & infringenda, quę non tantum hominibus sed & omnipotenti Deo castissime religiosissimeq; promissa sunt. Vel cogitare profecto difficillimũ est, qua saltem apparenti ratione, quove testimonio scripturarum ductus Martinus tam execrandum scelus pronunciare sustinuerit, prorsus aduersum sacris literis, etiam si illi permitteretur illas vt luberet distorquere. Scripturæ nanq; tam expresse suadent vouere, præcipiuntq; concepta vota persoluere, vt calumnię nullus locus relinquatur. Vouete, inquit Psalmus, & reddite domino deo vestro vota vest. Et rursus, Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius. Et iterum, Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et illud in Numeris, Si quis virorum votum vouerit domino non faciet irritum verbum suum. Et illud Deuter. Cum voueris domino non tardabis reddere, quia requiret illud dominus, etsi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum: Si nolueris polliceri absq; peccato eris: quod autem semel egressum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promisisti: & propria voluntate & ore tuo locutus es domino deo tuo. quid apertius dici posset: Et illud Ecclesiast. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Quodcunq; igitur voueris, redde: Multoq; melius est non vouere, q̃ post votum promissa non reddere. Hęc testimonia tam expressa, tam explicita sunt, vt cauillationi nullũ locum relinquant, nec glossam aut interpretationem patiantur. Referunt & sacræ literæ plurima exempla sanctorum, qui vota conceperunt ac illa persoluerunt. Vouit Iacob cum peregrinaretur se decimas oblaturum domino, & præstitit. Concepto voto populus Israel, qui antea fuerat profligatus a Rege Harad Cananei, victoriam cõsecutus est, & vrbes vt promiserat, deleuit. Vouit Iephte dux populi & profligauit populum Amon, & filiæ vnigenitæ fecit sicut vouerat. Vouit vxor Alchanæ si conciperet filium consecraturam se eum domino, concepit Samuelem & tradidit domino. Permisit Dauid Absalon recedere a se, vt vota quæ concepisse dixerat, redderet domino. Vouerunt vectores cum Iona ex Tharso ciuitate profecti, vouit & ipse cum a Ceto deuoratus esset in ventre eius. Vouebant Nazarei quum se consecrabant domino. Plurimæ leges institutę sunt in scriptura, quę de votis mentionem faciunt: Clamat prouerbiorum author: Victimas Deo voui, hodie reddidi. Et rursus, Ruina est homini vota retractare. Meminit votorum Esaias, Hieremias, Naum, Malachias, & scriptura passim de votis agit ac loquitur. Attamen hic egregius scripturarum cultor, qui nihil recipiendum præter eas censet scripturas, easdemq; patentes & claras esse prædicat, qui glossas omnes & interpretationes sanctorum reiecit, aduersus hæc euidentissima testimonia scripturarum quæ neq; ad iudicia, neq; ad cærimonias pertinent imperiosissime vota infringit, nulla scriptura nixus, sed sola Luciferi authoritate confirmatus. Itaq; concionator præcipuus diuinæ legis libertatisq; Christianæ assertor, vt Christianos omnino liberos reddat, a votorum vinculo absoluit. Immo vero vt magis persuaderet quod sermone docuit, opere inter primos ipse perfecit. ne minus exemplo doceret quàm verbo. Abiectis nanque votis solennibus, quibus obstringebatur institutisq; viuendi, in quibus tot annis professus vixerat, abnegatóque Augustino patre, quinimmo abnegato Christo (Christum enim abnegat qui ei solenniter promissa, non

affectu aliquo victus, nec inscitia abductus, sed sciens ac volens impudenter ab-
negat reddere, & fidem perfringit) vxorem duxit pulcher maritus cælibatui a-
strictus. Et vt sceleris nihil relinqueret, pariter astrictam voto castitatis, virginem
quippe sacratam duxit, ne solus incestaretur: Quasi veritus ne si ipse sacratus pro
fanã contingeret, pollueretur: Num igitur hic verus Israelita cẽsendus est, in quo
dolus non sit? An iuxta Redemptoris nostri documẽtum, ex fructibus ipsius ex-
istimandus? Stupesco referens turpissima scelera quę tibi Erasme longe notiora
sunt q̃ mihi, qui Germaniam incolis, in qua his nouis ritibus Plutoni sacrifica-
tur, in qua perfractis claustris, profanatis cœnobiis sacrarum virginum & viro-
rum continentiam ac cælibatum profitentium, quasi reseratis ergastulis seruo-
rum, pollui, libidinari, scortari, incestari permisit, immo vero persuasit, pretextuq;
nuptiarum & coniugii, stupris & incestibus sacrilegium coniunxit. Quisq̃ ne nisi
omnino a religione auersus, a sensu rationis deiectus fuerit, tantam indignitatem
ferre posset? Quis tam barbarus est, tam ferus, tam vitiis omnibus obrutus, qui
hęc probare possit? Gentiles certe tale piaculum nequaq̃ pertulissent. Neq; enim
ignoramus q̃ sęuas olim pœnas virgines Vestales dabant apud Romanos, cum
violatæ pudicitię conuincerentur: Christani tamen apud Germanos palam & so-
lenniter, hæc fieri permittũt & faciũt, si tamẽ Christiani cẽsendi sunt, qui a catho
lica ecclesia defecere: & non potius hęretici perditissimi, gloriæ Christi impuden
ter illudentes. Hic ego non video turpis Lutheri libido quem colorẽ valeat huic
flagitio pretendere, quam stropham in excusationem reperire. Nam quod non-
nulli aiunt, a Luthero vota dissolui ac tolli propterea q; incaute nuncupata fuis-
se existimet, cum rem factu impossibilem, & quam nec seruare iis qui se votis a-
stringunt expediat, suscipiant. Quid absurdius dici potest? o sordes, o cœnum, o
fœtidissimum lutum. Ergo ne salacissima bellua seruare continentiam, colere pu
dicitiã tibi non difficile modo, sed impossibile videt̃, minimeq; expedire? At Hie
remię & Ezechieli prophetis, Ioanni Baptistæ, Ioanni & Iacobo Apostolis virgi
nitate insignibus, Pauloq; cæterisq; Apostolis, postq̃ ad Apostolatũ vocati sunt,
Mariæ virgini Deiparæ, sanctissimo eius Ioseph sponso, qui perpetuo pudicitiã
coluit (vt testatur Hieronymus) Christo & spiritui sancto visum possibile, vi-
sum expedire. Si enim continenter viuere, cælibem vitam ducere impossibile es-
set, non ea verbo & exemplo suasissent, nunq̃ tantum laudassent, & comprobas-
sent. Sed profecto quemadmodum suibus difficillimum est in cœno non volu-
tari, ita Lutheranis, libidinibus non coinquinari. Vt enim testatur Hieronymus,
Apud hæreticos non sunt virgines, perraroq; hęretici sunt casti, vtpote qui sint
voluptuosi, caupones, mendaces, arrogantes & hypocritæ. At inauditum est
post natam religionem Christianam, vt quisq̃ sacratus presbyter aut episcopus
vxorem duceret, nec id vnq̃ permissum, non dico catholicis, sed ne schismati-
cis quidem aut hęreticis: neq; de hoc vnq̃ fuit apud Christianos qualescunq; fue-
rint, controuersia: & si nonnulli post vxorem ductam sacerdotiis sacris initiaban-
tur: At qui sacerdotibus cæteris castitatis voto solenniter obligatis nuptias per-
mittit, hunc credibile est breui etiam maritis libellum repudii concessurũ, cum
pari ratione vtrunq; licere confiteri debeat. Si enim fas est, qui se ad cælibatum
obligauit, hunc vxorem ducere, cur nefas videatur matrimonium qui cõtraxerit

dissoluere: nisi forte turpius est vxori q̃ Deo fidem datam non præstare? Sed quid de cæteris votis dicetur, quibus pariter absoluit strenuos milites suos apostatas? Contendet ne cætera quoque esse impossibilia? obœdire præpositis, abrenunciare bonis, paupertate gaudere, ac in cõmune viuere? his enim tribus votis potissimum obstringuntur, qui religiosi nuncupantur: qui se in famulatum perpetuum domini Iesu dediderunt.

At consentaneum erat, vt qui vniuersa opera bona euertit, is votorũ quoq; E
obseruationes exploderet. Si enim sola fide iusti, hoc est Deo grati & accepti redduntur homines, operaq; nihil pertinent ad felicitatem æternam adipiscendam, vt profitetur hereticus, consequens est, vt vota reddere sit superuacuũ, cũ operibus ea persoluantur. Q̃ fallax autem hoc dogma sit atq; impium, quod tantũ fidei tribuit, vt opera tollat, perspicuum fiet cuiq; volenti veritatem indagare, tum ratione, tum sacrarum literarum accurata lectione, diligentiq; earũ collatione. Sed profecto par erat qui populos & ignobile vulgus viuẽdi licẽtia, & legum abolitione sibi allicere statuerat, is hoc in primis dogma proferret atque doceret, cum actiones studiosæ non sine labore, nec sine conatu perfici possint, & lucta quadam rationis cum sensu & carne, vt testatur Paulus dicens. Sentio aliam legem scriptam in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ. Itaq; rectas operationes graues esse, & laboriosas post erratum primi parentis ipsa natura docet ob peccati fomitem in carne nobis coniuncta, contractum, & rebellionem sensus a ratione inde secretã. Quo fit, vt ipse permolestæ sint: Contraria autẽ hoc est sensus oblectantia, dulcia & iocunda quæ largiter hoc dogmate permitti manifestum est. Si enim ad iustificandum interiorẽ hominem, vel ad illum conseruãdum in adepta iustitia, aut ad illam augmentãdã nullum opus bonum requiritur, efficitur, vt qui fide semel iustificatus fuerit, nullo opere contrario, quantũcũq; prauum sit, modo a fide non deciderit, iniustus reddi possit, aut iustitia illius imminui. Stãte enim fide, quæ sola iustificat, nulla operatio a iustitia illum excludere poterit. Et si enim ad subigendum exteriorem hominem interiori, & carnem spiritui, operario quoquomodo requiratur (vt hereticus asserit) Hoc enĩ tñ de operibus fatetur, vt aliquid habeat quo confugiat, victus tot & tam expressis sacrarum literarũ testimoniis, quæ fructum operum testantur, & recte agere suadent, & præcipiunt, scilicet, ne omnino aduersantia illis docere videatur. Tamẽ quũ interior homo, nec actionibus iustus reddi possit, nec ab illis iuuari valeat, q̃uis in fide peractæ fuerint, efficitur, ne quibuscũque prauis operibus cum illa tñ ad exteriorem hominem per ipsum pertineant, iustitia interior aboleri, aut labefactari possit, modo idem in fide persistat: ex qua sola iustificatio procedit. Hoc igitur dogmate constituitur, omnes cupiditates, omnia sensuum oblectamenta, & affectibus consentanea peragi posse absq; iactura æternæ felicitatis: nullumque opus probatum requiri ad eam consequendam. Neque etiam illa quæ ad ipsorum præceptorum obseruationem attineant. Nam & ipsa præcepta ait, non esse tradita vt perficiantur cum perfici non possint. Quod probat: exemplo concupiscentiæ, de qua dictũ est, Non cõcupisces. Hoc enim neminem adimplere posse ait: cũ omnis homo necessario concupiscat, Quasi vero præceptum illud ad primos

motus concupiscentiæ, qui nobis naturales sunt, cohibendos pertineat, & non potius ne deliberata voluntas concupiscentiæ turpitudini cōsentiat. Manifestū est enim pręcepto illo, non omnem concupiscentiā interdictā esse (Nam concupiscit etiā spiritus aduersus carnē, Teste Apostolo) Sed cōcupiscentiam tm̄ rei vetitę prohiberi cū cōsensu volūtatis. Attamen ipse per summū mēdacium aliud sentiēs dicit, data fuisse pręcepta solū vt homo ex iis agnoscat imbecillitatē suā cū videat se imparē esse eorū obseruationi quibus obstringitur, & ob eā rē ad promissa pręmia legis accedere nō audeat, sed ad Iesum confugiat, in quo promittitur gratia, pax, iustitia, libertas, & omnia, quę babebis si credes: carebis, si nō credes, hęc ille. Pręclara profecto theologia, & pia hęc esse videtur, quę docet hominē agnoscere debilitatē suę virtnis, & q̄ infirma sint omnia sua opera, & in Christo prorsus confidere: Examinandū tamen diligentius est, quam vim babeat bęc oratio, & quid ex boc decreto cōsequatur, ne falsa specie pietatis decipiamur.

F Manifestū est autē hinc primū effici, Deū iniustissimū esse, cū nobis pręcepta tradiderit, quę seruari a nobis nō possunt, & tamē ob eorū transgressionē sumat poenas. Legē cōdiderit, ad quā obseruādā nullā nobis dederit facultatē. Quod tā absurdū est, vt nihil magis absonū dici posse videatur. Pręterea statuit nobis licere Epicuream vitam ducere, modo in fide Cbristi maneamus. Siquidem sanguine Christi nos ita lotos & iustificatos esse tradit, vt nulla opera bona requirātur ad felicitatē assequēdam. Ex quo sequitur, vt nec in pręceptis seruādis elaborandū sit, tum quia superuacanea ad gratiā sunt opera, tū quia a nobis obseruari nō possunt, nec vt supra tactū est, a prauis operibus abstinēdū cū officere ipsa iustitię interiori nō valeāt, modo maneat fides, quę persistere potest cū quibuscūq; operibus prauis. Nō eñ repugnat hominē firmiter credere, & tamē deprauatissime viuere, & ad hūc modū pręstātissimus cōcionator, glorię Christi studiosus Lutherus, Epicurū in Christo reuixisse, eundēq; religionē placitis illius cōformē cōdidisse statuit, cū omnia bona opera exterminet, & mala omnia permittat, modo in fide constanter perseueretur: cui soli omnes iustificādi rationes tribuit. Si eñ bonis operibus, qualiacūq; fuerint ad interiorē iustitiā nihil accedere potest, profecto ne pessimis quidē aliqd petire valeat: Quapropter nihil prohibebit scelestissimū hominē, moribusq; deprauatissimū perfectū Christianū dici & esse: Cū nihil impediat quo minus hic idem perfecte credat, & assentiat dogmatibus Christianis: nec solū in Christo fidat, sed etiā stulte profiteatur, non posse vllis prauis operibus impediri ab æterna felicitare cōsequēda: cū Christus in ara crucis occubuerit pro cūctis in eū credētibus & cōfidētibus, hisq; nominibus religio Christiana cōmēdabitur. Primū ꝙ profligatissimi homines in ea perfecti esse possint, & deinde, ꝙ ansam mortalibus pręstet, vt ex probis improbi euadāt, potius q̄ vt ex prauis boni fiant: cū fuerit persuasum sola credulitate & cōfidētia, nullo alio labore vel negocio homines & iustos effici, & in iustitia persistere, & felicitatē æternā assequi valere.

G Sed cum hæteticus tot sententiis tum euangelii, tum doctoris gentium inculcatis ad fidem extollendam, ait, Fide bomines iustificari non ex opetibns propriis: si quis eum percunctetur, nunquid putet se magna & no-

ua prædicare, an ab omnibus confessa & cõmunia, dictutũ esse puto, se recondita & abstrusa aperuisse, qui tam magnifice loquitur, & arroganter se iactat, quasi magnũ arcanũ e tenebris eruisset, cum interim nemo sit in fide catholica mediocriter eruditus, qui hoc ignoret, aut nesciat, sine fide, neminem adultum cõmuni lege Deo placere posse, & hanc primam esse ianuã accedẽdi ad ipsum summũ opificem, qua occlusa ad Deum perueniri nequeat (vt Paulus ait) Accedentẽ ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remunerator sit &c. Nemo præterea est catholicę religionis documentis institutus, quin fateatur sola fide hominẽ iustificari posse, quinimmo etiã sine fide præuia, sine fidei actu, de qua agit Martinus, qui habitus negat. per omnipotentiam Dei, vt fit in infantibus baptizatis: etiam si constet semel iustificatum fide, non posse in iustitia persistere absq; operibus bonis & obseruãtia saltem pręceptorũ. Quicũq; enim initiatus sacris Christi, stolaq; illa mũdissima & candida superindutus, ex aqua renatus fuerit & spiritu sancto, ad legem Christi seruandã obstringitur. Dominus enim Iesus perquirenti, quid sibi agendum esset ad vitam consequendam, Respondit: Vis saluus fieri? serua mandata. Gratiæ igitur semel acceptæ cooperari debet qui illam acceperit, & probari debet fides saltem in obseruatione mandatorum. Nam exercendum est talentum acceptum, negociandũq; circa ipsum, & ædificandum supra iactum fundamentum, vti vndiq; resonat euangelium, & vniuersa Pauli doctrina, & cæterorũ apostolorũ docet. At si quis semel iustificatus fide viua anteaq̃ aliquod opus agere potuisset e vita decederet, vel eo momento quo iustificatus esset, certum est illum sine vllo opere futurum æternæ felicitatis participẽ, merito Iesu Christi, cui adhęsit, & innixus fuit sola fide: nec quicq̃ aliud volunt omnes illę sententiæ sacrarum literarum, quas hęreticus allegauit ad fidem extollendam, vt opera deprimeret, q̃ sola fide hominẽ iustificari posse: nullis autẽ operibus probis, etiã si ab heroicis virtutibus fuissent profectę. Neq; cũctorũ pręceptorũ legis obseruatione, sine fide quẽq̃ iustificari posse. Potissimũ autẽ legis Mosaicæ quorũ pręcepta Iudæi ad Christum conuersi, tanti faciebant: vt putarent vitam æternam neminẽ assequi posse, nisi eorũ obseruatione: quapropter gentiles ad Christum cõuersos pariter cõtemnebãt, eo q̃ illa nõ perficerẽt: quos Paulus Apostolus primis verbis epistola ad Romanos castigat, docens, non ex operibus iustificari hominẽ, sed fide in primis, & gratia data per Iesum Christũ. Et aliis locis clarat, opera illius legis iam nec necessaria, nec opportuna esse effecta. Quod autẽ quisq̃ in iustitia accepta persistere valeat, sola fide, nullis operibus, saltem pręceptorũ peractis, hoc est absq; eo q̃ pręcepta adimpleantur, nullo scripturę testimonio probari potest, cũ oppositã sententiã omnes scripturę confirment: opera videlicet requiri, in eo qui facultatem habet illa perficiẽdi, q̃uis quilibet catholicus in sacris literis paulomodo eruditior agnoscat, & cõfiteatur, actionibus nostris quantũuis laudabilibus, studiosis & perfectis præmium æternæ felicitatis nullo pacto conuenire aut deberi ex condigno: hoc est ex natura earum & bonitate. Neque enim mereri valent tãtũ pręmium, vt Paulus testatur dicens: Non sunt condignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quę reuelabitur in nobis. Illud enim tã magnũ, tã diuinũ, tã sublime est pręmiũ, vt

ipsum nulla actione humana consequi, attingere, aut saltem mereri valeamus non ipsa fide, & si tā viua esset, vt montes e loco transferret, nullo opere etiā anima propter Christum profunderetur: nō amore, etiāsi tā inflāmati essemus, vt ardore ipso erga diuinā bonitatē conflagraremus: omnē quippe virtutem humanā, omnē facultatem, omne opus transcēdit: humana enim facultate ad illud anhelare tm̄, illud amare & desiderare possumus, vltra progredi nō valemus: iuxta illud, Non est volentis neq; currētis, sed Dei miserentis. Quid enim proficisci potest ab humana imbecillitate? Quid præstare valet in creatoris obsequiū homūcio? & si innocētissimus & sanctissimus, atq; mūditia & intelligētia, bonę volūtatis affectu, & operādi indefessa perseuerātia par angelis esset, simulq; ardēti charitate flagraret: vt vel pro solo beneficio creationis erga illū beneficentissimū parentē gratus esse possit? Quā enim gratiā referre possumus, q̄ eius dono viuimus, hac luce, & tot commodis vitę perfruimur? Cuius beneficia si in nos vel vno momēto cessarent mox deficeremus, & in nihilum redigeremur, queadmodū ex nihilo cōditi sumus: inedia absumeremur, nisi nos aleret: nuditate periremus, nisi nos vestiret: ab aduersariis potestatibus obrueremur, nisi nos defenderet: mutua pugna cōcideremus, nisi nos ipse gubernaret: inscitia periclitaremur, nisi nos ipse illustraret: mœrore atq; ægritudine cōficeremur, nisi nos cōsolaretur. Cū autē hęc tot tataq; sint, taq; ingētia beneficia, perspicuū fit, mortales nō valere quibuscūq; officiis illa vel minima ex parte promereri. Neq; vllo pacto pro illis gratias referre, tātum abest vt operibus nostris mereri summū illud bonū valeamus, aut illā immortalē gloriā assequi, qua illius increatę lucis participes efficiamur felicitateq; perfruamur, quā (vt verbis Apostoli vtar) nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Illud enī maximū & æternū bonū sola liberalitate munificētissimi principis Opt. Max. dono recipitur, nō taq̄ operibus nostris debitū, sed ex sola gratia & bonitate ipsius tributū, qua ad illud recipiēdū conditi fuimus idonei. At deinde redditi incapaces ob lęsam maiestatē a primo parēte, cuius criminis in filios propagati & rēassumpti cū rei essemus effecti, beneficio piētissimi redēptoris Iesu Christi, crimine abolito restituti sumus in gratiā. Ipse enī pro nobis debitū soluit, & sanguine proprio sordes deterſit nostras, illudq; recipiemus fide gratiaq; eius instificati, nisi prauis operibus nostris illi obsistamus, præceptis nō obtēperātes, quorū obseruationi, & operū nostrorū labori ad maiorē munificētiā cōstituit etiā pręmiū, quasi illis esset debitū, statuēs, vt quo quisq; maiori conatu peregerit ea quę debet, atq; plus cooperatus fuerit gratię quā accepit: sine qua opera quęcūq; inania essent & mortua, eo illi cumularius donum illud largiretur, quasi dono superaddiderit pręmiū. Hęc enim opera expetere videtur, tum ne in vanū gratiā recepisse videamur, tum quia par est, vt bonis operibus exerceamur, & ad illud bonum conemur, operibusq; cōprobem9 nos illi esse subiectos. Assequimur igitur æternā felicitatē quādoq; fide tātū & gratia: sępius autē operibus preceptorum in gratia perfectis: nō quia ex lege iustitię illis debeatur felicitas, quę longe cuncta illa superat ac excellit, sed ex lege misericordię & gratię, qua statuit summus Deus, pręmiū illud se daturū iis qui cooperati fuerint, & legem ac præcepta sua seruauerint: qui neminem

cōmuni lege illius triumphi & gloriæ vult esse participem, qui si modo per
ætatem & tempus facultas adsit ad illud assequendum, nō fuerit enixus. Iuxta
illud, Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: & aliud, Regnū cælorū
vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quibus autē abest facultas, modo non
adsit repugnās voluntas, sola gratia & fides quę datur in baptismo sunt satis:
Quo baptismatis signo recipitur quisq; in familiam Christi. Iuxta illud, Qui
crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quibus etiā verbis cōfirmari potest,
non sola fide, & credendo hominē iustificari: cum baptisma pretet fidem expe-
tatur: quod in actione consistit. At quibus operandi facultas adsit, eos voluit
Dominus non somniculosos esse, non ociosos sed excitatos, industrios, & solici-
tos ad ipsum bonū consequēdum. Statuit igitur Dominus illud bonū imper-
tiri, nō dormiētibus & pigris, sed vigilantibus & laborātibus, modo laborare
valeāt: quod edocet illa parabola de virginibus fatuis & sapiētibus: Quę enim
paratę erant intrauerunt cū sponso ad nuptias, & clausa est ianua fatuis, quia
imparatę fuerūt, q̄uis oleum fidei omnes accepissent, sed extinguebātur fatua-
rum lampades, quia fides sine operibus emoritur: Atq; hęc quidem est vera ca-
tholicorum omniū sententia, quæ in sacris literis exprimitur.

Par autem erat vt Lutherus diceret: nunquid illa dicentes atque ita sen- H
tientes adorent Baal: osculentur manus proprias, quod est summa iniquitas,
& claudicent? Nunquid virtuti propriæ & operibus humanis quicquàm tri-
buant? An totum merito Iesu Christi, immensęq; Dei bonitati acceptum re-
ferant? Cum hæc sententia dicat, operibus humanis nihil deberi, sed mortis
dūtaxat Iesu Christi merito, nos ad felicitatem æternam assequendam, factos
esse idoneos, eámq; sola Dei bonitate & dono tribui, opera vero iccirco solum
requiri, quoniam ab ipso ita decretum est, qui statuit illa acceptare, modo sint
cum gratia perfecta, quasi esset illa merita. Quam tamen felicitatem, ac etiam
gratiam condonat ex sola bonitate: Christus igitur hac sentētia solus nobis
regna cælorum referauit. Ad quæ nec opera legis Mosaicæ attingere potue-
runt, nec opera legis euangelicæ possunt, etiam si illa requirantur statuto di-
uino: Cuius regni ipse Christus legitimus est hęres, eo q nunq̄ incapax illius
fuerit, quia peccatum non contraxerit, eiusdemq; nos cohæredes effecit: ex fi-
liisque iræ in filios dei adoptatos transformauit. Per Christum nāque conditi
sumus, per Christum instaurari atque redempti, sine Christo iustificari non va-
lemus. Ipse operibus suis nos iustificauit, Deo conciliauit, & æternam felicita-
tem, statuto diuino, nobis meruit: vti vaticinio Esaiæ prædictum fuerat, Obla-
tus est propter peccata nostra, & liuore illius sanati sumus: Ipse solus dolores
& iniquitates nostras portauit &c. In eo igitur confidimus, quum credimus
eius meritis, opera nostra grata & accepta Deo esse posse. In ipso speramus
quum enitimur mandata illius perficere: nihil tamen in operibus nostris con-
fidentes, quantum illa ex nobis sunt, sed quatenus ipse meruit, vt illa accepta,
grataque redderet, & Deus statuit tanquam condigna essent præmio ea mu-
nerare, & sic quasi ex quodam pacto & fœdere liberali opera nostra fore lar-
gissima mensura remuneranda, vltraque meritum & condignum. Vt enim
voluit dominus nos fide primū sibi iūgi, sic deinde officiis voluit esse subiectos.

Sed profecto argumenta quæ affert hereticus ad detrahendã operibus authoritatem,magna ex parte,& valentiora reflecti possunt,aduersus fidei iustificationẽ,quã ipse decernit.Quęrerẽ enim ab eo,nunquid actu credendi vitam æternã mereamur? ex natura ipsius an statuto diuino pẽdẽte tãtũmodo ex liberalitate & benignitate statuentis? Neq; enim diceret primũ, cũ illud præmiũ quod liberalissime tribuitur,nulli operi quantũ est ex naruta illius debeatur. Nã si quis omnibus credẽdis perfectissime cõsentiret,tamẽ nisi deus statuisset fidem illius habere acceptã inanis fuisset fides ipsius:Iuxta illud Pauli, Si fide etiã montes trãsferam,charitatem autem non habuero,nihil sum &c.Si autem fateatur,vt oportet,ex statuto, & gratia diuina & liberalitate creatoris credẽtibus felicitatem æternam erogari. Cõsequẽs est vt concedat,si statuerit Deus præter fidem,etiam opera fidei conuenientia esse peragenda,vt illi sint pariter pręstanda. Si ęnim dominns vtrũque exigit, vtrunque nos conari adimplere oportet.

I Quod autẽ dominus opera requisiuerit longe pluribus testimoniis sacrarũ literarũ cõprobatur,q̃ ipse probet fidem requiri,quod nos non inficiamur, etsi pręter fidem,opera quoq; expeti asseueramus. Quod fallax istud dogma,opera reiiciens,non est a Martino excogitatũ.Sed vetus admodũ & ipsis Apostolorum tẽporibus natũ. Ad quod potissimũ reprimẽdum Iacobus Apostolus epistolam suã scripsisse videtur.Ad quod refellendũ & confutandum, id quod ptimũ dicam,tam efficax & apertũ eit,vt nihil aliud videatur esse afferendum. Dominus enim Iesus in euangelio,quũ loquitur de illo tremendo & maximo futuro indicio,profitetur se sententiã prolaturũ,& damnãdis nihil esse exprobraturũ,nisi q̄ opera pietatis non peregerint,dicit eñ,Esuriui, & non dedistis mihi mãducare: Nudus fui,& nõ vestistis me &c.Instos autẽ pręmio se prosecuturũ,iccirco tñ q̄ opera illa impense pręstiterint.Non enim illa sunt fides, sed opera.Pręterea quid sibi volunt verba illa redemptoris,si fides tñ expectatur? In his duobus vniuersa lex pendet & prophetę, videlicet dilectione dei & proximi? Non enim diligere ęst credere,cum credere sit intellectus opus, Dilectio autẽ voluntatis operatio,etsi dilectio fidem requirit, iuxta illud Augustini,Inuisa amare possumus,incognita nequaq̃. Certum autẽ & perspicuũ est ꝓximi dilectionẽ ad fidẽ & credulitatẽ articulorũ symboli pertinere nõ posse: exigitur ergo aliud q̃ fides. Solida enim credulitas omniũ quæ credenda sunt cũ odio proximi persistere potest.Rursus,nõne cõprobãtur opera? Cũ dominus respondisset illi: Mandata nosti,& illa recẽsuit,dicens,Non occides,Non mœchaberis: Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã &c.Pręterea ad quid requiritur cõfessio fidei ad salutẽ,si sola fides,quę in simplici actu credẽdi cõsistit, ad vitã æternã assequendã sit satis? Nõne confessio illa quędã operatio est distincta a credulitate? Rursus,nonne ad opus pertinet illud, Si vis perfectus esse,vende omnia quę habes,& da pauperibus,& sequere me? Hęc enim opera sunt.Quę licet ex fide proficiscãtur,tamẽ ab ipsa separara sunt.Ad hęc.Cur tot pręcepta sunt tradita, de eleemosyna facienda, de orationibus, de amore mutno, & dilectione habenda adinuicem, & aliis piis operibus, si opera sunt superuacanea? Præterea vt quid præciditur ficus carens fructu plantata in vinea, tanq̃

inutilis & terram occupans, pariter & illa alia maledicitur quę aruit, nisi ad declarandum opera requiri, cum opera fidei fructus sint? Ad hęc: quid sibi vult parabola illa de grano sinapis plantato in horto, quod creuit in plantam magnam, nisi declarare semē fidei esse rigandum & colendum operibus, vt augescat. Rursus, cur ille paterfamilias, qui peregre profectus tradidit bona sua seruis, vt illis superlucrarentur, tam seuerus fuit erga illum qui nihil superlucratus fuerat, quem, cum increpuisset vti seruum nequam datum talentum ei abstulit, eundemq; tanq̄ inutilem in tenebras exteriores eiici iussit: cæteris qui superlucrari fuerant commendatis & peculio auctis. Pręterea si opera bona non requirantur, neq; ad salutem, neq; ad maiorem gloriam consequendam, frustra Apostolus Paulus qui tantum tribuit fidei, de operibus gloriatetur dicēs, Ter virgis cæsus sum: ter naufragium pertuli: semel lapidatus sum &c. Et pluribus aliis locis, quibus actionum suarum mentionē facit. Cur pręterea diceret presbyteros docentes duplici honore dignos esse, cum docere sit operari: si opera non requirantur, sed fides sola sufficiat. Rursus, idem Paulus inter fructus spiritus fidem enumerat. Non igitur ipsa solum ad spiritum pertinet, cū & pleros q; alios fructus recenseat à fide seiunctos. Præterea idem ipse charitatem longe præfert fidei, cum fidem desituram pręducet, charitatem autem futuram perpetuam. Si quis enim omnia loca quibus in scripturis opera commendantur aut pręcipiuntur, ipsorúmve aut operariorum habētur, mentio cōmemorare vellet, operosum negocium superuacaneumq; susciperet. Cum infinitis in locis, illorum mentio fiat expressa: vt in primis est illud Iacobi Apostoli, Ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam: Fides enim sine operibus mortua est: ex operibus enim iustificatur homo, & non ex fide tm̄. Et illud Ioannis Apostoli in prima epistola, In hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Et rursus idem inquit, Qui facit iustitiam iustus est: non dixit, qui credit, sed qui facit opera. Ad hæc, & idem: Filioli non diligamus verbo neq; lingua, sed opere. Et deinde, Qui seruat mandata eius in Christo manet & ipse in eo. & demum fere in calce epistolæ. Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: quæ tamen non sunt grauia. Quid & illud? Dum tempus habemus operemur bonum. Et aliud, Vti seueritis, ita & metetis. Et rursus, Cētuplum accipietis. Et aliud, Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rursus & illud, Cum conducuntur operarii ad colendam vineam. Et illud, Cum locatur vinea operariis. Et illud, ꝙ dignos fructus pœnitentiæ facere suadet. Fide enim accepta de qua longe minus habetur in scripturis mentio, q̄ de operibus, circa ipsa opera omnes sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, omnes Martyres, & confessores edocti, regnū cælorum, vi & labore acquirere insudarunt, operantesq; & laborantes è vita decesserunt. Non enim mortuus est Christus vt homines ex industriis, & bene operantibus, ociosos & segnes redderet: quod profecto facete videretur, & eueniret si opera non expeterentur, sed sola fide securi nihil operibus laborantes, nec superædificantes, actionibus demptis, ociosi viueremus: quod esset præter naturam viuere. Ipsa enim semper operatur, & quęcunq; ab illa sunt procreata pariter faciunt.

K Nec sola fides reputata est patriarchæ Abrææ ad iustitiam,nec illi factæ tot promissiones: Quis fide primū probetur,sed tū fide tum operibus laudatur Abraam,vt q̃ obtulerit filium suū Isaac in sacrificiū,q̃ hospitalis fuerit,q̃ præcepta diuina seruauerit:vt testatur illud Gen. quum Dominus loqueretur ad Isaac.Ait enim,Tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has &c. Et cōplēs iuramentū quod spopondi Abrææ patri tuo,Benedicētur in semine tuo omnes gentes terræ,eo q̃ obœdierit voci meç,& custodierit præcepta mea & cæremonias,legemq́ seruauerit pater tuus.Perfectus igitur Abraam fide,perfectus & operibus commendatur.Si autē sola fides ad iustitiam pertineret, sequeretur, impares operibus,fide autem pares, gloria fælicitatis æternæ pares esse debere:quod absonū & iniustum esse videtur, cum par sit vt ei qui plus laborauerit plus tribuatur, quantum est ex cōmuni lege. Nā licet ex prærogatiua quadā, aut occulto diuino iudicio mere gratis nonnunq̃ quibusdam tribuatur,attamē cōmuni statuto legis suæ,plus insudanti & cooperanti se contributurum esse promisit:& hac de causa omnes sancti laborauerunt in præceptis Domini seruandis,& superædificare studuerūt,& superlucrari talento accepto. Nihil tamen audentes sperare ex operibus,sed fidentes solum liberalitati & promissis largientis,dicentes vt docuit Iesus quum omnia fecerint,eis dicendū: Domine serui inutiles sumus,tametsi quod debuimus facere fecimus. Quod reliquum est in tua misericordia,in tua bonitate,sitū esse cognoscimus. Fidē autē solā nō ducere ad perfectum,nec solā,iustū reddere,si facultas adsit,vt sæpe adest, perficiendi operis,etiam his argumētis probari potest q̃ dæmones credunt,& contremiscunt,& q̃ illa in nobis nuda laudari non potest,nec asseri vllo merito esse digna,nisi cuidam operi fuerit coniuncta . Credere enim , qui fidei actus est, probari non valet nisi imperatus fuerit à voluntate,nisi voluntas præceperit vt ita credatur.Illud autem voluntatis præceptum actio quædam est. Hoc idem etiā alio argumento(mea quidē sententia) efficaci,quo finē faciam huic quæstioni,comprobatur.Nā Dominus Iesus non habuit fidem, cum à primo momento conceptionis suç fuerit beatissimus,& omnia sciens ac noscēs.Fides autem(teste Paulo ad Hebræos)substātia est sperandarū rerū, argumētum nō apparētium.Quāobrem cū non stet fides cū visione,asserit illā esse euacuandā, quando facie ad faciē homo diuinā intuebitur lucē,quam perpetuo intuebatur ipse Seruator.Fide igitur non est cōmēdādus Dominus Iesus,quinimmo illius derogaret dignitati,qui eam ipsi tribueret. Commēdatur autē operibus, q̃ in illis obediēs fuerit patri vsq; ad mortē sæuissimam,ignominiosissimamq́; crucis:operaq́; ipsius tā accepta & grata fuerunt æterno patri,vt illis meruerit,vt delerētur peccata nostra,& vitæ æternę efficeremur participes. Ac his efficitur luce clarius,opera premio esse condigna,& non tm̄ fidē,& magis nos opere esse iustificatos q̃ fide,cum operibus Christi iustificemur,non autem fide,qui visionē habuit non fidem.Quinimmo & fidem nostram,qua primum viuimus, spiritali vita ex opere probari.Efficitur etiam falsum esse , opera tn̄modo requiri,vt mortificetur rebelle corpus,& subiiciatur spiritui,cum in Christo nūq̃ fuerit talis rebellio,sed caro semper subiecta spiritui,& sensus obediens rationi absq; lucta.Quę sentētia confirmatur,quia genus quoddam operum est,quod

ad corpus domandum subigendamque carnem non pertineat. Operibus ergo longe plus tribuendũ esse, q̃ fidei perspicuũ est, non tamen nostris, sed Christi: operaque magis expetita esse a summo Deo in mysterio redemptionis nostræ, q̃ fides. Operatus est enim Christus Iesus, vt nobis mereretur salutem: vtque fides nostra actionesque & opera grata & accepta forent diuinæ maiestati. Quem imitati sunt omnes sancti recepta fide, iuxta ipsius institutum, abnegantes seipsos. Quorum quisque accepit crucem suam, & Dominum secutus est, operando per ignes & aquas, per gladios, per asperrima quæque transeuntes, inducti demum fuerunt in refrigerium. Operantur etiam sanctissimi angeli, cum sint administratores spiritus. Operatus est & ille æternus pater omnium cõditor, quum creauit vniuersum, nec voluit sui contemplatione, q̃uis ea sola sit beatissimus esse contentus, operatur & perpetuo seruando orbem. Ex his puto concludi posse, operationes esse probandas, non abiiciendas, vti superuacaneas, easdemque opportunas esse non modo ab subigendam carnem spiritui, sed etiam ad maiorem gloriam consequendam: & necessarias ex decreto diuino iis quibus per ætatem & valetudinem illas præstare licet ad eam adipiscendam, iureque optimo præceptas esse & institutas, q̃q̃ sine ipsis iustificare potuisset omnipotens, quemadmodum & sine fide. Congruum autem & æquum esse, vt fide & operibus iustificet, declaratum est. Præterea qui comprobant hoc pacto ipsa opera, hos dignitati fidei nihil detrahere, quin potius illam probare & perficere, At hæc quidem est vera sententia omnium sanctorum testimonio, & vniuersalis ecclesiæ decreto sancita, & promulgata. Quæ omnia tribuit Christo & diuinæ bonitati. Nihil autem operibus nostris ex eorum natura, sed tm̃ statuto diuino, qui voluit nos cooperatores suos esse, iuxta illud Apostoli: Dei enim coadiutores sumus &c.

Sed nihil mirum est vota hominum dissoluere, omnia bona opera abolere, L
cuncta peruertere qui hominem à propria deiicit natura. Cum enim homo à cæteris animantibus discrepet, rationis vsu, liberaque agendi facultate: qui liberum arbitrium tollit, omniaque necessario euenire contendit, is hominem à proprio statu abigit, & non esse hominem sed brutum decernit, cum vt bellua tãtum feratur non agat. Nec enim ratione cognoscere quid agere conueniat ei potest esse commodum, cui facultas agendi non adsit, quod ratione fuerit ostẽsum. Itaque carere ratiõe optabilius esse videretur, q̃ ea pollere, & quod ipsa suaserit non posse perficere, quinimmo cogi persæpe agere oppositum. Quo insanissimo dogmate, tollitur omnis laus & opprobriũ, omnis moralis vita, omnis iustitia diuina, omnis cultus sacer, & omnis pietas. Arbitrii enim sublato fundamento, omnis religio corruit: quod oppugnat tanta pertinacia, tanta contẽtione, vt nihil magis, zelator hic gloriæ Christi prætextu euehendę & ampliãdæ pietatis. Sed hanc eius insaniam, tu Erasme tam prudenter & docte infectatus es, vt eam non sit opus verbis nostris refutari.

Quem igitur casum par est expectare monstrum hoc tam multiforme, quod M
apud Germanos omnia perturbauit, pacem sustulit, mores maiorum euertit, sanctissimas leges, consuetudines optimas abrogauit, diuinam legem peruertit, pudicitiam fugauit: omnia miscuit tumultibus, rapinis, sanguine cũcta op-

pleuit. Templa, cœnobia profanauit, excidit sacra omnia, ritus & religionem sustulit, vniuersam Germaniam inflammauit, cęlicolis hellum indixit, homines ah humano statu deiecit, & helluas reddere contendit? Qui iam pridem cum à grauissimis & sapientissimis academiis, à cunctis doctoribus sane sententiæ hus improbatus esset: Deinde ah inuictissimo Cæsare publico in conuentu de consilio omnium Principum, iudicio omnium magistratuum, omnium procerum decreto publice reiectus, tum Pont. Maximi auctoritate, summa omnium patrum amplissimi ordinis, sacratissimi Senatus sententia damnatus. Deniq; ab vniuerso orbe catholico, ah omnibus orthodoxis reprobatus, ipse tamẽ pertinacior semper euasit, sceleráq; sceleribus, hæreses hæresibus aggregans, ad inauditas demum blasphemias profundendas deuenit. Dabit igitur (vt spero) condignas tantis facinoribus pœnas nefandissimus homo: Non permittet celsissimus Cęsar, non permittet serenissimus Princeps Ferdinandus vices fratris apud Germanos gerens, hanc ferram bestiam, hunc perduellionem, hunc numinum contemptorem, hunc Christiani nominis hostem, diutius furere, vagariq; impune, & Germaniam prorsus periclitari: Memores maiorum suorum. Sunt enim eo sanguine & familia felicissima procreati, quam non minus religione & pietate floruisse constat, q̃ potentia & facultatibus. Illis enim continès semper & præcipua cura fuit, vt Christianæ fidei puritas, catholicæ ecclesię integritas, sacrorum ritum obseruantia illęsa persisteret. Quorum summum studium præ cæteris rehus in Christiana religione conseruanda & propaganda fuisse, testantur plurima egregiæ pietatis illorum monumenta. Perstant adhuc viua in hominum memoria (vt cæteros omittam) Auorum Maximiliani Cæsaris ac Ferdinandi catholici Regis recentia insignis pietatis exempla, cuius non minus æmulatores esse debent, q̃ sint dignitatis & amplitudinis hæredes. Dabunt igitur operam diligentissime, vt quod fieri cœptum est, ad exitum perducatur. Et Lutherus cum asseclis suis prauorum consiliorum, & cõtemptę ipsorum maiestatis meritas pœnas luat, & hæc impietas insana penitus explodatur. Nec patietur Cæsar, vt suo nomini tanta inuratur nota, suæq; gloriæ hoc probrum officiat: q ipsius temporibus Germania à catholica fide ac pietate defecerit, & execratissimæ hæreses in ea præualuerint. Ad quod peragendum non deerit manus cæterorum Germanię Principum. In primisq; aderunt magna alacritate & studio sacri Romani Imperii clarissimi Principes electores. Nec deerit officio eximię virtutis virago illustrissima Margareta, serenissima Austriæ Archiducissa, fœmina rarissimæ pietatis, & prudentiæ, cuius egregia opera, & ardenti religionis zelo à contagione hęreticæ prauitatis Flandria & adiacentes Prouincię ac regiones immunes seruatę sunt. Aderunt quoque syncerae religionis & fidei constantissimi propugnatores illustrissimi Bauarię Duces, nunq̃ satis laudati, qui prę cæteris Germaniæ Principibus huic furori ac perniciei obstitisse feruntur: cuius egregiæ pietatis non solum cõdigna referent præmia ab Optimo & Maximo Deo, sed etiam sibi æternum nomen cõpararunt. Presto itidem erit singulari industria, & virtute amplissimus pater & Princeps præclarus Salyburgensium eorum finitimus, qui tanta animi constantia, tãta fortitudine, etiã durissimã perpessus obsidionẽ hæreticis obstitit,

vt suæ egregiæ pietatis, & sapientiæ magnum ediderit documentum, quod nulla vnq̃ delebit obliuio. Quibus pręclaris facinoribus declarauit qualis quãtusq; fuerit, & q̃ merito diuo Maximiliano Cæsari tam carus extiterit, vt cunctis rebus administrandis ab ipso fuerit præfectus, & summa Reipub. consilio eiusdem temperaretur. Aderunt & clarissimarum vrbium Imperii Magistratus omnes, maxime autem præstantes Sueuorum fœderatæ ciuitates. Nec deerũt officio libertatis catholicæ ecclesię acerrimi defensores, Heluetiorũ videlicet fortissimi, & religiosi populi, qui hac in re more suo, & vt celebri elogio profitentur, egregiam operam nauabunt. Aderunt omnes catholici, omnes boni, quorum adhuc in Germania longe maior copia, q̃ hæreticorum est: quorum mores hoc tempore, si quis cum iis conferat, quibus ante q̃ à catholicis ecclesiæ institutis deficerent, viuebant, luce clarius perspiciet, q̃ fallacia, q̃ incommoda, q̃ perniciosa sint Martini dogmata: qui ex probis & modestis hominibus, improbos & immodestos efficiat, ex prudentibus & piis insanos atq; impios reddat. Qui omnes tum Principes, tum populi, cum Cæsare omne studium & diligentiam adhibebunt, vt seditionibus tumultibusq; oppressis, & nouitatibus, ac insaniis reiectis, authoribusq; tantorum malorum prostratis, ad pristinam pietatem, tranquillitatem, & pacem Germania restituatur, & hydra ista perniciosissima cunctis capitibus extinctis, tot scelerum, tam profundæ impietatis debitas luat pœnas. Quæ si forte manus hominum euaserit, at certe diuinum iudicium non effugiet: quod grauitate supplicii tarditatem pensabit. Potius tamen optandum, precandusq; est mitissimus seruator hominum Christus Iesus, vt Lutherum cum sodalibus ad saniorem mentem reducat, eisque euellat pertinaciam, auferat superbiam, humilitatem tribuat, errata condonet, spiritum Sathanæ ab ipso depellat, & suo illum afflatu illustret: quod fore sperandum est, modo ne ipse pulsanti spiritui se surdum exhibeat, vocantem non reiiciat, monenti non reluctetur. Etenim misericors & benignissimus Deus noster promptus, multusque est ad ignoscendum. Quòd si obstiterit diuino spiritui, optandum est, vt è medio tollatur, detq; locum sanioribus mentibus, nec addat peccata peccatis.

Sed longe plura in portentum istud scelusq; dixi, q̃ statueram: & dum cau- N
sæ grauitas, rei magnitudo, religionisq; zelus longius prouexit orationẽ meã, creuit epistola in volumen, & facta est velut sylua quædam neq; culta neque satis digesta, quæ varias in Lutherum quæstiunculas attingat, prout nobis indignatio sceleris suggerebat, congestas. Quas vt latiuscule prosequerer, non iccirco feci, ꝗ te ignorare quicq̃ eorũ, quę à nobis sunt allata suspicarer (Scio enim tibi (modo animum adducas) in promptu esse multo, & plura & accommodatiora in scelus istud congerere) Sed quoniam mihi has quæstiones attingenti illa in mentem veniebant. Quamobrẽ ne diutius rudi oratione mea, castigatas aures tuas obtundam, iam finem faciam: Si te prius comprecatus, & obtestatus fuero, quod à te, quemadmodum supra dixi, quicunq; tibi bene cupiunt, petunt: ne amplius moreris, cunctationem omnem abiicias, omnes rationes negligas, quæ te ab hoc officio distinere possunt, & causam catholicæ ecclesiæ, causam fidei, causam Iesu Christi cunctis respectibus præferas, &

stilum acuas in Lutherum,& digna Erasmo conscribas.Non dissimulanter,nõ perplexe,non ambigue,non lubrice,sed expresse:non remisse,sed vehementer, quemadmodum hominis arrogantia,impietas, blasphemiæ postulant . Nam cum hæreticis non molliter agendum,sed eos vrgendos, & seuere increpãdos esse priscorum patrum q̃plurimis exemplis edocemur.In primisq; vas electionis Paulus,q̃ acer & vehemens fuerit in pseudoapostolos, & erroneam doctrinam prædicantes,eius epistolæ testantur , pariter & quorundam aliorum qui epistolas canonicas scripsere.Q; acerbus autem in Cherintum hæreticum fuerit Apostolus & Euangelista Ioan.narrat Eusebius, similiter & Polycarpus in Martionem. Athanasius quoq; in beati Antonii abbatis vita cõscribit eum in Arrianos & Manicheos vehementissimum fuisse Q; præterea aperti & seueri hæreticorum castigatores fuerint Augustinus,Ambrosius,Hieronymus,Hilarius,& cęteri tum Græci tum Latini sanctissimi doctores hæreticorum expugnatores,eorum libri & monumenta declarant:quorum exempla à te sunt imitanda.Perspectum est iampridem cunctis hominibus quid possis,modo velis. Non tibi lorica,non clypeo,nisi fidei;in quo iuxta Paulum,omnia tela nequissimi igne extingues,non galea,nisi salutis,ad hoc certamen est opus.Accingere modo calamo quasi gladio spiritus sed non ancipiti,victoria est in expedito. Plurimum enim vales eloquio,ingenio solertissimus es, doctrina cumulatissimus.Sed præstabit Dominus Iesus,modo cœpetis,lõge pauciora dicere q̃ cogitaueris,dabitq; facundiam copiosiorem, téq; sapientiorem, q̃ hucusq; fueris, efficiet: hoc solo labore longe maiorem gloriam consequeris , q̃ ex omnibus quos hactenus exhausisti:hoc testimonio cunctis obtrectatoribus tuis silentium impones,hoc omnes sinistras de te suspiciones sustuleris,hoc exposcit pietas tua, ætas tua, authoritas tua . Quod si neglexeris (parce quęso libertati meæ) nunq̃ efficies ,ne multi suspicentur , & credant tibi plurima conuenire cum Luthero :ne complures probati viri te primum authorem tantorum malorum fuisse prædicent.Non effugies ne hinc decedens tecum afferas notam hæreticæ prauitatis , ne à posteris semper dicatur, quũ tui mentio fiet,magnũ virumfuisse Erasmũ,nisi Lutheranę perfidię quoquo modo fauisset,& sic gloriæ nominis tui perpetuo detrahatur à multis. Cæterum à te etiam atq; etiam peto,vt si quid intemperantius,si quid concitatius,asperiúsve dixisse visus fuero:nihil tale in te dictum esse suspiceris,sed omnia referas in Martinum, in cuius mentionẽ nemo potest incidere,qui modo sit Christianę religionis studiosus,quin excãdescàt,& frena modestiæ relaxet,eius blasphemiarũ dissidiiq; q̃ in catholicã ecclesiã excitauit recordatione:quandoquidẽ aduersus tam impiũ & mordacem hæreticũ verba tẽperare contra omnẽ modestiã,non solũ contra pietatẽ esse videtur.Quod autẽ ad te pertinet,hoc tibi velim persuadeas,me ingenio,doctrina & singulari virtute tua,ita accẽdi ad te amandũ, & obseruandũ,vt paucis sim cõcessurus.Quod senties ipse,si vnq̃ cõtigerit,vt opera mea tibi vsui esse possit:sancietq; inter nos hæc epistola sanctissimę amicitiæ fœdus perpetuũ:in qua paulo tecũ liberius egi,fretus tua & probitate & humanitate: Certum habens te cuncta esse in bonam partem accepturum. Vale.Datum Romæ Idibus Maii. M.D.XXVI.

AD EXHORTATIONEM Clarissimi doctissimiq; Comitis Alberti Pii Carporum Principis DES. Erasmi Roterodami Responsio.

Adiectis e regione fere, succinctis pro captu marginis Comitis ipsius in eandē scholiis.

VTINAM Fortuna mihi Alberte Principum eruditissime, plausibilius aliquod ad te scribendi dedisset argumētum: quanq̄ hic ipse casus, etsi parum felix, non prorsus tamen infeliciter cessit: qui pro epistola, nec admodum longa, & tam inelaborata rudiq;, iustum volumen summo studio pariq; ingenio perpolitum reddidit. Cęterum an et illud mihi gratulari debeam, nescio: quod pro literis priuatim ad vnum scriptis, liber est redditus, qui populo non vni mihi scriptus videtur. Id hac factum occasione crediderim: quod cum iampridem haberes argumentum paratum aduersus Lutheri sectam, mea prouocatus epistola coniunxeris quorundam de me querimonias, cum Lutheranorū dogmatum confutatione. Duos, vt aiunt, parietes de eadem fidelia. a Nec enim libet hoc de viro tam claro, tam docto, tam humano, deniq; de Alberto Pio suspicari, q̄ eadem arte me negocio miscuerit Lutherano qua pseudotheologi quidam solent in concionibus & colloquiis meum nomen cum illius nomine coniungere: nimirum ad eum modum abutentes imperiti popelli simplicitate. Istorū videlicet artibus res ad hanc vsq; tempestatem progressa est: quæ (vtinam vanus sim augur) breui ad plures dimanabit, ni melioribus consiliis fuerit occursum. b Qūq̄ autem pro ingenii tui dexteritate multa congeris atq; infulcis vt videaris ad hoc faciendum necessitate adductus, tamen quod ipsa loquitur res, epistolę meę tribus propemodum verbis responderi poterat: quæ nihil aliud abs te exigebat, q̄ vt ponens istam de me persuasionem, vocesq;, vt vanas ita mihi parum honorificas contineres: si quidem rumor verus huc aduolasset. sin minus, putares eas literas ad te scriptas non esse. c Alius illud fortassis expostularet q̄ epistolam illam negligenter vni scriptam euulgaris orbi, easq; voces quas vt posthac contineres rogabam, non modo non continuisti, verumetiam multo atrocius per typographos euulgasti. simul & inscitiā barbariēq; meā traducens, & innocentiā in capitale crimen vocans. Nā de tota censura, quā de ingenio, iudicio, doctrina facundiaq; mea palam ferre dicebaris, apologiam omnem tibi remisi. d Saltem illud erat curandum vt epistola sic excuderetur, quemadmodum ad te erat missa: illic, enim lego penitus pro penitius, nostrarum pro nostratium, nosceres pro nosses, item in nobis reuocarent pro nobis reuocarent, indignatus pro indignās: rursus hic cepit: pro hinc cepit: mox negocio se inuoluere pro negocio inuoluere. quod studio cuiuspiam deprauatum videri queat, siquidem pronomen additum prorsus inuertit sententiam: verum hęc scio typographis imputanda potius q̄ tibi: quemadmodum & illud quod cum vniuersa capita sectę lutheranę refellas, totus liber in paginarum frontispiciis habet, Ad Erasmi epistolam responsio: quasi q̄cquid illic agitur, ad me pertineret. Nā quod Badius noster pręfixit pręfatiunculam, suo iure suoq; more fecit: & ad te (ni fallor) nihil attinet: q̄q̄

a Non cōferūtur sed aduersātur hæc illis quæ inferius scribis.

b Potuissem paucioribus at nō vt par erat & religionis causa postulabat.

c Tu effecisti vt euulgaret, nec id te angit: est enī epistola tua elegantissima.

d Illud equidē curassem si meo iudicio potius q̄ alieno in lucē prodisset: sed hęc collegisse prorsus vanū ē, cū nihil referat.

sunt in ea quoq; voces, quæ vix respondent meo erga ipsum candori: in quibus est illud, quod me scribit apud patres purpuratos male audisse. Nunq̃ enim accepi quenq̃ Cardinalium de me parum amice loquutũ. Certe multorum epistolas habeo, honorificentissime scriptas, nec id vnq̃ questus sum. e Tũ q; laudes quas tuus candor præter omne meritum meum, in me voluit effundere, sic interpretatur, quasi tua humanitas veram obiurgationem, hoc pacto voluerit mitigare. Et omnino verum est, quod Paulus Petro restitit in faciem, quemadmodum ille scribit, sed nusq̃ Paulus Petro calumniam impegit in faciem: quanquã Græci locum hunc aliquanto plausibilius, ac mea sententia rectius interpretantur, q̃ diuus Augustinus, qui tribuit peruersum studium inducendi gentes in seruitutẽ legis. Deinde pronunciat etiã, quod probe me voces ad palinodiã. Verum negabis horum quicq̃ ad te pertinere, nec mihi consiliũ est ob hasce nænias humanissimo principi vllum facessere negocium: f ac vereor, ne tibi iustior expostulandi causa videatur, quod quũ ante annum ni fallor, librũ tuum ad me miseris, nulla tamen eũ responsione dignatus sim. Cæterum id temporis iter in Italiã nullis hinc literis erat peruium, g ac non multo posteaq̃ tuũ librũ accepissem, Romę tuentis fragor omniũ certe piorũ animos hinc attonitos reddidit. De te rumor ferebatur incertus, alii narrabant cũ Clemente .vii. periclitari: rursus alii dicebãt quod tempestiua fuga consuluisses & rebus & incolumitati tuæ. Vbi tamen locorũ ageres, ne odor quidẽ vllus ad nos peruenit. Itaq; quum aliis iniquis laboribus supra modũ oneratus essem, visum est id operæ in aliud prorogare tempus quoad certo didicissem, qui te locus haberet: id quod ante triduũ deniq; cognoui, videlicet amici cuiusdã literis, qui simul codicẽ misit typis excusum. Id factũ est .v. Id. Febr. quũ ad mercatum Francofordiensem profectionẽ adornent typographi octauo Cal. Martias. Ad respondendũ itaq; supererant dies decẽ, & eram sic occupatus, vt vix aliàs æque. Sub id tẽpus mire tumultuatur officina typographica, quæ sex prælis vnico me suggerente materiã desudat. Angebar anceps animi, propterea quod verebar, ne si distulissem respondendi officium, viderer id vel offensione quadã animi, vel contẽptu tui facere. Rursus deterrebat volumen plusq̃ iustũ, ac tempus adeo angustum, vt vix attente relegendis tuis suffecturũ videretur. Verum animauit me ista tua singularis humanitas, vt vel ex tempore tuis litteris responderẽ, sed carptim & ad ea duntaxat, quæ me propius attingerent. Tu pro tua solita facilitate boni consules. Principio occupationum excusationem qua vteris, sic arbitror mihi tecum esse communẽ, vt opiner te maioribus ac splendidioribus quidẽ occupari negociis, me tamen densioribus ac molestioribus. Nam aduersæ valetudinis excusationem, summopere doleo tibi mecũ esse communẽ. Erat enim istud Alberte ingeniũ, quod spretis omnibus oblectamentis, ad quæ solet imaginũ claritas, & opũ facultas inuitare, summam eloquentiã cum omnibus absoluta numeris eruditione coniunxit, dignũ perpetua valetudinis prosperitate. Et haud scio, an hoc ipsum incommodũ de quo quereris, nõnulla ex parte debeas tuæ Mineruę. Mihi certe studiorum laboribus sic obruto, vt nec ægrotare liceat, nec mori, nec vti medicorũ opera: rursum valetudinis adeo afflictæ, vt subinde sit cũ morte luctandũ: vix tantum otii cõtigit aliquot mensibus, vt auidissimo licet, vacaret tuũ librum euoluere. Et iã nũc percurri verius

e Non est is eruditissimi Badii sensus. Quum me laudat facit pro humanitate sua, de p̃fatiũcula nihil ad me, & certe i ea Pauli exẽplũ p̃cõmode adhibetur.

f Quinimo tertius iã agebat annus, nec tñ quicq̃, vel tñ meas tibi fuisse redditas respõderes: sed hoc tibi facile condono.

g Qui potius plusq̃ integer annus interfuit.

q̃ perlegi. Primum hoc mihi credas velim vir eximie, non pessime fidei hominí,
nihil enim dubitem iusiurandũ quamlibet sanctum interponere, si tu postules. A
probationibus enĩ abstineo, ne dum verbosius docere conor mihi nullũ esse oci
um, hoc ipso declarẽ, me ocio abundare. h Iam nõ expectas opinor, vt par pari re
ferã, & volumen pensem volumine. Qz si maxime suppeteret ociũ, talia sunt ple
raq; quę congeris, vt aut ad me nihil pertineãt, aut seram habeãt, ac proinde ste
rilẽ querimoniam: aut eius deniq; generis sint, vt nec agnoscere possim, nisi meo
cum dedecore, nec refellere sine multorũ offensione, & quod grauius est, sine cau
sę cui pariter fauemus, discrimine. Sic enĩ hisce tẽporibus exulcerata sunt omnia,
vt quocũq; te vertas, sentias, te incedere p ignes suppositos cineri doloso, quicqd
attingas, vomicã & hulcus reperias, & sub omni lapide dormientẽ scorpiũ. Nõ
nulla vero sunt insperfa tuo volumini, i quę sicut Romę pridẽ a multis, nunc
vbiq; leguntur ab omnibus: ita si prodirent in manus eorum, qui mea lustra-
runt, quibusq; om̃is vitę meę ratio non incognita est, nonihil detractura videan-
tur, cãdoris istius & ęquitatis existimationi, quę te bonis omnibus facit amabilẽ,
vt fortunę splendor & eruditionis prestantia facit admirabilẽ. Equidẽ optabili-
us arbittor a multis amari q̃ suspici. Alioqui cupiebã volumen tuũ, fotmis excu-
sum volitare per manus omnium, si quos forte vel autoritas ista, vel eruditio, vel
eloquentia, vel cãdor & ęquitas, qualis hactenus a nemine præstita est, reuocaret
ad sanctiora consilia. Vidimus enim quantũ exulcerarint quidã hoc malum, dũ
parum dextre conati sunt adhibere medicinam. k Sed vtinam ita temperasses
stilum, ne meam causam cum negocio Lutheri commisceres, & ita tibi solidam
laudem ex impietatis confutatione parasses, vt nobis immerentibus non aliquid
labis aspergeres. Quum enim moleste feram cum Luthero laudari, l longe mo-
lestius est cũ illo accusari: & sic accusari, vt ego viã struxerim, ille in ecclesiã irru-
perit. Quod tamen abs te nec studio, nec maliciose factum scio, sed ita tuo cando
ri vt suspicor, persuasum est ab his inter quos versaris. Solent enim ingenia sim-
plicia candidaq;, cuiusmodi decet esse principum, vt nemini dolũ meditãtur ipsa,
ita de nemine facile suspicari, quo fit vt facilius ab aliis honesti specie fallantur.
Neq; enim animũ inducere possum, vel tantũ ocii per tuas occupationes esse ti-
bi, vel tantũ patientis stomachi, viro semper exquisitissimis assueto rebus, vt no-
stras nænias vel euoluere vacauerit, ne dicam introspicere si libuisset, vel libu
erit, si vacasset. Multis enim, nec futilibus argumentis videor mihi colligere, te
m nonnulla quæ torques in me, non hausisse ex lucubrationibus meis, sed ex
colloquiis hominum, qui plurimum absunt ab ingenii tui candore, quorum hoc
studium est, vt per subornatas personas suam agant fabulam. Nec vlli, vt modo
dicebam, magis idonei sunt fraudibus improborum, q̃ qui ob ingenii syncerita-
tem, nõ nouerunt ipsi cuiq̃ fraudem texere. Huius rei nõ coniecturam, sed certis
simum indicium ex malorum meorum experimentis capio, non semel in grauissi
mas coniectus turbas, dum aliorum mores ex meis ęstimo. Atq; hac in causa can
dor iste tuus, quo mi laudis tantum tribuis, non dicam quantum agnoscam, sed
quantum alius nemo tribuit eorum, qui meam mediocritatem, si tamen medi-
ocritas est, ad inuidiam aliorum, meumq; tedium laudibus extulerunt: adeo me
non subleuat in hoc argumento, vt vehementer etiam oneret. Sic enim apud se

h At certe volumen pro volumine, s. d. verba tantũ.

i Falsum existimas: Romę enĩ nulli illius copia facta est.

k Separaui quidẽ, sed tu ita ĩplexeras, vt vix fieri potuerit.

l Qui admonet non accusat.

m Nihil est me torsi, sed ex tuis scriptis nõnulla collegi quæ a plur mis rep̃henduntur a quibus nec ipse dissentio.

cogitabit lector. Vir tantus tā in cęteros candidus, nō hæc ſcriberet de Eraſmo, niſi plus haberet cōpertum q̄ ſcribit. Hęc ne videar omnino ſine cauſa ſcribere, pauca delibabo, ſed paucis. Omittā interim ampliſſimas laudes, quas ſi mihi tribuis ex animo, hoc magis debeo tuo cādori, quo minus agnoſco: ſin quod magis arbitror, vt hoc ceu melle pręlito lenires obiurgationis abſinthiū, amplector humanitatis cōſiliū: q̄q̄ ego talia delinimenta nihil moror, iam nec puer nec rerum humanarum prorſum imperitus, n aut ſi malis ſtropharū iſtiuſmodi rudis: etiā ſi tu non abſinthium porrigis, ſed letale toxicū iſta ſermonis blanda ſpecie, ceu vaſculo gemmeo propinas. Siquidē hęc eſt tuę ſuauiloquentię ſumma, vt lutherū inuidia ſubleues, orbiq; perſuadeas, quicquid eſt huius miſerādę calamitatis, vni Eraſmo acceptum ferri oportere. Hoc quum ſit atrocius, q̄ ſi veneficij crimen obiicias, quid mea refert, quàm blande id facias: niſi quod quo placidius id agis, hoc pręſentius adfers venenum, quaſi cicutam vino miſceas? Itaq; nō dubito quin libertatis veniam, quam a me precatus es, in amica priuataq; expoſtulatiuncula ſim abs te viciſſim impetraturus in cauſa multo inuidioſiſſima. Quanq̄ quid attinet impetraſſe, qua non liceat vti? Qua quidem in re nondum ſtatu vir prǽclare, vtrum gratulari debeam iſti tuę felicitati, an laudare prudentiam, qui fabulam per ſe gratioſam, ita inſtitueris agere, vt etiamſi parum feliciter agas, tamen applauſurum ſit theatrum. Nam Romę pridem in tuo nimirum theatro libellum hunc expoliſti, ac propemodum edidiſti, eandem fabulam denuo ſaltas Lutetię, vbi ſcis eſſe Bedaicos aliquot & Sutorios ac pſeudomonachos, qui vtroq; quod aiunt pollice fauturi ſunt, quicquid ſcripſeris, modo in Eraſmum, tum in eorum laude verſaris, quos merito taxare tutum nō ſit, falſo etiam laudare gratioſum. Nec augeri mihi clepſydras petam, quū hęc ſint ex tempore peroranda. o Non excutiam igitur quę ſint iſtic quorundam eruditorum de me cenſurę, ſolus nō credo, quod hic quidam apud neminem nō deprędicauit, nullo amici & inimici diſcrimine: pro ſomniis habeo, quæ mihi doctorum hominum & literis ſignificantur, & oratione referuntur, quid hic aut ille nominatim, quo loco, quo tempore, dixerit, quomodo alius detrahat eloquentiam, alius tribuēs vtcunq; tolerabilē phraſim, in totū adimat iudiciū: alii me negant eſſe Ciceronianum, quod apud illos crimen eſt, atrocius homicidio: nonnulli dum feſtiui volūt videri, porrophagū & Erraſmū appellitēt pro Eraſmo, quidam etiam ab orthodoxorū claſſe ſubmoueant. Habeo libellos Oreſte dignos, qui Romę verſabantur inter ſecretarios pontificios, nec mihi titulo eſt opus autoris indice. Facies ipſa minus mihi proderet hominē q̄ phraſis. p Boni conſulo duos Stunicæ libellos non minus indoctos quàm petulantes iſtic editos in me, ac vetantibus etiam Pontificibus & Card. diſtractos. Nihil me mouet quod ornatiſſ. iuuenis Georgius Sauromanus ſuo libello quē iſtic edere parabat, coactus eſt diſpūgere quicquid habebat honorificam de Eraſmo mentionē, quū tu interim literarię rei teneres principatū, atq; adeo ſi vera ſcribūt, tuus illa calam⁹ iugularat. Nō queror me frudatū laudibus, quę nihil aliud q̄ grauant inuidia, officium erat illa diſpūxiſſe, ſed animū expendo illorū, qui id perpeti nō poſſunt, q̄q̄ & hoc iſtis fa

n Nō ſtatī oīdor cum ſtrophis: quaſi ſi tu gnar⁹, ego pſus rudis, tuam laudaui doctrinā cum me derogaſſe q̄rebaris: aieri aut expoſtulationi negocū Lutheranū attingēti ita reſpōdi, vt cognoſcere poſſis me ne in prima qdē tibi voluiſſe blandiri.

o Dedecet virū doctū tā faciles pbere aures delatoribus, nunq̄ Rome talia de te pferri audiui.

p Deū immortalem teſtari poſſū libellos Stunicę pri⁹ editos q̄ vel hoiem agnoſcerem vel de ipſis qcq̄ accepiſſe. pariter & qd de Sauromano ais, tibi merū delatū eē mēdaciū: nūq̄ ipm vidi q̄ ſciam, nec de libello ipſi⁹ verbū accepi, tantū abeſt vt mea opera ex ipſo qcq̄ diſpūctū fuerit. Ipſum teſtē appello, at mirū quomodo tā abſona tibi pſuadeātur: nūqd in vindictam id facere debui, cū a te nō fuerim laceſſitus? Nū ęmulatione, cum profeſſio eſſet tam diuerſa, mihiq; gloria tua nihil detraheret? Reſtat, vt malignitate factū putes, at id citra cauſam exiſtimare malignissimum eſt.

cile cōdono, qui tamē haud impune facerēt, nisi totus in hoc essem, vt iā vicinus extremo vitæ limiti, contemptis omnibus, conscientiam hanc approbem Christo. Multa dissimulanda sunt alio properāti. Scio more hominum fieri, vt libentius nuncient tristia q̄ leta, nec quisq̄ minus libenter credit huiusmodi rumoribus. q Verum in his erat iuuenis quidam, vt tibi charissimus, ita tuæ eruditionis admirator vnicus. Præterea alter tibi iuratissimus sodalis. quum ante annos septem pontificis causam apud nostrates ageret, effutiit apud me, nā hoc habet bonum præcipuum, quod nihil cōtinet, esse Romę quendam Cęsaris oratorem, qui hostili esset in me animo. Atq; id quidē tēporis, nec te sciebā esse Romę, nec audierā Cęsaris negocia procurare. Nō edidit quidē ille nomē, editurus si quid institissem, sed ex notis quas effutiit, & ex iis quæ postea cognoui, certo collegi te esse illum de quo locutus erat. Verum hic ipse mihi soleo libēter imponere, vt quod sciam nesciam, vsq; adeo non placet cū eruditis viris dissidiū. Cādorem tuum probo, q̄ tā amanter Stunicam tuum deprędicas, q̄q̄ illa, homo cādidi ingenii, & homo minime inuidus, nec Hispanos arbitror sine risu lecturos, qui modo libros illius legerint, fumis, gloriis & manifestis calumniis refertos. Quod ad religionem attinet, tria duntaxat loca vocauit in calumniā, sed q̄d ipsa res indicat, nec religiose nec erudite. r Verū ego Stunicę laudibus nihil detrahā, nec ea camarina per me rursus mouebitur; imo quod ad me quidē attinet, paratus sum per syncerā amnestiā, prorsus abolitis superiorum cōtentionū vestigiis, Christianæ beneuolentię fœdus cum homine ferire. Tātum hoc dicam si nō attigisset, nisi quæ vere merebātur reprehensionē, aut si semet intra ciuilitatem continuisset, dignam quum studiis liberalibus, tum homine Christiano, quemadmodum nunc apud omnes famam celeberrimam est assequutus, ita tum apud cordatissimos ac probissimos quosq; plus veræ laudis tulisset. Atq; hic interim dum caueo, ne qua pristinæ contentionis hulcus refricem, nonnullam meæ causæ partem sciens ac volens prodo. Nam quum tu mihi renoues, quæ ille pridem in me iaculatus est, tamen dissimulas quæ illi responderim: siue quia iudicaris nullius esse momenti, siue, quod magis arbitror, s ea non legeris. Quod quidē incommodum tota hac disputatione deuorādum erit. Etenim quū nihil sit in accusationis tuæ capitibus, quod non libris editis semel atq; iterū diluerim, tu sic proponis, quasi nihil omnino responsum esset. Atqui tui candoris erat, aut recipere satisfactionē si iusta videbatur, aut refellere si quid minus probares. Quod si hic repetere pergā, quæ toties diuersis locis a me dicta sunt, quis erit modus voluminis? Sin reticeo, videbor agnoscere quicquid intendis, præsertim apud eos qui nostra non attingunt. Nulli porro minus attingunt, q̄ qui clamosissime in me scripta debacchantur. Verum priusq̄ ad quorundam insimulationes respondeam, imitabor illud sapientis dictum, Iustus in principio sermonis accusator est sui: profiteor me non vno modo peccasse in edendis lucubrationibus meis. Prima culpa plane mea est, quicquid edo, abortus verius est q̄ partus. Hoc vitium mihi penitus insitum est. Non fero recognoscēdi tedium, nō premēdi moram, non elimandi quod deformatum est diligentiā. t Atq; huius culpæ toties ipse mihi pœnas haud quaq̄ leues do maiore tedio relambens ac refingēs mea, q̄ si initio iustam curam adhibuissem. Altera culpa mihi cōmunis est cum

q Quisquis iste fuerit nec mihi nec tibi amic⁹ nec vir probus eē potuit, impudētissime enim mentitus est. Pariter & is quē dicis mi iuratissimū si, me intelligebat. At forte perperāver ba ipsi⁹ es interpretatus.

r Hominē satiricas, & mox vnguēto oblinis, nō tamē sanguinem sistente.

s Diuinas particula tantū ex iis quæ ad stunicā, quæ ad alios nihil prius.

t Contrariū existimaui, at si id est, nō iniuria scripsi quosdam esse qui fere prius libros edāt q̄ scripserit, scribant q̄ conceperint, fec⁹ ac tē faciendum docet Horatius tuus.

amicis,qui mea facilitate nonnunq̃ sunt abusi,protrudentes ad suscipiendum ar
gumentum,ad quod tractandum non eram natura compositus, aut quod eius
generis esset,vt satius fuerit non tractare.Id vsu venit primum in Moria,mox in
vertendo nouo testamento,q̃q̃ posterius hoc optimi quiq; suis calculis appro-
bant,nimirum intelligẽtes hoc laboris fuisse necessarium ad intelligẽdos Grę-
corum commentarios,quorum omnium lectio discrepat ab hac nostra,quę vul
go fertur.Idem ab Hispanis factum est in veteri testamento, minore cum inui-
dia,sed,quod gaudeo,maiore studiorum fructu.His rebus factum est, vt mul-
ta scripserim potiusq̃ feliciter. u Atq; vt fateor quędã a me facta scriptaq;,quę
nec facturus erã nec scripturus,si seculum hoc exoriturum diuinare potuissem:
ita testor,animum hunc a nouandarum rerum studio,concitandisq; tumultibus
semper abhorruisse,quẽadmodum & nunc abhorret,speroq; fore vt huius men
tis nunquam me pœniteat. Tantum præfatus, veniam ad hominum querimo-
nias,quas tu placide quidem refers, sed ita tamen vt in eadem esse sententia vi-
dearis.Primum asseueras me huius tumultus occasionem dedisse,tametsi causæ
datæ gratiam facis. Verum improbis,iuxta Græcorum prouerbium,pręter oc-
casionem nihil deest. Hanc si rapiunt e diuinis literis, si ex veterum orthodoxo-
rum libris,non mirum si rapuerunt ex meis lucubrationibus,& id q̃d ad corri-
gendos mores recte dictum erat,detorquent ad tumultum. Hinc orsus,addis in
hoc consentire cunctos,vtcunq; variantes in cæteris, Lutheranos ex meis fonti-
bus hausisse,quo sua pullulãtia venena irrigarẽt,vel ex meis potius hortis letalia se
mina collegisse.Tam multa,inquis,cõsentiunt in placitis vtriusq;,vt aut Luthe-
rus videatur Erasmizare,aut Erasmus Lutherizare. Ego fortasse mearum lucu-
brationum cæcus sum iudex,nec enim eiusdem est iuxta Socratem , parere, &
de partu edito ferre iudicium,attamen mea relegens,vt quædam offendo quæ
displicent,ita nullum inuenio dogma, x quod cum improbatis Lutheri decre-
tis consentiat,sed innumera quę palam ab illius dogmatibus dissentiunt. Hoc
tam euidẽs est, vt vere tãgi quod dici solet,digitis,pedibusq; sentiri possit. Quid
autẽ isto prouerbio stultius:quod inter pseudomonachorum pocula natum est,
ἢ ἐρασμὸς λουθηρίζει, ἢ λουθῆρος ἐρασμίζει. i Dignum vero quod abs te claro iuxta ac
docto viro recineretur. Sic Lutherissat Erasmus,vt coccissat luscinia. z Sed
age patiar mihi eximi oculos in meis scriptis:qui fit, vt quum vndiq; complu-
res extiterint,qui summa contentione tentarent ostendere me cũ Luthero cõsen-
tire,nullus adhuc potuerit demonstrare,mihi vel in vno dogmate,de improba-
tis loquor,cum illo conuenire?Quod si fuisset,an putas hoc fuisse tacituros Lu
theranos, aut ipsum etiam Lutherum,qui quanta violentia feratur in me,decla-
rat vt nihil aliud,illius Seruũ arbitrium.Et qui sunt isti qui prędicãt consentire
nos in tã multis placitis?Ex tã multis sycophantis nullus adhuc extitit, qui vel
vnius dogmatis consensum potuerit approbare.Scilicet prosiliit nuper cũ suis
cõiuratis aliquot Beda Parisiẽsis theologus,homo q̃d res indicat,a adeo nullius
iudicii vt careat etiã sensu cõmuni. Quid effecit tot arte recẽsendis erroribus,nisi
vt suã traduceret stupiditatẽ cũ insano calumniãdi studio coniũctam? b Si li-
cet bene dicta ad prauũ intellectũ detorquere,si oẽm sentẽtię vicinitatẽ in suspi
tionẽ trahere,plura sunt in Hieronymi Augu.atq; adeo Pauli literis,q̃ in meis.

u Ecce iã fateris te quędã scripsisse minus opportuna,quorum si te pœnitet vidẽte quæ ex inde orta sint, cur monentibus nõ acquiescis, illa refutãs aut dispũgens?

x At secus iudicãt qui non pepererũt, vt pote paterni affectus expertes

y Scilicet stultũ est quicquid te proprius pũgit,nihil autẽ accõmodatius dici potuisset

z Equidem si Argo oculatior esses, Polyphemus euaderes. At nec cõueniebat lutheri superbiæ testari se a te accepisse quod dogmatizabat.

a Ah certe ratione caret q̃ modestię carceres efferuescẽs,tam lõge transilit, nec maledictis incessere est causam defendere.

b Nõ equidẽ licet : at pariter dedecet p peram dicta detorquere.vt causa appareat defensa.

c Itaq; impudentissime mentiũtur, qui iactitant Lutherũ ac me non diuersa scribere sed diuerse. Sed attigi quędã, inquis, velut in dubiũ reuocans, de quibus dubitare nefas. d Attigi, non vt ista labefactarem, sed vt eruditiores solidioribus argumentis cõprobarent, quæ nondum videbantur ad plenũ esse persuasa. Atq; illa mea qualiacunq;, tranquillis studiis, nullo rerum tumultu legebantur, donec stolidi quidam κραγῖται, apud imperitam multitudinẽ vociferari cœpissent, quorum seditiosos iuxtà ac dementes clamore, si tibi pergam hic depingere, vix mihi fidem habiturus sis, tanta portenta latere inter eos, qui splendidis magnificisq; titulis sese populo venditant. Qui tamen non in aliud promouerunt, nisi q̃ se cordatis ac doctis viris reddiderint magis ac magis inuisos, quosdam etiam idiotas mihi conciliarint, quibus ante fueram vel ignotus vel parum charus: sic existimãtes, fieri non posse, quin vir bonus esset, in quem illi tam stulte, tam impotenter, tam furiose deblaterarent. e At initio, inquis, non fuit ingrata temeritas. Ego priusq̃ illius libelli prodirent, summo studio dehortatus sum amicos ne se miscerent illi negocio, & apud multos profeci. Nec hoc contentus, ilico scriptis publicatis testatus sum, nihil mihi esse negocii cum Luthero. Quotquot Louanii agentem adierant me Germani, quos nunc intelligo iam tunc hoc agitasse quod nunc agunt, sic dimisi, vt facile sentirent animum meum penitus abhorrere ab hoc negocio. Primus omnium subodoratus sum, ambitione corruptum hominis animũ. Qua de re, quoniam adhuc sanabilem arbitrabar, ipsum admonui, sed tamen ipsius prouocatus literis. Hæc nimirum sunt argumenta, mihi placuisse hominis, vt ais, temeritatem. Atqui initio, quam tu temeritatem appellas, pleriq; vocabant pietatem. In hac opinione si fuissem, cur ego potius accuser f q̃ cæteri? Ignouit illis Leo decimus, qui primũ in Lutheri factionẽ erãt pertracti. Nunc actio Lutheri mihi nunq̃ placuit: Fabula quã agi putabã, nõ omnino displicuit, sed is error erat mihi cum tot hominũ milibus, cum tot vtriusq; status primoribus communis. g Mores ecclesię nimiũ prolapsos iam olim suspirabat orbis, neq; quisq̃ vsq̃ erat vir pius, qui nõ optaret Christianę pietatis instaurationẽ. Sed calamũ, inquis, in illum noluisti stringere. Scilicet totus orbis mei calami nutu mutasset animũ. Et hic fingor eloquẽtia singulari, ingenio summo, doctrina mirabili, gratia & auctoritate incredibili pręditus apud Germanos, videlicet nusq̃ laudatus, nisi dũ grauior inuidia. h Primũ obsecro te vir æquissime, quę fuisset temeritas, quũ orbis tot haberet academias, tot eximios theologos, tot eruditos episcopos, i si ego priuatus, tũ totius rei theologicæ rudis, sic enim illi pronunciant, velut alter Dauid prosilissem lacessiturus Goliath ad singulare certamen, ac totius pene orbis fremitum in meum caput prouocassem? Sed finge me hoc facinus ausurũ, k quod illud fuisset consiliũ, stringere ferrũ in eũ, de quo certe dubitabã, quid ageret, aut quo spiritu duceretur? Rursum finge mihi cõstitisse, qd erã profecturus? Profecto nihil aliud, ni quod effeci edita diatriba, in planiciẽ, vt aiũt, equum, excitaui ferox ingeniũ ad sua confirmanda dogmata, & illi vehementer addictis triumphum renouaui. Quid profecit Prieras ille vestras? Tantum

c Si in vniuersũ loquũtur, sto p te: si de multis, certe nõ mẽtiũt. d Id si te monuisset ꝓpositis dubiis, qd tũ tenẽdũ esset exposuisses, ne saltẽ minus docti quorũ frequẽtior est numerus lederent: qbus certe scrupũ iniecerãs. Nõ enĩ venenũ spargendũ nisi cũ illo ꝓsentaneũ ꝓpagat ãtidotũ. e Id tu ꝓfessus es, in epistula enĩ tua ita scripseras, qa cũ multis suspicabar Lutherũ esse bonũ virũ corrigendis deprauatissimis hominũ moribꝰ diuinitꝰ missum. omitto cetera honorifice i eũ dicta, plurimis aliis locis, nec quae subiicis hanc sententiã tollũt: tumultuariũ enĩ ꝓgressum nõ ꝓbasti, etsi causã probares. f Socios erroris habuisse nõ te imunẽ reddit ab errore. nã & illi te eũ accusandi, ꝓsertim si tui similes fuisset at tu ꝓ ceteris, si occasionẽ prębuisti. g Si p ecclesiam intelligis tãtũmodo sacris ordinibꝰ initiatos & monachos falsum est, si vniuersum populũ Christianũ, non abnuo.

h Qui fungit̃ officio ꝓstat qd debet, etsi ad id qd ais spectassent scriptores nihil vnq̃ aduersus Hęreticos edidissent.

i Nũc agis metamorphosim. iã es culex, si certe talẽ te existimasses, theologica vtiq; nõ tractasses. k Et hic fateris quod diximꝰ, nõ fuisse initio ingratã tibi illius audaciam: sed cum agnouisti cur ferrum non strinxisti, nec adhuc stringis.

videlicet, vt impositum sit illi Romæ silentium. l Silebat academia Lutetiana & Erasmus pronuciasset in Lutherum? Eram tum, fateor, vtcunq; gratiosus apud studiosorum populum: autoritas vero quæ tandem esse mea potuit homini non solum priuato, sed omnibus modis humili? m Verum finge fuisse nonnullam: an huic cessissent illi, qui nec academiarum, nec pontificum, nec Cæsaris auctoritati tantillum cesserunt? Iam ad hoc negocii, non perinde conducebat eloquentia, si tamen est vlla mea, vt rei theologicę cognitio. Si vafriciei tribuis, q̃ hui⁹ peritiam in me extenuem, obiiciam tibi grauissimum autorem Stunicam, cuius autoritatem effugere non potes, postea q̃ hominem ornasti tam magnifico testimonio. Possum & ex sodalitate Romana multos obiicere, qui vix mihi tribuunt sensum hominis. Nunc quo grauer inuidia, Deum immortalem ex quantula musca, quantus fio repente Elephantus? n Ita ne nullus erat qui in tanto orbis tumultu obiiceretur aleę Martis, nisi Erasmus? o Quanto felicius tu prodisses Alberte, præter ornamenta fortunæ, præter autoritatem, præter gloriam, nulla inuidia contaminatā, tam recondita philosophiæ ac theologiæ peritia, tanta facundia, tanta etiā moderatione præditus? Hac certe via felicius innotuisses orbi, q̃ recensendis aliorum de Erasmo querimoniis. p Sed vbi quæso sunt isti quos memoras, tam sagaces mearum lucubrationum expensores, qui conferre norunt dicta dictis, priora prioribus, verba verbis, syllabas syllabis? De Leo & Stunica nihil dicam, quibus cum mihi, si patiantur, pacem esse cupio: si id nimium est, saltem inducias. q Lege libellum de Racha, & videbis vnius expēsoris pręclarum exemplum, nec dubito quin legeris. Lege furiosas Bedę censuras, & perspicies cuiusmodi sint expensores. Quod si te piget illa legere, noli vir optime mihi mouere inuidiam commemorandis ne dicam comprobandis talium suspitionibus. Hic si tibi commemorem quæ censores isti in concionibus, in publicis prælectionibus, in conuiuiis, in conciliabulis, in scholis, in priuatis colloquiis effutierunt, plane diceres illud e prouerbiis ὑς ἔκ χοιρῶν. Et tamē hi sunt quibus potissimū displicēt mea scripta. r Inter tales quoniā tu ob similitudinē studiorū assidue, vt opinor, versaris, fortasse nō in tempore dixerim, illud e comœdia, Corrūpunt mores bonos colloquia mala: sed tamē insignē illū naturę tuę candorē nonnihil offuscant colloquia maligna. Addis catalogum peccatorū meorum, multa, vt ais, leguntur in meis, quę tam male sonēt, quę in dubium reuocent, iam olim definita, quę auctoritatē adimāt sacramentis, patrū sanctionibus, Pontificis maximi dignitati, sacerdotū honori obstrepāt, sacras cęremonias patū reuereant, monachos insectētur, professiones illorū derideāt, cōsuetudines optimas dānent. s Miror Albertū hęc tā manifeste vanitatis vel referre posse. Nā psuasum habeo hæc tuo q̃dē calamo, sed aliorū animo scribi. Poterā vno respōso refellere vniuersa, si dicerē

l Non erat dignitatis Lutetianæ academię, cū Luthero exoriente depugnare. Pręstitit officiū quŏd decuit. at te prōptissimū decertatorē ac oīm cēsorē cōueniebat, illū stati aggredi ne vires susciperet.

m Authoritatē tribuo, nō ptātis sed eruditionis & grę: at quam nūc a te abunde cis in epistola ad me maximā tribuisti ingens, si nosses tot regionum nātiū aīos si principū consilia, si scires quos tumult⁹ excitare potuisses, si me ducē hui⁹ negocii voluisse pfiteri &c. Sane si tibi erat auctoritas ad illos excitādos, nō minor fuisset ad eos sedandos, sed ex elephāto iā te in muscā trāsformasti.

n Hęc ita pfers adū nulli⁹ se obiecisset. Nūqd nō Ecki⁹ vir exími⁹ mox p̄sto fuit, & fortissime Lutherū adort⁹ est? Nōne Ioānes faber vir doctissim⁹? Omitto alios cōplures quos nec margo caperet.

o His laudibus non cantabo ne e rostro caseus excidat p Vbi sint quęris? vbiq; multi. & nosti plures cū te in iudiciū vocarit editis libellis. Sūt & plerīq; alii (etsi nihil scribāt) emunctissimę naris exquisitissimiq; iudicii. q Nec legi, nec diligēter pq̃situ meni. r Falleris, valetudo nō pmittit me int̄ eos versari, nec eo℞ occupationes me īuisere, vix vnū aut duos pot⁹ ex facie q̃ ex vlla cōsuetudie cognosco. s Qua frōte hęc dicis? Si nihil erroneū scripsisti, dicas cōuenit, q̃ rōne tā multi diuersorū ordinū, regionū tā distantiū linguarū etiā studiosi tot cēsura notarint editis voluminib⁹? Si omnia recta erāt nec qcq̃ absonū culpādūve, cur tot apologeticos edidisti? Quare tot doctores & diuini verbi pcones te nec agnoscētes pmoti sūt ad dicēdū te cū Luthero colludere, q̄ sepi⁹ q̄teris nisi scriptis tuis fuissent puocati? de quorū plurimis nulla est suspicādi ratio, q̄ in tui inuidiā fecerint, sed clarissime inferius perspicietur q̃ hic insigniter mētiaris.

quod verissime dicere poteram, hæc omnia esse splendida mendacia. Cæterum vt ad singula tribus verbis respondeam: Si quid in dubium reuocaui, aut tale fuit, vt nondum videretur satis excussum, aut de quo non extaret ecclesiæ definitio. Id si quando facio, t testor ingenue, me nolle præiudicare vsq̄ ecclesię placitis. Ecclesiæ sacramentis ne tantulum quidem auctoritatis detraxi, sed addidi nonnihil, quod quidem in me fuit. u Quas vero tu patrum sanctiones appelles nescio. Ecclesię constitutionibus tribui, quod satis est: x nisi forte parū illis tribuit qui nō ęquat illos præceptis diuinis. De pōtificis dignitate mox dicā. y Si obstrepit sacerdotum honori, qui per occasionem admonet eos officii, fateor obstrepo nonnunq̄, sed hic strepitus est mihi cum Hieronymo, cum Cypriano, cum Chrysostomo, cum Bernardo cōmunis. z Sed quorsum attinet a priscis asciscere patrociniū, quū tu in hoc tuo libello multa libere dicas in sacerdotes, theologos, ac monachos, nihilo secius ipsam professionem summopere probans? Quur autem tractantur diuinæ literæ, nisi vt obstrepant malis omnium moribus? Nec verearis improbare quasdam receptas in ecclesiam cæremonias, veluti cantum perfractum, vt vocas, & organorum strepitum. Nihil detraxi dignitati sacerdotum, sed isti fortassis alio gnomone metiuntur sacerdotū dignitatem, quam ego metior. b Ecclesiasticas cæremonias semper veneratus sum, immodicas superstitiosas, & q̄ ineptas alicubi taxo: taxo illos quorum mundus est plenus, qui neglecta vera pietate fidunt cæremoniis sacris quidem illis, sed in hoc repertis, vt hinc proficiamus ad meliora. c Profer mihi vnum monachum, quem vt monachum sum insectatus. Nullos ego magis veneror, nec inter vllos magis liberet viuere q̄ inter eos qui vere mortui mundo viuunt secundum regulam euangelicam, nisi hæc corporis imbecillitas redderet me ad omnē hominum conuictum inutilem. d Si quando moneo adolescentes, ne se temere pręcipitent in vitæ genus ignotum: ipsi interim ignoti sibi. e Si taxo monachos qui circumeunt mare & aridam, vt artibus rudem ætatem pelliciāt in nassam: si commonstro quibus in rebus sita sit vera religio, an ob id insector monachos? f Nec ordinem, nec professionem vsq̄ insector: cum collegiis in quibus viget regularis disciplina mihi semper fuit amicitia: & vt quisq; monachus integerrimus est, ita mihi semper fuit charissimus. Et istorum qui se traducūt indies magis ac magis, non raro me miseret. g Quod si mundi fauor in quosdā refrixit, suis factis imputent, non meis scriptis. h Quas autem optimas cōsuetudines damno? nisi forte isti vocant optimum, quicquid est vulgo receptum.

t Iurisperiti manē eē ꝑtestationem statuūt q̄ aduersus id quod fit proferatur.

u Nēpe ī his apertissime q̄ de pœnitētia sacramēto & matrimonii scripsisti. Omitto cętera.

x At nō pauca ex his q̄ ecclesiæ ꝓmulgant sunt diuina & plurima ita ac si essent religiose seruanda.

y Illi si qd tale lōge aliter & alio seculo: nūc autē cum in tātū frigefacta sit pietas vt vix vlla sit erga sacerdotes reuerētia. Nō erāt hę voces spargendę quibus qd reliqui fuerat prorsus abiiceretur.

z Quosdā dixi eē īdignos eius muneris nec dictū abnuo. At tu in genere oēs incessis & vniuerso ordini vbiq; detrahis.

a Ego nihil horū improbaui, sed vsum immodicum non laudaui, eorum præsertim qui ad demulcendas aures potius illis insistunt q̄ ad diuinum honorem affectum ve ad superiora euehendum.

b Si id sentiebas, gen⁹ erat ptiēdū, & quas supstitiosas vel ineptas iudicabas edocēdū, & nō ī vniuersum cōdēnādū quod vbiq; facis. Ego autē constāter hoc assero: religionē integrā diu perstare nō posse sublatis ab ecclesia cęremoniis.

c Quam inuerecunde elabi niteris? Nonne grauius est vniuersos incessere, professioniq; detrahere, quam vnum tm̄ aut paucos accusare? quod facis vt monachi sunt, cum eorum instituta derideas ac improbes.

d At prisco more infantes & puerili cœnobiorū patribus offerebantur ad id vitę genus suscipiendū ad quod a teneris vnguiculis assuescendū putarūt. e Quā salutaris nassa sit claustrū declararunt sanctissimi ac vetustissimi patres Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Gregorius & alii plurimi editis libellis id genus vitę pręconizātes.

f Quinimmo hoc ipsum quod dicta tua testantur.

g Immo quidem & laicorum leuitate quum plures hoc ęuo sub regulari viuant disciplina restitutis ad priscam normam pluribus cœnobiis quam præterito seculo.

h Certe quod ad ecclesię præceptum est, & in vsum redactum non potest non esse probum.

i Ad hęc omia, quũ & aliis cõpluribus, & Stunicę respõderim, tu tñ ea recẽsens, pinde quasi nihil respõsum esset, occinis nobis veterẽ querimoniã. Proferunt sci-licet epistolę: in quibus Lutherũ vel laudo, vel tã remisse tracto, vt multis videar ἐπαμφοτερίζειν: tametsi videor improbare tumultũ. k Quid mirũ, si quũ res ad-huc in ancipiti staret, suspẽse loquor? An ille protinus colludit cũ Ario, qui pbat hominis ingeniũ & scripturarũ peritiã? Cõtẽtiosas opiniones in Luthero nũq̃ p-baui, nec ioco, nec serio. Fortassis ea fuit vel tua felicitas, vel mea infelicitas, vt so-lę epistolę quę ad calũniã faciũt, delatę sint ad manus tuas, sed diuersę perferan-tur ad Lutheranos. Ita tibi vt videt̃ vsu venit in scriptis meis, quod prudenter si-mul & grauiter ipse scribis, vulgo fieri, vt q̃ deteriora sunt deferãtur ad nos, me-liora fileãtur. l Quũ tot locis q̃ iusta sunt deferã authoritati ecclesię, sacramẽ-tis, patrũ sanctionibus, piis sacerdotibus, sacris cęrimoniis, vero nomine mona-chis, optimis cõsuetudinibus, idq; tã frequẽter, vt si velim omnia in vnũ colligere, nasciturũ sit ingẽs volumẽ, nihil tamẽ horũ ad te defertur, aut occurrit, sed tãtũ ea, q̃ possunt ad calũniã detorqueri. Iã finge me scribere priuatim ad principem, quẽ scio toto pectore fauere Luthero, an nõ moderãdus est sermo, vt impetrem, quod ago, si modo id quod ago pertinet ad religionẽ Christianã? m Si is tibi videtur ἐπαμφοτερίζειν, aut, quod verbũ post magis arrisit tibi ἀμφισβητεῖν, qui non dimouẽs oculos a scopo pietatis euãgelicę, in vtraq; parte probat quod probãdũ est, damnat quod improbandũ, fateor me & nunc ἐπαμφοτερίζειν, & tamen ab ec-clesię cõmunione nec latũ digitũ discessi, nec vlli me factioni vnq̃ addixi. q̃q̃ innu-meris machinis huc protrusus. n Itaq; plane vanũ est, me nihil in Luthero da-mnare, pręter seditionẽ. Sed vt demus esse verũ, an tibi videtur leue malũ detesta-ri, qui detestat̃ seditionẽ? Quãtũ mũdani spiritus iã pridẽ irrepsit in ecclesiam, q̃ multa sunt ad quę iã pridẽ suspirant homines quibus Christi gloria chara est, q̃ pene fuit extincta scintilla vigoris euãgelici? Et impius est qui hæc correcta vel-let, sed authoritate principũ, & Põtificũ, ne res in tumultũ versa, cedat in deteriꝰ? o Nõ ille Metius est, qui nũq̃ discedit a recto, sed is potius, qui Christo titulis ac cęremoniis blãditur, re vera mũdo seruit. Q; si videmus eã esse conditionẽ rerũ humanarũ, p vt semper in deterius prolabãtur, τὸ πρῶκτε, quod aiũt, [illegible], cursu quodã & impetu suo, etiã q̃ sunt optimis instituta rationibus, ad pessimos mores pertrahẽtes, q obsecro te ad quid valẽt sacrę literę, si nõ licebit p eas ad extrema degenerãtẽ pietatẽ ad archetypũ reuocare. Quid erit lux, si ponatur sub modiũ? Quid erit sal, si nihil habeat acrimonię? Tollamus e medio sacras literas, & cõcordes hilaresq; cõpotemus, & abolito Christo fruamur hoc mũdo dũ licet. Hoc quid sit, nõ omnes intelligũt. Sunt eñ nõ isthic solũ, verũ etiã in omnibus mũdi plagis, qui Christianismũ aliquot cęremoniis metiẽtes, nihil aliud q̃ mũdũ spectãt, nec vnq̃ serio de Christi philosophia cogitarũt. Nec iã ea res clã habetur, eo profecit impietas, vt semet in apertũ proferat, hinc manifestũ Iudaismũ refe-rẽs, hinc euidẽtẽ paganismũ, adeo plerisq; desuetis studio pietatis, vt fucũ etiam pietatis abiecerint. Arbitror te virũ eruditũ, bonũ ac prudentẽ, intelligere quid

i Quid ad me si mdisses? an satisfeceris ipi viderit. horũ ego nihil vide rã necadhuc vi di. k Mox se pdidit Lutherꝰ & quale portẽtũ gereret i pectore declarauit, & tñ non tãtũ feroxigeniũ pbas, verũ etiã doctrinam extollis. l De his q̃ recte scripsisti nõ est q te accuset, nec lapidaris vt est in euangelio de bono ope, sed de blasphemia Nã & Lutherꝰ q̃dã bona scripsit. m At interim negas te cõsẽrem agere: sed qd est hoc pbare & iprobare ex vtraq; p te &c. nec tñ vnq̃ declarasti qbꝰ cõstet ista vera pietas euãgelica, & si multa ab illa reiicias nec est capere quid p vtrãq; partẽ itelligas nisi Lutheranos cũ catholicis cõferas. n E qbusdã sequit̃ hoc qd infers: pterea seditio qdem mala, heresis aũt pessĩa quã tacite te pbare ostẽdis quũ seditionẽ improbãs illam prateris.

o Quid Metio cũ Christo, attamẽ postq̃ ita tibi lubet metiꝰ est qui ritibꝰ & cęremoniis detrahit & se catholicũ pfitet̃. p Sane falsum, res humanas semp in deterius plabi, & si quarũdam vices, euectæ quidẽ plurimũ sunt dñi Iesu serua toris aduentu & meliores effectæ, quinimmo quãdoq; ex pessimo statu in melius restituunt̃. q Hic pbe rethoricans & nihil ad causam. verũ nec prudẽs nec æquꝰ Cẽsor est qui citra discrimẽ oĩa notat, potiusq; pba q̃ improba damnat.

hic dicã, quid premã publicę trãquillitatis causę meę detrimento seruieris. Nõ oēs qui Romam se conferũt, agunt religionis negocium: nec oēs Christi negocium agunt, qui Lutherum appellant pestilentem bestiam. r Et qui scimus an talem bestiã corrigendis moribus nostris immiserit deus? Hęc eo minore suspitione loquor, ꝙ is in neminē immanior bestia fuerit, q̃ in me. Et adhuc tamen cũ illo videor colludere, & cũ tali bestia depugnãtē e trãsuerso adoriũtur Sutores & Bedę, nimirũ religionis zelo cõmoti. Sero, inquis, prosilisti ad pugnã. Vtinã istud crimē vere in me hęreat. At ego vereor ne ante tēpus, ni aliis pręsidiis agamus Christi negociũ, q̃ adhuc agi video. Multa reticeo, ne quid hulceris reb⁹ ad hunc modũ exasperatis renouē. s Isto nomine in ius voca theologos Lutetianos, qui sero prodiderũt articulos, nec aliud q̃ articulos. An quisquis nõ strinxit calamũ in Lutherũ, Lutheranus est? Et ipse abstinui, & alios deterrui a factione. Quid erat necesse me scribere in Lutherũ, in quē primus omniũ scripsit Prieras sacri palatii magister: q̃ feliciter, ipse nõ ignoras. Nulli magis adiuuerũt causam Lutheri, q̃ qui vel stolide clamarũt, vel frigide scripserũt in Lutherũ. t Quis autē iniũxit mihi ꝓuinciã cõserēdi manus cũ Luthero? Solus Nicolaus Ecmondanus, vbi corã gymnasiarcha Louanii quãtũ collibuit cõuicioꝝ in me deblaterasset, hisce verbis inuitat me ad hoc negociũ, scripsisti pro Luthero, scribe nũc contra Lutherũ. Bella cõditio, vt me ꝓfiterer fecisse, qđ nũq̃ inciderat in animũ, deinde scribēdo pœnas darē. Iãq; volitabãt monachoꝝ voces, cõmittem⁹ Erasmũ cũ Luthero, deiñ ꝑdem⁹ vtrũq;. Quis nõ miret, Erasmũ talib⁹ blãdimētis nõ potuisse pellici ad scribēdũ aduers⁹ Lutherũ? Iã q cēsoriũ diploma detulit, ilico ſꝑgebat has voces apđ suos, nihil egerim⁹ nisi pri⁹ extincto Erasmo. Cõstãter fugit meũ colloquũ, subornatis tñ qd de ipo seu Lutheri negocio sētirē exploraret. u Et certe nihil ab eo tētatũ nõ est, vt me ꝑderet. Atq lõge aliđ i mãdatis habebat a Leone decimo. Sed recte facis, q tãdē descēdas noiatim ad q̃dã, qb⁹ infirmioribus plurimũ obfuerim ad pietatē: x q̃q̃ quos tu quidē infirmos appelles nescio, nisi forte Stunicã & Bedã inter infirmos numeras, aut certe Lutherũ. Nã hos potissimũ offendi. Quorsum attinebat, inquis, annotare, prisco tēpore nõ fuisse agnitã aut exertã maximi Põtificis potestatē? Damasum papã, summũ sacerdotē dictũ fuisse nõ summũ episcopũ: Augustinũ scripsisse episcopo Romano, & ꝑinde Hieronymũ vt æquali cęteris episcopis, multis ꝑtermissis q̃ in oppositũ ab iisdē scribunt &c. Hic rursum vir ornatissime q̃so, vt patiēter audias qđ verũ est, cogor vel desiderate cãdorē in te, vel suspicari, tibi nostra nõ esse lecta. Quũ eñ ad id qđ obiicis satis, vt opinor, respõderim tũ Stunicę tũ aliis sycophãtis, tu ꝑinde refers, quasi nihil oino sit respõsum. y Ego vt locus incidebat, annotaui, nõ in vnã ꝑartē tantũ, sed & in diuersam, z quorũ alterũ excerpis ad calũniã, alterum factũ negas: nec id vlla in Romanũ Põtificē maleuolētia factũ est a me, sed quo de

r Ah qualis vox hęc, & tñ nõ visi suspitionē vocari. Hic desidero prudentiã, iã decēniũ agitur, ex quo dãnat⁹ est Lutherus. Illi⁹ furore p[illegible]ta est Germania, Christian⁹ orbis ꝑturbat⁹, & adhuc hęsitares an eũ immiserit de⁹ ad corrigendos mores nostros. Equidem Lutheranos honesti mores argumēto tibi forte sũt ad idexistimãdũ: quos si ad libidinē & luxuriam respicis Asotos & Epicureos, si ad auaritiã & crudelitatē pharisæos laudes & crassos vides, ves excusaris q illos bestiã appellas, at nõ tuo, sed alioꝝ iudicio quos nec vis ex eo xp̃i cãm agere. Si depugnasses, vti decebat nemo te adortus eēt. qđ eñ ad diatribã attinet, nõ ꝓpriũ est orthodoxorũ dogma, sed cõmune cum multis q extra ecclesiã sũt. s Adhuc Lutetianos theologos: sed excutit quē in eos pulverē inspergis, cũ censorũ non sit disputarē, sed definire.

t Duo inquã põtifices maximi, cæteros omitto. Nũquid q̃ris maiorē auctoritatē. Leo decim⁹, & Adrian⁹ sextus, quod plures eorũ ad te epistolæ testãtur, quas & typis excudi voluisti. u Hęreticorũ astu hęc tibi delata reor, tu aũt nimis incredul⁹. x Facet⁹ videri vis, quos intelligã nosti, tibi tñ morē gerã, iuniores ignaros rerũ parũ pios delicatioribusq; musis tñmodo addictos in Christiana philosophia infirmos appello.
y ἀδιὸς κόςινδος. Quid aũt inepti⁹. z De hoc sentētiã ꝓferãt dicta tua inferi⁹ recitãda. Quo aũt aĩo id feceris, non cõstat, at sane vt verba indicãt nõ bono, ꝓpositũ vero incognitũ. Talia aũt scripsisti, vt ambigētes de põtificis maximi

hac re disputātib⁹ cogitādi materiā suppeditarē, & diluēdi qđ offēdebat pberē occasionē. Imo plura sūt i meis loca, q̄ tuent̄ sūmi pōtificis autoritatē, q̄ q̄ vocāt aliqd i dubitationē. tū i ęditiōe posteriore si qd erat ei⁹ gñis, vt posset ifirmū, vel vt meli⁹ dicā, plus satis firmū offēdere, vel sustuli vel mitigaui. Verū q̄ faciebāt ad calūniā, ea tātū ad te delata video, a sed diuersa vidit Ioā. Eckius, q ex iisdē annotatiōib⁹ citat meū testimoniū p tuēda sūmi Pōtificis dignitate. Q̄z q̄ id, vt dixi, a me nō vno i loco factū ē, & alioq̄ tot scriptis trubuo Rom. pōtifici toti⁹ ecclesię primatū, fremētib⁹ cūctis, q Ro. Pōtifici male volūt. b Quę tāta iudiciorū puersitas, alteris dicor labefactare pōtificis autoritatē, alteris dicor adulari. c An nō a multis disputatū est & quotidie disputat̄ de ptāte sūmi pōtificis? An nō hic in quibusdā trāsalpini theologi, a cisalpinis dissentiūt? Nōne Occā aliqñ vellicat Ro. pōtificis autoritatē? Nōne idē facit aliquoties Ioānes d Gerson, e ne qd dicā de Bernardo? Nōne pridē Card. Caietani libello, rñdit qdā e Sorbona theolog⁹? Neq; tot seculis cōuulsa ē Ro. Pōt. dignitas: & tātū valuerūt decē f Erasmi verba, nō assetētis, sed obiter indicātis locū i autorib⁹ excutiēdū, vt tot⁹ mūd⁹ isurgeret in Pōtificē, neq; qcq̄ e diuerso valuerūt tā multa, qb⁹ cōstāter & reuerēter assero Ro. Pōt. suā dignitatē? Hęc isti qdē dissimulāt, at ea non fugiūt Lutheranos, apud quos hoc noie pessime audio lapidorq; cōuiciis, velut assentās hosti ecclesię, sic eñ illi vocāt, quē nos appellam⁹ ecclesię principē. g Iā quū constet ex veterū monumētis, Rom. Pōtifici nō vsurpatā fuisse ptātē, quā nūc vsurpat, q distinguūt traditā ptātē, ab exerta, vtrū labefactat Pōtificis autoritatē, an stabilit poti⁹? Nimirū stabilit, idicās viā, qua possint illa refelli. Qđ si agnitę & exertę voces offēdūt aures, iisdē vsus est Card. Caietan⁹ i postremo libello, quo defēdit pōtificiā maiestatē, cur mihi vitio vertit̄, qđ i illo laudat̄? Ego apud Luther. nō alio noie peius audio, q̄ q vbiq; sartā tectā volo Pōt. autoritatē. h Et vtinā oēs Ro. Pōt tā metirēt̄ suā dignitatē iis reb⁹ qb⁹ oportet, q̄ ego illi⁹ autoritati nihil detractū volo. Videāt aūt ne q dignitatē illi⁹ tātū ęstimāt ac tuēt̄ hui⁹ mūdi psidiis, peius illi cōsulāt, iis q palā icessūt. In me cōptū habeo, nullū hostē pl⁹ adferre mali, q̄ amicū iptudēter ac finistre diligētē. Pl⁹ iuidię cōflauit pōtificio noi Caietani libell⁹, nimis officiose script⁹, q̄ Lutheri cōuicia. i Nec parū offecit ei⁹ opinioi ἁπλωματοφόρος ille, tā isolēt̄ se gerēs, doctis ac magnis ēt minitās, & oia suis fumis cōplēs. Dixit apđ me, Pōt. Ro. tot duces, tot comites sępe deiecit, facile deiiciet tres pediculosos grāmatistas. Idē alias dixit. Pōt. pōt dicere Cęsa. Caro. tu es cerdo: vtrū hoc ē tueri pōtificii nois dignitatē, an finistre pdicādo i odiū ptrahere? Hui⁹ collega dixit apđ me, Bñ iueniem⁹ illū ducē Federicū: idq; pri⁹ eo vultu q̄ solēt tetrici lr̄atores pueris miari virgas. k Habēda rō dignitatis pōtificię, qs negat? Sed ñ miot hñda ē rō gregis p q̄ Christ⁹ effudit sāguinē. Autoritatis, dignitatis, dominii, principat⁹ plena sūt oia. l Sed mūdus interim eget pastorib⁹, cōtabescit ieiunio verbi dei, errāt hoies velut oues palabūdę, qa nō hñt q plucēat pię vitę exēplis, q e diuinis literis erudiāt, admoneāt, increpēt, hortent̄, cōsolent̄.

a Prudēter egit Eckius, nā illud est hostē ppriis telis cōfodere, qđ accidit his q actistites nūq̄ sibi cōstāt, sed mō hoc mō altero gladio depugnāt ptiori abiecto.
b Nō satis est primat⁹ titulū illi tribuere, nā & aliæ regiões illo gaudēt. At oportet asserere sūmā ptātē illi a dño tributā.
c Si fit, pperā fit, cum res toties fuerit definita quocirca Occā reprehēs⁹, q exulcerato aīo i Ro. pōtificē. & in grām Federici patoris ecclesię hostis illa scripsit. sed praua exēpla nō faciūt causam meliorē.
d Gersō minime qdē, excepto articulo i quo agit de cōcilio, at certe hoc fecere Vvicleph, & Ioānes hus hæresiarchę.
e Quid ais de duo Bern. cū sūmā pōtificis maximi maiestatē prę cæteris suspiciat qđ libelli ips⁹ de cōsideratione ad Eugeniū, & de pcepto & dispēsatiōe testant̄, & si velit pōtifices illa vti ex causis, in ędificationē vez nō destrctionē. f Quis hic color ad vitādā iuidiā, ne mo tibi tm̄ tribuit vti deficere potueris etsi verbula tua iteri nō solū ęquāt pōtificiā maiestatē cū cęteris epis, ſverū & cū minorib⁹ sacerdotib⁹ & si primatū honoris ei pmittas. g Illa vox vsurpare etsi latina sit cū tm̄ i malā partē vulgo accipiat̄, tibi nō erat vtēda de exerta & agnita, nemo te rephēdit sed nec vnq̄ traditā fuisse fateris. h Nec hic cōtinere vales qui mordeas & pōtifices & q eis fauēt e qb⁹ nemo ē q i primis nolit eorū dignitatē psidiis diuinis seruari q̄uis ēt & hūanis q̄tū ad eā tuēdā requirat̄. Cōcedit eñ ops & hęc iferna vt illis [illegible] cū res exigeret vteremur. i Nequaq̄ credē q̄s quis ille fuerit diplomatophor⁹ talia effutiisse. Nō n. i tractādis negociis exprimēda, q̄cūq; exq̄sito iure dici posset, sed tm̄mō illa q̄ causę deseruiūt. γλώσσης περίεστος ἐστιν ἀδολεσχία. Quotquot eñ suspiciūt pontificis maximi dignitatē vti pontificis illam in Christum referunt.

m An credis nos nescire qualẽ populũ habeat Italia? de vulgo loquor satis piũ habitura, si sacerdotes sui muneris meminissent. de nostris nimiũ habemus cõpertũ. Quid est in causa? Nẽpe quia sacerdotes quiduis agũt potius q̃ qđ oportet, tẽpla muta sunt raris etiã sacrificiis, vt de vita sileã. n Grex dñi. qui deglubãt, qui mactẽt, habet: qui pascãt, q foueãt nõ habet, aut certe paucissimos. Hęc istis q̃rulis nõ magnopę curę sunt. Sed ali⁹ supputat q̃to minus redeat ex decimis aut ĩdulgẽtiis, ali⁹ quãtũ decedat emolumẽtis ex dispẽsationib⁹, annatis, cõfirmationib⁹, priuilegiis, exẽptionib⁹, litibus, officiis, feudis, aliisq; similibus, ex qbus accrescere solẽt episcopoꝵ sensus ac dignitas. Quę tñ ego nũq̃ inuidi sacerdotibus. o Debet̃ illis honos, & victus ad dignitatẽ sufficiẽs, nõ ad luxũ exuberãs, sed optarim illos nõ minus meminisse: qd ipsi debeãt populo, q̃ qd populus debear ipsis. hęc si facerẽt, sentirẽt, in fallor, orbis fauorẽ in ipsos recalescere. Nã autoritas nõ aliis defẽsa p̃sidiis q̃ minis ac suppliciis, q̃ diuturna stabilisq; futura sit nescio. Et hic parũ cãdide me ptrahis ĩ cãm, in qua nec obticescere mihi cõmodũ est, nec respõdere tutũ. p Sed obsecro te nõne p̃claras causas adferũt isti, quib⁹ doceãt me toti⁹ hui⁹ tumult⁹ fuisse autorẽ? qm̃ memini nõdũ exertę q potestatis, qm̃ annotaui Romanos Põtifices olim aliis titulis appellatos q̃ nũc appellant̃. Qũq̃ in his nihil est, qđ ex diametro pugnet cũ his q̃ tu recitas in summi Põtificis cõmẽdationẽ. Atqui tã atrox crimẽ erat aliis argumẽtis approbãdũ. Equidẽ adeo faueo testimoniis q̃ tu diserte, pfecto & elegãter i põtificiæ dignitatis approbationẽ adfers, vt doleã te nõ efficaciorib⁹ vsũ argumẽtis. Nobis. n. q̃ toto pectore agnoscim⁹ epi Roma. primatũ, p̃sertim ĩ spũalib⁹, ista abũde satisfaciũt, vel vt meli⁹ dicã supuacanea sunt. Illis erat respõdẽdũ, q̃ alii dictis ac scriptis ĩpingũt illi. r cuiusmodi sint, nõ est quur te admoneã: ad ea vix iterdũ habem⁹ qđ respõdeam⁹. Qđ si tibi videt̃ põtificis lędere maiestatẽ, q̃ monẽdi gr̃a dicit aliquid qui malos ĩpõtifices, s cũ Cypriano, cũ Hieronymo, imo tecũ ipse expostules oportet, qui in hoc volumine tã multa dicas in ĩpios sacerdotes, & irreligiosos monachos ac theologos morosos. Nõ est, inq̃s, grãmatistarũ incessere vitã põtificũ, qđ tñ in alios dicis nõ in me, nec ĩprobo qđ dicis, ne illud quidẽ, qđ scripsit Card. Caietanus, solis monarchis fas esse monere põtificẽ: sed blãde, si palã tyrãnidẽ exerceat ĩ ecclesiã. t Sed quõ claudes ora plebis? An minis tãtũ? Huius generis est, qđ alicubi u tribus verbis dixi, nomẽ Card. fuisse ignotũ ætate Hieron. Quid tũ postea? An ptinus corruit vniuersa Card. dignitas? vt nomẽ fuerit, certe hoc Card. gen⁹ nõ erat. Nec hypodiacõi, nec archidiaconi nomẽ extat ĩ apostolicis lr̃is, quẽadmodũ nec archiepi. An eo ptinus dãnat̃ ordo?

m Vtinã talẽ haberet Germania quo ad fidei synceritate, de vulgo pariter loquor.
n Nec ista ad q̃stionẽ nostrã attinẽt. Precandus aũt dñs vt det cũctis pastorib⁹ fũctiones p̃stare q̃s debẽt, a quib⁹ si deficiãt, nõ tñ eorũ vitia traducẽda nec ob illa auctoritati quicq̃ detrahẽdum.
o Nihil superfluũ esse põt moderato & ęquo dispẽsatori, p̃postero aũt nil tã exiguũ qđ nõ exuberet. hoc vero non rei vitiũ est sed hominũ. Tẽpla qdẽ ac sacerdotia ditissima fuisse cõstat vsq; ad tpa Cõstãtini & Iuliani apostatę, q ea p̃ciosissimis donariis spoliauit.
p Leuiora attigis, q̃ etiã nũ bellis verbulis extenuas. Atrociora p̃teris, q̃ nec adhuc cõspexerã cũ tibi scripsi in tuis monumẽtis.

q Professus sũ ep̃la nr̃a me illa nõ ĩduxisse ad serenã sũmi põtificis ptãtẽ, quã multis seculis cõprobatã sciebã. Sed tñ mõ p occasionẽ illa ptulisse q̃ tũc i mẽtẽ veniebãt, qb⁹ tñ vel solis illã satis cõprobari existimo. iis aũt te respõdere cõueniebat si lãguidiora tibi videbant̃ vel illa meliorib⁹ cõfirmare decebat, cũ pfitearis te eãdẽ asserere sentẽtiã nõ autẽ illis detrahere citra oẽm rationẽ. r Et hic iudicas quã hoc ĩ dogmate vacilles. at cõtra, Ego tã infirma & friuola illa fore assero vt r̃nsiõe indigna sint, p̃serti cũ nihil noui afferãt sed tãtũ q̃ retroactis seculis a Vuiclepho. & hussitanis aliisq; heresiarchis obiecta sũt, & a catholicis validissime cõfutate, rursus in mediũ adducãt. s Nusq̃ Hiero. obstrepuit põtificib⁹ maximis, at cõtra plurimis i locis illũ sũme venerat̃. Itidẽ Cypria. Quib⁹ tñ si aliqđ verbulũ excidisset, nihil sane cõtra summã eorũ ptãtẽ ptulerũt, q̃uis mores quorũdã sacerdotũ taxẽt, sed lõge aliter q̃ tu. Nec ego multa sed paucula, & tibi poti⁹ id cõcedẽs, de quibusdã quos in gñe carpis q̃ eos rep̃hẽdẽdi studio. t Si daret̃ nõ solũ occludere, sed & in guttur retũdere. At cũ id nõ det̃, saltẽ nec illa ad maledicẽdũ irritãt, immo id facientes condemno. u Trib⁹ siue plurib⁹ nihil refert cũ paucula nõnũq̃ pl⁹ noceãt multis. Nõ parũ aũt detrahebas Card. dignitati, asserẽs rẽ esse nouiciã, nec prisci ĩstitutũ, qđ tũ falsũ et si nõ nomẽ. Ecclesia eñ tũ prisca, tũ euãgelica semp suos habuit senatores. quod est videre tũ in veteri testamẽto, tũ in apostoloꝵ actis. Pariter & p̃iarchas siue archiep̃os, qđ pbatur ex Ioãne euãgelista, qui cunctis Asię ecclesiis præfuit. Titus quoq; Cretę. Hieronymus etiã meminit archiepi & archidiaconi.

x Hoc nō refert Hieronymus, nec verisimile, cū non solū Syria & Ægypt⁹, verū etiā Gallia añ Damasū monachis esset refertissima. Tēpore inq̄ diui Martini & flauiorū principū. Perpetuo q; fuisse hui⁹ vitę pfessores etsi nō nomē scriptura indicat. Et Hieronym⁹ asserēs a filius pphetarū, ac Ioāne p cursore mōachos nostros esse deriuatos

y Quid tum & si idē fuissent poenitentiarii, q & cardinales erāt? Prorsus autē falsum fūctionē cardinaliū nunc hęrere poenitētiariis

z Has q̄relas apud viros cordatos non audio, verū vix apd malignos quosdam & leues. Nec de nomine Cardināliū contēdis, sed de re ipsa,

x Monachorū genus primū sub Anastasio nosci cœpit Romę. Nū ideo ꝓtinus dānatus est monachoꝝ status? Nullus ante me disputauit, quo tēpore, quo fonte sit ortus Cardinaliū ordo? Nemo de turba & pōpa Card. q̄stus est? Pōtificum libelli indicāt tū institutos, quū orbis agnoscēs Romanā ecclesiā totius reip. Christianę principē, eo cōflueret si quid extitisset, q̄d eruditorum cōsilium requireret. y Ad id muneris electi sunt duodecim Card. viri doctrina, moribus, & linguarū peritia instructi, qui nūc vocantur pœnitentiarii, penes quos hæret functio. Nomen ac dignitas penes alios est, quæ nunc regum æquatur celsitudini. z His de rebus quanta sit orbis querimonia nihil attinet referre. Ego tantum dubitaui, num Card. dignitas sit ab apostolis profecta, & sum autor totius tumultus, quia per occasionem tribus verbis notaui, videri nomē illud esse recētius. At innumera loca sunt in meis lucubrationibus, in quibus honorificētissime scribo vel ad Card. vel de Cardinalibus, ad q̄ quū fremāt qui male volūt Romano Pōtifici, tamē isti dissimulāt, sed tātū apud illos valet triū verboꝝ annotatiūcula, vt totū hūc tumultū existimēt mihi imputādū. a Vtinā Cardinales vera dignitate ꝑfulgeant quotquot sunt, & orbē his dissidiis liberēt: & summus Pōtifex qui multoꝝ regū vnus dignitatē, opibus & strepitu superat, tātūdē valeat autoritate spiritus, vt filios suos redigat in cōcordiā. Nō eñ altius hūc specū ingrediar, in quales tu me nimiū sępe vocas. c Nā si lubeat hic tractare quibus in rebus sita sit vera procerū Ecclesiasticoꝝ dignitas, & ad hāc cōferre mores & acta horum tēpoꝝ, intelligit, opinor, tua prudētia quātus mihi pateat dicēdi cāpus. Sed absit vt oleū camino adiiciā. Si Stunicā probas, quod ob nescio q̄ verbula liberius in interpretē dicta, velut e plaustro debacchatus est in nos, cōcedet æquitas tua, vt qui decorē domus dei spiritualē ex animo diligūt, aliquādo duobus verbis indicēt, quid optēt. d Dixi olim presbyteros episcopis fuisse pares: dixi, sed dignitate nō functione. Imo nō ego dixi sed hoc dixit Hieronymus, apud quē & illud legis, episcopos patres esse nō dominos. Idē ille dixit, quod mihi impingis, e Ecclesiā creuisse opibus, decreuisse virtutib⁹: quid dicturus si viueret hisce tēporibus? An nō istiusmodi multa referunt in decretis pōtificum? f Scripsi olim synodos indici solere ab Imperatoribus. An hoc non liquet ex historiis? Imo Hieronymus inter argumēta synodi legitime cōgregatæ requirit, vt ederetur nomē Imperatoris, cuius iussu fuisset cōgregata. Ostēdo q̄d olim fieri soleat, nō dāno quod nunc fit, & q̄d ostendo nemini docto fuit obscurum, etiā si ipse siluissem.

a Nō cessas carpere, & iracūdia efferuescis, quū admoneris vt ab his desinas. b His quātā in summū pōtificē excitas inuidiā? falsissima tñ refers, q etsi dignitate oibus regib⁹ lōge ꝑstet, ab oibus tñ opib⁹ & strepitu supatur, q̄uis cōueniret vt vtroq; i genere vniuersos excelleret. c Adhuc inculcas q̄stionē de morib⁹ cū illa q̄ est dignitatis & ꝑtātis. Optima q̄ sunt optare licet, at nō oīa traducere, sed calam⁹ tēperādus. d Falsum dignitate pares fuisse, & si verū aliq̄n eosdē fuisse ep̄os & sacerdotes. Hocq; diu⁹ Hieronym⁹ sentit, nō autē minores sacerdotes fuisse p ares maioribus, videlicet episcopis.

e Non dicit Hieronymus propter opes ecclesiam decreuisse virtutibus. & si vtrunq; eodem tempore contigerit, & ꝓpterea taxare voluerit eos, qui ecclesiæ opes virtutibus pręferant.

f Quid pertinebat hoc referre, pręsertim tā ieiune, vt rationes prętereas: quibus id fieri tūc cōtingebat? nisi ad minuēdā pōtificis maximi & sacerdotū vetustam auctoritatē, & in inuidiā vocādā ꝑsentē? Eo tpe ecclesia adhuc suis virib⁹ non insistebat, sed innixa ꝑtāti prophanæ perstabat, quæ penes ꝑos principes vti monarchas cōstituta erat populo magna ex parte adhuc gentili. Nec eñ Romanus orbis tūc erat in tot regna distractus. Quamobrē sacerdotibus permittentibus, immo & exigentibus cōcilia indicebantur a Cęsaribus, tū vt tutius episcopi ex diuersis regionibus cogi possent, tū vt omnes conuenirēt moniti auctoritate eius penes quē residebat summa potestas, qua & synodus protecta quieti⁹ & securius habebatur. Cessante autem causa & inductus mos cessare debuit agnoscentibus piis principibus nullam se habere in spiritalibus potestatem.

g Nec adeo vetus est quod dico. In Constantiensi & Florentino concilio præsedit Imperator. h Matrimoniũ vbiq; inter ecclesiæ sacramenta proprie dicta numero. Sed Petrus Lombardus non numerat, Durãdus dubitat, nec ea res mouisset quenq̃, nisi fuisset tragicis exagitata clamoribus. Ad eam calumniam cũ & Stunicę & Sanctio & Leo respõderim, tamẽ inter hęc argumenta refers, quibus doces me detrahere sacramentis auctoritatem, dissimulans me toties reiecisse calumniam. Quorsum, inquis, pertinet horarias preces accusare? i Ad hoc nihil aliud respondeo, nisi quisquis hoc ad te detulit, insigne mendacium detulit. Mihi ne per somnium quidem nunq̃ in mentem venit damnare preces horarias, etiam quando per occasionem taxem quosdam, qui illis sine mente demurmuratis sibi placent. De secreta confessione, quoties respondi, & mihi perinde ac si nihil responderim, occinitur eadem cantilena. Quid autem periculi, k si eucharistia quondam aliter sumebatur q̃ nunc sumitur? An id nemo sciturus erat, nisi ego monuissem? An non licet ex veterum monumentis annotare, quomodo paulatim ritus ecclesiæ venerũt in hunc statũ? l Olim non semel synaxis agebatur inter Christianos, & agebatur pane nõ consecrato in corpus domini, vt est probabile. Hæc & huiusmodi scire, facit ad intellectum veterũ orthodoxorũ. Nusq̃ vlla syllaba taxaui ritus pręsentis ecclesiæ. Et hic scilicet erat augendus calũniarum numerus. Adiecisti enim superiori libello, quem ad me miseras, & fieri potuit, vt hoc Bedaicus quispiam inscio te admiscuerit tuo libello. Ais enim, quam erroneum & illud, nuptias tantum laudibus efferre vt eas cęlibatui & cõtinentiæ prætuleris. Quis impudenter mendax hoc tuo candori suggessit? m Ducẽtis locis effero continentiam, citra matrimonii cõtumeliam. n Sed horum nihil occurrisse tibi non miror, quũ mea non legas. n Quod si tibi visum est huiusmodi criminum elenchum nobis recitare, simplicius erat Stunicæ titulos omnes huc trãscribere. Certe si tibi vacauit illi9 calũnias legere, debebas & nostrã respõsionẽ inspicere, quã fateris in hoc pfecisse, vt mea min9 lęderẽt, quũ in hoc quoq; pfecerit vt liqueat illas reprehẽsiones fuisse meras sycophãtias. Ad id qđ calũniant in declamatiũcula de matrimonio, iã multis ad fastidiũ vsq; respõdi. Verũ hic istis mos est, vt nr̃is dissimulatis sua tãtũ recinãt: atq; ita vincẽt scilicet.

g Mira res q̃ eadẽ fronte tibi incognita afferas vt & q̃ cognita. Non equidẽ te mẽtiri in re tam aperta arbitrari possum. Aliquis pfecto nebulo ex tuis coadiutoribus tibi hæc retulit. Si legeris acta cõciliorũ de quibus meministi cognosces, ista tua mera esse mẽdacia. Quonã pactõ enim in florẽtino cõcilio imperator pesse potuit q nec interfuit? Cõuenit qdẽ ad illud pricepˢ Constantinopolitan9 tantum opem petẽs aduersus turcas ab Eusebio quarto qui cõcilio pᵉerat cõstãcien. sigdẽ iterfuit Sigismũd9 q orbẽ pagrauerat ad tollẽdũ schisma. Præfuit autẽ Ioãnes. xxiii. q̃diu adfuit. Post eius recessum aliquis Cardinaliũ & vt plurimũ hostien. sacri Collegii decanus. Semel tñ, congregati sunt patres nemine pręsidente. Quum Gregorius vndecimus abdicauit se pontificatu per oratores trãsmissos vt profitebat. Sublato schismate & Martino in Põtificẽ assumpto ipse semp pſedit. Cęsar aũt nũq̃ vt cõcilu cõmẽtaria testant.
h Immo p dogmate cõtrario pugnas. Sed quid ais de Petro Lombardo? Quarto enim volumine sentẽtiarum distinctione secũda ita scribit, Iã ad sacramẽta nouę legis accedamus q̃ sunt baptismus, cõfirmatio eucharistia poenitẽtia vnctio extrema, ordo cõiugiũ: audisti? Inter cętera sacramẽta pprie dicta recẽsuit cõiugiũ. Nec Durãdus dubitat an sit vere sacramẽtum Paulus enĩ expresse illud asseruerat. Sed an p ipsum cõferatur gratia queadmodũ in aliis de quo & ambigere videtur Petrus, q̃uis de eo qđ mutũ esset in remediũ nõ in officiũ. de ratione autẽ sacramẽti pprie dicti nõ videt eẽ collatio gratię. Sed qđ sit rei sacrę signũ cu9 sane ẽ matrimoniũ ẽt si nulla gratia cõferret quã tñ cõferri cõsentaneũ est.
i Sane impudens est mendacium negare quod manifeste patet, hoc autem constabit inferius recitatis locis tuis quibus toties dãnas numeratos psalmos iteratasq; preces proferri. k ἄρχεται λέξων μὲν ποταμὸς νῦν δὲ σαλαγμός.
l Quin potius improbabile & falsum de ea q̃ pprie Synaxis erat ad assumẽdũ Eucharistiã q̃uis etiã cõmunia cõuiuia agerent in ecclesia. iuxta illud Pauli, Cõuenientibus vobis in vnũ & cętera. Sed & hoc eodẽ loco vtit Oecolãpadius ad asserendũ in sacramẽto altaris nõ esse verũ corpus dñi. Quocirca nec hæc, annotãda a te q̃ tã diuino sacramẽto qcq̃ auctoritatis detrahere possent. Neq; parũ ritibus detrahit qui illis vetustatem adimit.
m Quin immo sexcẽtis matrimoniũ cęlibatui aut pfers aut ęquas qđ patebit inferi9. n Tã cito oblit9 es tui? Nup dixisti Stunicã tñ duos vel tres taxasse locos ad religionẽ pertinẽtes. Ego autẽ Elencho meo tñmodo huiusce generis argumenta recensui: sed morosior es toties eandem cantilenam, ad quam iam millies recantatum est, recinens.

o Nō fiet hoc tū Christianissimi regis diligētia, & sapiētissimi Senatus studio, tū solida populi huius regni pietate.

p Etiā hoc infra cognosceš itidē & quod sequitur.

o At ego vereor, ne clamoribus & odiis suis eo proficiant, vt hæc rerum calamitas aliquando demigret istuc. tum desinent ferocire. Sed Christi vt spero bonitas, vt olim Minerua creditur Atheniensibus, incompositos hosce tumultus nobis vertet in lętiorem exitum. Tuæ certe moderationis erat tam atrocia crimina aut non recitare, aut solidioribus argumentis euincere. p Falso delatū est & illud me taxare cantus ac ceremonias ecclesiasticas: genus cantionum, aut harum fiduciam, aut aliud circa hæc incidens vitium, alicubi taxo: nec iniuria, quum idem tu facias. Aeque vanum est, me taxare monachos, vanius est, me taxare illorum professionem: nisi forte solos monachos admoneri non vis. Ego puto magnum esse discrimen inter scurram & monachum. Vbi professionem illorum tribuerim infirmitati, non satis memini: & fieri potest, vt hoc sub aliena persona disputandi gratia proponatur, certe probabilis est sentētia. q Firmior enim videtur, qui diuitiis corrumpi non potest, quàm qui abiicit ne corrumpatur: qui includitur ne commercio hominum corrumpatur, infirmior videtur eo qui versans inter bonos ac malos seruat integritatem suam. quod videmus factum ab Apostolis. Quid autem esset piaculi, si dixissem monachorum constitutiones esse infirmitatis, r quum idem de lege Mosi non impie dici queat: quam Paulus vocat pędagogum. At pędagogus nō adultis adhibetur, sed pueris & infirmis. Vides ne vir illustris, quàm hæc argumenta tam frigida non respondeant atrocibus illis titulis initio causæ propositis? s Et tamen interim, inis gratiam ab Episcopis. Card. sacerdotibus, theologis ac monachis. Eiusdem veritatis est, quod scribis me detestari decreta ecclesiastica, & sanctiones humanas, quum toties detester istos qui consuetudines & constitutiones veterum temere contemnunt. Scio te referre calumnias alienas, sed indignas quæ tuo mihi crede, calamo vel commemorentur. t Periculum est enim, ne forsitan exoriantur, qui tam impudentium mendaciorum congeriem, suspicentur ab eo profectā vnde referuntur. u Expedit admoneri populum ne contemnat iustas, æquas, pias principum & episcoporum constitutiones: sed necessarium est eūdem admoneri, primum habendam rationem Dei. Si nullę sunt constitutiones episcoporum iniquę, superuacaneę, ad quęstum spectantes potius q̄ ad pietatem, tamen vtilis est admonitio, ne tales nascantur. Nunc mūdus plenus est istiusmodi quęrimoniarum. Prospiciendum est authoritati pręsulum, sed interim non negligenda cura gregis. Non enim populus propter episcopū, sed episcopus propter populum est. Per me vero nullus adeo didicit oppedere suo pręsuli, vt doceam etiā malis Episcopis obtēperandum, modo ne quę iubent reddant impios. Adeo ne vacillat episcoporum dignitas & monachorum auctoritas, vt ruitura sit, si quis

q Quū efficax argumētū dicere debuisti, & nō corrūpitur, non autē & nō pōt corrūpi, qđ si verū, expedit igitur magis versari cū meretricibus & sicarius, dormireq; cū vxore aliena mō nō coeas, q̄ hæc praecauere vt peccādo occasionē etiā fugias. Sec⁹ sensit p̄cursor domini q tenetis sub annis secessit ad deserta. Secus si lii pphetarū, secus apostolī, q relictis oībus pauperē sequuti sunt dominum, etsi prorsus non secesserūt ob euangelizādi munus. Contrarium edocuit ipse dominus dicens. Qui reliquerit domum aut agros propter me, centuplum accipiet & cętera. Et rursus, vende omnia quę habes, da pauperibus & sequere me. Non autem dixit, retine illa vt firmior euadas in illis versans incorruptus.

r Quam scite componis res adinuicem? dicas obsecro vir ornatissime, & si Mosi lex ad euāgeliū collata infirmitatis sit, nūquid & leges gentium? minime quidē sed perfectionis. At monachorū p̄scripta, nō solū p̄cepta euāgelica verum & consilia complectuntur, illa autem ad summā perfectionis pertinent. Quamobrem valde demiror quomodo ab ore tuo erudito talia excidere possint. Sed tanta tibi cum monachis simultas vt iudicium tibi omne peruertat.

s Scilicet illi vt me vxoratum vel filios quibus careo sacerdotiis cumulent: hi, vt me honestent insignibus bacchalaurei aut doctoris: monachi, vt ad conuiuium holusculis opiparum asciscantur.

t Id non suspicabuntur cū tuas sentētias recitari audierint: quibus apprime dignoscitur quis nostrum fuerit mendax.

u ὁ͂ς κεάμβη. Sed age vir egregie. Cur tibi potius negociū semper est cum sacerdotibus ac monachis quā cū Laicis tota vita aberrantibus? Quę tā latū prębet dicēdi campū si omnes ordines discusseris. Non eīn pręcepta Christi solos cle

illos in genere sui officii admoneat? x Q̃ꝗ ego sane non tam admoneo, quam
quid in veterum monumentis sit indico. y Quin igitur exuruntur Hieronymi
libelli complures, quin eraduntur e decretis Gratiani permulta, quin tolluntur
e medio libri Bernardi de consideratione ad Eugenium? Et hæc tu recenses non
solum nuda ac destituta, verum etiam aliter q̃ habētur in lucubrationibus meis,
ne locis quidem indicatis, vnde poterat refelli calumnia. z Sed homo prudēs
volebas mutari voces quibus offendi poterant infirmi. Meis scriptis vir clarissi
me non offenduntur infirmi, sed improbi quidam addicti mundo, cuius minima
cura est veræ religionis, sed alius metuit suo regno, alius gloriæ, alius quęstui,
alius ocio & luxui, alius simul his omnibus. a Sed demus excidisse mihi quæ-
dam, quæ præstiterat reticuisse, quid tandem vtilitatis adfert ista tua querimo-
nia? An vt me prouoces ad eorum defensionem? Optarim illic mihi minus bo-
nam esse causam, si compellar ad hanc apologiam. Sed satis exulceratæ sunt
res hominum, etiam si nullus vnguis vomicam hanc exasperet. Quid minus ex-
pedit q̃ hæc traduci, quæ melius sopirentur? Ego nonnulla huius generis su-
stuli e libris meis posterioribus editionibus, non q, defendi non possent, sed q,
tanti non erat contendere. Et hoc dissimulas. b Quam malam gratiam iniit
Stunica apud Germaniæ præsules, collectis ac proditis locis, quibus in me co-
nabatur vniuersum hominum genus concitare? Quamobrem? Quia qui cū Lu-
thero sentiebant amplexi sunt eum libellum, florilegium appellantes, & cordati
præsules maluissent illa latere in scriptis meis, q̃ decerpta subiici omnium ocu-
lis. Proinde vnus & alter summatim e concilio Norenbergensi, scripserunt ad
me, rogantes ne quid responderem Stunicæ. Mihi quidem hoc fato quodam ac-
cidisse videtur, vt nullus hostis grauius me læserit, q̃ amici quidam inepte fa-
uentes, dum nihil aliud efficiunt, q̃ vt hostium animos in nos exacerbēt. Verum
ego tota hac actione, cogor frequenter causam meam deserere, dum consulo pu-
blicæ tranquillitati. Iam quo pertineat non video quod hic commemoras infan-
tiam & gradus quibus huc vsq; creuit ecclesia. Nūq̃ enim mihi fuit animus ec-
clesię ritus ad illam infantiam reuocare. Cū moribus prolapsis semper pugnan
dum, ne nimium degenerent ab illa prisca simplicitate. Et vt sunt ętatū gradus,
ita fortassis est senectus quędam disipiscentis ecclesię. Nihil autem vtilius Chri
stianis, q̃ semper repuerascere, & ad priscam eniti synceritatem. c Quis vnq̃ au
diuit ex me Romanū pontificem cogendū in ordinem, aut Cardinales esse sub-
mouendos, aut æquādos Episcopos, tū inter ipsos, tum cū presbyteris, aut eccle
siam opibus suis spoliandam, aut matrimoniū eiiciendum e numero sacramen-
torum, aut tollendam esse confessionem, aut eucharistiam domi sumendam, aut
cantus & ceremonias tollendas ab Ecclesia, aut monachorum ac monacharum
statum euertendum, aut aspernāda decreta Ecclesię catholicę? Quod si nihil ho
rum, neq; dictum est a me neq; scriptum, quorsum ista tam inuidiosa mihi im-
pingis? Sed tamen in his plurima irrepserunt in vitam hominum, quæ corrigi
sit e re Christianæ pietatis. Eam prouinciam cedo proceribus ecclesiæ, nobis ta-

ricos & monachos deuincunt, sed omnes Christianos. Par igitur est vt vel omnes arguas, aut semel desinas.

x Verum ais, nō admones sed carpis, laceras, insectaris calumniaris: nec vnum tātum aut aliquot, sed vniuersum gen⁹

y Scilicet tua illis paria aut similia sunt. Ea monēt, ædificant, instituunt, tua derogant, detrahunt, legētiū q; mentes inficiunt.

z Ne vocula quidem quod sciam immutata est, nec summatim recensenti cōueniebat immutare loca, sed nō succensere, rē sīā indicabunt

a Quō id prætermissem exposituras tibi causas, quibus multi de te male sentirēt, offensi scriptis tuis, & hoc preter rē vt deinceps scribendo a similib⁹ tēperares.

c Quid optes ac velis accipio. honori enim tuo consulis. Cuperē q; tibi morem gerere. at quō latere possūt

vel supprimi quę innumeris locis, infinitis voluminib⁹ edidisti? Siue enim pueris scribas, siue prouectioribus, ludas vel
serio agas, prophana aut sacra tractes, semp hoc saxū voluis. Vbiq; rit⁹ ceremonias sacerdotes monachoꝝ instituta, theo
logos q; deridens. c Quotquot lucubrationes tuas legerunt, sententiam enim pronunciat, qui ea præmittit, e quib⁹

men opinor esse fas alicubi monere, præsertim vbi sacræ literæ suggerunt occasionem. d Vide etiam atq; etiam ornatissime princeps, quantam hic moueas camarinam, si tibi res esset cum homine, cui Christianæ rei trãquillitas nõ esset charior existimatione propria. At hæc, inquies, docet Lutherus. e Vt doceat, ex meis hortis nihil huiusmodi legit seminum, nisi pariter & euangelium & epistolas apostolicas & prophetas in ius voces, vnde magis collegit q̃ ex meis. f Nõ existimabam vt mihi obiiceretur, q semel, opinor, instrumẽtum dixerim pro testamẽto, secutus Hieronymum, quum alioqui trecentis locis appellem testamẽtũ. Id si, vt ais, fecissem ad ostẽtationẽ, quid ostẽtationis habet hęc vox instrumẽtũ, nec satis video cur Hieronym⁹ instrumẽtũ alicubi maluerit, q̃ testamẽtũ: nisi q instrumẽti vox magis explicat volumina, quũ testamẽtũ sit voluntatis & pacti. Eã differẽtiã cõmõstrat diuus Augustinus, nihil abhorrẽs ab instrumẽti vocabulo, quẽadmodũ nec Hieronymus. Et hãc ipsam vocẽ arbitror a me mutatam, & si resedisset, quemadmodum residet in aliorum libris, quid erat piaculi? An hinc etiam erant orituri tumultus? g Sed atrocius est q dixerim euangeliũ fabulam. Male sit istis diabolis, qui talia mendacia deferunt ad aures istas, dignas quæ melioribus fabulis occupẽtur. Quis vnq̃ legit in scriptis meis euãgeliũ fabulam? Quæ tandem eruditionis iactatio, si fabulam dixi pro negocii actione. Emphrasis vocis captata est, non nouitas. Si mihi suppetisset alia vox, quæ pariter repręsentasset quod animo sentiebam, abstinuissem a fabulæ nomine. Euangelium non abstinet a fabulandi voce, & tota ecclesia nutat, q alicubi fabulæ nomen vsurparim? Hieronymus Dalilæ & Sampsonis historiam fabulam dicere non veretur, sed longe mollius est fabulæ verbum, quum respondet Græcæ voci, quæ est δρᾶμα, hoc est, actio negocii. quod diuersis personis agitur, suas quaq; partes implente. Veluti quum Philemon dicitur peregisse vitæ fabulam. Sed ad fabulæ calumniam abunde respondi præter alios Bedæ. Ex hoc quoq; loco vir eximie, colligo te plane nostra non legisse. Iam vocatur ad partes nostra Moria, quæ multorum, vt ais, iacturam fecerit. h Nunq̃ audiui muscã mea Moria perisse, nisi q mihi nõnihil peperit inuidiæ, sed apud theologos ac pseudomonachos, & tamẽ nõ alius liber maiore cũ applausu erat exceptus, non iam dico iuuenum, sed principum & ecclesiæ primatum. Quin ex amicorũ literis cognoui, opus hoc i Leoni decimo perlectum non displicuisse. Alioqui argumentum hoc nec ex ingenio meo scripsi. nec vnq̃ edendum putaui. Datum est vtcunq; amicorum affectibus. Porro q mei nominis interesse putas, vt opus hoc penitus aboleatur ex hominum memoria, næ tu mecum facis, idq; iã propemodum acciderat. k Tantum enim erat de Moria silentium, vt mihi ipsi exciderit fuisse scriptam. Verum ista tua commemoratio refricans illius memoriã non patitur eam excidere mentibus hominum. Fieri non potest, vt edita non sit: nihil superest, nisi vt silentio consopiatur. Hic rursus meum fatum agnosco, de-

illa sequi. Nõ enim semp colligere expedit qd ex ppositis euidẽter elicitur. Quinimo q apte & opportune, id omittit psęppe magis mouet quã si ipse colligeret.
d Nullã fœtẽtem hærbam tibi moui sed suaue olẽtem modo olfact⁹ tibi nõ eẽt vitiatus. Verũ desine minitari, agas scribas qd vis. Ecclesię enim dogmata & rit⁹ tã firma sunt vt tua dicẽdi facultate quassari nõ queãt.
e Quid audio? Nunquid e scripturis colligere potuit hęreses Lutherus? Etsi illas detorquẽs quẽadmodũ Arrius, Sabellius, Manicheus & cęteri hęresiarchę suas insanias cõfirmare nitatur.
f Non ẽ cur hic equũ insilias, cũ id non relatũ sit vt qd magni referẽs sed testatũ te huius vocis habere authores. At tñ cũ cęteris recẽsitũ ẽ, q magis ostẽtationis esset q̃ cõmodi p̃sertim cũ vox testamẽti Paulũ habeat authorẽ.
g Nec hoc tot verbis defendẽdũ cũ nõ tibi obiectũ sit vti piaculũ verũ vt male sonãs. Sed tuę artis ẽ i leuiorib⁹ defẽdẽdis magis isistere vt videare illis defẽsis & grauiora diluisse.
h Verũ muscã sed nec culicẽ nec brutũ qdq̃, de hõibus nõ itẽ.
i Nimirũ, festiuitate enĩ oẽ hoim gen⁹ oblectat p̃sertim cũ pprius pũgit. Qd autẽ de Leone inqs amici tibi applausere. Scio enĩ Leonẽ nec ausum tuũ, nec op⁹ ipm pbasse etsi sales quosdã & igenii acumẽ nõ iprobauerit.
k Nõ id idicat toties fuisse excusam & a Frobenio tuo. atq; paucis ab hinc annis diligẽtissime recognitã.

lata est in manus tuas Moria, at non delata est eius defensio, qua l Dorpio qui primus omniũ de ea questus hinc nominis celebritatẽ auspicatus est, respondeo: Q; nusq̃ ita defendi Moriam, quin, ne dicam dolo, maluerim non editam. nullus tamen adhuc extitit iniquior Morię censor, q̃ isti quorũ tu recenses iudicia. Ineptias appellauere quidam, alii libellum periculosę libertatis, nemo tantã impietatem tribuit, quantam vix, vt ais, a Porphiriis aut Iulianis expectemus. m Quę vero pestifera semina, aut quas proceras arbores mihi narras, pestilentibus onustas fructibus, aut quas plurimorum hominum strages memoras? n Neminem audiui tam morosum vt diceret quemq̃ opera Moriæ factum pilo deteriorem. Multorum iudicia correcta sunt, plurimorum discussa tristitia, Vnde maiorem in modum demiror vel ista tibi venisse in mentem, si quidem hęc scribis ex animi tui sententia, vel si aliorum refers opinionem, tibi digna visa, quę chartis tuis illineres. Scatent enim vir eruditissime multis, o & insignibus mendaciis, non tuis quidem illis sed tuo calamo proditis, in eorum gratiã, quibus videris istam cantilenam canere. Siquidem mihi non canis, vel quia scis esse serũ, vel quia non ignoras opinor me ad istiusmodi querimonias respõdisse. Primum fateor esse quędam, quæ non in aliud parata sunt, q̃ vt risu lectorẽ exhilarent. Ea nullos offendunt, nisi quosdam adeo tetricos, morosos, & a Gratiis alienos, vt iocari nec sciant ipsi, nec alios ferãt. p Alioqui nullũ illic vitę genus damnatur, nec vlla disciplina reiicitur, sed in singulis quid peccetur, nõ obiurgatione tetrica, sed per lusus illecebram aperitur. q Id tu tamẽ obiter sic arripis, quasi sit in confesso, nec vllam desideret probationẽ, quum nemo nesciat, me nec disciplinas, nec instituta, nec artes reprehẽdere: sed indicasse, quid in quaq; re peccetur. Id enim erat huius argumẽti caput, vt docerem nullũ esse hominũ genus a stultitia liberũ. r Itaq; vitia mortalium per lusum traducuntur, nõ homines. Placuit hoc emendandi genus Platoni, qui in hunc vsum probauit largiores in conuiuiis inuitatiunculas. s Nec alio consilio factum videtur, quod hodieq; Germani in solennibus epulis adhibent morionem quempiam dicacem, qui singulos conuiuas dicteriis perstringat. Interim multi audiunt sua flagitia domestica, nec licet offendi, vel quia dicuntur a morione, vel quia in cõuiuio, vel quia nulli omniũ parcitur. Q; q̃ Moria nullius nomẽ perstringit, nisi meũ. t An ille docet nil serium, nil solidum, nil expetendũ in vita esse, qui commostrat quid in re quaq; fugiendũ? Imo magis hoc agit, vt quę sunt expetẽda cuiq;, felicius expetantur. Quis vnq̃ tantũ tribuit Morię lusibus, vt ex ea persuaserit, nullã esse prorsus hominis felicitatem, & ad virtutes vitęq; fũctiones capessendas segnior sit redditus? u Aut tu nimium tribuis huiusmodi nugis, aut parum magnifice sentis de mortaliũ ingeniis. Quorsum igitur pertinent illa tua vir egregie? Multa sunt in hominũ vita quę rideamus fateor, sed nimis iniquus est humanarũ re-

l Dorpii nõmen antehac nõ audieram, sed et bene volo, qui id magna ratiõe fecerit.

m Quęnam res indicat, nec sunt lõge petenda exẽpla apud vestrates, præsertim a quibus maiore plausu recepta fuit. Cuncta enim quæ tu in moria defferas, hæretici euertere prius studuerunt.

n Pilo, verũ nec etiam cute, sed quo ad religionẽ innumeri sane valde deteriores facti.

o Longe grauior est nota mendacis aut vani leuisq; q̃ ineruditi, at perditis morię iocis, veritas in apto erit.

p Quin secires ipsas & professiones icessis, & iuuenes ab illarũ studiis deterres. Quam peraciter inq̃ deridens philosophiã quæstionesq; de rerũ natura in ipsa tractatas? Pariter & theologica dogmata sacros ritus monachorũ instituta, principum consilia, omnium artium studia, sacerdotum ornamenta, & deniq; pontificis maximi potestatem?

q Verborum tuorum sensus tam est apertus, vt alia probatio non exigatur.

r Quid tum? Cum id comprobes ex eorum studiis quę quotquot sunt vana imprimis esse contendis, præter vitia quæ in ipsis committũtur.

s Morem germanicum non dãno, at is morio hominum vitas, in commune nõ traducit, sed tantũmodo taxat pręsentium priuatos mores, symposiaq; Platonis longe diuersi generis sunt a tua infectatione.

t Non is, sed qui vniuersa studia deridet & damnat, quod vtiq; tu facis.

u Scio varia esse mortalium ingenia, & plurimorum lubrica.

rum ęstimator, qui omnia sine discrimine damnat. x An Moria taxat aliquid quod sit probandum? Recte philosopharis, res humanas ex actu & potentia, hoc est ex perfecto & imperfecto sic temperatas, vt nihil esse possit tam absolutum, quin aliquid habeat admixtum vitii. y Hoc quum ita sit, tanto magis pugnandum est cum vitiis. Addis me nec sacris ritibus, nec religioni, ne Christo quidem ipsi pepercisse. Quis hunc mendaciorum aceruum ausus est ad te tãtum virum deferre? z Illic superstitiosos ritus taxo non sacros, & religionis negocium adiuuo, dum indico fugiendam esse personatam religionem: absit autem tam detestabilis impietas ab animo meo, vt in Christum, cuius nomen toto pectore veneror, quicquam dicam contumeliose. Hoc animo sum, vt malim decies mortem oppetere, quàm vllo verbo perstringere nostræ salutis principem, ac nomen illud, nobis salutiferum, angelis adorandum, inferis tremendum. Quicunq; volunt meas lucubrationes, nisi prorsus odio cæci sunt, facile percipiunt, q̃ non impium affectum geram erga Christum. Addis, tu tibi diuina deridere permittas. Hoc quum sit falsissimum, tamen huiusmodi basibus tua nititur oratio. Istud est opinor Tulliano more dicere. a Ego te Alberte princeps existimo virum Christiana pietate præditum, quo liberius apud te proloquar quod sentio: qui diuina derideant facilius inuenies in Italia apud tui ordinis homines, b atq; adeo in illa laudatissima Roma, q̃ apud nos. Ego sane cum talibus ne cibum quidem capere sustineam. Etiam atque etiam te rogo, ne quid offendat animum tuum mea libertas. Vulgaribus scommatibus non admodum moueor, ignosce, si tales facetias ferre non possum. Quid autem appellas deridere diuina? c An derident diuina, qui taxant superstitiosum diuorum cultum, qui notant eos, qui charitate vacui summam religionis collocant in cultu, in cibis, in non intellectis preculis? An tibi videretur deridere philosophiam Aristotelicam, qui traduceret illorum stultitiam, qui non intellectum Aristotelem perperam interpretantur? d Non dicturus es ni fallor, Quid, inquis, ad iugulandum prorsus religionem Christianam dici potuit atrocius, quàm ipsam esse vniuersam in stultitia fundatam? Forte simile quiddam est in Moria, sed multo aliter dictum. Nec id raro facis, vt mea dicta tuis verbis reddas atrociora. Rhetoricum quidem isthuc, at minime theologicum. e Paulus scribit, Si quis videtur sapiens inter vos, stultus fiat vt sit sapiens: Idem appellat stultitiam crucis, & stultitiam attribuit deo, & inter Christi discipulos negat esse multos sapientes: Ergo quotquot sapientes non sunt, stulti sunt. Quis est tam stultus, vt non intelligat hic

x Quorsũ id petis? Sarteno sti, tã eñ multa sunt vt referri non possint, nisi vniuersa recitet Moria.

y Non eo infitias, sed certa moderatione dũ exactꝰ supputatũ p̃cidis, simul & viuũ reseces. Nec eni prudentes medici oẽm vitiatã materiã extrudere conãtur ne penitiorẽ eradẽtes vna & vitalẽ succũ exhauriãt.

z Hęc quoq; loca Moriæ declarabũt, nec superstitiosa sunt sed commodissima q̃ tu dãnas, vt pote cereolũ offerre Deiparę virgini, eo q̃ interdiu nõ egeamꝰ lumine. Dedicamenta appendere in tẽplis, nuncupare vota, peregrinari ad loca sacra, quasdã imagines prę cæteris venerari, & cætera id genꝰ. Quę tamẽ procacissime derides & contẽnis. Nã & personę & laruę (sic enim eas per ludibriũ appellas) ad tuendã religionis dignitatẽ faciũt.

a Ego quidẽ simplicissime, sed Clodius accusat pudiciã adulterii. b Hoc nõ existimo, id aũt cõpertissimũ hereses per Italiã nõ debacchari, vt p Germaniã paucis abhinc ãnis faciũt. Sed quorsum hęc? nisi ad parãdũ dissidiũ, cũ eni dãnatur Moria nõ cõferũ Italorũ religio cũ illa vestratiũ: equidẽ cuperẽ & Germanos, & cęteras oẽs nationes pietate supare Italos modo nihil detraherẽ ab illa q̃ in ipsis est, quã cuperẽ esse ardẽtiorẽ. c An id agas, patebit inferiꝰ. d Dispeream, ni si lõge absurdiora deponã, tu dic mecũ quo pignore certes. quis priuribꝰ editionibꝰ q̃dã detraxeris, & nõnulla addideris Q d & testaẽ eruditissimꝰ Listriꝰ illa Moriæ verba enarrãs, si nõ alpha certe betha meꝰ est Erasmus, inquiẽs apte rursus locaẽ in semetipm, alludẽs ad hoc q̃d scripsit annotatiões in nouũ testamẽtũ, & in opa Hieronymi. Cũ aũt primũ edidi sti Moriã nõ adhuc illa scripseras, quo fit vt in illa ad hæc alludere nõ valueris. q̃d tñ sup adiecisti in postremis.

e Non es partitus stultitię acceptiones, sed tanquã vnica sit significatio, vsus es nomine, ad comprobãdamq; sententiam totius argumenti, videlicet stultitiam cunctis in rebus etiam grauissimis regnare. post cętera recensita inducis & religionẽ (de qua minus videreẽ) etiã in stultitia esse fundatã. Vel igitur ea inductiõe nihil agis, vel eodẽ significato illã accipis quo in cęteris accepisti. Nõ sic Paulꝰ qui vt distiguit sapiẽtiã terrenã ab euãgelica, ita & stultitiam, nec tu eo͂ ionis

distingui mundi sapientiam a sapientia Euangelica? Qua distinctione seruata, nihil hac sententia dici potuit Christianius, quam tu tam atrociter insectaris. f Item illud, Christum oblectatū esse perpetuo morionibus, vetulis & pueris, a se autem reiecisse graues & doctos, aut non est in Moria, aut aliis verbis dictū est, quorum inuidiam si mihi remittis, queso te per tuam felicitatem, quid dici potest religiosius aut sanctius? Nonne Christus apparuit pastoribus? Nonne Simeonis complexibus hæsit? Nōne complexus est pueros, & ad horum exemplū inuitauit Apostolos? Nonne sibi asciuit idiotas apostolos? Contra nonne cōtempsit Herodem? nonne magna seueritate vociferatur in vitam & fastum scribarū ac pharisæorum? g Cum quo Pontifice, cum quo scriba aut pharisæo habuit familiaritatem, nisi quum per Euangelium repuerascerent? Nec hodie quenquā recipit Christus qui mundo sit sapiens, potens aut doctus. Mundum sic vsurpo, quemadmodum vsurpauit Paulus. Quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes. h Sensus est pius, id quum constet, iniquum est ex verbis calūniam venari. Sed Moria abutitur scripturæ sacræ testimoniis. Quasi sacerdotes quidam ac monachi, omneis pene facetias suas non desumāt ex sacris libris. Veluti quum aiunt. Quid est charitas? Est pallium monachi. Qui sic? Quia operit multitudinem peccatorum. Et rogatus quidam, ecquid placeret vinum, ascendit, inquit, superius: tum alter, ascendit superius? ergo erit tibi gloria. i Longe modestius autem detorquet scripturas Moria, nec tamen id facit nisi præfata veniam, seq; citaturam οὐ δ᾽ ἂν πρὸς ἔπος, atq; in huius loci peroratione, rursus precatur veniam. At iam dixi me nolle per omnia tueri Moriam, atq; hactenus patiar accusari Moriam, vt ineptiæ, incogitantiæ, aut leuitati tribuatur, ab his k quæ tu impingis strennue defensurus. l Apud Italos nescio sint ne tam imbecilles in fide, vt ob ludicrum libellum deficiant à Christo, apud nos & fœminæ constantiores sunt, quam vt eiusmodi lusibus labefactentur: nec quisquam adhuc extitit in his regionibus, qui quod tu scribis, interpretaretur, eos iocos ab animi impietate profectos. m Tot annos per omnium manus volitabat Moria, versa etiam in linguam Gallicam, aulæ principibus erat in delitiis, nec in hanc quisquam hominum fremebat, præter pseudomonachos, secus quam volebant attactos, quanquam in his quoque religiosissimo cuiq; non dis-

cōtextus hāc indicat: iudicet q legerit. f Etsi hęc verba non tamē cōprobat sententiam tuā, quòd a se reiecerit graues & magnos viros, ius perpetuo oblectat⁹ est, nullū enī hominum genus reiecit a se bon⁹ Iesus q omnes venerat redempturus. Quis vt plurimū infirma mundi elegerit vt cōfunderet fortia, Non tamē q voluit a pastoribus adorari ab eodem officio reiecit & magos, q & reges & sapiētes erāt, Nec Pharisęos & nobiles, quum plures ex illis receperit in discipulos: nec doctos, quum cooptauerit ad apostolatū eruditissimū Saulum: scripsit & ad Agabarū regē humanissimeq; testatur Eusebius Cęsariensis. At hos omnes præteris. Nec Herodem contempsit vti Regem sed vt iniquum hominem. Nam licet voluerit suos esse simplices sicut sunt columbæ, pariter voluit prudentes esse vti serpentes.

g Cum plurimis cum quibus & conuiuabatur vt multis in locis testatur euangelium, minime tamen illis repuerascentibus per fidem in eum. Quinimmo & cum publicanis ita enim habet Lucas, Et fecit ei conuiuium magnum in domo sua & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes, de qua re murmurantibus Pharisæis & Scribis Iesus respondens dixit. Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent & cætera. Et rursus capite septimo. Rogabat quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo & ingressus domum discubuit. Et ecce mulier & cætera. Ad hæc & capite vndecimo. Rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se: Iesus autem ingressus recubuit & cætera.

h Si pius, verba tamen illud non sonant, retine igitur sensum & castiga sermonem.

i Si id verbo tenus tantum & tali modo dignoscatur illos nugari. Non autem cum edunt libros, sed indecorum implere paginas his ineptiis.

k Nil animo tuo impingo quem pium esse credo & volo. Sed Moriæ verba improbo.

l Semper sugillas Italos.

m Nil mirum, homines enim natura gaudent salibus, & dicteriis, modo ipsos non tangāt, nullumq; obsonium suauius aulicis, eo quod satyrico condimento paratum sit.

plicuit Moria, cui tu tam vehemẽter infensus es. Nam literis Roma missis non raro sum admonitus, Albertum principem in nulla materia facundiorem esse, q̄ in accusanda Moria. Id si tibi accidit vehementi quodam religionis zelo, nõ possum non probare affectum tuum, licet iudicium arbitrer nemini placiturũ exceptis iis quibus displiciturum sit euangelium, si Erasmi nomine proponeretur. n Talibus enim odium & animi inductio prorsus omne iudicium vitiauit. Illud iterum atq; iterum demirari compellor, q̃ hęc tam multa, tam odiosa, atrociter ac pene seditiose sic in me congeris, quasi nihil borum libris pridem editis diluerim. o Quemadmodum & de confessione querimoniã mire exaggeras, quum nullum hic sit argumentum, quod non retuderim scripto vulgato. Atqui si disertus ac vehemens haberi volebas, prius illa fuerant refellenda, quibus quorundam depuli calumniam. Nisi forte non putas quẽq̃ fore qui ista tua legat, pręter eos qui mea vel non attingunt, vel eadem censura damnant benedicta pariter ac maledicta. p Cuius obsecro candoris est, quum Leo copiosissime, quum Stunicæ aliisq; nonnullis non indiligenter responderim de confessione, perinde nobis recinere veterem ex compotationibus & concionibus pseudomonachorum querimoniam, quasi verbum nullum vnquam super ea re fecerim. In illo vero magis etiam desidero candorem tuum, q̃ obiicis non quod a me scriptum est, q sed a rabulis quibusdam iactari solet. Colligo vt ais, commoda & incommoda confessionis, & lectori velut integram existimationem permitto, retinendum ne putet confitendi vsum, an abolendum. Iam primũ hoc quàm falso ad te delatum sit vide. Testor incommoda non ex re ipsa nasci, sed ex hominum vitio: verba mea sic habent. r Vt quàm plurimum fructus capiatur ex confessione, & quàm minimum malorum admittatur, quæ quidem mala non tam ex re quàm ex hominum vitio nasci videmus. Quemadmodum fere nihil est in rebus humanis tam pium, tam vt ita dicam cœleste,

n Scilicet quotquot tua non probant odio permoti erga te id faciunt, & calumniatores sunt.

p Si eo candore vteteris respondens quo ego te admoneš, nõ ad haec cõfugeres, sed tãtum ea diceres quæ ad cõtrouersiam attinent.

q Quimmo q̃d tu scripsisti, & ego legi.

r Sophistica responsio, cõdendi quod non est obiectum, præteritur autem q̃d est reprehensum. Nunquã scripsi collegisse te incõmoda cõfessionis tanq̃ ex re ipsa nata, sed quomodocunq; oriantur non decuisse illa colligi: tum q̃ a confessionis officio deterreant, tum q̃ ab hæreticis hoc tempore ipsa oppugnatur. Quodq; ita illa colligas, vt declares, quãuis vitio hominum oriantur, tamen illorũ multa vitari non posse: non enim exploratum esse potest confitenti, an sacerdos tam probus & doctus sit, vt in illa incidere non valeat, nec sacerdos parochus vitare potest mortis periculum imminens cum vocatur ad audiendam pestilentis confessionem, & cætera similia quæ refers, incommodo quinto. quibus recensitis cum non definias, nihilominus confessionem necessario faciendam esse sane lectori permittis de ea quicquid lubet statuere. Præterea commoda ita recenseas vt declares illa valere acquiri citra ecclesiasticam confessionem, vt si quis confiteatur deo aut cordato amico quod suades faciendum. Pręteris autem id vtilitatis quod est negocii primum caput, videlicet peccati abolitionem & gratiæ collationem, quę ex sacramentali confessione proueniunt. Nam cætera commoda non magis Christianam confessionem sequuntur q̃ Ethnicã aut Iudaicam. De ipsa autem in communi ita agis ac si moralis philosophus de ea dissereret. Sic omnia metiris prudentia humana. Contendensq; probari non posse a Christo fuisse institutam, dubitas an constituto humano tantum onus imponi potuerit hominibus: & cum fuerit impositũ an pręstaret illud antiquare, eo q̃ plus officiat pietati q̃ conducat. Nemo autem tam est mentis hebes, qui ex his colligere nequeat quę sequantur. Nihil enim refert q̃ sparsim haec prolata sint, cum facillimum sit illa coniungere. Inquis præterea tale onus fraternæ charitati aduersari suadenti, vt aliorum onera subleuemus, & apostolorum Petri & Pauli exemplis. Hic enim indulgens hominum infirmitati (vt ais) remittit aliquid de præcepto domini. Alter noluit iugum legis Moysi imponi gentibus. Et subiungis. Qua fronte igitur qui cum Petro & Paulo non sunt comparandi, imponunt talem sarcinã confessionis vltra præceptum domini? Marginis angustia non permittit me cætera recensere quę refers, quibus digito tangi potest (& si quibusdam verborum inuolucris hallucinari studeas legẽtes) quid sentias & persuadere coneris. Quocirca non est quod putes verbulis istis cordato & pio lectori probare posse hanc tuam exhomologesim religioni catholicę quouismodo esse commodam, in qua cum non audeat Batauus libere proferre quod sentit, ita negocium inuoluit vt fere nec quid statuat sibiq; velit facile deprehendi possit, nisi vigilantissimus fuerit lector, & dicta aliis locis a te quibus apertius sententiam indicas iis contulerit.

quod hominum corruptissimi mores sibi non vertunt in perniciem. Ac mox ostendimus paucis quantas commoditates habeat hęc confessio, deinde quanta pestis verę pietatis, hinc per occasionem nascatur inter homines. Audis palā me commoda tribuere confessioni, incommoda vitiis hominum, re bona vtentium male. Atq; in ipso statim initio operis ita loquor. Vtrum conducibilius sit eam relinqui propter innumeras vtilitates quas ex ea videmus proficisci, an tolli ob innumera mala, quæ confitentium & audientiū culpa per huius occasionē cōperimus existere? Occasionem audis nō causam: & culpam hominū audis, nō crimen confessionis. Hæc toties in eadem præfatione dicta, rursus apologiis citata dissimulas, & dicor tibi referre commoda & incommoda confessionis. Ista nō videris Alberte princeps, ab illis didicisse, qui vt scribis examussim scripta mea examinant, dicta dictis, sensa sensis & syllabas syllabis conferentes. Vanum iuxta atq; calumniosum est, & illud, quod scribis lectori per me fieri liberum, vtrū malit confessionem retineri an aboleri. Obsecro te quibus verbis hunc sensum meum indico? Loquor illic de Romani Pontificis autoritate, deq; Christiani populi consensu, hoc est de autoritate totius Ecclesiæ. Si confessio indicta est per Ecclesiam, an non potest eiusdem autoritate tolli? An tibi vniuersa Ecclesia est quilibet lector? Nec tamen illic affirmo, ab hominibus institutam, sed ficta concessione, ratiocinor, ita præfatus, Tum si quis largiatur ab hominibus institutam, An non hic satis dilucide loquitur Batauus, etiamsi parum eleganter? Nec ego hic disputo, ab hominibus sit instituta cōfessio qua nunc vtimur, an a Christo tradita, retinenda an tollenda, sed indico quæstiones huiusmodi inter alios ventilari. Dices, quid referebat istius rei meminisse? Quasi cuiq̃ esset obscurum, quod loquor? Et tamē mea referebat hoc admonere, ne lector expectaret aliquid præter id quod suscepissem. Neq; me fugiebat hoc expectaturos plerosq;. Quod nisi magno volumine tractari non poterat, & a multis erat accurate tractatum, vix enim vlla quæstio inter scholasticos iactatior, prætermisi: quod vtriq; parti, hoc est, & dubitantium & certa persuasione firmorum conducturum erat, tractaui. Debebas inquis vel obiter indicare tuam sententiam. Quod habebam persuasum, ingenue profiteor, voco rem saluberrimam & in primis piam. Et aduersus Leum disputans profiteor rem optimam, a spiritu Christi profectam, a totius orbis tam diutino consensu comprobatam, ea reuerentia seruandam, quasi esset ab ipso Christo tradita. & loquor non de quacunque confessione, sed de hac quæ nunc in vsu est Christianorum, cum omnibus suis circumstantiis. ¶ Quam si queam docere a Christo traditam, oppido quam lubens facerem. Habebis me plausorem si potes id ad plenum proferre, quod & olim a Theologis, & nuper tractatum est ab apprime doctis, quorum est Iacobus Latomus. Horum tamen nemini successit vt vellem. Imo Latomus nobis propemodū liberū relinquit, malimus ne credere a Christo traditā, an e scripturis irrefutabilib9 desumptā, an generali Ecclesię decreto institutā, & tu a me postulas vt proniicié a Christo traditā. Finge pronūciasse, quis credat, nisi doceā?

¶ Non quidē, inquit sapiēs, omnia expetunt acribologiam mathemathicā, verū satis probare sunt, quū his rationib9 confirmantur, q̃s materia exposcit & patitur. Multa autem esse Christianę religionis instituta constat, quę expressis scripturæ testimoniis demonstrari non possunt. Nec oīa scripta fuere, attamen satis cōprobata sunt quum vel elicitur ex his quæ scripta sunt aut ecclesię decreto fuerunt promulgata, cuius generis est confessio, quæ inter sacramēta gratiam conferentia ab ecclesia recensetur. Quod q̃dem fieri nō posset, nisi vel a Christo fuisset eius ore instituta, vel p apostolos, aut alio modo. Hæc autē nihil referunt quo ad institutionē. Christi aūt institutū fuisse, vel ex eo constat, q ecclesia dedit facultatē dimittēdi peccata & retinē di quod perficere non valeret, nisi illa cognosceret. Iacobus quoq; apostolus de illa egit. Omitto cætera, nec credo Latomum hoc libere credendum relinquere, an sit diuinum institutum, sed tantum de modo institutionis. Id autem alterius est quæstionis. At tu oēs modos quos refers illam permittere reiicis, dubitās an cōducibilius sit eā relinqui ꝑpter vtilitates &c.

t Et tutius existimo silere, q̄ friuolis argutationibus hoc aggredi. u Qui silet videri potest valuisse si voluisset. Qui conatur asserere, nec efficit quod conatur, magis dissuadet qđ ꝑsuadere nititur, q̄ is q palā repugnat. Et vides quo seculo, in qua regione, libellus ille mihi sit editus. Ac ꝑ illo qualis qualis est viri orthodoxi gratias egerūt. Non erat inquis in dubio relinquendum quod ab hęreticis pertinacissime impugnatur, x quasi semper impiū sit, quod tuentur hæretici. At quo magis impugnabať, tāto iustior erat causa detractādi muneris. y Ociosum, fortem, doctū, insignem Theologum ea res postulabat. z Ego confessionis causam reddidissem deteriorem. Postremo qua fronte iubes me aliis persuadere, quod mihi nondū satis persuasum est, & expecto qui persuadeat? An assentiri videtur hęreticis qui doceri cupit hanc confessionem fuisse traditā ab ipso domino, quā alioqui fateatur religiose seruandā? Quæ synodus hoc pronūciauit? Inclytus Angliæ Rex qui felicius tractauit istud argumentū q̄ tu tractare videris, nihil aliud pronunciat q̄ esse probabile fuisse a Christo traditā. Quod si Lutheranos hæreticorū nomine designas, scis q̄ illis non assentiar. a Nam horum pleriq; faciunt cuiuis simpliciter liberum, vtrū confiteri velit an non, & quis cui confiteri velit. b Complures detestantur etiam vt rem impiam. Qꝫ si hæretici sunt, qui non nihil dubitant quomodo sit inducta confessio, res erit tibi cū Anglię Rege, cuius eruditam pietatem tu merito prędicas: cum Latomo, ne quid alios cōmemorem. Nec satis intelligo quid hęc tua verba sibi velint. Quinimmo excepta vt a Christo instituta. Si, vt, sonat similitudinem, idē loqueris quod ego. Sic enim habet initiū libelli mei. An a maioribus inducta, paulatim robur collegerit, vt tanta sit huius authoritas, c quasi fuerit instituta a Christo. Sin, vt, sonat causam, aliis argumentis hoc tibi confirmandum erat. Addis q̄uis dicas negari non posse, quin tutior sit qui bene cōfessus fuerit. Nec hoc simpliciter dico, d sed ex concessione. Sic habent mea verba, quātumuis enim multis ac magnis argumentis pars altera contendat, hanc confessionem nō fuisse institutam ab ipso domino Iesu, nec potuisse tātū onus a puro homine imponi hominibus, illud certe negari nō potest. &c. e Itaq; libellum illum legi cupiebā a duobus hominū generibus, quorū alteri firmam habent persuasionem de cōfessione non tollenda, alteri dubitant num possit aut expediat per Ecclesiæ proceres aliquid innouari circa confessionem, quam tu sacramentū vocas, quum iuxta multorum opinionem, potius res sit sacramentalis, vt interim saltem melius vtantur confessione, nec præcipitent sententiam, donec de hoc pronunciauit Ecclesia. Tertium hominum genus ab eius libri lectione submoui, videlicet eorum, qui confessionem aut superuacaneam esse contendunt, aut impiam. Istos peruicaces ad alios doctores relego, mihi tum nec ocium suppetebat nec copię sufficientes ad confligendum cum illis. Omitto iam hic rationes ac testimonia

t Vtinā potiꝰ siluisses de to to argumēto q̄ illud ita tractasses vt nihil aliđ efficeres q̄ cōfessionι auctorita tē detraheres & a confitēdo homines deterreres.
u Sed q valuit nec tñ ꝑstitit qđ debuit. Certe desertor officii cognosceretur.
x Quā cludis indecore? Nō quidē oia vt puta si q tuerentur oratio nē dominicā, sed sane ipsa sunt quæcūq tuentur aduersantia dogmatibus orthodoxę fidei
y Si his destitutū te etiam censebas: totū argumētum erat a te prætermittendū.
z Hic prodis quid sentias.
a Huic sentētię tu subscribis quū illam vim habere diuino instituto non fateāris, & si inutidiā reformidans dicas tutiorē esse qui confitetur.
b Dixi iā aliā esse quæstionem quęrentē de mō institutionis ab ea q̄ q̄rit de instituēte. Celsissimꝰ inquā Anglię Rex nūq̄ satis laudādꝰ asseruit cōprobauit poenitētię ꝑ sacramētū (cui cōfessio cōnexa est insolubili nexu) iter ꝑpria sacramēta, vim habētia diuinā, eē recēsendū, idē Latomꝰ & cęteri: qui si qđ ambigūt circa ipsam, tātū est quātū ad modū institutionis & tēpus cōstitutū cōfitēdi, nō aūt q̄tū ad primū instituētē.
c Illud quasi plurimū referūt, qđ enī quasi aurū est nō est aurum, sed aurichalcum, quod quasi vnū, non est vnum.
d Quid est hoc, ex cōcessione? nihil enī facit ad causam cū de ipso instituto nihil definieris, nec vel tātū asserēs, necessario esse seruādā. e Scilicet in facultate tua est cū ediderιs libros, ꝑscribere cui generi hominū sint legēdi, quorsum autē hęc referas cū nihil ad rē faciāt nō est cognoscere nisi ad diuertēdū legētiū animos his verbulis a quęstionis scopo

tua, quibus me docere conaris, omnino credendum hanc confessionem a domino traditam, de quibus interim nihil aliud pronunciabo, q̃ dolere me non esse firmiora, præsertim ob eos qui pertinaciter totam damnãt confessionem. Addis vero præclaram sententiam, dannans q; commoda contulerim cum incommodis. Nam etsi omnino inquis, nobis incommoda viderentur, tamen quia ita sunt statuta, pura mente seruanda & constanti animo retinenda essent. f Obsecro te vt me vicissim patienter audias. In quem vsum ostendo incommoda, nõ ex re, vt dixi, sed ex hominum vitiis orientia: nonne vt vitentur, & interim firmiora sint, quæ sunt instituta? Si ferenda sunt hæc incommoda, cur quotidie clamatur in eos qui male seruant matrimonium, qui indigne accedunt ad mensam domini, qui male gerunt magistratum? g Neq; enim ego tollo confessionis vsum, sed admoneo quid in huius vsu vitandũ sit. Hoc nimirum est stabilire confessionem, non labefactare. h Hæc vides opinor tibi non minus extra causam dicta, quàm eleganter.

His ita peroratis, subtexis clausulam. Quoniam, inquis, nimium profecto iudicio nostro arrogamus, quum de omni re æque audemus iudicare, quid vtile, quid inutile: quid honestum, quid secus: quid rectum, quid deprauatum: quid diuinum, quid humanum: & hoc tam in rebus definitis, q̃ in his quæ adhuc sub iudice versantur: quum taxamus mores, leges consuetudines, ritus, ceremonias iam diu receptas: quæ quum tu sæpissime facias, vt monumenta tua testantur, nõ abre multi te accusant arrogantiæ, & rerum nouarum studiosum fuisse dicunt. i Quum ais multi dicunt, ingenue fateris te ista ex alieno sensu loqui, non tuo. Alioqui quid probæ mentis habent ista verba? Si de Lutheranis, aut nescio quibus Italis sentis, ad me nihil pertinent. Sin de me loqueris: num tibi videor ęque de omni re iudicare, k qui hoc ipso libello suspendi meam sententiam, & aliis iudicium defero, l imo qui nusq̃ non defero Ecclesiæ iudicio. In rebus inquis definitis, quasi hoc iam docueris esse definitum. Profer vbi quicq̃ improbauero pro deprauato quod esset rectum, vbi pro humano reiecero quod erat diuinum, vbi taxauero mores pios, leges, &c. quod ais sæpissime me facere, m quum nullum proferas locum. Opinor tibi pro oraculo esse Stunicę Catalogũ. Arqui, quibus fama duntaxat notus es, multo solidiorem, æquiorem ac neruosiorem disputationem expectabant. Nihil enim adhuc adfers, n nisi quæ ab indoctis pseudomonachis & leuibus Theologis solent in compotationibus iactari, quos non pudet interdum edere mendacia maiora montibus: eoq; solum hoc agunt, vt lucubrationes meas aboleant, ne deprehendatur ipsorum insignis vanitas. A te vero quid expectari poterat, nisi verum, excussum & æquum? o Post hec ingrederis aliud argumentum, quo de quum plus satis responderim præter alios Petro

sed & de industria prætermittis quartũ genus, eorum videlicet qui persuasum habẽt diuinũ esse institutum.
f Idẽ repetis quod tum, quomodocunq; oriantur? præsertim cũ eorum plurima præcaueri non possint? Nõnne illa a confessione auocant. Nam quę doces quę danda corũ vitanda, aliud sunt, & tñ supuacanea, vtpote e parochorum summis decerpta
g Non eqdẽ directe sed oblique, nã ea apposuisti, ex qbus sequitur potius tolẽdam q̃ retinendã.
h Scilicet plaude tibi quia vicissim λάβε μαχ᾽ ἐ κράτος καὶ κῶς. Putabã certe meũ sensum cũ multis alijs non posse esse cõmunẽ cũ quibus eũ cõtentire iudicãs dixi. Quę cũ tu sępissime facias & cętera.
k Hic quã puerliter cauillaris? suspendis inquã iudiciũ

hoc tractãs argumentum, vbi proferre oportebat, in aliis autẽ illud profers quãdo nec expedit nec licet.

l Non animaduertis? quattuor verbulis hic pugnantes sententias dicis: cum iudicio ecclesiæ te differre dicas, & tamen neges de confessione adhuc esse definitum. Præterea hallucinaris cum ex indefinita singularem determina tam inferas.

m Proferam inquam plusq̃ sexcentis locis cum illa inferius recitauero.

n Rursus ad morsus & conuicia. Sed nec causam tuam non defendunt quin potius deteriorem faciunt.

o Non te pudet toties confugere ad hanc ineptiã te respondisse aliis & cętera, quum scripsi nec tantũ audieram. Quum autẽ ex tuis literis illud cognoui perquisiui eius libellum, quem docte grauiter ac pie conscriptũ noui. At illius non solum titulũ, sed & argumentum diuersum esse a meo comperi, de versione enim noui Sutoris nomẽ ... testamenti est

apposito agit, etsi postremo de paraphrasibus quidam attingat per sequelam aut argumentorum proximitatem.

Sutori, tamen quasi vacuam & intactam omnino materiam tractas. Causaberis eum librum ad te non esse perlatum. Atqui Lutetię, vbi multa scripturarum testimonia opusculo tuo adiecisti, non dubito quin videris. Quid igitur faciam? Repetam ibi dicta? Quid molestius? Obticescam? Applaudent victori, qui mea non legerunt. Seruabo medium? Notabo paucis quædam. p Ais a multis damnari, q̄ sacras literas paraphrasi dilucidius & elegantius explanauerim, quę vix admittant cōmentarios, tantum abest vt paraphrasim. q Hic opinor tua prudētia nouit scripturam sacram potissimū esse in mystico sensu potius q̄ in verbis, r quæ probabile est ab Esdra partim immutata: proximo loco situm esse in his linguis quibus tradita sunt a primis autoribus. In his a me nihil est mutatum. Tertio loco sunt translationes in aliam linguā. Eas fuisse diuersas, tum apud Syros, tum apud Græcos & Latinos, constat ex veterum Theologorū monumentis, eamque varietatem D. August. adeo non damnat, vt existimet plurimum conducere ad scripturarum intelligentiam. s Itaque quum nouum testamentum sit versum eo sermone latino, qui tum temporis erat, promiscuo vulgo communis nunc contra lingua latina non est, nisi apud literatos, quid erat piaculi, si rebus in diuersum mutatis, latinius vertissem nouū testamentū? Certe ausus est hoc Hieronymus in vetere testamento, & laudem promeruit. Nunc a me non est mutata vulgata translatio, sed id versum est, quod habetur in Gręcorum voluminibus, t præsertim iis quibus vsi sunt veteres, Chrysostomus, Basilius, Gregorius, Naziāzenus & horum similes. Dices. Expedit vt ecclesia vniuersa cōsentiat in lectione, eum cōsensum vides a me nō turbari, habet ecclesia suā versionē, tantum hoc ago, vt quā habet habeat emendatiorē, & rectius intelligat. Est autem duplex interpretandi genus. Alterū quo transfunditur liber a lingua in linguam, alterum quod adhibitum explanat scripturę sensum. Si commentarios & omnes explanationes submouēdas censes, patiar & paraphrases meas submoueri: u sin recipis, paraphrasis nihil aliud est, q̄ commentarii genus, commodius lectori vel occupato, vel fastidioso. Et si damnabis Basilium, Nazianzenum, Cyprianum, Hylariū, & Hie-

p Nō solum mea verba immutas sed & adiicis callide alia quę sententiā tuā adstruunt, cui ego prorsus refragor, hoc enim contendo lōge distare paraphrasim a cōmentandi ratione, & vis me scripsisse te explanare scripturas ipsa paraphrasi.

q Scio plures esse scripturæ sensus, & omnes veros; eum tamen esse potissimū quem spiritus sanctus primo intelligi voluit ex verbis quę expressit.

r Quinimmo potius probabile cum Esdras diuino spiritu afflatus scripturam restituerit, quod certe fecit, eisdem prorsus verbis ac etiam apicibus aut æquiualentibus.

s Hęc Sutori puto canis non mihi, qui tuam industriam non accusaui in vertendo nouo testamento sed iis edendis paraphrasibus, cuius rei neminem habes authorem, illius autem complures & præ cęteris diuum Hieronymum cuius tamē laborem non probauit diuus Augustinus, sed varię sunt hominum sententiæ: & de eo quod problematicum est, vndique sunt rationes, verū si qua vtitur ecclesia, editio Hieronymi est, quod probabile videtur, cū præfationes extent, videretur te plus ausū esse q̄ deceret. Et quomodocunque res se habeat, tātominus probari potest ipse conatus quanto magis a recepta editione recederes, præsertim in vocibus latinis quibus græca interpretaris, diuersa significātia, vt exempli gratia logos, quod græce tum sermonem, tum dictionem importat, cum antiqua vtatur dictione, tu potius sermonem voluisti, vt illud In principio erat verbum vertisti tu, erat sermo. Cum tamen verbum expressius significet quod euangelista intellexit q̄ sermo qui orationem ex pluribus dictionibus contextam significat. Similibus enim vti potius ostentationis esse videtur q̄ pacis & vere pietatis studiosi. & quę Hieronymum causæ mouerunt ad nouiter vertēdum tibi patrocinari non valent. Primo quod id fecerit requisitus a Pontifice maximo, citra cuius iussum id tentare non ausus fuisset: secundo quod nulla tunc temporis communis editio esset generaliter recepta ab ecclesiis: sed quotquot essent codices tot variarent, vt ipse testatur, Damaso scribens. Nunc autem vna est communis & vulgata editio, recepta ab omnibus ecclesiis.

t Hoc apprime falsum cum Græci codices in multis varient, & deprehendatur eos quibusdam in locis esse deprauatos.

u Impulsus veritate, & si nolens verum fateris quo asseris sententiam meam, hoc enim contendo paraphrasim diuersum genus esse ab eo quod commentarium: nec sacras literas pati illo explicari.

ronymum ꝙ elegantius edisserunt scripturas q̃ traditæ sunt, patiar me damnari, ꝙ aliquanto politius explanaui sensus q̃ Apostoli tradiderunt, aut q̃ vertit latinus ille nescio quis aut quæ. Hæc si agnoscis esse verissima, nullum habent locum illa quæ tu Ciceroniano quodam fluxu declamas, spiritui sancto non esse opus nostra politura, quot in scripturis verba sunt, tot esse mysteria, nec apicem vllum contingendum, x quasi ego sim nouus interpres scripturarum. y Atqꝫ hic etiam adiecisti, si superis placet, priori libello, Mosi testimonium ex libro Deuteronomii, non addetis ad verbum, quod vobis loquor. z Atqui id ausus est non paucis locis interpres, velut in Tabita Cumi, addit, tibi dico: canon misse, in verbis consecrationis addidit, enim, quod in euangelicis libris nō habetur. Itaqꝫ quod Moses precepit de non addendo, non tā pertinet ad literas syllabas & apices, a q̃ ad vim sententię. b Nonne passim audis ecclesiastas sentētiam ex literis sacris recitatam, sinuoso verborum ambitu explanare populo? Dices licere, sed intactis fontibus. Quid sublati sunt a me scripturarū fontes? Nam hoc toties frustra cogor audire. Sed age da nobis fontes incorruptos, desinemus vllum verbum mutare. c Quod si constat codices esse corruptos aliquot sane locis, num tu vetabis nos dare operam vt restituantur. citra iniuriam vulgatę editionis? d Atqui hoc studium nostrum comprobauit Leo decimus, comprobauit & Adrianus, nec vllis cordatis Theologis displicuit, ac priuatim multi vere docti boniqꝫ viri literis pro huiusmodi laboribus gratias egerunt: quumqꝫ illud opus Louanii fere ediderim, multiqꝫ de cęteris quibusdam lucubrationibus meis nonnihil quererentur, de paraphrasibus nemo me verbo admonuit. Vbi porro tu nactus es istos loquaces, qui aiūt, q dicūt, q suspicantur me hoc agere, vt meę paraphrases loco diuinæ scripturæ legantur in tēplis? e Hoc quum sit egregie ridiculum, non refellam, etiamsi in templis recitantur multa, minus accommoda cultui diuino q̃ meæ paraphrases. f Negas a religione nata quenquam hoc ausum in sacris literis. Si per se nefas est explanare scripturam sacram, damnandi mecum sunt illi, g qui primi sunt ausi commentarios in illam edere, qui post ausi sunt illam philosophicis argumentationibus tractare, & hic tibi damnandi

x Nouꝰ inq̃s primus i hoc genere editionis quo ad sacras scripturas, nec tamē interpres, id est translator sed paraphrastes.

y Toties ineptus aut vt verius dicā malignaris. quid tū? Nonne decuit cum non adhuc eēt editus libellus, & tamen plus q̃ cēties vix duobus aut tribꝰ locis factū obiicis.

z His omnibꝰ respōdeo verbulum tantū ad magis exprimendum sententiā sup addere longe diuersum esse ab eo quod est vniuersam peruertere & immutare. Multis ex proprio sensu adiunctis, vt tu i paraphrasibus facis. Præterea & illa, q̃ dicis adiecta, aut docētibus apostolis aut spiritu sancto reuelante fuere expressa. Scriptura enim nō omnia explicat nec iisdem verbis omnes illius scriptores. Nam Lucas non precise, verba quę ad eucharistiam pertinent profert quę cæteri: Ioannes autem vniuersa præterit & cętera.

a Sed tu illā immutas, multa supaduciēs q̃ nec Christꝰ nec apostoli vnq̃ somniarūt, eiusqꝫ grauitati sunt prorsus idecora.

b Hic desipere videris, nunquid concionatores dices paraphrastas? cum recitatis propriis scripturę verbis eorum sensum declarent. c Hæc tibi respondes non mihi, quod quidē rhetoricum est, at non Christianū. dedi tibi restitui posse corrupta, quemadmodum integra non decere peruerti oratione paraphrastica probaui.

d Hoc equidem non admitto, quū tamen Romę essem, & pontifex me familiarissime vteretur. si quid autem tale fuit forte probauit sermonis elegātiā & ingenii dexteritatē. Re autē animaduersa, ausum ꝓbare nō potuisse, cōpertissimū.

e Quid mirū? cū hoc idē futurū putauerit magnus Albertꝰ in paraphrasibꝰ Arist. quas edidit ob ineptā textꝰ versionē.

f Sane offendā lectorem toties id repetens longe, abest cōmentariorū ratio ab ea quę clausulas paraphrasum est. cōmentator enim singulas clausulas separatim interpretatur propriis verbis expressas autoris. Paraphrastes perpetua oratione ac si ipse author esset, sensus suo ingenio exceptos explicat, adiciens & detrahēs pro arbitrio quę ei videtur. Quod animaduertētes sanctissimi patres, in scripturis explicandis a paraphrasibus oēs abstinuerūt, commentaria nihilominus edētes quāplurima. g Quo tandē te proripies vt euadas? Nec tamē voti efficieris cōpos. Nūquid scripturę enarratores sunt, qui de quibusdā sententiis a vetustioribꝰ enarratis dubitationes quę afferri possent differētes tollunt, vel ipsas sententias rationibus naturalibus cōfirmant, & qui edocēt ab impugnatoribus defendere illas, colliguntqꝫ ea quę ex illis sequūtur, nō tamē euidēter, vel de his disputāt q̃ nō expressa sunt per scripturā, inquisitione autē digna sunt, & cognitione opportuna perquirētes vt qd probabilius sit. Hi autē sane tā absunt a cōmētatoribꝰ, quātū qui aurū defecāt & parāt ab his qui ꝓbato & parato vtunt, variis i negociis, cuiusce generis sunt quotquot recēses cū populo scholastico.

sunt cũ Alexandro Halens. Thoma, Scoto, totus scholasticorũ populus, alii q̃ fuerint inuentores, alii q̃ imitatores. Sunt enim varia commentandi genera. h Quod ausus est Erasmus, ante hunc Iuuencus ausus est carmine, nec frustratus est sua laude. Nã carmen illius vere paraphrasis est. Idẽ ausus est hoc recentior Arator in actis Apostolicis. non ita pridẽ Aegidius Delphus e Sorbona Theologus, in psalmos & alios nõ paucos diuinæ scripturæ libros. Ante paucos mẽses Louanii i Franciscus Titelmannus Minorita, iuuenis etiãnũ, idẽ fecit in epistolas Pauli quod ego, nisi q̃ pro paraphrasi vocat elucidationẽ, quum paraphraseos vocabulũ sit aliquanto modestius, idq; facit applaudentibus Theologis, totoq; Franciscanorũ ordine. Qui vtinã adeo feliciter versatus sit in hoc genere, vt meis reiectis paraphrasibus, manibus terant illius elucidationes, modo quãtum decesserit meo nomini, tantum accedat verę pietati. Hic tecum statuas oportet vtrum me cum his omnibus, qui quod a me factũ est ausi sunt vel facere, vel approbare, velis absoluere an dãnare. k Sed offendit te persona, quam aliter in paraphrasi loquentẽ facio, q̃ loquitur in opere suo. Ridiculũ, quasi veteres scripturarũ enarratores, quoties loci summã suis verbis explicant, non idem faciant quod ego, nisi q̃ paraphrastes id faciat perpetuo tenore, quod illi faciunt interrupte: l quasi non idẽ faciant apud Italos, Gallos, Britãnos & Germanos concionatores, vt sententiã paucis verbis in scriptura cõprehẽsam, pluribus & aliis verbis explicẽt populo. Quid autẽ sentis? quũ ais, pro libidine sua. m An pro libidine sua tractat scripturã, qui in ea explicãda sequitur probatissimos quosque matris Ecclesię doctores, quod a me sedulo factũ est? Nec his cõtẽtus pgrediẽs dicis, Quinimo personã Christi cõcionantis, quẽ interdũ præter omne decorum inducis tanq̃ Hortensiũ aut Ciceronẽ compositis verbis, elaborata oratione causam agentẽ, & quod detestabilius est, plurima dicentem, quæ in sacris literis nõ habẽtur, humanæ sapiẽtię verbis accõmodatis. Hęc tua sunt verba. Vt verbo respõdeã, n Nullæ sunt phaleræ dictionis in meis paraphrasibus, quas tu præter animi tui sentẽtiã, illis ni fallor, tribuis, vt cõmodius perores causam tuã: nec vsq̃ tribuo Christo cõpositã & elaboratã orationẽ, o quũ nullũ opus magis ex tẽpore pfecerim: nec hic erat loc⁹ in quo Cicerõis aut Hortẽsii debueris meminisse.

h Preteris Prudẽtium, Prosperũ, Cẽtonem, Nazãzenum & cõplures alios. Sed quis tam vecors, diceret Centonẽ authorẽ aut aliũ quẽlibet sacra quędam carmine celebrãtẽ scripturę cõmentatorem esse, aut testimonio ipsius, cũ pateat instituti poetici esse nõ min⁹ delectare q̃ pdesse, & affectus poti⁹ mouere, quãobrem & magnã esse illorum licentiã. Id autem facere nõ valẽt nisi multa adiiciant nudis verbis cõtextus.

i Quid ais de Titelmãni elucidationib⁹ q̃s cõstat glossemata esse siue scholia propriis authorũ verbis expressa quę demum eodẽ ordine plixiori oratione explicat. Sed iam vniuersos arenę angulos circuisti, nec tamen effugium inuenisti. Primo commẽtarios. Secundo dubitationum disputatores, deinde poetas, postremo Titelmanni elucidationes, quæ tamẽ omnia & a paraphrastica lectione plurimum differre constat: qua sane inductione & magis probatum est quod asseueram: videlicet neminem vnq̃ te excepto ausum fuisse scripturam paraphrastice tractare.

k Sane tu es ridendus cum assumens probare nihil interesse inter commẽtatorem & paraphrastẽ, tamen tuis verbis contrarium fateare. Ais enim enarratores summam suis verbis explicare. Age cum id faciunt, nonne scripturæ verba recitant e quibus illam eliciunt? Secus autem facit paraphrastes cum perpetuo tenore, vt fateris, negociũ tractet ac si author esset enarratores autem interrupte sententias recitatas interpretantur.

l Rursus ineptis de concionatoribus cum tam diuersa sit ratio declamatoris & paraphrastæ vt illis nihil prorsus sit commune.

m Sæpius etiam quæ tibi proprius suggerebat sensus.

n Paraphrasum lectores hoc decernunt. Nam qualis sit oratio ipsamet apertissime indicat, sed marginis angustia nõ patitur me quædam recitare loca, tam sunt prolixa.

o Quam hic premeris? tibi tanta est dicendi facultas, tantus ausus, vt ex tempore composite & ornatissime dicere queas. Absurdissimum autem dicere personæ decorem in verbis non esse seruandum, modo sensus congruat. in verbis sane est sua turpitudo & indignitas quemadmodum & in sententiis. Nec paradoxa Ciceronis tibi hoc in loco quicquam opitulantur, nec Iuuenci carmen, aut scripturarum enarratores. Ad quæ rursus confugis superius iam confutata.

Si sensus congruit Christo, de verbis iniusta querela est, nisi damnas omnes quos recensui. Christus nunquam loquutus est carmine, & tamen sic loquitur apud Iuuencum. Sin minus, eadem venia mihi debet esse parata, quæ datur esse scripturarum enarratoribus omnibus. p Iam si nihil adderem ei, quod in sacris literis habetur expressum, non essem paraphrastes, nec explanator. Mihi satis est quòd quæ adiicio non discrepent a scripturarum sensibus. Et tamē hoc erat tuæ libertatis, indicare loca quæ damnas. Proinde sententiam Solomonis, quæ vetat quicquam addi sermoni diuino, aut illis caue, qui docent cum scripturis pugnantia, aut his qui non verentur ex humanis disciplinis, præsertim ex sophistis ex q Aristotelis & Auerrois monumentis plurima congerere ad diuinorum voluminum explanationem. Sed alicubi profiteor me cælestis oratoris mutare linguam. Hoc vt vt alii calumniantur, r tu certe non minus versatus in oratoribus, quàm in philosophis, agnoscere debebas schema rhetoricum, quo festiuius quidem, sed nihil aliud declaraui, quàm me sensa Pauli sic explanare, vt & facilius & minore cum tædio percipiantur.

Intelligit opinor tua prudentia, quæ subtexis de spiritu sancto, qui scripturā de verbo ad verbum dictarit, cuius autoritati absit vt quisq̄ Christianus velit repugnare, nihil ad nos attinere. Attamen ista tibi nitide & eleganter declamata sunt, sed extra causam. Copiose quidē & illud tractas, multū esse discriminis inter commentatorem & paraphrastē: q commētator relinquit integrum sermonem, paraphrastes immutat. s Consule codices ecclesiasticos, & vide an vllus per me sit immutatus. t Porro nisi aliis verbis vterer, q̄ sacri libri, nō essem nec paraphrastes nec enarrator. u Iam age responde nobis, quid interest, vtrum faciam Paulum meo more loquentem, an enarrator dicat, hoc sentit Paulus, & subiiciat expositionem, quanquàm vt diximus hoc non raro faciunt, & sub persona Apostoli, aut Christi, quoties summatim explicant argumentum loci.

Cæterum quod addis, cum qui sequutus enarratoris authoritatem in errorem prolapsus fuerit, facile posse in viam reuocari, scripturarum subsidio, qui mea paraphrasi deceptus fuerit, nulla ratione posse restitui, x obsecro te per genium tuum vir illustris ioco ne hæc scribis an serio? An parum lędunt religionem Christianam hęretici, qui scripturas non paraphrasi, sed cōmentariis perpetuis enarrant? ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Et in his lapsus vnde restituitur? per

p Si tibi fatis, at certe non satis auctoritati & maiestati scripturarū, quę additamenta nulla admittunt præsertim quum referuntur sub authorum psona, at vero sensus vbiq; consentiant, nunc prætermitto statuēdum lectorū iudicio: sed si cōuenire psus constaret, tot eorum loca, non fuissent a quibusdam censura notata. At non est nostri instituti. nec pręsentis negocii de hoc disputare. Verū hoc sane probare non possum, q paraphrasten agens pscripta ipsius non seruet: cuius hoc vnū est, nouas nō inducere sentētias: sed authoris tantūmodo sensum ex illius verbis collectum, oratione dilucidiori explicare.

q Quid habet commune explanatio cum proprio scripturæ sermone? qui explanat, vtitur omnibus adminiculis, quibus rem dilucidiorem facere possit, aliam habens ab authore personam. Quamobrem commodissimum est, non solum philosophiam & grauiores disciplinas, verumetiam & dogmata minoris notæ artium adhibere, cum id visus postulat. Præsertim autem ipsam philosophiam ad quæstiones theologicas dissoluendas. At certe indignissimum figmēta poetica, fabulas & scommata in illis tractandis inducere.

r Si id non agnoui indicium tibi est, me non tam esse versatum in rhetoricis, vt profiteris: sed da agnouisse: hoc cōtendo his scommatibus non esse vtendum in referendis scripturis. Rhethorica enim diuini spiritus longe diuersa est ab ea quæ Hermogenis & Ciceronis.

s Indecentissime hic cauillaris, sed certe omnes immutasti cum nouam dictionem illis indignam induxeris.

t Si id est, cū hoc nō liceat i recēsēdis scripturis, nō iuria obiurgaris, q̄d icōgruo gn̄e vsus fueris materię quā tractabas.

u Quęris: pmagni, cū psonarū ratio sit tā diuersa. Multa quidē enarratorē decēt quę authorē prorsus dedecerent.

x Et hoc ex arte est, sed agere puersum. Nō scripsi nulla ratione, sed nō pśētaneū nō paratū esse remediū quod in errorē lapsus reuocari possit, cū verba scripturę p singulas clausulas recitent: paraphrasibus autē nūq̄. Proinde cōtingere posses multos patientes labori, conferendi illas cum codicibus, ab errore in quē prolapsi essent non reuocari.

syncerā scripturā. Accipio. Etsi quis traxerit errorē ex mea paraphrasi, nulla ratione potest restitui? Qui sic? Quia nusq̄ extat syncera scriptura? Imo nihilominus extat in tāta turba cōmentatorū. Vnde coarguitur error eorū q in Aristotelē scripsere paraphrases? Nōne ex ipso Aristotele? Quoniā nihilominus extat, q̄ si quis pro paraphrasi scripsisset commentariū. Quid igitur vetat, quo minus hic restituatur per scripturā extantē qui lapsus sit? Imo ob id in marginib. annotaui capita, quo lector cōferre possit cōmodius. Vix & illud arbitror te serio scribere, discrimē esse ne q mihi coniurati, sequant̄ autoritatē meā. Vbi nūc habitat ista autoritas? Apud Germanos eruditos nōnihil habebā gratię, priusq̄ hæc euāgelica tempestas extitit. mox gratia cessit in odiū. Nec vsq̄ animaduerti iuratos quos memoras. y Etiam atq; etiā, iterū atq; iterū in prooemiis clamo, paraphrasim nihil aliud esse q̄ cōmentarii genus, nec volo paraphrastę plus tribui q̄ cuiuis enarratori, si quid lapsus deprehēdāt, mihi imputēt, nō personę loquētis. His ptęfarionibus excludit̄ omne periculū, si quid immineat. z Rursus philosopharis de syllabis & apicibus scripturę diuinę, quę nihil ad me ꝑtinēt. Nā si vera prędicas, nec vetus testamentū vertendū erat in linguam gręcā, nec nouū in latinam. Quot enim apices hic, quot mysteria pereūt? Q̄q̄ hæc vt dixi nihil ad me, qui scripturā prorsus intactā relinquo. a Quod est igit̄ illud detestabile dictionis genus, quo vniuersa immutant̄ & ꝑuertuntur? An ideo tibi visum est initio precari veniā libertatis, vt hęc diceres, b quę peruelim honoris tui gratia abesse ab hac disputatione tā nitida tamq; Ciceroniana? Quod in clausula addis, eos indignos scripturatū lectione, quos sola dictionis suauitas allicit ad eos, fortasse verū est, c sed tñ piū & nauseantes ac fastidiosos illecebra quapiā ad scripturę amorē allicere, quod sane probat & D. August. Sed de his iā pluribus agere tecū nō est ratio, ꝓsertim quū ad istas cauillationes toties respōderim. d Restat vt inspiciam⁹ epilogum tuum. Quoniam in scholiis duobus verbis annotaui de potestate pōtificis, & non exerta, & q olim papa dictus sit summus sacerdos, non summus pontifex, quod tamē vix credo a me scriptū: quoniam dubitaui, num olim fuisset nomen Cardinalium: quoniam in Moria taxo per iocum mores hominum corruptos: quoniam in libello de confessione non pronuncio eam a Christo traditā, quum aliud tum agerem, & alias pie de illa prædicem: deniq; quoniā ausus sum in nouum testamentum, sed tamen commodius commentarii genus scribēre, ob has & similes causas satis liquet me a Lutheranis institutis non longissime abhorrere? Quis nō miretur istā neruosam collectionē? Sed nihil offendor Alberte clarissime, quoniā mihi persuadeo te nihil horū ex aīo tuo scribere, sed quęsisse cāpum in quo declarares quantū possis eloquentia Tulliana. Quod vtinam tentasses in argumento feliciore. Quanquàm Tullius in initio actionis est moderatior,

y Persępe ꝓtestās contra ꝓtestatū agis nec offici potest qđ ais, cum dictione paraphrastica non seiuncta sint, quę personę loquētis queve interꝑtis sunt, sed oratio tā contexta sit, vt nō valeat discrimē ꝑcipi, sed ad authorem oīa referri oporteat.

z Hoc nō tollit, quin mysteria quędā lateāt in verbis & apicib⁹, ꝓpria lingua qua diuinus spiritus scripturā expressit, & quin eorum plurima et si nō oīa ualuerint seruari in ligua in quā versa est eodem spiritu afflante, quam scripturam verti opus fuit, vt latius ꝓpagaret̄. Id autem tanta moderatione factū, vt quę eodē spiritu authore versæ sunt, tantū mutatis verbis vel transpositu, sensuū pura & syncera maneret integritas cum mysteriorum sanctitate cōiuncta.

a Adhuc quæris quod ad fastidiū vsq; dictum est. Paraphrasticum inquam.

b Velles, non dubito, sed alia ratione, tui inquam non mei causa.

c Verum sed seruata authorū & scripturę maiestate & synceritate qđ paraphrasib⁹, ꝓęsertim in scriptura effici nō potest, vtique omnis hui⁹ disputationis summam vnica sentētia absoluam, dico nullum paraphrasten quodcunq; argumentū tractauerit, seruare integre potuisse ꝓpriū & genuinū sensum authorū, quos seq̄tur singulis in locis, sed in multis ipsa dictione coactū propriū seq, oblitū ꝑsonæ quā assūpserit: quē vnusq̄sq; vti pl⁹ eo abūdat, ita magis amat, ꝓinde & ꝑsępe tales hallucinatos, cū nec tāta aīaduersione & reuerētia ꝓsecuti sint authores, quo; ꝑsonā iduerūt: quēadmodū cōmētatores, quos; aliog dixeri hoc eē discrimē, vt hi se autho; mīstros ꝓfiteāt. illi aūt veluti cōsortes & collegas, quāobrē neutiq̄ licere sacrā scripturā eo gn̄e tractare.

in argumentando neruosus, in perorando vehemens. Tu atrociter proponis, parū solide argumētaris, frigide peroras. e Promiseras enim te demōstraturū, me fuisse occasionē, causā, autorē ac ducē toti9 Lutheranę tēpestatis: mea scripta autoritatē adimere sacramētis, matrimoniū pferre cōtinētię: detrahere sanctionib9 patrū, pōtificis dignitati, monachorū deridere pfessionē, deridere diuina, accusare pces horarias. f Quid hoꝝ vel mediocrib9 argumētis docuisti? post tā atrocē ppositionem, post tam elumbem probationem, q̄ frigida clausula succedit? Sed hactenus, inquis, de priore causa, quę multis suspitionem iniecit te ab institutis Lutheranis nō longissime abhorrere. g Suspitio est non sententia, nō omniū sed multorū, me non longissime abhorrere. Q̄z non respōdet hic finis exordio causæ? h Quid autē appellas institutū? Reuocationē Christianę pietatis ad pristinam synceritatē? Hoc iam olim optant probatissimi quiq̧, non ego tantū, q̄q̄ nihil nouarum rerum molitus sum, nisi q̧ obiter de quibusdam admonui. Sic autē optaui, vt nollem per tumultum quæri remedia. Quod fieri necessum erat, si res non principum autoritate, sed populari temeritate gereretur. i Sin institututū vocas Lutheri dogmata, vt summa virtus proxima est vitio, veluti summa liberalitas profusioni, summa seueritas crudelitati, ita summa veritas falsitati. k Transis ad accusationē silentii mei, quam partē vt soles ita tractas, quasi nullā omnino silentii mei reddiderim rationē, quū id toties a me factum sit. Q̄z q̄ falsum est me initio siluisse. Scripto statim ædito testatus sum mihi nihil esse negocii cum Luthero. l Quotquot adibā me velut exploratores sic tractaui, vt intelligerēt mihi Lutheri conatū nō pbari. Si quos habebā amicos apud quos nōnihil vel gratia valebā vel autoritate, hos ab hui9 negocii cōmercio deterrui. Ipm Lutherū admonui, vt syncero animo rē ageret. Apđ ipsum saxonię ducē Federicū ingenue fassus sum mihi Lutheri conatus nō pbari. Et hæc statim initio. m Dic mihi p Aristotelis manes Alberte nū hoc est silere? Quin tu cātionē istā canis Sorbonę, quę tā

d Nimis importune hic de epilogo, cum ego de testatis scripturæ paraphrasibus nihil perorauerim, sed mox ad secundam causam explicandam accesserim, quæ te plurimis fecit suspectum Lutheranæ perfidiæ esse participem: multo enim superius quæ recenses dixeram, sed longe aliter & multa de industria prætermisisti & quidem atrociora, sed tu malitiose hæc imbecilliora tantum colligis, nec vti se habēt, sed extenuata & ex tuo more composita, vt quam infers sententiam, cum ex illis euidenter non sequatur, persuadeas falsam esse ac perperā colligi. Sed inferius recitatis tuis dictis manib9 tangeē qd decernas & sētias, quamuis nūc te tam bellum facias, nam ex illis ois vafricies & astus retūdeē.

e Mox oblitus es eorum quæ iamiam dixisti videlicet me dixisse multis suspitionem a te iniectam ab institutis lutheranis te non multū abhorrere, cum nunc velis me professum esse te fuisse authorem & causam totius Lutheranę tēpestatis. Nonne rubore totus perfunderis, quum istec profers? Præsertim cum ego prolixius disputās quantum inter occasionem & causam intersit asseruerim me nequaq̄ putare te causam fuisse, sed forte occasionē præstitisse aliud petentem. Indulgere tibi possem, si tantum proposita a te non extenuares: sed nimis iniquum sententiam meam immutare & contrarium sensum inducere.

f Nec res postulabat argumenta cum te admonerem, nec locus patiebatur recitare dicta tua, quibus tam euidenter probantur, quæ retuli, vt nullum aliud testimonium desiderari possit

g Accusas me q̧ modestior tecū fuerim verbis q̄ causa postularet. qđ feci ne te offenderē quod tñ præcauere nō valui tanta est tua superbia. h Is semper fuit omnium hæreticorum prætextus, docere veritatem, reuocare veram pietatem & ad pristinam syncer itatem collapsa restituere. hoc prętendit Arrius & cæteri vetustiores hęretici, hoc prætento seculo Vvilclef hoc modo Lutherus ex eius bustis natus.

i Eia his verbis quod magna ex parte petebam, habeo, scilicet vt cuncta Lutheri dogmata execrareris abiurares; Sed si hoc ex animo dicis detrahe cūcta e scriptis tuis, quę illius placitis consentanea sunt, illisq̧ magis arridere vidētur, & res salua erit, tibiq̧ pax cum omnibus orthodoxis.

k Nullam adhuc cognosco causam, quam prætendere possis & quę te excusare valeat.

l λάσει μηδ᾽ ἐν κρατῶ κακῶς. Nā hęc oia sup9 q̄ nūc rursus qđ fere agis vbiq̧, i eo qđ supest voluminis, nec prudēter nec apte vteris cautela qua solēt q questioni non satisfaciunt, eadem sępius repetendi, vt aliquid efficere videantur.

m Sed & te vicissī vir ornatissime p Luciani manes adiuro, age putas ne te defendere qđ officiū nō deserueris cęteros arguens illud pręteriisse, etiam si iure id faceres. falleris sane si id existumas, sed hęc superius & priore, epistola, satis refutata sunt, & omnium quę obiicis reddita ratio.

sero prodidit articulos in Lutherum? Quin tibi ipsi canis, qui cum tanto religionis zelo ardeas, tanta polleas tum authoritate, tum gratia, tanta dicendi facultate, & quod omnium potissimum est, tot annorum sudoribus parara Aristotelicę philosophiæ cognitione sis armatus, nunc demum post annos nouem prosilis in harenam, quum tibi tutum est Romę, velut ex arce religionis omne telorum genus in Lutherū deiaculari. Et quod tu vir tantus non audebas Romæ, me volebas in Germania facere? Hic rursus meam eruditionem, eloquentiam, authoritatem verbis exaggeras, nec vnq̄ his ornor præconiis, nisi quum faciūt ad crimen. Sed facessant hæ strophæ, longe aliud de me pronunciauit literaria sodalitas, cui Romę coryphæus eras, multo aliud apud nos deprædicauit ille δυσπλωματοφόρος, magna pars animæ tuæ, & vt ego sentio, magna pars huius calamitatis. Quid si statim in harenam prosilissem? Meo antidoco pestilentem colubrum, sic enim opinor designas Lutherum, vertissem in fugam, & antrum subire subegissem. n Qui non cessit trium Academiarum censuris, non cessit atroci pontificis diplomati, non cessit edicto Cęsaris, tanti nimirum principis, vt minima portio ditionis illius sit imperium: qui nō cessit incendiis hominū, ac mūdo extrema minitāti, statim meo scripto territus abdidisset se in antrum? Ad id sane persuadendum vere opus sit Tulliana facundia. Quanq̄ quod aliis persuadere conaris, sat scio tibi nondum esse persuasum. o Vbi vero scripsi Lutheranæ tragoediæ prologum mihi fuisse non iniucundum? Scripsi non omnino displicuisse, sed ita nō displicuisse vt tamē reclamarē, imo scripsi mihi nunq̄ placuisse. p Qui nanq; fieri potuit vt reclamarem, si placeret? Sed spectatorem me præbui. Verum cum tot hominum milibus, qui taciti spectabant, quum ego protinus reclamarim. Hominem e proscenio depellere, non erat meum, sed eorum qui spectabant ex orchestra. q Inter hos tu mi Alberte sedebas, cui tanto maior aderat cohibendi mali facultas, cui tutum erat facere, quod alioqui cum vitæ periculo faciendum scribis, & profecto pie scribis. Atq; ideo libellum tot annis elaboratum, nunc demum promulgas, quum pene sit serum, nec id tamen ausus es nisi Lutetię, vbi tutior es q̄ eras Romæ. r Ac vide fortitudinem tuam, qui mihi timiditatem obiicis, nullum impetis in tuo libro, præter Erasmum oneratum inuidia, Lutherum confossum, vt ais, & Huttenum vita defunctum, quum altera factio pene Lutherum obtuerit. Quo grauior erat pestis, hoc celerius, inquis, erat occurrendum. f Recte, sed initio plerisq; videbatur esse pestilentiarum antidotum, a multis dubitabatur quorsum esset euasurum. Hic si meam excusationem non accipis, mecum accusas doctos omnes & Academias teq; ipsum in primis. Vereq̄ scribis Arianam factionem fuisse multo periculosissimam, sed hoc tantum incendium ex improbitate clericorum ortum est, qui hominem

n Probabile quidē si ipm nascentē ad ort' mox hominem deterruisses, nihil enim sol' effecisset, nec magni negocii erat ob tuam auctoritatem & gratiam apud eos qui addictores erant bonis literis efficere, vt illi non se adiutores pręstarēt a te dissuasi.

o Quod nō prorsus displicet aliquatenus placet, quod autem quoquomō placet non omnino est iniucundum: quod & verba tua testantur.

p Iam dixi non probabas rem agi per tumultum: sed cū placebat cum putares cū multis vti scripsisti, Lutherū cęlit' emissū ad castigandū deprauatos hominū mores.

q Et his supra respōsum plusq̄ satis: sed par est agnoscas dictorum tuorum inconstantiā. Nunc vis me regnasse Romę, modo mihi non ausum fuisse emittere libellū meum, sed tantū Lutetię. alicubiq; suppressum: at quomodo suppressus qui ad te triennium anteq̄ Lutetię essem fuerat transmissus?

r Ridiculum, quasi cum tibi scribere & per occasionem Lutheranum scelus attigissem, ab Hutteno in primis ita probatum vt mox cū illo cōspirauerit in catholicā ecclesiā, de oīnibus hęreticis, qui deinde prodierūt, mihi esset agendum, quorum factiones & discrimina, vel solis nominibus mihi nec fuere, nec nunc velim esse cognita.

f Hem pestilentiarum antidotum putasti esse Lutherum. Et rursus academias: sed eidē argumēto eadē responsio.

eruditum per inuidiam e suo contubernio depulerint: t quemadmodum hæc Lutherana tempestas quorundam seditiosis clamoribus huc vsq; incruduit, ac magis etiam incrudescet, nisi melioribus rationibus succuratur, quàm adferunt Sutores ac Bedæ. Sed aduersus hanc ausi sunt scribere Græci Latiniq;, in quibus Hilarius. u Verum nullus illorum tam celeriter scripsit in Arium, q̃ tu volebas me scribere in Lutherum, & Hilarius aliquãto serius strinxit calamum in Arium, q̃ ego iam toties strinxi in Lutherum. Qua quidem in re tuam æquitatem cogor desiderare, magna vehementia rhetoricaris de silentio meo, x quũ Diatribam ante complures annos emiserim, quum aduersus Lutheri Seruum arbitrium, duobus iustis voluminibus pugnarim, quum tot locis sparsim in lucubrationibus meis diuersa ab illo doceam: & tamen Diatribam tibi fuisse lectam in hac ipsa disputatione testaris. Dices, quum hæc ordirer scribere, nondum videram. Esto, sed erat hoc tuæ vigilantiæ, detrahere actioni, quod erat superuacuum. Etenim si non piguit te Lutetiæ tam multa adiicere, præsertim testimonia scripturarũ: nec grauari debueras ea tollere, q̃ vt me apud maleuolos grauãt inuidia, ita te apud eruditos & cordatos vocãt in suspitionem vanitatis. Nõdũ videras hyperaspistas sed vtiq; videras, quũ hæc ederes, imo priusq̃ tuũ libellũ ad me mitteres, & tñ in calce libri sic hortaris me ad hoc muneris, quasi nihil omnino præstiterim. y Culicem me dixi, nõ ex mea persona, sed ex aliorũ sententia, qui quum alias nihil mihi tribuere soleant, nec ingenii, nec eruditionis, nec iudicii, quoties onerandus sum inuidia, mirum quantus subito fiam elephantus. Tu me potius nunc elephantum facis, nunc culicem. z Vbi vero mihi censuram arrogo vniuersi orbis? An q; Moria tangit mores hominum, sed tam ciuiliter, vt quisq; sua vitia citra dolorem legere queat? Ista tibi quidem grauiter dicuntur & ex arte, sed absq; causa nec ex vero. Excusas Academias, q; post officio suo functæ sint, & mihi dicis, tu autem ad hanc bestiam oppugnandam nullas adhuc admouisti machinas. a Id quum sit falsissimum, tamen toto hoc capite mira prosequeris vehementia, perinde quasi sit in confesso. Ita videlicet consueuit Cicero. b Quanquam tuus ille diplomatophorus, quum miscerem cum illo colloquium, dicenti quosdam indignari, q; nihil in Lutherum scriberẽ, respondit, quid necesse est te in Lutherum scribere? Et hoc tamen est totius accusationis tuæ caput. Porro quanquam id temporis sperabam lętiorem exitum, non enim sum vates, tamen si quis probus bonis verbis hoc mecum egisset, nõ

t Quorsũ hęc sed rupta tibi essent illa nisi clericos &, hoc loco monte tuo laceras fes, etiã quanquam falsum dicis. Arrii enim peruersitate & superbia, incendiũ illud ortũ est, quod illi⁹ blasphemię testãtur & pertinacia, abiectis enim sanctissimę synodi decretis, quibus antea subscripserat ad pristinam redit impietatem.

u Nisi mature reclamassẽt patres ipsius proditis dogmatibus non tam cito synodus in Nicena indicta fuisset, Nec Hylarius Pictauiẽsis & si occiduas regiones incoleret in scribendo segnis fuit, quãuis virus illud primũ in oriente natum & dispersũ fuerit, cuĩ mox orientis patres occurrerunt.

x Laudaui (vt scis) laborem tuum in eo argumento, quamuis illo non impetas propria Lutheri dogmata quibus ecclesiam oppugnat, cuiusmodi argumenti sunt & hyperaspistæ. Proinde nec a te recensendi, nisi ad insinuandum te multa & varia in eum scripsisse, recitato plurium titulorum Elencho. Tantum autem abest quod hyperaspistas vidissem cum ad te scripsi, quod nec adhuc quempiam legeram.

y Age quo loco ego quantum ad eruditionem & doctrinam, ita extuli vt vix magis potuissem quo forte multorũ animos offendi, sed hęc a te iam milies dicta sunt.

z Quæris? vbiq; locorum modo vllam occasionem virgæ exercendæ arripere potueris.

a Falsum comprobabis, si doceas te tantum vnum ex placitis propriis refutasse, nam illud liberi arbitrii tam vanum est, vt ab omnibus gentibus ac nationibus cuiuscunq; fuerint religionis, a cunctisq; philosophis quinimo & ab ipso sensu naturæ explodatur.

b Toties obtundis mihi caput de isto diplomatophoro nescio quid tibi dixerit, sed hoc cõstat te a cõpluribꝰ fuisse. fusum, & a maximis pontificis verbis & literis humanissime inuitatum. Sed demus tunc neminem hoc tecum egisse Postea tot sedulo petierunt & petunt cur id non prestas, cur adhuc dissimulas?

detrectassem officium meum. c Huius orationis hæc est summa, Si non probaris Erasmum esse virum, qui doctrina, facundia, ingenio, iudicio, authoritate plus valeat q̃ tot theologorum, eruditorum & episcoporum milia: nisi docueris Lutherum minimo negocio posse conteri, nihil hæret in me criminis, quod non sit cum cæteris commune, & tamen vni mihi intenditur. Vt autem ipse quoq; meum finiam epilogum, Accusor q̃ non scripserim in Lutherum. Scripsi cum primis. At non edidisti articulos. Non enim eram Academia. Et si hic laudatur celeritas, d omnium postrema fuit Academia Parisiensis, authoritate prima. Tum si silentium vocatur in crimen, vides quot Academias vna damnas sententia. Tres enim duntaxat in illum scripserunt articulos, reliquæ omnes hærent in crimine. Non aggressus es hominẽ volumine. Reclamat Diatriba iam pridem edita, nec id semel. At non satis atrociter. Id negat Lutherus, qui nulli respondit acerbius quàm mihi. Verum hic obticuisti. e Imo respondi duobus voluminibus, in quibus nec audaciam, nec seueritatẽ desideres. Verum ante te scripsit Prieras. Fateor, sed ita vt causam indulgentiarum fecerit deteriorem. Scripsit Card. Caietanus. subtilius quidem ille, sed quod ad causæ successum attinet, nihilo felicius. f Ante censuras Academiarum, ante pontificis fulmen, ante Cæsaris edictum, me priuatum in illum stringere calamum fuisset extremæ temeritatis, post hæc scribere superuacaneum erat. Nec enim probabile erat illum vni mihi cessurum, qui tot authoritatibus non solum non cessit, verum etiam ad audenda maiora animatus est. g Hic si dicis, me plus fuisse valiturum, quàm Academiarum censuras, q̃ diploma pontificis, q̃ theologorum libros, q̃ edictũ Cæsaris, ignosce rusticitati meę. nec istud credet quisq̃, nec arbitror teipsum quod affirmas credere. Postremo docet exitus ipse, quantum fuerim profecturus. Lege Lutheri Seruum arbitriũ, ac meos Hyperaspistas, & intelliges verum esse quod dico. Tantum ad insimulationem tuam in transcursu. Nunc multæ sunt causæ, quas literis committere, nec mihi tutum est, nec expedit causæ, cui pariter fauemus. Hęc est enim horum temporum infelicitas, vt periculosius sit hominum commodis aduersari q̃ gloriæ Iesu Christi. h Nec dubito quin hic tua prudentia diuinet quid silendo loquar. i Si quẽ cuneum vidissem, semotis priuatis affectibus, syncera pietate procurantiũ Christi negocium, eo mihi crede per flumina, per lamas, per saxa, per ignes accurrissem, & hodie accurrerem, vel moriturus apud illos. Qui spiritualibus oculis cõtemplantur decorem domus dei, mox eosdem deflectunt ad ea quibus nunc æstimatur ecclesiæ dignitas, non possunt non suspirare ex intimis præcordiis. Sed

c Hem fateris tuũ fuisse officiũ quod non detractasses si aliquis prob⁹ bonis verbis tecũ egisset. Sed põtifices maximi & alii multi id fecerũt, & tamẽ adhuc illud p̃teris, trãsacto decennio. Sed prorsus vanũ eẽt his toties repetitis respondere, quibus iam abunde responsum est, nisi ratio esset habenda minus vigilãtis lectoris, q piorum oblitus putaret hęc noua esse argumenta q̃ prętermittẽtur, eo q̃ difficili⁹ esset illa refutare, & plurima hic dicis, ac si null⁹ scripsisset in Lutherum.

d Adhuc hãc tam celebrẽ academiã carpis? Profecto te nimis amaro esse in illã animo ostendis. Cæteræ academiæ tacentes subscripserũt his quę a paucioribus fuerant definita, quibus insignem iniuris notam inquiens adhuc ipsas in crimine hærere, cum illud nõ a paucioribus tamen damnatum esset, verum & a Pontificis maximi edicto, & a sacri Senatus decreto.

e Adhuc idẽ nonne vides toties id repetens declarare te, nec tibi ipsi videri quæstioni satisfecisse? Nam animis hęrẽt quæ valida ratione semel illis infixa sunt. f Itaq; nullum scribendi tempus vis tibi aptum fuisse. at iamiam dixisti diatribas & hyperaspistas duos scripsisse ante ne an post damnatum Lutherum. Sed tibi indulges, eorum mox oblitus eras: nec vides, q̃ hanc prætendens excusationẽ imprudentiæ & vanitatis accusas omnes qui vel ante vel post eundẽ natum in eum scripserunt, & præ cæteris gloriosissimum Anglię regem, & doctissimum patrem Roffensem: qui singulas Lutheri assertiones tam docte & pie confutauit. g Rursus pedis figuli instar.

h Non diuino, nec sum tam solers vt conücere valeam. i Et phalanges & quadratas acies cuneosq; densissimos vidisti, & vides modo equi tibi sint oculi. At prælii spectator esse maluisti q̃ bellator, sed vtinam tantum spectator non etiam iniquæ partis fautor fuisses.

❦

desino. Posteaq̃ videris tibi satis declarasse, voluntatem scribendi in Lutherum mihi defuisse, docere niteris ex arte rhetorum, mihi facultatem nõ defuisse, pertractans totius doctrinæ Lutheranę summam. Quod si facis, vt me accuses ꝙ non scripserim, iam scripsi: Sin vt instruas ad scribendum, iam serum est, nõ ob id tantum quia iam factum est ad quod arma ministras, verum etiam quia res iam dudum exiit hominum potestatem, nec libellis agitur negocium, sed armis. Quod si cessant leges inter arma, multo magis disputatorii libelli. k Nihil superest, nisi vt agnoscamus manum dei nos prouocantis ad pœnitentiã, & oẽs quicunq; sumus, omnes enim egemus gloria dei, ad illius misericordiam confugiamus. Sin vt omnes hereticorum phalanges vno conflictu profliges, & internecione deleas, vehementer optarim hanc tui libelli partem, aut tam solidis argumentis instructam esse, vt impiis omnibus os opprimat, aut tam felicẽ vt omnes ad rectiora consilia reuocet. Id tamẽ felicius effecisses, si hostilẽ aciem, aut certe ducẽ nominatim appellasses poti⁹ q̃ me. Ceterũ quoniã nihil hic est, qd̃ in meis lucubrationibus inuenitur, non est quod respondeam, nisi ꝙ carptim quędam attingam, quæ tibi huic disputationi visum est inspergere, quo consilio, nõ satis perspicio. In Diatriba reprehendis, ꝙ in principio ac fine sim æquo modestior. l Non ita visum Luthero, declarat volumẽ quo mihi respondit. Sed fuerim, certe in hyperaspistis hoc non potes reprehendere, nec tamen probas, sed editos dissimulas. m Nisi denuo, inquis, scribas in Lutherũ, adauxeris potius hominum de te suspitionẽ, posteaq̃ declarasti Diatriba quid potueris si voluisses. Quorsum attinebat, vt homo quemadmodũ scribis occupatissimus, hic frustra tantum funderes verborũ? n Quod scribis ab omnibus optari, flagitari, requiri, iam dudum a me pręstitũ est duobus voluminibus. Id factũ dissimulas, ne nõ esset locus illis, quę multa, Ciceroniana phrasi declamare pergis. Obiter notas ꝙ nec vita functis parcam, quo minus de illorũ monumẽtis iudicem. o Id si mihi cum omnibus scriptoribus commune est, præsertim cum tuo Aristotele, quẽ optimo iure facis plurimi, quur vni mihi impingitur? p Nec Apostoli, inquis, nec Augustinus vllam prębuerunt occasionẽ. Hoc patiar obtinere te, si docueris Augustinũ nihil suffragari Luthero in quęstione liberi arbitrii, vt de cæteris sileam. Sed non dat occasionẽ, cuius benedicta rapiuntur in occasionem, q quur ego pręstitisse dicar, in cuius libris nihil tale potest ostendi?

De disciplinis humanis sic agere videris, quasi meum dogma sit, purũ rhetorem aut grammaticum posse melius de fidei quæstionibus disputare, q̃ grauioribus disciplinis instructum, quum a me nihil istiusmodi proditũ sit. r Extra controuersiam est, linguarum peritiam theologo necessariam, an humana

k Frigida defensio, postq̃ igitur ad arma ventũ est, cessare debuerunt scriptores, rationib⁹ negociũ peragere. Nonne grauis viri cõmoda oratio frãgere valet iras, & sedare tumultus, ille regit dictis animos & pectora mulcet.

l At visum cæteris quorũ iudicium grauius & vacuũ affectibus, qd̃ & libellus ipse demonstrat.

m Quid ais? Denuo forte putasti hic me dormitare. Contendo te nil proprie scripsisse in Lutherũ, & vis me dixisse, nisi denuo scribas in Lutherum, suasi sane vt argumẽta propria impeteres, posteaq̃ i hoc communi qd posses declararas.

n Quàm vana sunt hæc iam milies a te dicta?

o Non putaui ꝙ te ipsum tanti faceres, vt cum Aristotele te conferres. At illi philosophiam docenti necessum fuit priscorum errata in ea explodere ad veritatem confirmandam. Tibi autem non erat simile negocium, proinde nec vlla ratio taxandi priscos patres.

p Tam Augustinus ea in quæstione suffragatur Luthero, q̃ Lutherus ecclesiæ catholicæ, nisi accipias pedem ex his quæ disputat aduersus Pelagium, pro his quæ definit ac docet.

q Quinimmo vndiq; scatent his sententiis, quas demum Lutherus asseruit & definiuit.

r Id in vniuersum loco illo poscente, attigi eorum temeritate impulsus, qui modo varias linguas calleant, theologica tam audacter tractant q̃ si Aesopi fabulas enarrarẽt. Prorsus ante hoc erroneum exploratũ [illegible] quidem tam Pauli Apostoli testimonio, statuentis potius esse interpretari scripturas, q̃ loqui linguis, tũ lucubrationibus vetusto[illegible]

patrũ vt Augustini, Origenis,& aliorũ philosophiã esse necessariã ad theologiã exacte tractãdam. De linguarum autẽ peritia potiꝰ thema est, cũ pateat plurimos quos nõ negabis esse theologos vnica ligua fuisse contentos, non inficiendũ tamẽ quin linguarum cognitio theologiæ opitulari valeat, præsertim ad quodam eius genus assequendum, nã quẽadmodũ theologia vna & plures dici potest, ita methodus th eologica multiplex.

philosophia sit necessaria, thema videtur vtcũq; disputabile. f De sacris libris vulgo cõmunicandis iã pridem satis aperui meã sententiã, ne crambe toties recocta nauseã moueat lectori. t Q; negas margaritas porcis spargẽdas, & sanctũ dãdũ canibꝰ, male sentis de populo Christiano si dignũ iudicas qui porcis & canibus cõferatur. u Certe Christus ꝓmiscue, simplicibus & idiotis sua mysteria dignatus est aperire, & nuper audiri cœptum est, plebem a sacrorum voluminũ lectione prorsus submouendam. x Vereor ne quibus videatur iniqua partitio, ꝙ Italis tuis vindicas sapientiam cum eloquentia coniunctam, nostratibus nihil relinquens præter inanem eloquentiam, qui vt inquis, studium eloquentiæ studio sapientiæ præferunt. Atqui nusq̃ plures sunt quàm apud Italos, qui tota vita nihil aliud agunt, quàm vt linguam expoliant. Apud nostrates magis viget philosophiæ studium q̃ apud vos, magis etiam theologiæ, quæ apud vos pene tota ad paucos monachos relegata est. Hæreticos appellas eos, qui papam contemptus gratia vocant Romanum episcopum, an hoc titulo sim vsus alicubi non satis memini. Certe si feci, non feci contumeliæ causa. y Veteres orthodoxi honoris gratia solent hunc tribuere titulum, & ipsi pontifices hoc titulo se designabant. z Non est autem ornatissime princeps, quur depreceris offensam, quod me docere visus es. Vtinam tibi vacaret multo plura docere. Quod ad hanc quidem partem attinet, habeo gratiam maximam.

f Ita non aperuisses, sed reticẽda est vt inconsulta quemadmodum declarauimus, & experiẽtia rerum magistra edocet: cum iis in locis in quibus id factum est plurimæ hæreses pullularint, quod (ne longe exẽpla petamus) Bohemia satis declarat.

t Q; calumniose & hic malignaris, accusans quæ Christi verba sunt nõ mea qui ea metaphora declarauit mysteria non esse vulgo pandenda, ne a contemptoribus quos assimilauit porcis conculcẽtur. (contemptores autem tam sunt hi qui res capere non valent, quamobrem & negligunt, q̃ qui res cognitas paruipendunt) aut ab indignis discerpãtur quos canibus comparauit, itaq; ab illorum communicatione vtrunq; genus summouit. Quod & testatur Augustinꝰ in libro de sermone domini, inquiens. Statuendum est ne quid aperiatur ei, quoniam non capit: melius enim quærit id quod clausum est, q̃ quod apertum: quod aut negligit per contemptum vt porcus, aut infestat per odium vt canis.

u Falsum de omnibus, sed vix communia quædam & illa quidem necessaria, nec cognitu multum abstrusa tantum referauit. Abditiora autem solis electis apostolis, nec tamẽ omnibus, nec omni tempore, sed cum oportunum fuit: vt ex euangelio pluribus locis colligitur. Vobis enim datum (dixit Iesus discipulis suis) nosse mysteria regni cœlorum: illis autem non item, ideo in parabolis loquor eis &c. Nec sententiam comprobat quod alibi adducis materna lingua Iudæorũ antiquũ testamentũ fuisse descriptũ, cum quod ex illis non vulgo dispersus esset, sed tantum apud sacerdotes seruaretur, ad quos spectabat illud recitare & interpretari populo. In Deutoronomio enĩ scribitur de scripto volumine & recitato. Moyses tradidit illud sacerdotibus seruãdũ in archa fœderis domini, precipiẽs vt singulo septẽnio illud legerent corã omni Israel: quod & nõ fuisset dispersum promiscue, ꝓbatur ex hoc, ꝙ per Esdrã sacerdotẽ oportuit illud restitui, regresso populo in Hierusalẽ e captiuitate Babylonica. Nõ enim periissent omnia exẽplaria tã breui tempore, si vulgo dispersa fuissent. Quãobrẽ nõ tã improbaf versio scripturæ, q̃ ipsius versæ dispersio. Ad quod vitãdũ & quondã ꝓmulgatũ lege cautũ, ne in linguã vulgarẽ verteref: scripturã aũt nõ facile est capere, ꝓbatos enĩ interpretes exigit quod & acta testãtur: Philippus enĩ Eunucho Candacis reginæ Esaiã legẽti dixit, Putas ne intelligis quę legis? At ille Si nõ aliquis ostenderit mihi, quomodo possum &c. Paulꝰ quoq; inutile putauit loqui linguis nisi prophetæ interpretarentur. Quocirca manifeste cõcludiť eã sine discrimine nõ esse vulgo ꝓfanãdã. x Q; aperte hic malignaris, nũq̃ hoc dixi aut etiã sensi, sed potius cõtrariũ: qđ ex epistola nostra est videre. Alioqui inter sapiẽtes recẽsendos non puta tu qui Lutheri negocio manus dederezetsi eloquẽtissimi essent, tũ aũt illos accusasti scribẽs mihi quotquot erant apud Germanos amãtes bonas literas, ipso statim initio Luthero addictissimos fuisse, eosq; ex iratis amicis tibi factos hostes acerrimos paucis exceptis. Cęterũ fateor & gaudeo in Germania plurimos sapientissimos esse simul & eloquẽtissimos viros, necnõ pietate insignes. y Alio quidẽ seculo & lõge diuersa ratione, his aũt vtẽdũ vocibus quibus sæculũ quo viuis vtiť & qbꝰ nihil detrahaf auctoritatis rei quã indicas, papæ autẽ nomine nõ tã Romanus q̃ catholicæ ecclesiæ episcopus designaf. z Hæc ais ad maiorẽ tibi gratiã cõparandã a lectoribus. Verũ hãc veniã ego nunq̃ postulatu, nec ratio erat, cum asseruissem me scire tibi in promptu esse, & plura & accõmodatiora in foelus illud cõgerere modo velles: frequenter autem in hoc opere tribuis mihi quædã quæ nec vnq̃ somniaui, quod sane periniquum est.

a qualem habituri sint Lutherani nescio. b Illud demiror, quare sub finem libri recinis nobis toties frustra cantatam cantilenam, vt post Diatribam rursus in Lutherum stringam calamum, & stringam acriter, quod cum iam pridem esse factum non possis ignorare, non satis perspicio quo consilio dissimulandũ putaris. Hęc si scripseras nondũ conspectis voluminibus, quanto satius erat hanc coronidem mutari, quod magis in rẽ erat existimationis vtriusq;. Meę, ꝙ sine causa tractor odiose: tuę, ꝙ vel tam piger videberis vt tantum operæ nolueris sumere, vel tam non ingenuus, vt quod est omnibus notissimum dissimularis. Et interim si deo placet, minitaris ni id faciam, fore, vt hęreat in me Lutheranismi suspicio, vt mihi c plurima videantur conuenire cum Luthero, vt probati viri me primum autorem tantorum malorum fuisse prædicent, atq; vita defunctus hanc opinionem mecum efferam. Quid si fecero? nihil horum erit? Nihil, inquis. At iã pridem factum est quod hortaris. d Iam si verum est quod tu tãto studio probare conatus es, Lutherum ex meis hortis letalia legisse semina, quomodo medebũtur huic malo mea quamlibet vehementia scripta? An quod factũ est, fieri infectum potest? Imo suspicionem istam potius confirmauero, si destomacher in Lutherũ. Dicar enim hoc officio priorẽ culpam pensasse. At isto nomine syllabam in Lutherum nec scripsi nec scripsero. Mentiantur, fingant, comminiscantur isti quęcunq; volent. e Pręterea vereor ne quis constantiam in te desideret, qui cum initio fassus sis te de me semper honorifice & sensisse & prædicasse, tamen ingressurus disputationem, hęc in me congeris, ꝙ detraham dignitati sacerdotum & pontificis, irrideam professionem monachorum aliaq; permulta ante cõmemorata. Quę si non credis de me, quorsum attineat in alienis calumniis cõfirmandis tantum operæ sumere? Si credis, qui conuenit vt de eo semper honorifice & senseris & prędicaris, de quo tam multa mala sentis? Iam in illo complures candorem desiderabũt, ꝙ istam inuidiosam cantilenam alieno tempore canis orbi. Ante annos octo quidam improba lingua conabantur eam suspicionem impingere mihi, ꝙ non essem omnino a Lutheri negocio alienus: Id cum esset falsissimum, tamen calumnia poterat vtcunq; probabilis videri. f Tum poterat videri pietas, si me ad profitendum quid sentirem prouocasses. g Nunc posteaq̃ notius est, q̃ expedit mihi, nihil inter nos conuenire, posteaq̃ tot libellis lapidatus sum, posteaq̃ tam late patentis factionis odium in me cõcitaui, posteaq̃ cum ipso Luthero gladiatorio more conflictatus sum, q̃ non tempestiua est ista tua vel expostulatio vel adhortatio? i Expostulas de his quæ mutari non possunt: adhortaris ad ea quæ iam peracta sunt, quorum alterum est superuacaneum, alterũ

a Lutheranorum gratiam nec postulo nec volo, quos tamẽ nõ ita respuo, vt refutarem aliquid proprii sanguinis effundere vt resipiscerent.

b Mihi potius stupescẽdũ huius tuæ demirationis in re tam manifesta cum totius orationis nostrę, is pręcipuus scopus fuerit suadere tibi, vt in Lutherũ scriberes. At cui lectori nauseam non faceres toties crambe recoctas?

c Et hic detraxisti verbum ex mea oratione videlicet cõplures. nõ enim simpliciter dixi probatos viros, id est omnes, sed cõplures id dicturos.

d Tantũ dixi scripta tua id indicare. Quocirca & plurimos id sentire, quib⁹ & subiunxi, quod tu præteris, subortum fuisse lolium, dum putares serere triticum. At cum tu id neges, si in Lutherum scriberes, declarares illum perperam ea collegisse ex tuis, & erronea docuisse, quo officio & si factum non redderetur, infectum saltem nec maneret integrum, sed improbatum: quod si neglexis, magis honorem tuum lędes q̃ aliorum.

e Quàm friuola hęc sunt? hęc ais, acsi pugnarent publice de quodam, honorifice loqui & priuatim eum monere aut reprehẽdere, vel eundẽ laudare, vno in negocio & obiurgare in altero. de tua nẽpe doctrina me honorifice fuisse locutũ scripsi: probasse aũt om̃ia quę scripseras neutiq̃. Quinimmo de multis te admonui, et si mauis etiã modeste corripui.

f Si eo tempore mihi scripsisses eadem attingens, certe ad id faciendum te essem hortatus, quod feci vt primũ tuis literis inuitatus fui, citra quas forte id agere temerarium vel ineptum fuisset. cũ in me nulla esset auctoritas te ad id prouocandi, tamq; ab omni consuetudine alienus essem, vt iure ambigere possem, an solo nomine tibi essem cognit⁹.

g Quòd hic probe rhetoricaris materiam exaggerans, ac si tam atrox in Lutherum fueris vt omnium suę factionis furorem in te conuertisses, sed falleris si putãs cornicum oculos his verbis configere.

etiam abſurdũ, vtrũq; alieni temporis. Proinde quẽadmodũ hic libellus editus nõnihil inuidię mihi cõflabit, pręſertim apud eos q nihil nõ probãt qđ impetat Eraſmũ, quibus & Hutteni expoſtulatio mire arriſit, quũ Luthero videri vellẽt infenſiſſimi, h ita vereor ne apud eos qui ſunt integro ſanoq; iudicio, nõnihil detrahat tuę exiſtimationi, quę multorũ animos occuparat, Albertũ eſſe virũ ęquitate cãdoreq; ſingulari prędithũ. Videberis enĩ arte parũ liberali cauſam meam cum cauſa Lutheri cõmiſcuiſſe, ac veluti linũ lino cõtexuiſſe, ad quod vt videare meis literis prouocatus, multa cõgeris, quũ ipſa res aliud loquatur. Notabũt & illud, quod propoſitio tua multo ſit atrocior, q̃ argumẽtatio, vt hęc ęquis iudicibus nõ videare ſcripſiſſe, ſed hoſtibus tantũ. i Illud certe nullus excuſabit, ꝗ alieno tẽpore edideris, ꝗ ea nõ mutaris, quę res ipſa monebat immutanda, ꝗ diſſimularis poſt Diatribã editos duos Hyperaſpiſtas. Fortaſſe dices me nũc idem cõmittere quod in te reprehẽdo, qui moneã non fuiſſe vulgandũ librũ, qui iam excuſus proſtat. Monuiſſem in tẽpore ſi reſciſſem vbi locorũ ageres, & mox vbi audiui te in Gallis agere, k ſcripſi ſuper hac re literas, quas demiror tibi non eſſe redditas. Nõ minus enim conſulebãt tui nominis honori q̃ meo. Verũ hæc quoniã reuocari nõ poſſunt, boni cõſulamns oportet. l Illud nõ ſatis intelligo, ꝗ petis a me tibi dari veniam, ſi quid intemperantius, concitatius, aſperiuſve videaris in me dixiſſe, moneſq; ne quid tale ſuſpicer in me dictum, ſed omnia referam in Martinum, in cuius mentionem nemo poteſt incidere, qui modo ſit Chriſtianę religionis ſtudioſus, quin excandeſcat & frena modeſtię relaxet, ꝗ aduerſus tam impium, m vt ais, & tam mordacem hæreticum verba temperare, cõtra omnem modeſtiã, non ſolum contra pietatẽ eſſe videatur. Ignoſces Alberte clariſſime ſtupori meo, quod genus zeli hoc eſt, ſic iraſci hęretico, vt in hominẽ orthodoxũ deſtomacheris? n Iſtud phreneticorũ eſt, dum iraſcuntur inimico, ferire amicum. Quanq̃ solẽt ægroti quoq; in ſummo cruciatu, chariſſimos etiam maledictis aut pugnis impetere. o Si quid tale eſt, doleo me tibi tam fuiſſe propinquũ. Sed ego fortaſſe nõ aſſequor ſenſum tuũ, & aliud quiddã iſtis verbis exprimere voluiſti. Nõ enim illud opinor metuis, ne quicquid in Lutherũ dicitur, exiſtimem ad me pertinere. p Si tam bene volebas mihi q̃ prędicas, humanius erat mea in cõmodum interpretari ſenſum, potius q̃ bene dicta huc detorquere, vt viderentur Lutheranis congruere, vt ſileam, ꝗ multa odioſa commemoras, q̃ in ſcriptis meis nuſq̃ reperias. Et ſi tã male volebas Luthero, q̃ videri vis, vtinam iſtam acrimoniam in argumentando potius q̃ in procemiis declaraſſes.

h Gratiam tibi habeo huius ſolicitudinis q̃ tibi deponẽda eſt cũ longe maior de te ipſo aſſumenda ſit. Nã tibi plurimũ verẽdum ne hac tua mani & cauſſoſa reſpõſiõe plurimum exiſtimationi tuae detraxeris, a quaſi morſus & calumnias, ſi plures repetita detrahas, parum quid pter aliquot verbula ſuperit, ſynceri autem vel ſolidi certe nihil.

i De his omnibus dictũ eſt vſq; ad faſtidium.

k Certe mihi redditę nõ fuerunt, quod miror non factum, ſi fido alicui amico illas direxiſti, & tamen iam plures vltra annum menſes fueram Lutetiæ, anteq̃ epiſtola ederetur. Quod ne fieret adhuc magis reſtitiſſe, tibi morem gerens, ſi illas accepiſſem.

l Et hic more tuo meis verbis aducis illud in me, cum ego ſcripſerim, ſi quid aſperius ſcripſiſſe viſus fuero, nihil tale in te dictum eſſe ſuſpiceris, ſed omnia in Martinum.

m Et hic ne lęderes Lutherum diligenter præcauiſti, addens meis verbis meis recitatis illud, vt ais, potuiſſent enim Lutherani, niſi id egiſſes putare te eandem ſententiam probare.

n λέξων μοὺ ποταμος, νοῦ δὲ σταλαγμός. Non quadrãt eundẽ eſſe inſanum & phreneticũ, & virum clariſſimũ, ſed indulgendum linguæ volubilitati animoq; ęgroto.

o Potius tibi dolendum te tã proximũ eſſe Luthero, vt fere vulnus illi inferri nõ poſſit, quin & cutẽ tuã attingat.

p Non ſum tam ſolertis ingenii. Vtinam licuiſſet, ſed huiuſcemodi ſunt plurima, vt in bonam partem interpretari nequeant, vel ſi aliquatenus tantummodo ab authore ea exponente aduerſus ſenſum, quem verba faciunt. Tuum autem erat ſi id fieri poſſe putabas id agere, & cum triennio ante ad te ſcripſiſſem, mihi ſatiſfacere. An autem quicquã detorſerim, vel potius mitigauerim, iamiam dicta tua teſtabuntur.

q Ibi cominus res agitur, ibi spectator expectat, vter stet aut cadat. At hic frequenter tam diluta est tua oratio, vt non tam euincere quod proposuras, q̃ precario impetrare velle videaris. Relege disputationem tuam, sed vt alienam, & comperies sic habere, expedit aut non lacessere Lutherum, aut validissimis argumentis rem agere. Verum hoc nunc sero moneo. In summa, vtinam aut in alio quopiam argumento declarasses nobis, quantum ingenio valeres, aut certe quod tractare visum est, aliter tractasses. Postremo quod me inuitas ad amicitiæ fœdus, lubens amplector, polliceorq; me licet cæteris omnibus inferiorem, beneuolentia studioq; propensæ voluntatis nusquam tibi cessurum. Sed mihi vicissim ignoscas oportet vir ornatissime, q; ipse dũ atroces calũnias a me depello, quædã fortasse liberius dixisse videbor q̃ pro tua dignitate. Vtinam fuisset hoc concertationis genus, in quo licuisset simul & tuæ dignitatis & meæ salutis rationem habere. Quin & illud boni consulas oro, quòd expolitissimo libro, rudi planeq; Batauа epistola respondeo. Si obticuissem, verebar ne quis interpretaretur id tui contemptu factũ, & ad hãc operam vix dati sunt sex dies, quorum tamen magna pars in alias occupationes erat distrahenda. Extemporarium est quicquid vides. Et si maxime suppetisset ocium, non sum adeo meæ mediocritatis ignarus, vt vel eruditione, vel eloquentia velim cum tali viro certare, quales ego semper venerari soleo potius quam æmulari. Bene vale. Datum Basileæ Idibus Februarii. Anno M.D.XXIX.

q Id probare pertinebat, & non tantum referre, quod sycophantarum verius est q̃ pro veritate disferẽtium. Ita enim & me docuisses eorum infirmitatem, & cæteris meam stupiditatem tuamq; vigilantiam declarasses, vel saltem veram scientiam, cum illam profitearis, solidioribus argumentis confirmasses. Nã maiores maiora sonant, nec omnia possumus omnes. Sic enim satisfecisses humanitatis & pietatis officio, sed de his statuent qui extra ludum sunt.

ALBERTI PII CARPORVM Principis ad præmissas D. Erasmi expostulationes Responsio, & in sequentia opuscula Præfatio: quam Erasmicis præmisisset, si eas sine margineis scholiis subiungere e re visum fuisset.

A NVNQVAM Putassem clarissime Desideri, mihi negocium huiuscemodi tecum futurum: quod sane plurimis rationibus est mihi permolestum, nec quo id acciderit fato, satis perspicere licet. Verumenimuero non inscius sum compertum esse longo rerum usu, non tantum in rebus, quarum natura parens est, verumetiam in humanis, quas apertius consta t destinata quadam ratione peragi, plurima casu & fortuito fieri, quæ nunquàm fuere proposita. Hoc pacto plurimas domus, basilicas, templa, vicos, oppida, portus, vrbes conditas, initiis quidem exilibus ac fortuitis: e quibus nonnullæ pari sorte & mira felicitate, ex casis in regias & palatia, ex humilibus viculis in vastas & insignes vrbes præcipuasq; regnorum sedes, euectæ fuerunt. Pari conditione, & horrenda bella gesta temerariis prorsus principiis, vel paruo dissidio orta, e quo tamen magnum incendium est inde secutum, quæ nunq̃ consulto suscepta fuissent: nec in exemplis est immorandum, cum omnes chartæ eorum sint refertissimæ, & quæcunq; a me in medium adduci possent, tibi sint exploratissima, similibus auspiciis & plurima conscripta sunt editaq; volumina, quę ab authoribus nunq̃ antea fuerant decreta: quinimmo nec eorum propositi cum illa scribere iam ordirentur: sed ita forte datum, vt cum statuissent, ipso initio vix vnam oblinere paginam, plusq̃ iustum volumen scripsisse. Persæpe enim contigit poetis vt dum epigramma aut elegiam, tantum canere proposuissent: integrum poema conscriberent. Aliis cum epistolam, magnum codicem: quibusdam cum ad commendãdam insignium rerum memoriam, vix diarium vel commentariolum, integram historiã texuerint. Plerisq; cum vnico argumento respondere, vel soli quæstiunculæ satisfacere: sese suggerente materia, sensim ipsos nil tale cogitantes, disputationum ingens volumen conscripsisse. Idem accidere & in aliis rerum generibus res ipsa edocuit: nam talem humanarum rerum esse statum, si quis diligentius perpendat, cognoscet: vt forte non pauciora in his fieri cõtingat, casu quodam siue temere, saltem in ipsis exordiis, q̃ certo animi decreto præstitutoq; mentis proposito. multis tamen casus dedit initium, quæ progressum deinde habuere consultũ. Nonnulla vero prorsus inconsulto cœpta & perfecta: quinimmo & quędam omnino in diuersum cecidere, ab eo quod fuerat constitutum. At multa inferioribus causis collata fortuita esse & videri manifestum: quę ad superiores relata sunt consultissima: quibusdam enim in rebus ducuntur mortales quodam interno impetu ad aliqua peragenda, e quibus eueniunt longe diuersa, vtilia vel incommoda, quo impetu a naturę interpretibus, scite quidem bene fortunati vel infortunati dicũtur: qui tameo impetus miris modis occulte a causis superioribus prouenit, præsertim ab illa primæua & superexcelsa, a qua cæteræ

omnes pendent: cuius consilio & decreto cuncta moderantur: cuius arbitrio nihil potest reniti: ad quæ tamen nunq̃ ipsi spectarunt, nec etiam inter agendũ statuunt, vel tantum cogitant: cum etsi quę deliberate agunt arbitrii facultatę operentur, non enim illius libertas tollitur. Attamen id quãdoq; non percipiunt, & longe minus quid exinde fit secuturum ad quid ve spectet quod peragunt. Diriguntur tamen summi creatoris decreto: qui omnia ineffabili sua sapientia, & iudicio inscrutabili, suauissime gubernat. Sed hęc altioris sunt contemplationis, nec hoc loco vltra prosequenda. Prętermittens igitur multa quę ad hanc quæstionem adduci possent hoc tantũ in pręsenti assero, exploratissimum esse in humanis rebus cuiuscunq; generis sint, multa fortuito fieri, quę neutiq̃ cõsulto cœpta aut facta fuissent. Cuiuscemodi & hoc negocium nostrum esse dignoscitur, quod nemo nostrum arbitratus fuerat euenturum, ipso initio nec tibi primo scribenti nec mihi respondere decernenti, id tamen, deus optimus maximus vtriq; bene vertat, & sua infinita bonitate ac clementia faxit, q̃ plurimis fore commodum: nemini autem nocuum. B

Scripsisti ad me pridem, vir ornatissime epistolam expostulatoriam duorum capitum: quorum primo querebare me passim ac palam verbis meis derogasse doctrinę tuę: altero, me vbiq; dicere tum in conuiuiis Cardinalium, tum in cõciliis eruditorum, Erasmum Lutherani tumultus primũ authorem & causam fuisse: de hocq; agens mihi declarasti qui fuissent primi fontes huius mali, culpam omnem in theologos, sacerdotes, & monachos quosdam reiiciens: quibus querimoniis respondere studui q̃ humanissime: ob id tamen nunq̃ a vero deflectẽs, nihil dissimulans, sed citra omnem fucum syncerissime: & quod primũ attinebat, dixi copiose q̃ magna apud me esset ęstimatio tuæ doctrinę: quod autem ad alterum: ingenue sum fassus, quid protulerim, aut ab aliis prolatum fuisset me coram, vt fit in colloquiis familiaribus quę cũ plurimũ abessent ab his quæ tibi delata fuerant: meo in te non vulgari amore incitatus, amice etiam tibi causas exposui, ob quas multi mouebantur ad ea de te prædicanda. Vnãq; esse sumptã ex his quæ incautius scripseras, quibus multis stomachum feceras pietatis causa, titulosq; quorũdam capitũ, præsertim eorũ quæ & mihi videre cõtigerat, & minus probaueram, tibi summatim recensui. Aliam autem causam assumi eo q̃ silueris in negocio Lutherano, in quo Erasmũ tam celebrem virũ tacere non licebat. Accusabaris inq̃ (nec prorsus iniuria) te alioqui scriptorem eximium ac promptissimum, quocunque in genere: quasi spectatorem & medium prebuisses in causa fidei: in qua conueniebat te acerrimum propugnatorem præstitisse: quibus expositis peramanter te monui, quo medicamine hæc vulnera sanare posses: vt ne cicatrix quidem superesset: idq; facillimum factu tibi esse demonstraui, tũ ob egregiam variamq; doctrinam tuam, & singularem illã facũdiam tecũ natam, studioq; & diligentia ad perfectũ redactam, tũ quia tibi negociũ foret, cũ insanissima doctrina infirmis radicibus nec alte subsidẽtibus innixa: quas succidere demonstraui non esse operosum. Attigi etiã peculiaria quædam dogmata ex illis pullulãtia, ab infando Luthero collecta: quæ putaui a cæteris scriptoribus aut prorsus fuisse neglecta: aut vix attracta: vt pote tanq̃ leuiora: cætera prętermisi, eo q̃ instituti mei non esset aduersus Lutheri furores scri-

bere: & quia doctissimos viros cognoueram illos ex proposito confutasse. Præterea iudicaui succisis, vel saltem attritis radicibus, arborem erectam diu stare non posse; sed breui collapsuram: modo essent qui illam adhuc pertinacius terræ cohærentem quaterent. quamobrem cum te robustissimum athletam cognoscerem, & proinde idoneum prę multis ad illam quassandam, vt illam impeteres, in Lutherum perstringeres calamũ enixius rogaui, hortatus sum, contẽdique quoad licuit: verum irritus fuit omnis conatus noster te in priori sententia (quæ te culpabilem apud omnes pios effecerat) persistente. Qꝫ si meam amantissimam admonitionem, meas preces, meum iudicium non probares, sed aspernareris: non erat tamen vt ob id mihi succenseres: nã vt dicitur in comœdia, Qui monet adiuuat non lædit. Quamobrem cum arbitrarer me non solum expostulationibus tuis cumulate satisfecisse, verum & a te mihi gratiam haberi, quod præter id etiam amici officio fuissem functus: Ecce post annos duos extemplo alia epistola, priore longe acerbior, quamuis principio ipso blandicula videri possit, quibusdamque verbis honorificis magna calliditate interspersa, in qua mirum in modum excandescens, expostulationibus prioris alias plerasqꝫ, sed ratione prorsus vacuas adiicis. & ea quidem typis excussa, nec tamen a te vel antea, vel post vllo modo ad me trãsmissa, quod sane potius rusticum fuit quàm vrbanum, qua omnia quę scripseram trahens in diuersum, nilque boni cõsulens declaras q̃ periniquo animo tuleris officium meum, vt oblitus non tui, sed modestiæ viris grauibus & præsertim studiosis decentis plurima in me iacularis, veluti in hostem & aduersarium, appellans meam benignam (ni fallor) responsionem tui accusationem, ac si ego in te fuissem inuectus, non autem amice potius admonuissem. Quam autem ab inuehendo mea epistola fuerit remota, statuendum permitto legentium iudicio. Nil enim in ea protuli te attingens, quod ad expostulationes tuas plene purgandas, & conceptas de te prauas opiniones abolendas non pertineret. Et hæc omnia humanissime magnam habens tui nominis rationem, solicitus vt nec verbulo te lædi arbitrari posses.

C Attamen quasi te vindicans, ac de me pœnam sumens, plurima in me tela iecisti, pensastique meum officium probris ac maledictis quamplurimis, e quibus nonnulla attingam. Primum obiicis stupiditatem ac negligentiam, quod in te scribens non viderim scripta tua, sed relatui aliorum steterim male de te sentientium. Prę terea vanitatem & ineptias, inquiens, nihil me attigisse, quod ab aliis antea non fuerit pertractatũ, & a te illis apprime responsum. Ad hæc tarditatis inconstantiæ imbecillitatis ac inscitię accusas. Postremo. vt pharetram protinus excutias: malitiam vafriciem, etsi deo placet etiam phrenesim impingis, eneruia enim ais & prorsus diluta esse omnia argumenta nostra: vehementioremqꝫ esse in prologis & orationis initio, q̃ ipso progressu, te laudare vt magis vituperem: multa recensere a te dicta quæ nunq̃ scripsisti: furiosorumqꝫ more te impetiisse, volens Lutherum impetere, ni vtrumqꝫ voluerim: vafre & malitiose, quemadmodum faciunt hi qui ex eadem fidelia (vt dicitur) duos dealbare parietes volunt. Deniqꝫ colligis quędam minutula, ac pene puerilia, vt chartas impleas: quæ vel typographorum negligentia aut exemplaris vitio forte exciderunt, ad me autem nihil pertinere possunt. Ignosces si lubet Erasme liberius proloquẽti, quęnã

hæc animi tanta elatione, dicam superbia: vt nec ferre possit amicum optima suadentem, nec quenquam beneuole admonentem. sunt equidem multi ita insolentes, tam turgidi, & sibiipsis placentes vt nec se continere queant, quin seipsos laudent, sua iactent, efferant, qui reprehensorem aut obiurgatorem nequaquam patiuntur, hi tamen quoquomodo tolerabiles, cum naturę instinctu omnes laudis cupidiores simus, & vituperii aspernatores. Ante paucissimos inuenies tam inflatos qui amicum, admonentem beneuolumve hortatorem ita oderint: vt illum maledictis insectentur, & qui tales sunt: equidem non ferendi teste hesiodo,

οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρεῖος ἀνήρ.

Sed quid agis Erasme ita me impetens, tam acriter verberans, mihi credas, D in vanum niteris: quis enim ita insultes, vt patientissimi etiam bilem excitare possis: non tamen efficies tua mordacitare & petulantia, vt a me ipso recedens tibi similis efficiar, seruabo morem meum, nec ab instituto quoad licebit discedam. facis equidem mecum, quod cum aliis facere consueuisti, & quod commune est omnibus. qui non valentes sustinere causam quam tuentur, ad conuicia & maledicta se conuertunt: vel aliis quæstionibus aut argumentis propositis: ne si reprehensa illis pensarentur, diuertere a proposito student: peruersissimũ autem de veritate differentes, quod & Cicero tuus asserit ad conuicia sermonem conuertere, & huiuscemodi technis vti, a quibus adhorret animus cuiusque grauis & candidi viri. Permittuntur hæc quidem pueris, ad quandam exercitationem nonnunquam & causarum patronis, ad interponendum moram in causa difficiliori, vt deinde maiori diligentia negocium discutere possint: & causam rursus agere valeant, antequam definiatur. Condonatur & ore disputantibus, vti quoddam effugium: cum efficaciori argumento extemplo adoriuntur, ne impręmeditati conuincantur. Et tamen oppugnantes (cum id fit) non ignari cautelæ dicere solent, contra argumentari, vel nouas inducere dubitationes non est obiectis satisfacere. At scriptoribus (cum eorum sententiæ chartis exarate, permansurę sint:) & pręsertim philosophis, quos conuenit esse grauissimos & sinceros, indecentissimum. Theologis autem quorum eloquia debent esse examinata, & pre cęteris omnibus pura, & verissima per iniquũ. Sũma autem totius tuę respõsionis, quin potius tuę fugę his capitibus cõstat. Primũ aliis respõdisse, quasi omnis qui respodeat, causę satisfaciat. Pertinaces autẽ euicti nec silere possunt, nec impudentium ora vllis probationibus argumentisve negociũ demonstrantibus obtrudi. An autem satisfeceris non tui est arbitrii definire: sed eorũ qui extra causam sunt, obiecta, & quæ illis respondisti diligentius perlegerunt. Verum si cæteris ita respondisti, quemadmodum doctori Bedæ & mihi: (nam & illa mihi videre contigit vtpote coniuncta responsioni quam mihi fecisti) non est quod tibi plaudas aut glorieris. Secũdo capite denegas aperta fronte te ea scripsisse quæ tibi recensui. Huius autem veritas liquido constabit, recitatis locis tuis, & an ego falsarius fuerim, an tu sis mendax. Alio conuiciis & obiectionibus inniteris, ac iam egisse contendis

id ad quod suadebare: vt videlicet in Lutherũ scriberes, vltimo eadem quę prędixeras rursus inculcans plusq̃ millies indecore repetis: vt saltem ipsa repetitione plures chartas impleas: libellumq; libello penses, & legentium animis aliquid eorum infigas: saltem vi & arte ac si clauum frequentioribus mallei ictibus configeres, qui imbecillitate sua retrusus & inflexus potius fuerat, q̃ primo impetu infixus. quod quidem cognoscet quisquis diligenter & oculate ipsam tuam responsionem perlegerit. Nec tui eloquii suauitate, fluentisq; orationis lepore: ita fuerit præoccupatus, vt minus sententias perpendat, sensusq; perquirat, & ipsius orationis medullam siue animam capiat, laboremq; diffugiat conferendi singulas responsiones singulis meis propositionibus: quod si secus fecerit, & omnia conferat crediderim testaturum te nec vni tantum satisfecisse, sed tantummodo inania verba pro rationibus attulisse.

E Sed forte excusandus ob id quod scripsisti, videlicet quicquid tua responsione exarasses, totum extemporarium esse. Ad ea autem quæ mihi obiicis: tibi paucis respondebo. Primum si verum esset quod inquis, me tua non vidisse, de quibus te monui: dicere inquam possem nec oportuisse, cum illa tibi non obiicerem, sed tantum referrem ab aliis obiici. Non enim qui aliquid indicat monetve, accusat vel criminatur. Attamen si illa mihi protinus fuissent incognita, nec vllo modo visa, in lucubrationibus tuis: nequaq̃ dicere valuissem, illis recensitis ea verba, quod cum tu sæpissime facias vt est videre in tuis monumentis a multis fane reprehenderis. Videram igitur illa Erasme doctissime, credas, & tantum nausee fecerant vt me impulerint, pręstita occasione, te de illis commonefacere. Hic tamen potior est tuæ responsionis cardo, quod repetis plusq̃ sexcentis locis. Alteri capiti videlicet q̃ nihil attigerim non antea ab aliis tibi obiectum, & a te purgatum, non equidem crediderim esse verum: attamen etsi esset, nihil mea interest. non enim oportebat me illa videre, te tantummodo admoniturum. Pertinuisset autem si aduersus te scribere statuissem, & illa refellere: sed nihil minus cogitanti tale quid, satis mihi erat tibi recensere ea quę me offenderant inter legendum quędam tua: & quæ reprehendi a pluribus audieram.

F Non enim putare debes Erasme ingeniosissime, studiosis etiã omni cura vacuis, tantum vacare: vt omnia scripta tua (quorum pene infinitus est numerus) aliorum ve qui indies nouos ędunt libellos: quos (vt ait ecclesiastes) faciendi nullus est finis, perlegere valeant. Non enim potiora studia, quibus dediti sunt, intermittenda censent: vt his leuioribus & nouis incumbant. Et si qui id faciũt, potius curiositate adducuntur q̃ vera ratione. Non enim par est bonas horas consumere: in perlegendis his contentionibus pauxillę vtilitatis. Ego (vt ingenue fatear) ex lucubrationibus tuis non multa legeram, cum tibi primum scripsi: non quod illas contemnerem: sed quod tantum ocii non fuerim nactus. Primum ante decẽnium percurri quædam in volumine adagiorum, quod eruditissimum & cõmodissimum, studiis pręsertim humanioribus, iudicaui: & vtinam semper in eodẽ genere similiq; materia versatus esses: breui deinde prodiit Moria, quam auide perlegi: ipso initio inuitatus vt pote non minus festiuo q̃ elegãti & docto, cum autem vniuersum opus absoluissem, tot offenderunt, ita bilem excitarunt, q̃ ab aliis scriptis tuis (quæ postmodum edidisti) perlegendis de-

terruerint. Illud tamen de confessione legi totum, & diligenter titulo ipso pro-
uocatus, pari ratione & Diatribam, versionemq; noui testamenti quibusdam in
locis delibaui. Itidem feci in paraphrasibus: paucula quibusdam aliis in libellis
vix attigi: de apologeticis nihil prorsus, nisi aliquot ex cęsuris Stunicę: eo q; Ro
mæ esset: & tuas illis responsiones. Habes quæ ex tuis viderim vel aliorum qui
te taxarunt, anteaq̄ tibi scripsissem: cætera prorsus incognita fuere, ita q; nec tan
tum tituli librorum nomina ve authorum, quos recenses, fuerint nota.

At posteaq̄ has tuas postremas accepi: studui mihi illorum comparare q̄
plurima: non enim omnia comperire valui. Ea tamē nec adhuc legere attentaui:
deterritus voluminum multitudine, sed tantummodo ea quæ magistro Bedæ
respondisti. eo quod illa annexeris responsioni nostræ. Sed quorsum hæc? vt
tibi declarem quæ mihi obiicis non vidisse nec videre idem debuisse. Quod au-
tem ais de imbecillitate rationum aduersus fundamenta Lutheranę insanię: cer-
te pertinebat edoceres, in quibus deficerent, elingues ve essent: vt saltem in-
strueres alios qua via, quibus viribus, solide ac efficaciter expugnari possit
Lutherus: vel vt ipsum defenderes, cui tantum fauere videris: nam contendens
argumenta omnium doctrinam ipsius improbantium friuola esse & inania, nec
ipse meliora inducens, illam oblique confirmare dignosceris. Tu autem quod de
meis rationibus aduersus ipsam inductis asseris: idem prædicas & de his quæ
doctissime scripsit sancti Sixti Cardinalis Caietanus, Siluester Prieras, & cæte-
ri. Dicere autem eas infirmas & enerues esse, nec id vlla ratione probare: facil-
limum quidem cuiq;: at docto viro prorsus indignum. Cuius nihil est affirma-
re: nisi quod aut ex sese sit perspicuum, aut ratione confirmatum. Vis enim qua-
si precario id tibi credi: quod commonstrare oportebat: De vafricie & malignita
te, quam mihi obiicis: relinquo decernendum, his qui affectibus vacui, meam epi
stolam legerint. Laudaui te vir eruditissime: quibus nominibus sane es commen
dandus: pari ingenuitate, improbaui ex tuis quæ nec mihi probantur nec plu-
rimorum iudicio (cui longe magis sto q̄ proprio) quouis modo probari pos-
sunt. Et libere tibi exposui multa ex his quibus accusaris. An mendax falsarius
ve fuerim in illis recensendis (vt diximus) inferiora testabuntur. Quod ad de-
lirium & phrenesim attinet: vt agnoscas iure ne an iniuria querare: cum Luthe-
rum petens (vt ais) te etiam impetierim: velim a te edoceri vir cautissime: quo-
modo id pręcauere potuissem cum tu illius negocium cum tuo coniunxeris, in
epistola quam ad me scripsisti: singulisque partibus illius mihi responden- K
dum esset: & omnibus expostulationibus satisfaciendum. Præterea nec, no-
uum est nec inusitatum scriptoribus, per occasionem quædam dicere, ali-
quantisper digredientes: quæ ad eum non pertinent cui scribitur: nec ad ne-
gocium de quo agitur. Hoc enim omnes qui scribunt faciunt: & persæ-
pe non solum opportune sed etiam facere coguntur: præ cæteris autem tu
frequentissime: quamuis forte non semper seruato decoro, nec analogia, vt
cum ex his tractandis quæ ad sacram theologiam pertinent, te transfers ad ea
edocenda, quæ ad grammaticam, aut rhetoricam, vel monachos, & sacerdotes
insectandos, theologosve carpendos attinent.

H Sed hęc missa faciamus. Satis enim declaratum est nullum expostulandi tibi fuisse locum: ex hoc, ꝙ tibi scribens inseruerim quędam in Lutherũ. At mihi longe maior & iustior esset causa expostulandi quod meo negocio & illud doctoris Bedę coniunxeris: vt titulo tenus illi volueris esse connexum eadem pagina: sic enim habet titulus: Desiderii Erasmi Roterodami responsio ad epistolam pareneticam Alberti Pii Carporum Comitis: Eiusdem annotatiunculę quędam extempotales ad nenias Bedaicas: nihil horum non nouum est. Frobenius. quem tamen Bedam (q̃uis insignem theologum & virum optimum) tanto ludibrio habes, totq; probris incessis, vt nullum honoratius de eo verbum proferas, q̃ ꝙ etiam communi sensu careat. Non tamen de hoc queror: & si astum cognouerim, nihil enim actioni meę detraxisti: sed potius aliquid authoritatis accessisse ex coniũctione operis tam docti & probati viri putaui: quamobrem nec, id in malam partem accepi: quod pariter a te erat faciendum, cum tibi respondens quędam in Lutherum improbauerim. Nec queror ꝙ mihi illudés, me magnum oratorem effingas: quandoquidem tibi vsui venit: vt orationi meæ fidem detrahas tanq̃ ex arte compositę potius q̃ veritati studiosę: cum tamen contrarium sentias, quod nec tibi constans aperuisti, pluribus in locis me carpés, ꝙ rhetorices præcepta fuerim transgressus. Non enim te latet Erasme me in his studiis non fuisse exercitatum: sed philosophiæ prorsus addictum: quantum homini vacare licuit. quod equidem testatur oratio nostra simplex inculta, nullo fuco, nullis phaleris, ornata: prout natura suggerebat, non autem ars edocebat, cõtexta prorsus illaborata, humilis, non inflata, sed vix latina: nulloq; artificio composita, quę si vlla parte placere possit, aut saltem non protinus displicere, illa sane est quod syncerę veritati tm̃ innixa, omni affectatione & arte careat. Attamen tanta est vis veritatis, vt horrida & rustica oratio: cõcinnam & elaboratissimam nonnunq̃ superare faciat. Hinc est ꝙ in agendis causis infacundi oratores eximios & ventosissimæ linguæ patronos persæpe euincant. Non enim omnium iudicum aures ita verborum lenociniis, & orationis suauitate capiuntur: vt rectum iudicium in ipsis peruertatur, oculatissimorum visus quemadmodum nec non equidem prudentiorum hominum sensus muliebri syrenarum cãtu at mortifero sopiuntur alliciuntur circulatorum prestigiis. Sed de his hactenus. Nam superest etiam respondere cęteris expostulationibus.

I Si tibi vir spectate tam graue, tam molestũ fuit: epistolam nostrã publicari, vt ferocieris: q̃uis non sit agnoscere causam tantę tuę acerbitatis, tu tibi imputato: effecisti enim tu, inquã, vt me inuito ederetur. Arguméto etenim esse tibi potest: ex animi mei sentẽtia id nõ esse factũ: quod tertio demum anno ex quo ad te illã transmiserã fuerit emissa. Quid enim vetabat? quę ratio suadebat? vt tandiu differam si facere statuissem? Cur non Romę mox aut breui, postq̃ ad te transmissa est, id factum fuit? Verum, credas, velim me nihil minus vnq̃ cogitasse, quàm ꝙ ederetur, quemadmodum enim iudicabam ineptum esse & ratione vacuum scribenti libros, ad cõmune cõmodum, vel ad declarandũ experiendum ve quid in eo genere posset illos diligẽter recognitos & mature examinatos, nunq̃ edere sed supprimere, ita ineptius & magis vanũ sentiebã esse priuatas literas, scribẽti eas publicare, quę sentẽtia ita animo inhęserat meo, vt diligẽter cauerim, nè

ipsa epistola a quopiam alio me inscio publicari posset: quamobrem præcipui etiam amici quos latere non poterat me tibi respondisse, nunq̃ a me impetrare valuerint, vt tantummodo eam lustrandi eis copiam facerem, commodato exemplari (quod vnicum solummodo penes me erat castigatum) cuius rei testes appello quotquot iurati amici Romæ tibi erant (erant autem quamplurimi) cum primo illo archetypo obelis asteriscis, liturisq; frequentissimo, prorsus confuso (vt fieri solet) præsertim minus exercitatis scriptoribus, cum primũ quicq̃ scribere ordiuntur, qui tamen archetypus nescio quo fato quibusdam libellis rationum diplomatibusq; peruolutus, familiaris cuiusdam mei diligentia in excidio vrbis seruatus est, cum illud castigatum vna cum bibliotheca mea & vniuersa supellectili domus in ipsa vrbis direptione fuerit amissum. Audies & cætera, quomodoq; acciderit ex illo archetypo deinde, epistolam typis fuisse excussam cognosces: Scripsisti quidem paucis interpositis mensibus, posteaq̃ lutetiam me contuleram libellum cuius titulus Ciceronianum, in quo agens fere de omnibus, qui hoc seculo quicq̃ scripserunt: & epistolæ nostræ fecisti mentionem: quo libello a multis perlecto, quemadmodum sunt plurimorum ingenia rerum nouarum cupidiora: factum est vt frequentes librariorum officinas adirent, hãc nostram epistolam petentes: qua nullibi comperta: quomodo enim comperiri poterat cuius nullum exemplum extaret: submissi sunt amici enixius rogantes, vt eis saltem legendam commodarem. ego primum negare, nec posse eis moré gerere: cum apud me nullum exemplar extaret: nec mentiebar: nam archetypus ille tam mendosus tam implexus & confusus erat, vt veri exemplaris nomen subterfugeret: illi autem vehementius instare: vix enim quod dicebam credere poterant: & vt fieri solet, vt tanto magis appetatur quod difficilius impetratur: tanta obstinatione & assiduitate efflagitare nõ cessebant (vt vix ferre potuerim eorum quorundam importunitatem). Quid enim facerem? cum rogandi petendive nullus esset finis: tandem euictus sum eorum pertinacia, fassusq; sum hunc archetypum penes me esse: sed illius recognoscendi ob meam deploratam valetudinem: non mihi esse facultatem, illi autem magis instare, excusationemq; reiicientes petebant qualequale illud esset saltem eis præstarem legendum. Non enim putabant tam esse confusum, quin illud saltem interlegere possent: Ego autem quodq; incommodum potius mihi perferendum esse censebam, quàm illud cuiq̃ prebere tam mendosum & implexum.

Quid autẽ opus est huius rei longioré texere historiã? tandẽ oportuit me voto K illorũ aduersus propriũ animi decretũ satisfacere: ne amicos huiusce rei cupidiores a me abenarẽ. Assumpto igit' archetypo, q̃uis ęgre & magno cũ labore, illũ recognoui & castigaui. inter legẽdũq; duo aut forte tria scripturarũ loca succurrerũt, cõfirmãtia q̃dã in epistola tractata, illaq; suis locis inserui: qđ tu animaduertes frequẽtius & ad fastidiũ vsq; in tua respõsione mihi obiicis: ac si magno vitio id dãdũ esset. Sed age, obsecro rarissime vir quomodo in me reprehẽdere vales, quod tu ipse frequẽtissime committis? quomodo carpis quod ꝓbatissimũ est: quod cõcedere omnibus scriptoribus: quod facere non solũ expedit sed oportet, tanq̃ necessarium: videlicet vt quicquid scriptum est recognoscatur, corrigatur erratum, superflua detrahantur, & quæ opportuna sunt suis locis adiiciãtur,

anteq̃ emittatur: quod tu non modo tibi permittis: verũetiam posteaq̃ complures edideris facere præsumis: Sæpe enim vltimis in editionibus multa aut detracta aut adiecta prioribus ad illas castigandas, aut locupletandas, comperiũtur, & me quasi peculatus accusas, ꝙ duo testimonia scripturæ inseruerim: epistolæ ad te transmisse, priusq̃ vel semel ederetur. quo nimirum prodis animi tui amaritudinem, ne dicam inuidiam erga me conceptam, ob hanc epistolæ publicationem: quæ si decreto meo facta fuisset, velim credas, vigilantior fuissem vt saltem minus mendosa: & forte aliquãto cultior, in lucem prodiret, sed me renitente studiosorum quorumdam opera, & amicorum importunitate, id factum est, cuius (disrumpar si mentior) dum excuderetur prorsus nihil vidi sed vix & egre cum absoluta & perfecta mihi fuit oblata. nec tunc putaui agnoscere. Potes meam stupiditatem, si stupiditas est, non præuidere quod fore neutiq̃ est probabile) id quoquomodo graue tibi futurũ: ad quod existimandum confirmabar argumento ꝙ si eam suppressam voluisses de illa in Ciceroniano tuo nullum fecisses verbum, quamobrem etiam ambigere inductus sum an forte opera tua iamiam in germania fuisset edita me prorsus ignaro. Iam habes rationẽ editionis epistolę quę: modo te præbeas æquum, satisfacere potest & debet. Sed ne rursum accuser abs te ꝙ magnũ volumen pro epistolari libello reponam, multa sciens ac volens prætereo quæ proposito essent opportuna.

L Quod autem expostulationibus subiicis: me diu paratam materiam ad scribẽdum in Lutherum consarcinasse in hac responsione. Nescio qua ratione permotus id opineris: quid enim prohibebat si longe antea illa parauissem: quominus illa colligerem & in ipsum scriberẽ: an forte diuinare poterã te mihi esse scripturum: qui nunq̃ antea ad me quicq̃ scripseras: præsertim tacturum negocium, & propterea illa reseruarem responsioni ad tua inferenda: qui omnia alia diuinare potuissem, potius q̃ te literas ad me daturũ fuisse: cum quo nulla vnq̃ intercesserat necessitudo vel familiaritas. Quamobrem quid expectandum mihi erat: si in ipsum scribere parassem? Nũquid quisq; omnis materia a cæteris scriptoribus (quorũ numerus etiam atq; etiã indies succrescebat) pręriperetur? Nõ quadrant hęc vir doctissime, nec vlla est ad id opinandũ coniectandũ ve ratio. Tantum abest vt quicq̃ ad id agendũ parauerim, vt ne quid vnq̃ in mentem venerit. Et si intelligenti Lutheri delyria quædam occurrerũt, vt fit, meditanti quibus illius furores confutari posse de facili videbantur, Satis erat illa mihiipsi ita persuadere & demonstrare: vt illius insaniam prorsus reiicerem & contemnerem: vt putabamq; & illa plerisq; aliis esse perspectiora, præsertim doctis & piis: eãdẽq; facere fidem illis quam mihi faciebant, quamobrem illa mandare chartis: nunq̃ ne semel quidem cogitaui. Nec enim me tanti faciebã, vt arbitrarer idoneã esse ad scribendũ libellos: cum plurima in scriptore exigantur: quibus me vacuũ & destitutum esse cognoscebam, quę etiamsi in me fuissent, hoc tñ me deterruisset, ꝙ sciebã aduersus Lutherũ plurimos & doctissimos & clarissimos viros luculente & copiose scripsisse: quibus nec me satis dignũ discipulum esse arbitrarer: quandoquidem tametsi ego musas (quatenus licuit) præsertim seueriores, coluerim: sciens hominem natũ partim ad contemplandũ, partim ad agendũ: ob idq; vtrumq; genus attingere studuissem: q̃uis in vtroq; minus profecerim: vt

contingit, immo vt fere necesse est, ni fortuna prorsus secunda & fautrix fuerit: al
terum altero impediente: Nunq̃ tamen ratus sum muneri scriptoris non indigni
me satisfacere posse, quapropter nec mihi periculum faciendum censebam. scribe
re enim vel lucubrare ab aliis legenda docentis est munus, viriq; consummati.
Mihi autem sola discendi auiditate capto satis erat in euoluendis probatorum
authorum codicibus occupari: e quorum lectione semper aliquid edocerer, & ani
mum pascerem eorum inuentis & lucubrationibus. Non enim maiorum imagi-
nes (vt tu ais) nec externorum copia bonorum mihi opitulata sunt ad discipli-
nas adipiscendas: quin potius magno fuere impedimento, cum fortunæ bona, ad
quas diripiendas semper tot inhiant, non seruentur nisi multa cura & solicitudi-
ne studiisq; prorsus (animum a disciplinis auocantibus, splendorq; & maiorũ glo
ria defendantur & augescant: vtpote multitudinis opinione constantibus, ratio-
nibus, & artibus valde diuersis, ab his quæ liberales & sunt & dicuntur, quas ta
men earum decore permotus, contra omnium sententiam meorum (fortuna etiã
ipsa aduersante) quadam animi pertinacia aliquantisper sum secutus: posthabita
nonnunq̃ externorum maiori cura: earumq; amore captus, quantum potui non
quantum volui in illis operę impendi. Nil aliud petens, q̃ ipsas, ad formandũ mi-
hi animum. Nec me consilii vnq̃ pœnituit: licet magis fuerit honestum & deco-
rum q̃ vtile: Cum illam probarem sententiam, nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis, ingeniiq; bonis.
Nempe dat, & quodcunq; libet fortuna rapitq;.
Cum igitur nihil peterẽ a doctis sororibus præter ipsas disciplinas: eas nõ colui,
vt illis imbutus me ostentarem, non vt me multitudini gratiosum redderem: cũ
exploratum mihi esset, potius illius mihi concitari inuidiam ob studiorum dissi-
militudinem, q̃ gratiam: vt non exinde compendium aut quęstum facerem: cum
mihi non esset in scholis profitendum: & mortales vt plurimum vanitate & so-
cordia non res pro earum dignitate æstiment, sed pro sua ipsorum vtilitate & cõ
modis: internaq; bona, q̃uis optima sint, cum illa oculis corporeis perspicere ne-
queant, negligant, & contemnant. quamobrem nec mentiar, si dixerim id etiam
magno meo incommodo experientia didicisse: cum non semel in fortunæ bonis
iacturam fecerim maximam. his rationibus scribere nihil vnq̃ destinaui: & quod
nunc facio, inuitus facio. Omitto aduersam valetudinem iam conclamatã ex plu
ribus annis, quę vel sola a scribendi proposito me prorsus auocasset: molestissi-
masq; & perpetuas occupationes meas, quę me deuinctum officio detinebant, a
studiisq; diuertebant: scis enim scriptorem liberũ esse oportere a curis omnibus,
& non aliis negociis distractum. Proinde neq; parassem agere, quod digne perfi-
cere non posse cognoscebam. Nam in rebus meis quęve a me peraguntur tam
morosus sum, vt mihi nunq̃ satisfacere possim: tametsi quandoq; aliis forte satis
facerem. Sed hęc parum referunt suspiceris: credas vel saltem dicas si non credi-
deris quicquid lubet scilicet me parasse antea quæ dixi in Lutherum, vel non pa
rasse: Quid tum si parassem? ad negocium certe nostrum nihil faciunt.

Possum & ego opinari, & longe iustius ac probabilius, te in responsione mihi M
facta (quam iactas te sex dierum spatio confecisse) longe antea parauisse. Id ẽm
verisimilius, cum iam fere triennium ante tibi scripsissem, ex meisq; literis tantam

animi offensionē contraxeris·quantam antea forte nunq̄,vt literę tuę testantur:
Cuinam persuaderes frenare potuisse impotens ingeniū tuum,vt hucusq; scribe
re distuleris:pręsertim cū sis tam delicatę cutis vt vix musca illā contingat,quin
sanguinē emungat.Longe magis consentaneū,Erasme disertissime:quod nōnulli
ex amicis tuis hic degētibus a te factū plurimis dixerūt, videlicet te multo ante
respondisse:licet nō edideris priusq̄ intelligētes nostrā fuisse diuulgatā,sex enim
dierū interuallo interlegere nostrā cū animaduersione locorū quos recenses vix
potuisses.Declarat autem tua responsio te diligenter singula perpendisse:sed &
hoc nihil ad rem:quomodocūq; veritas se habeat,si tibi diuina mens est, si inge-
nium supercęleste,quod sane eximium singulare & felicissimum tibi omnes con
cedunt,qui monumenta tua pręlegerint.Par esset potius illud impēderes in obse
quium creatoris:a quo illud tam insignitum accepisti:defendens dogmata reli-
gionis ipsius(quæ hac tēpestate a tot rabidis hęreticis impugnātur) q̄ in hisce
vanis cōtentionibus:tibiq; res potius esset,postq̄ digladiator es acerrimus,& pa
ratissimus cum hostibus ecclesię Christi,q̄ cum orthodoxis:qui q̄uis quādoq; te
moneant,& quędam tua dicta taxent:& nonnunq̄ liberius te obiurgent: non ta-
men maleuolo & iniquo animo id faciūt.Sed aut religionis zelo, veritatisq; amo
re:aut aliis æquis rationibus:quos putare debes nunq̄ cessaturos,nisi tu aliā scri
bendi rationem,de rebus ad religionem pertinentibus induxeris:diuersam ab ea
quam hucusq; es secutus.Semper enim negocium tibi facesset quispiam si cūcta
quæ scripsisti ad religionem & mores pertinentia,pertinacius ad verbulum vsq;
sustinere volueris vt huc vsque fecisti. Potioribus enim studiis tale ingenium oc
cupandum:monentibusq; nonnūq̄ acquiescēdum:& denique multa sunt præter-
eunda surdis auribus ad fugiendas vanas contentiones & ad pacem habēdam.
N At forte inquies tu aliud suades aliud ipse facis:priori eñ meę epistolę respon
disti:nunc itidē & posteriori:quare id nō pręteris? Accipe rationē:hęsi vir ornatis
sime, quāplurimis diebus,& an potius mihi silendū esset an respōdēdū ambige-
bam:tandē respondendi cōsiliū accepi,multis adductus rationibus:Primū pieta-
ti satisfacere,tacēdo nō iudicaui:cū tuis literis nōnulla referas religionis dogma
tibus non minus aduersantia prioribus dictis de quibus te admonuerā:sed erro
nea illa defendere conatus(vt facere solēt pertinaces)noua alia superinduxeris:
quę si intacta pręterissem,nec quicq̄ illis respōsum fuisset, multis facere fidē &
illis prorsus inhęrere potuissent.Pręterea cum eisdē literis audacter inficieris te
scripsisse quicquā aduersans dogmatibus ecclesiasticis, cum tamen tot tantaque
expressa sint in tuis lucubrationibus:& id declarandum erat , ne silens viderer
confirmare quæ dicebas,iniuriaque & calumniose te de illis commonuisse. Mē-
dacis autem vafrive hominis notam valde obhorreo . At hæc vt nouis querelis
tuis satisfacerem, ne te contemnere viderer,& præsertim expostulationi de qua
tam angeris q̄ epistola nostra fuerit edita,ad deliniendum enim dolorem tuū:
irritatumque animum placādum : sane conueniebat, tibi exponerem quomodo
id contigisset . Pergraue quidem mihi erat & valde molestum te (quem amo)
cuius doctrinam & ingenium suspicio : & a quo vicissim amari cupio , offenso
in me esse animo,existimantem id quod casu quodam fieri cōtigerat e re & sua-
dēte ratione esse factū:qđ tāetsi ex animi sentētia fuisset factū,non tñ arbitrandū

tibi fore ingratum, nec in tui contumeliã fuisse peractum. His præsertim eui-
ctus rationibus tibi respondendum esse censui: citra quas certe tali oneri debi
les meos humeros nequaq̃ supposuissem, sed subtraxissem, quod & aduersa va
letudo perpetua facere suadebat: cuius rationem habens, decreui labori quod
fieri posset parcere: tibiq; respondere q̃breuissime, præterq; hæc, quæ in vniuer
sum & per transcursum à nobis dicta sunt: cætera tantum attingere: nec perpe
tua oratione illa disputarem, verum solummodo obiecta & argumẽta tua sin-
gillatim locis suis diluere. Quapropter ne illa rursus mihi essent recitanda, &
mihi præscripseram marginum angustias, quibus coartata oratio necessario ef
ficeretur contractior. Mallem non parum detrahere gratiæ & auctoritatis ora
tioni meæ, q̃ meipsum labore diuturniori consumere. Quemadmodũ enim di-
spersus exercitus in turmas vel manipulos a se inuicem lõge collocatos, nullius
videtur esse roboris nec habet suam maiestatẽ: sicuti & ciuitas cuius tecta sint
interrupta ædificiaq; non sunt sibi inuicẽ continentia non habet suum decorẽ,
ita dispersa & interrupta oratio nullam habere potest gratiam vel dignitatẽ:
quodq; decreueram non multis diebus perfeci.

Verumenimuero cum fere ad calcem peruenissem, animaduerterẽmq; mihi O
tua loca esse recitanda quæ summatim recensueram, tu autem scripsisse nega-
bas, vt mendacis aut falsarii notam excuterem, cognoui aliud onus longéque
grauius mihi esse subeundum, cum illa non essent in medium producenda, nisi
adhibito antidoto, quo illa discuterentur argumentáq; dissoluerentur: quibus
orthodoxorum dogmata & consuetudines probatas oppugnas. Cum autẽ illa
margine capi nequaq̃ possent, opus nostrum duplex esse oportuit. Primũ mar-
ginale, is autem labor iam ferme absolutus erat: alterum diffusum, & per argu
menta quæ à te tractata fuerant digestum: quod quidẽ operosius & longe gra
uius fuit. Perfeci tamen deo opitulante quod statueram: verum nec docte nec
apte, vti materia postulabat. Sed pro animi affectu illa quę repręhẽdi possunt,
qualitercunq; pensari poterunt. Neutrum autem à me factum est concertandi
studio tecum: sed veritatis amore: & vt tibi declararem: aliis quoq; male persua
sis, vi eloquentiæ (q̃uis permagna sit) ingeniive multa dexteritate, defendi nõ
posse quæ perperam dicta aut scripta sint, & longe minus erroneas sententias
posse probari.

Velim autem verba nostra accipias non tanq̃ ab aduersario prolata, sed vti P
ab amico familiariter tecum potius colloquente, & rursus admonente q̃ disce-
ptante. Optaremq; vt illa sędatis animi affectibus & præsertim philautia re-
mota, considerares expenderes an vera, an rationi consona viderentur. Quod-
quidem facies si ea non in te dicta, nec contra tuas sententias, sed alterius cu-
iusq̃ ad te nil pertinentis tibi persuaseris. Et in illis legendis te iudicem prębue
ris non partem. Non enim credere debes vir disertissime: contendendi studio
quicq̃ horum me digessisse: non equidem id mihi sumerem: Cum sciam qualis
quantusq; vir sis. Exploratum quippe omnibus est, q̃ potens sis eloquio, quãta
inueniẽdi disponẽdive tibi sit facultas, q̃q; exercitatus in dicẽdo, q̃ta tibi sit ver
borum copia, sententiarum & scommatum diuitiæ, adagiorum chiliades, q̃q;
natura ipsa sis artificiosus. Et deniq; omnibus præceptis & institutis cumula-

tus, quæ vel in summo oratore desiderari possint. tantamq; dictandi tibi esse faciliratem, vt non solum quicquid velis commodissime dicere possis etiam ex tempore, verũetiam admirabili felicitate mulra tibi dicta eueniant bellissime, quæ forte nunq̃ antea cogitasti. Cum tamen plurimi sint ex studiosis qui non quæcunq; animo cõceperint voluerintq; dicere valent, sed vix exprimunt quędã prout possunt. In quorum albo me recẽseri nõ ignoro: nã dicere, sæpe aliquid conanti (turpe id fateri) verba mihi desnnt. Proinde cum illis præsidiis me destitutum esse cognoscerem, quibus tu abnndas, non est, vt putes digladiandi cupidine, tecum me in campum descendisse: præsertim cum differendũ colluctandũve non esset more dialectico: cominus & (vt aiunt) pedẽ pedi ac manũ manui conferendo, sed more rhetorico in vasta harena tibi propria mihi vero insolita, non gladiis sed hasta res esset agenda: quę perpendentẽ præter cætera me ad quicq̃ tibi sctibendum deterrebant. Attamen dominus Iesus pro cuius nominis gloria laborem assumere non recusabam vacillãrem vt credo, animũ confirmauit: viresq; & spiritus suggessit aggrediendi negocium. dedit & ipse vt illud absoluerem: illi igitur qualem possum non qualem debeo omnimodã gratiam habeo & ago. Et præterea vt quæ superius diximus agnoscas nullam tibi esse rationem ęgreferendi epistolam nostram fuisse editã, aliorumq; iudicium intelligas: cui stare debes hac in re plusq̃ tuo, epigramma tibi mitto viri clarissimi atq; doctissimi ad me rransmissum cum epistolam meam perlegisset, quam plurimis laudibus dignatur, quas ego non agnosco nec ipsa postulat: quod illius humanitari rribuendum, qua restatur me multum consuluisse tuo honori, gloriæ detraxisse nihil. quod sane & perspicuũ esse potest cuilibet alteri diligenter illam perlegenti, nec in diuersum sententias interpretanti: sed tu equidem hac responsione causam tuam longe deteriorem reddidisti, quod doleo (quia te amo) cui responsioni certe æquum fuisset meam epistolam coniunxisses prout ego tuam meæ coniunxeram vt lectori paratum esset conferre singulas earum inter se sententias adinuicem, & veritatem facilius cognoscere.

Epigramma viri docti ad Albertum Pium.

Scripta tua in Batauum legi, ditumq; Lutherum
  Docta, pia, ingenuo principe digna pio
Quid facias video, retegis dum ludicra Erasmi,
  Impia Martini dogmata dum laceras,
Illum restituis, Martinus si tibi quicq̃
  Respondere volet, desilit in barathrum.
Namq; euangelion Christum, quæq; ante colebat
  Omnia ab his victus cogitur abnuere
Relligio vltorem te comperit: hęresiarcha
  Extremi arguitur criminis esse reus.
Ar bene desecta non clam ferit anguis ab hærba
  Cæca parum lædunt saxa, fremente salo.

EIUSDEM ALB. PII

Dictorum & sententiarum in Moria displicentium recitatio & examinatio, LIB. III.

POstq̃ igitur, summo deo auspice, iam ad calcem operis A
tui deuenimus, discussis locis silentio non prætereun-
dis : nunc res postulat, tuorum verborum testimonio,
declaremus, nos nec mendaces, nec calumniosos fuisse,
in epistola nostra parænetica: recensentes tibi breuibus
capita sententiarum tuarum, quæ dispersa in lucubra-
tionibus tuis conspiciuntur. In quibus tamen referẽdis,
maximam tui nominis habens rationem, tẽperaui ver-
ba tua, & mitigaui quantum per me fieri potuit: vt erit
videre recitatis quibusdam locis tuis ex plurimis, quibus illas expressioribus
verbis asseruisti. Nõ enim omnia colligam persequarve, (id enim fieri vix pos-
sit) cum fere sint innumera: quæ vel sola, coacta immensum volumen effice-
rent. Sed ex illis tantùm ea, quæ sufficere posse videantur, ad astruendam
tuam sententiam, comprobandúmque verum esse quod diximus, assumam.

Credas autem velim, vir disertissime, me illa colligentem non semel inge- B
muisse: cum animaduerterem labores tuos, animóque perpenderem quàm in-
defessum & varium fuerit studium tuum in tot tãq; diuersis voluminibus eden
dis, magna ex parte commendandis, & studiosis præsertim politiorum lite-
rarum vtilibus, illis intercalasse quædam absurda, quæ etiam illa, quę optima
videri possent, obumbrarent. Ad quod peragendum malum quempiam geniũ
tuæ gloriæ inuidentem, & publice nocẽdi studiosum, te impulisse conspicitur:
edocuisseq; vt illa dispergeres in omnibus scriptis tuis, vt nihil syncerum, &
non aliqua ex parte sordidatum, superesset: sed omnia aliquo veneno infecta es-
sent: hocq; præsertim consilio : vt cuiuis lectorum generi nocere possent. Siuę
enim seria grauiaq; tractes, siue iocosa vel puerilia, semper aliqua fuligine con-
spurcata inueniũtur. A qua te si temperasses, aliud consilium secutus (si omni-
no tui propositi erat illa annotare, quàmuis satius fuisset tum ad pietatem, tũ
ad tui nominis gloriam prætermittere) & in vnicum volumen omnia coniecis
ses, cætera saltem cum laude tua, & citra legentium periculum perlegi po-
tuissent: reiectoq; illo volumine, alia probarentur. Solent enim prudentes arti-
fices (à quorum norma tu longe recessisti) cum opus aliquod egregium pere-
gerint, opportunis quibusdam locis, illud floribus, bullis ve, aut clauis auratis,
quàm aptissime fieri potest, insignire, ad maiorem operis gratiam & de-
corem. Tu autem florum, gemmarúm ve loco, horridos sentes, ac tetros car-
bones, & marcidas quisquilias tuis operibus interposuisti: tenebras vndiq; of-
fundens. Quibus illis non solum authoritatem detraxisti, verum & tam odiosa
reddidisti, vt titulo tenus tantummodo cognita, à plurimis statim reiiciantur.
Qua in re Cæciam (qui solus inter ventos ad se nubila, & tempestates ad se
trahit: cum cæteri, qua partę spirant, nubes repellant, serenitatemq; inducãt: ille

autem caligine omnia obnubilet) es imitatus. Quod quidem cum luce clarius patescat: attamen tu perfricata fronte denegas in scriptis tuis quicq̃ esse, quod conueniat cum Luthero: aisq; nihil in eis comperiri quod deroget ecclesiasticis traditionibus, sanctorum venerationi, sacerdotum & pontificis maximi dignitati, patrum sententiis & constitutis, religiosorum professioni, sacramentorum mysteriis, scripturarum authoritati: & in summa nihil quod reprehendi possit, nisi per calumniam: cum vitia tñ taxaueris hominum, non res ipsas &c. Quod quidem vt q̃ falsum sit, pateat ad veritatem cognoscendam singulis argumentorum capitibus, testimonia verborum tuorum citabimus: & pro facultate respondere, ac (vbi opus fuerit) illa refellere, conabimur.

C Ordo autem postulat vt Moria primum in iudiciũ vocetur, cum in ipsa debacchãdi initium feceris. Quæso autem te vir ingeniosissime, vt te æquis auribus præbeas, ad te ipsum proloquentem audiendum: & cum diligenter audieris: deinde statuas de sententiis & dictis tuis, non quod affectus, sed quod ratio dictauerit, esse iudicandum. Ab iis autem quæ de bonis artibus, & disciplinis scribis, exordiemur. De quibus ita scribis.

¶ Verum rursus vrgent logodędali. Est (inquiunt) peculiariter addita disciplinarum cognitio, quarum adminiculis, id quod natura diminutum est, ingenio pensatur: quasi vero vllam veri faciem habeat natura: quę in vilioribus, atq; adeo in hærbis ac flosculis, tam sollicite vigilauerit: in vno homine dormitasse: vt disciplinis opus esset: quas Teutus ille humano generi infensus genius, in summam perniciem excogitauit. adeo non vtiles ad felicitatem, vt illi quoque ipsi officiant: ad quod proprie repertæ dicuntur, vt eleganter arguit apud Platonem Rex ille prudentissimus de literarum inuento. Igitur disciplinæ cum reliquis humanæ vitæ pestibus, irrepserunt: iisdem authoribus, à quibus oĩa flagitia proficiscuntur: puta dæmonibus, quibus hinc nomen etiam inuentum, quasi δαήμονας, hoc est, scientes appelles. Siquidem simplex illa aurei seculi gẽs, nullis armata disciplinis, solo naturæ ductu instinctuque viuebat, & cætera quæ ais.

¶ Nunquid obsecro his verbis professorum vitia taxas, an ipsas bonas artes prorsus iugulas? sane illas. Eandemq; sententiam paulo post asseuerans, inquis, felicissimos prorsus esse eos, quibus licuit ab omni disciplinarum commercio abstinere. Quod confirmas argumento cæterorum animalium, inquiens, ea felicissime degere, quæ sunt à disciplinis alienissima. Afferens & illud Galli Pythagorici, qui cum diuersas formas expertus esset, hominumq; vitas; homines idiotas multis partibus anteponit doctis ac magnis &c. Hæc autẽ à Luciano tuo didicisti, qui talibus argutiis, & vaniloquentia sua deterret mortales ab omni studio, non tantùm disciplinarũ, verum & omniũ artiũ, professionisq; generis cuiusq; vitæ proseqnẽdę. Astruẽs nihil seriũ esse in vita, magnoperéve expetendũ. Qua enormi sententia auocat minus cordatos, præsertim autẽ iuniores, rerũ expertes, ab omnibus studiis & honestis actionibus. Nemo enĩ insudare statuit in perquirẽdis rebus, quas putat nihil aut parũ referre. Et in quibus persequẽdis, plus impẽdũ factũ sit, q̃ in cõsecutis cõpẽdii. Quãobrẽ tales potius existimãt esse viuẽdũ casu & fortuito (prout res eueniũt) q̃ destinata ratiõe

perſequendũ enixius aliquod ſtudiũ,genuſq; vitæ. Quapropter nullũ placitũ
perniciosius humano generi hoc excogitari poſſe cenſendum.
Hæc auté in vniuerſum de diſciplinis protuliſti,verũ nec his cõtentus,ſingu D
las quoq; particulatim inceſſere voluiſti. De grammaticis enim ita ſcribis.Ad
eos accingar qui ſapientię ſpecié inter mortales tenent , inter quos grãmatici
primas tenent:genus hominũ profecto quo nihil calamitoſius, nihil afflictius,
nihil æque diis inuiſum foret,niſi ego miſerrimæ profeſſionis incõmoda, dulci
quodã inſaniæ genere mitigrarem &c.Hem age nũquid grãmaticorum vitia
his carpis,an artem profeſſionẽq; ipſam cuius incõmoda vis dulci quodã inſa-
niæ genere mitigati:Quo capite etiã nominatim,ingrate nimis taxas, ac irri-
des Aldum noſtrũ,virum ſane nunq̃ ſatis laudatum : citra cuius contuberniũ
certe nunq̃ tu tam bellus fuiſſes . Negare enim non potes quin Venetiis apud
ipſum agens,cũ illius officinę miniſtrares,in vtraq; lingua multum profeceris.
Aldum inquã bonorum autorũ primum reſtitutorem,græcæq; linguæ pro-
pagatorem,qui eam fere vetuſtate collapſam,ac barbarie obrutam, è tenebris
eruit:probatiſſimos illius authores vndiq; publicando. Virũ eruditiſſimum ac
optimũ à literatis omnibus perpetuo ſuſpiciendũ taxas : eo q; grammaticã ſuã
pluries ediderit,quaſi tu non idem effeceris , fere in omnibus lucubrationibus
tuis. Pręſertim in Adagiorũ volumine : quod in dies fere locupletaſti. Et quia
omniũ ſcriptorũ compendio grãmaticam arté de nouo ſcribentiũ ſtudioſe per-
legeret.Nec vereris virum tam beneficum erga ſtudioſos,tam doctum & piũ,
ſanctiſq; moribus prædi tum,tuumq; hoſpitem,& velis nolis quodam tempo-
re tuum herum,fatuum & inſanum dicere.
Poſtmodum deſcendens ad poetas ita inquis. Nihil minus mihi debét poe- E
tæ:tametſi vel ex profeſſo meæ ſunt factionis. quippe liberũ genus (vt habet
prouerbiũ)quorum omne ſtudiũ nõ alio pertinet,q̃ ad demulcẽdas ſtultorum
aures:idq; meris nugamẽtis, ac ridiculis fabulis &c. Si enim poeſis ſtudiũ, vt
vis,nõ alio pertinet q̃ ad demulcẽdas ſtultorũ aures : ſane perſpicuũ eſt te his
verbis non vatũ peccata:ſed artis propoſitũ finẽ, ipſiusq; naturã cõdemnaſſe,
omni laude proſequendam.Quam ſumme coluerũt omnes antiqui,qui de diui
nis naturalibus humaniſq; rebus tractare cœperunt,omnia metrica ratione cõ
ſcribẽtes,vt Muſæus,Aſcræus,Orpheus,& poſt hos Homerus,Pyndarus,Em
pedocles, & alii q̃plurimi.Eſt enim poeſis tantæ dignitatis tamq; opportuna
mortalibus vt ſapientiſſimus Ariſtoteles, itidem & grauiſſimus philoſophus,
non dedignatus ſit de ipſa arte opus inſigne admodum edere . Perſpectiſſimũ
enim eſt illam ingenuam & vtilem eſſe,licet eius profeſſores illa quãdoq; abu
tantur:vtpote rem ſublimem turpi materiæ,ſordidis & indignis rebus appli-
cãtes.Sed quoquo modo per luſum excuſantur. Sapit enim poeſis neſcio quid
diuinum:& videtur quodam numinis afflatu fuiſſe comperta. Quod expreſſit
ingenioſiſſimus poeta & recte quidem,his carminibus.
At ſacri vates & diuum cura vocamur:
Sunt etiam qui nos numen habere putent. Et rurſus,
Eſt deus in nobis,agitante caleſcimus illo:
Sędibus æthereis ſpiritus ille venit.

Sed quid hos commemorem? quid opus est mortaliũ testimoniis vbi diuinũ adest? Cõstat autem diuinum spiritum plurima ex his quæ nobis reuelauit carminibus expressisse. Plurima enim sacræ scripturæ volumina metrice fuere cõscripta, versuq; maxima queq; mysteria patefacta manifestũ est. Nã & psalmorum librum, quo nihil diuinius numeris elegantissimis Hebraica lingua fuisse decantatũ, tũ Hebræorum tum nostrorum testimoniis est exploratissimum. Quid dicam de aliis hymnis & canticis diuinarum laudum. tum à Mose tũ ab aliis prophetis pari ratione editis? Threni quoq; Hieremiæ prophetæ metro constant. Multa præterea Esaiæ, teste Hieronymo: vniuersum quoq; volumen Iob. Et Cantica canticorum sapientissimi Salomonis carminibus descripta sunt. Poesim igitur quam diuinus spiritus approbauit, & qua tot in voluminibus vsus est audebimus improbare? dicentes ad stultorum aures demulcendas, idq; meris fabulamentis & nugis, tantum adinuentam fuisse?

F Præterea transiens ad Iureconsultos sic inquis. Secundum hos proximus datur locus leguleiis, & haud scio an primus: quorum professionem nequid ipsa pronunciem, velut asininam philosophi magno consensu ridere solent. Sed tamen horum asinorum arbitrio, maxima minimaq; negocia transiguntur &c. Nequaq̃ petulantioribus verbis derogare potuisses iureconsultorum prudentiæ: q̃ eorum professionem asininam dicere: non vitia professorum taxans.

Deinde dialecticos cum professione condemnas, quam rideri carpique à philosophis tam à vero alienum, ꝙ eam proprie eorum partem esse asserant. Circa enim philosophiam moralem versatur, dicens.

Adiungamus his dialecticos, ac sophistas, hominum genus quouis ære dodoneo loquacius &c. Et paulo post. Adeo rixosi, vt de lana caprina pertinacissime digladientur: & nimium altercando plerunq; veritatem amittant & cæt. Qua sententia est etiam perspicuum te dialecticam ipsam damnare: cum vniuersum genus ipsam profitentium improbes. Quibus verbis certe seuocas iuniores ab ipsius studio: cum asseras illam vanam & inanem esse: versarique circa lanam caprinam. Cum tamen circa disquisitionem veri à falso, certis quibusdam regulis versetur. Quamobrem inter disciplinas vtilissima & ferme necessaria est humano generi: cum nequaquàm commode vitam ducere valeat & præsertim honestam ac beatam, nisi verum à falso dispescere nouerit. Nec sophistica pars eius quidẽ damnanda: tum quòd ad disputationis promptitudinem, ingeniique exercitationem non parum faciat: nodosque dissoluere, & cauillationes veritatem adumbrantes refutare doceat. Ignarus autem quo modo illi nectantur, non facile illos explicare valebit. Est tamen potius attingenda quàm manu nocturna diurnáque perpetuo versanda. Sobrie enim est tractanda, nec multum operæ aut temporis illi impendendum. Ne dum illam diligentius prosequimur, meliora & scitu magis necessaria, prætermittamus. Græci enim logices Aristotelis enarratores, volumina illam complectentia, organum appellarunt, quorum tum dignitate tum necessitate, id quod sophisticam tractat postremum obtinet locũ. Sophistica enim sublata sophistarum importunitate, & paralogizandi facilitate, necessitatem nullam habere videretur: vixque illius notitia aliquam afferret vtilitatem. At quo

modocunque res se habeat, in conquirendis parandisve instrumentis artifices
consumere ætatem non debent, ita enim nullum opus vnq̃ perficerent. Frustra
autem paratur ad aliquem vsum, quod nũq̃ ad ipsum deducitur. Logica autẽ
propter aliud potius adinuẽta, q̃ propter se vt illa videlicet vtamur in veritate
indaganda: rebusq; dignoscẽdis, quæ propriam habent naturam ex sese, citra
omnem mentis nostræ operationem. Licet etiam in ipsis habẽtibus tantũ esse
negocio nostri intellectus ministrare possit: seq; ipsam edocere, verũ vt instru-
mentum: non autem vt ipsa res, cũ nihil seipsum edoceat. Sic enim doceret &
doceretur, careret doctrina & ea polleret. Qui eñ edocetur, ignorat quod ad-
discit: callet autem qui edocet, id quod tradit. Sed hęc missa faciamus.

Postmodum ad philosophiam accedis inquiẽs, Sub hos prodeũt philosophi G
barba pallioq; verendi &c. qui q̃ suauiter delirãt, quũ innumerabiles ædificãt
mundos, dum solem, dum lunam, stellas, orbes, tãq̃ pollice, filo metiuntur: dũ
fulminũ, ventorum, eclypsium, ac cæterarũ inexplicabiliũ causas reddunt: nihil
vsq̃ hęsitãtes &c. Et paulo post. Nã nihil apud illos esse cõperti, illud magnũ
argumentum est: q; singulis de rebus inexplicabilis est inter ipsos digladiatio.
Hi cum nihil omnino sciant, seipsosq; ignorent: tamen omnia se scire profitẽ-
tur &c. Idęas, vniuersalia, formas separatas, primas materias, quidditates, ec-
ceitates videre se prędicant, res adeo tenues, vt neq; lynceus opinor possit per-
spicere.

¶Et de mathematica agens, ais. Tum vero pręcipue prophanũ vulgus asper-
nantur: quoties triquetris, tetragonis circulis, atq; huiusmodi picturis mathe-
maticis, aliis superinductis, & in Labyrinthi speciẽ confusis &c. Et paulo post.
Neq; desunt ex hoc genere qui futura quoq; prędicant ex consultis astris, ac
miracula plus q̃ magica pollicentur &c. Hæc tu. Quibus philosophiã ita cõ-
temnis, & illi detrahis: ac si ars quædam ludicra inanisq;, & prorsus vana esset.
Cũ tamen nihil sit pulchrius, celsius, homineq; dignius q̃ naturæ mysteria cõ-
templari: rerumq; causas indagare. Quod homini datum est prę cæteris ani-
malibus: cum & ille solus mente prędictus sit. Quid autẽ pręstãtius, quid bea-
tius, q̃ illam occupare eo in negocio, ad quod instituta est? Propria autẽ mẽtis
operatio est, contemplari. Contemplatione enim similes efficimur supercęlesti-
bus intelligentiis: & quoquo modo diuinitatis summi illius & gloriosissimi
totius naturæ authoris, participes. Quamobrem perq̃ scite dixit ille. Felix qui
potuit rerum cognoscere causas. Quas dũ philosophantes indagant non pro-
fecto somniant, nec falsis imaginibus capti delirant: sed ex principiis quibusdã,
tum natura nobis inditis, tum sensu collectis, per se quidem notis, quibusdam
certissimis regulis ignotas causas perquitunt. Ad quas dignoscendas humana
mens pertingere potest de quibus agunt, prout res quas tractant, patiuntur.
Quæ cum tam varię & diuersę sint (versatur enim philosophia circa res diui-
nas, naturales & humanas) non putandũ æque exacte tractari omnia dignosci-
ve posse, adhibito etiã omni conatu, & diligentia. Quamobrem nec philosophi
de omnibus definiũt, vel statuũt eodẽ pacto. Sed de quibusdam dubitantes, tã-
tũmodo quid verisimilius, quid probabilius esse videatur, edisserunt. Nõnulla
autem magis suspiciũt, & admirãtur in eorũ cõtemplatione absorpti: q̃ de illis

tractare aut definire quicq̄ audeant. Cuiuſmodi ſunt illa superçeleſtia, & prorſus diuina: ad quæ humana mens, ex ſeſe attingere non valet. Lege lumen philoſophię Ariſtotelem, lege diuinū Platonem, Plotinū, Iamblicum, Alexandrum Aphrodiſienſem, Simplicium, Auerroem, cū cætera Græcorū, Latinorū, Arabūq; turba rite philoſophantiū: nihil temere eos aſſeuerare, nihil arroganter finire videbis. Sed de quibuſdā tm̄modo ambigere, alia admirari, quędā attingere, de nōnullis autē, vt pote ſcitu facilioribus, ad quæ humanus ſenſus, induſtria, & exacta diligētia pertingere poteſt, vix ſtatuere. De rebus autē ſublimibus & arcanis, vel minimū quid agnoſcere pręſtantiſſimū. Quare etſi nōnullę ſunt natura ſua tenues, & (vt dicitur) modicę entitatis, ſcitu tamē ſunt pulcherrimę & digniſſimę: vti ſunt relationes, Idęę, ecceitates, materię primę, & cætera huiuſcemodi quæ tu derides: pręſertim cū multa grauia & cognitu digniſſima, citra illarum cognitionē, perſpici non valeant. Illa aūt etſi ſenſu ac manibus capi, digitis ve attrectari non poſſunt, non tamen contemnenda vel vt figmenta, aut deliria exiſtimāda. Mente enim ſola concipiūtur rerū eſſentiæ & proprietates aut accidētia dignoſcūtur. At quēadmodū cęcus de colore nō recte iudicat: ita ingenio craſſi aut non exercitati in contemplandis his quæ a ſenſibus dimotiora, illa percipere non valent. Quamobrem & damnant quod ignorāt. Quod ad Mathematicos attinet, ipſi nēpe triquetris illis, tetragonis, circulis ve (quæ tā rides tāq; contemnis) plurima euidētiſſimis rationibus edocēt. quorum notitia opportuniſſima. Quinimmo & quædā etiā neceſſaria, ad multa cognoſcenda: quorum ſubiectum longe pręſtantius.

H Non ſolū in ſcientiis & diſciplina humanitus acquiſita, verūetiā in dogmatibus theologicis ſcripturarūq; myſteriis & ſenſibus capiendis. Quod teſtatur diuus Auguſtinus iis verbis, Numerorū imperitia facit nō intelligi multa myſtice poſita in ſcripturis, vt quod Moyſes, Helias & dominus quadraginta diebus ieiunarunt, cuius figuratus nodus niſi huius numeri cognitione non ſoluitur. cui ſententiæ ſubſcribunt diuus Hieronymus, beatus pater Ambroſius, ac magnus Gregorius, pluribus in locis pręſertim cum enarrent ſententias ſcripturæ. In quibus pręſcripti numeri habenda eſt ratio ex quo dignoſcitur q̄ vtilis neceſſariaque ſit arithmeticæ diſciplinæ cognitio. Idem perſpicitur & de geometria & aliis diſciplinis quæ iſti ſubalternātur: citra quarum cognitionē non eſt in ſcripturis multa intelligere. Quomodo nāq; cognoſcetur orbis vniuerſi conſtructio, ſacri tabernaculi fabrica, ſanctiſſimi tēpli ædificatio, & ſymmetria, regionū interualla (vt cætera omittā) ſine geometrica ratione? Quomodo firmamēti & cęlorū poſitio luminariūq; ſolis, lunæ, ac ſtellarum, in ipſis diſpoſitio motusq; aut quietis eorū ratio, vt quod orante Ioſue ſol a curſu ſuo deſtiterit, pręter aſtrologicā cognitionē? Quomodo aut terrarū ſitus marisq; & terræ diſpoſitio fluminūq; locorū & ciuitatū deſcriptio vbi Nilus, vbi Eufrates, vbi Tigris, & Ganges, ſub qua plaga ſit Aegyptus, Arabia, Media, aut Pontus, quo loco ſita ſit Iudęa, quo Chaldea, Cappadocia vel Syria, quo Perſis, vbi Meſopotamia, quas terras ſancti patres coluere. E quibus migrarūt ad quasue peregrinati ſunt pręter aſtrologiæ & coſmographicę diſciplinæ notitiam? Multa pręterea quę de prophetis deſcribuntur nequaq̄ capiātur pręter

harum cognitionem, sed hę de testamento veteri. Verum & idem in nouo cõ-
tingit in quo & de terræ sanctę locis circũiacentibusq; aliis terris Tyro, Sy-
done, Antiochia, deq; Aegypto tot agũtur. Prętęrea diui Pauli peregrinatio-
nes quę in Asia, quę in Gręcia, quę in marinis insulis, quæ in Macedonia, Epi-
ro & Italia gesserit, vbi sita Roma, Hispania, & cæteræ regiones de quibus
habetur mentio in ipsis sacris literis nequaq̃ cognoscerent sine astronomia &
geographia. Posthæc quomodo psalmorũ, hymnorum, & cantuũ, modulata
ratio quoquomodo dignoscetur quotũ tanta extant in scriptura si musicę di-
sciplinę prorsus fuerimus expertes? Quomodo & arcus in nubibus cęli cõsti-
tuti in signũ diuini fœderis cũ mortalibus initi stellęq; perducentes magis ab
oriente in Iudæam & in ipsis luminaribus tot apparitionũ ratio habetur (vt
alia prætereã) citra omnẽ perspectiue cognitionem. Nam hęc sufficit indu-
ctio ad declarandũ q̃ vides necessariæ ve sint mathematicę disciplinæ. Etiã ad
sacra dogmata perspiciẽda & scripturas intelligendas quæ disciplinæ nõ cõ-
temnendę videntur ob id quod prima eorũ subiecta sint imbecilliora: cũ quic-
quid ab earum subiecta materia detractũ est nobilitatis, Pensetur rationũ eui-
dentia, & certitudine. Nec mirum si professores earum cuiuspiam, futura etiã
quædã prædicere pręsumant, longa & diligenti obseruatione edocti. Nãq; cõ-
probatissimi hæc interiora corpora, superiorum, cęlestiũq; latione gubernari.
Quod qui abnuit, sensui manifestissima denegat. Quapropter licet illi de qui-
busdã etiã diuinare audeãt, nimiiq; sint, vel superstitiosi: vaticinantes etiã de iis
quæ illis diuinis corporibus nõ subiiciũtur, cũ nec ab illis pẽdeãt, de ipsis sta-
tuẽtes quẽadmodũ & de corporeis corruptibilibus, vtpote de iis quę animis
nostris insunt, a facultate ve arbitrii proueniũt: professorũ est culpa, quẽadmo-
dũ & cũ aberrãt in diiudicãdis futuris, circa ea quæ ex materia cõstant: sæpius
autẽ & q̃plurimũ id faciũt, nõ doctrinæ aut artis vitium est, sed ipsorum.

Deniq; ad Theologos transis: quorum institutum tanta petulantia, tã pro- I
cacibus verbis insectaris: vt nec circulatorum, lenonũ ve, aut cuiusuis damnatæ
artis professores magis criminari posses. Nec tamẽ vacat aut expedit omnia
tua referre, quæ in illos profers, ne æquo prolixius euadat volumen. Tot enim
iurgiis probris, & iniuriis persequeris ipsos, vt nũq̃ sit finis, omnẽq; tuã effun-
dis eloquentiam in illis detestandis. Sed paucula ex innumeris recitabo. Inquis
enim ipsos humani generis esse pestes, ab humano consortio prorsus depellen-
das: ipsorũ familias in Turcas & Saracenos cum eis cõflictaturos oblegãdas.
Quo facto, ais, bene consultum esset rebus Christianis. Cætera omitto quæ le-
uissime & pueriliter in eos cõminisceris. Nam lectori si illa cognoscere volet,
in Moria sunt parata. Summa autem omniũ, quibus eos carpis, his capitibus
constat. Primũ, q; nouis quibusdam vocibus vtantur, q; barbare loquantur, q;
de dogmatibus Theologicis exactius edisserãt, quæstionesq; vanas pertractẽt.
Ad idq; exaggerandum inuidiosa quadam oratione titulos illorum plurimos
recitas: omniaq; calumniose & maligne. Perspiciat lector eã moriæ partem &
iudicet. Quos tamen defendere facillimũ est. Et primum quod ad nouas voces
attinet: Si quis enim per singulas discurrat artes, siue ex eo genere sint, quę ad
animũ, siue quæ ad corpus excolendum pertineant, quadãue necessitate, aut ad

commoditatem tñ adinuentæ, & propter melius, vel a luxuria excogitatæ: nullam cōperies quę propriis quibusdam vocibus non vtatur, illarum expertibus non cognitis. Quod vel in ipsa agricultura est cognoscere: q̄uis tam cōmunis ac rudis sit. Quid igitur mirum si hoc idē & in sacra theologię facultate fieri contigerit? quinimo oportuerit? cum ab authoribus linguarum, præsertim latini sermonis, rebus illis indita non essent nomina: quę nec indi possunt rebus incognitis? Cum autem longe plures sint res q̄ voces: oportuit gradatim (prout ipse cognoscebantur) voces nouas adinuenire ad illas significādas. Hinc philosophi rerum indagatores plura nomina factitare coacti sunt: vulgo non promiscua. Quod & facere oportuit Ciceronem in lingua latina, philosophica tractantem, vt est videre in eius monumentis, & ipse fatetur, in volumine de Finibus bonorū & malorū. Hoc idem agere necessum fuit Theologis, pręsertim cum tractaturi essent de rebus diuinis, nequaq̄ vulgo cognitis. At (inquies) sed id inepte fecerunt, præter omne decorum: multaque latine dicere potuissent: quæ tamen barbare protulerunt. Quod sane non inficior. sed hæc culpa potius temporibus tribuenda, q̄ theologis, qui eo sermone qualitercūque latino vsi sunt, qui communis erat & receptus eo seculo, quo ipsi floruerunt. Constat enim iam ante mille annos barbarorū plurimis illuuionibus, latinam linguam fere fuisse deperditam, quinimo candorem illum & proprietatem sermonis longe antea abolitam. Flos enim ille latinæ eloquētiæ ab excessu Augusti Principis decidere cœpit: qui felicissimo illo seculo, & prioribus florentis reipublicæ fuerat. Labiq; tūc linguam cœpisse, & semper in deterius esse prolapsam constat. Ex monumentis enim eorum qui scripserunt illis temporibus, est illud videre. Quantū enim abest Senecæ sermo ac phrasis (qui tamen tempore Neronis scripsit) a facūdia & nitore Ciceronis eloquii, Cæsaris, Salustii, & aliorū qui illo tempore scripserunt? Q̄z & magis prolapsa sit breuissimo tempore, Suetonii & Valerii Maximi scripta testantur. Quantā deniq; prorsus iacturam fecerit, posteriorum monumēta declarāt, vt Lampridii, Iulii Capitolini, Martiani Capellę, Apulei, & cęterorum: qui tamen adhuc vigente imperio scripserunt. Quorum sermo tam incultus, tam implexus est, vt nisi vetustatis authoritate niteretur, & plurimarum rerū notitiam traderet, prorsus eorum volumina fuisse reiecta, & authorū nomina obliterata crediderim: apud latinæ linguæ studiosiores. In diesq; ac dies successiue magis ac magis semper collapsa lingua, barbarorum commercio ac potestate. Ita vt species tñ quædā (prorsus adulterato sermone) illius antiquę perstiterit vsq; ad hoc postremū seculum: quo restitui cœpit ac reuiuiscere. Quapropter non culpādi theologi, qui prioribus seculis minus latine, sed barbariuscule scripserunt. Præsertim cū disciplinarum studioso & notitiæ rerum cupidiores, verborum excolendique sermonis minus studiosos esse conueniat: ne in hoc occupati, a rerum contemplatione diuertantur. Sine quarum cognitione nec vera eloquentia haberi potest. Ipsa autem sapientia, minime illa egeat, sed citra omne eloquētię studium quod illi plus officere potest q̄ prodesse consequi possit. Quod animaduertentes philosophorum plurimi et illi quidem non ignobiles, sed præclari, omnem ætatem in philosophia contriuerunt neglecta prorsus dicendi peritia, & elo-

quentię studio quam indecoram & turpē philosopho esse arbitrati sunt. E quibus vt aliquos commemorem babetur pro confesso & grauissimi testātur authores Anacharsim Cratem Diogenē fuisse apud quos dicendi facultate nullū vnq̄ fuit studium, nulla cura. Pari modo eam contempsisse Socratem qui alios grauitate sapientia ac nominis celebritate superauit, prętet cętera argumento sunt, Oratio ipsius quā habuit in iudicium vocatus pro se redditurus rationē simplex & inculta ita, exordiēs, Vos ex me audituri estis iudices omnē veritatē non cōposita oratione cęterisq; verbis, vt faciūt hi qui horū studiosi sunt, sed vulgaribus verbis me loquentem audietis. Credo enim iusta esse quę dico nec aliud a me expectare debetis. Neq; enī mihi cōuenire videtur, vti adolescētulo fictis ad vos ingredi verbis &c. Itaq; ille eloquētię studiū nō solū phis sed etiā viris indignum arbitratus illud prętetiit, & in ea parte philosophię præsertim quę ad mores pertinet suū prorsus ingeniū occupans. quod & alio argumēto cōprobatur. Cū sapiētissimus Plato omniū Socratis discipulorū prę clarissim9, deniq; eloquētissimus, sed vt coniicitur natura potius q̄ arte, de magistro agēs ornari ipsum hac facultate nō permisit, existimans potius deturpare q̄ ornare philosophū cū ludentiū adolescentulorū certamē & gloria & eorū qui vulgus ducere volūt apud quod etiā gratiosi esse cupiunt, magis studiū esse videatur q̄ virorū grauiū. Si autē id cēsuerunt tam illustres phī nō tractātes tamen nisi humana vel quę ratione naturali inuestigari possunt, quid statuēdū sacris theologis oracula sancti spiritus & diuina tractaturis? nunqd posthabere eorū cōtēplationē cōueniebat vt in studiis eloquētię cōtererent tēpus? quod si cui tamen videretur sciat eloquētissimū simul & doctissimū Ioannē Chrysostomum eiusmodi sentētię refragari. Nemo autē de qualibet arte rerūve studio, rectius iudicare potest illo qui illā calleat in ipsa ve sit versatus. Ipse autē in libro aduersus vituperatores vitę monasticę, ita ait, Nos inquā qui externā sapientiam ridemus & stultitiā esse putamus, eloquētiā ita admirabiur vt propter illū ea cōtēnamus q̄ necessaria sunt in primisq; vtilia? Quę vero illa sint magni illi ac sanctissimi viri edocuerūt, qui initio seculi cū adhuc literę non essent, quiq; post illos fuerūt, cū iā essent, dicēdi vero ars nōdū iā instituta: & qui post eos fuere eloquētia iā florēti nō solū illius eloquētię imperiti verū & literarū, tū in ipsis rebus in quibus dicēdi vis videretur maxime necessaria, tanta felicitate eos qui erāt in ea eminētissimi superauerunt, vt si illis isti cōferātur stultis pueris inferiores esse videantur. Hęc Chrysostomus sapiētissime qdē & verissime. Quid enī refert ad rei cognitionē capessendā, q̄ polito, q̄ eleganter, qua lingua illud proferatur, dūmodo sensus capi possit? Cū nō res propter nomina, sed nomina propter ipsas res sint inuēta? Quāobrē & sapiētię posessores statuerūt, parū de nominibus esse curādū, nec in illis insistēdū: modo de rebus cōstaret. Q̄uis aūt pulchrū sit & pręeligēdū, cōmode ac compte proloqui: q̄ incōdite ac barbare, modo id potioribus studiis nō officiat, nihilq; detrahat: attamē si vtrūq; p̄stare nō possit sapiēs, propter id nō sileat, verū alterū, quod magis refert, pręstet: nec desinat vel barbarissime (si aliter facere nō valet) arcana sapiētię prodere Geticū, Sarmathicūve sonet, dū latinū proloqui conetur, Solœcizet, balbutiat, hęsitet, modo doceat scitu digna, Gallizent igitur britānizent aut germanizēt

(vt ita dicā) Theologi: dū sapientiā prodant, quę nō vocibus sed rebus constat. Anacharsim sordidę Scythię alūnū scythicē loquentē nō cōtēpserūt Gręcię sapiētes, sed in suū cōsortiū receperūt, quia sapiētia preditū. Nec Plato eloquētię princeps Ægyptiacū Chaldaicūq; ob vocis strepitū obhorruit, sed illos adiit sapientię cupiditate. Nec Apollonius ille Thianeus, q̄uis gręcus & disertus, Aethiopas magis murmurātes, q̄ articulata voce proloquentes. Nec gymnosophistas Indos sibilātes, ob linguę barbariē, refugit: sed longissima & periculosissima peregrinatione, immēsis sudoribus perquisiuit. Nō eñ tā delicatę aures studiosorū sapiētię, queādmodum & eloquētię. Ingētibus periculis immēsisq; laboribus perquirimus aurū, & gēmas in visceribus terrę, antra & cuniculos subeuntes: Nec illa aspernamur, q̄uis natura vt plurimū, non ipsum ferat obrizū & sincerū, sed spurca & fuliginea materia, lapidibúsq; & terra, halitib⁹ sulphureis suppurata cōmixtū, quod e sordidis fodinis eruim⁹. Nec profundi maris gurgites metiri veremur, vt margaritas in conchis saxo affixis delitescētes, colligamus. Sapiētię documēta cui aurū, gēmę, & omne qđ p̄ciosum est collatū, veluti squallida est & informis harena, aspnabimur, quia nō sermone resonāti, rotūdisq; verbis, nobis tradať, sed rudiori & minus culto sermone? Nō eqdē laudatissima vina refutamus, q̄uis nō gēmeo myrrhino aut crystallino, sed rudi poculo, vtpote ligneo aut fictili, nobis propinentur: sed cupidissime illa haurimus, modo sitis nō absit. Pari modo sapiētię auidiores, vtpote semp illius sitiētes, eā imbibere nō respuūt, quocūq; poculo proferať. Quę sapiētia ab Hermete Trimegisto, Aegyptiis tradita fuit, absq; literis: vtpote characteribus literarū apud illos nōdū inuētis. Sed imaginibus qbusdā animaliū, arborū, & similiū rerū, aliud mystice signātiū ab eo qđ repręsentabāt. Quę cū perspiciebātur oculis res legebatur. Nullū vocis sonitū reddebāt, nec linguę opa indicabāt, qđ referrēt: sed mutę & elingues interne denotabāt, & animis inferebāt, q̄d portēdet qđ significarēt. Quę simulacra appellata sunt literę hieroglyphicę quarū monumēta q̄dā Romæ lapidibus & obeliscis incisa, adhuc extāt. Ad sapiētiā igitur capessendā, nihil refert quo idiomate, q̄bus vocibus, elegāti sermone an inculto, quid proferať. Solebat quippe dicere quōdā herus meus, & humanissimus inquā ac optimus princeps Maximilianus Cæsar, & pulchre q̄dē, Latini sermonis quoddā genus esse, qđ militare dicebatur: valde differēs ab eo quo linguę professores vtebantur. Quid vetabit similiter dicere & aliquod esse genus Latini sermonis, a Gothis Vandalisq; deriuatū, adulteratū q̄dē, vt & illud militare, a philosophis theologisq; ob tēporis infelicitatē vsurpatū, qđ barbaricū magis sonet q̄ latinū: quo tñ expressa doctrina, nihilo reddatur deterior? Ex his manifestū est, iniustū & periniquū esse, sapiētes theologos dānare, eo q̄ nouis quibusdā vtātur vocibus, minusq; latine nec eleganter: sed barbariuscule locuti sint: cū eorū propositū fuerit, sapientiā nō eloquētiā prodere, nō aures oblectare, sed mentē formare. Quę quacūq; lingua, immo citra oēm linguā (vt diximus) tacite, idolis quibusdā tradi potest. Num igitur reiicienda Ioannis Scoti, exactissima & sublimis, diui Aquinatis solida & grauis, Alensis & Henrici ampla & perspicax, Bonauenturæ perspicua & excussa, Magni Alberti multiplex & diffusa (vt cæteros pretercam) doctrina?

omnium quidem admirabilis? Quia non eleganter scripserint, non syncere ser-
mone latino illam expresserint? Absit, absit tam magna insania, vt sapientiam
tantamq; doctrinam reiiciamus, aspernemur, ob inculti sermonis labeculam &
infacundiam.

Ad aliud transeo. Detestaris postremo ipsos, eo q, vt ais, quęstiones pluri- K
mas inanes tractent, de quibus non esset disserendum: cum ad pietatis syncerita
tem non pertineant, sed illi potius officiant: quę nec ab Apostolis qui dogmata
Christianę religionis nobis promulgarunt fuere attactę. Cui obiecto facile est
respondere. Non enim omnia omni tempore decent aut expediunt. Nascen-
tis quippe ecclesię tẽpore, nõ cõueniebat fidẽ quę adhuc serebatur apud promi-
scuum populum, dubiis & quęstionibus inuoluere, de illaq; dissentire: sed simpli
cissime erat tradenda & imbibenda. Quemadmodum fit in principiis cuiuslibet
artis & scientiæ, illa acceptantur, & vera esse dignoscuntur lumine naturali.
Hæc autem authoritate scripturæ & virtute spiritus. Verum hoc commune o-
mnibus principiis, vt de ipsis non ambigatur, nec disputetur. Sed tanq̃ vera &
explorata supponantur. At ipsa fide iam promulgata & recepta, subortis pluri-
bus spiritu Sathanę inflatis ipsius dogmata peruerse interpretantibus, ac vari
as hęreses ferentibus gentilibusq; & philosophis cõpluribus humana doctrina
tumentibus, insurgentibus ad fidei integritatem impugnandam, necessum fuit
ad dogmata tuenda, eorum cauillos & quęstiones dissoluere, erroresq; & insa-
nias confutare. Quod fieri non potuit nisi in medium adductis dubitationibus,
& discussis quęstionibus quę in cõtrouersiam venerãt, aut venire poterãt. Quod
tu damnas, industriamq; summę laudandam vituperas, quibus & vsi sunt non
solũ neoterici theologi, sed etiam vetustissimi patres, q̃uis non eadem methodo.
Sed illi vsu recepta illorum temporũ, elegantius & latiori oratione: hi autẽ mo-
re dialectico, sermone contractiori & magis expresso, exactius illa tractauere.
vtpote illi Platonis phrasim imitantes, hi autem Aristotelis.

Si autem eos accusandos censes qui de altissimis rebus disseruerunt, con- L
demnes oportet, præ cæteris theologorum principem, Ioannem inquam Euan-
gelistã, qui ad explodendũ Ebionitarũ dogma insurgens: illud tã altũ tam subli
me & arcanum intonuit. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum,
& deus erat verbum: etc. quo nihil celsius diuiniusve potuisset. Oportet item da
mnes vas sapientiæ, Paulũ Apostolum, qui de diuina prædestinatione, de gratia
& libero arbitrio, de diuinitate & humanitate Christi, eiusq; post mortem resur-
rectione & aliis multis, tam subtiliter, tam acute, tam profunde disputauit &
definiuit. Similiter condemnes Iacobum Apostolum, epistola sua de fide
& operibus, & plerisq; aliis quæstionibus difficillimis edisserentem. Similiter
Apostolorum principem idem agentem, in suis epistolis: & apud Apostolo-
rum Acta, vt ceteros Apostolos omittã. Nam negociũ tibi sit oportet, cũ docto
ribus oĩibus, tũ Gręcis tũ Latinis vetustioribus Naziãzeno, inquã, Chrysosto
mo, Orig. cũ tota deniq; Gręcorũ schola, doctissimoq; et acutissimo Aug. et eru
ditissimo Hieronymo, et Ambrosio: cũq; cęteris Latinis. At inquies illos nõ dã
no: sed hos neotericos, q lõge aliter ea tractãt, multisq; distinctionibus oĩa cõfun
dũt ac inuoluũt. Illos q̃dem damnas prę cęteris, sed iam magna ex parte habeo

quod petebam, videlicet ꝙ tractare quęstiones profundissimas, de dogmatibus
theologicis, non sit reprehendendum: sed tantummodo methodus nouitia illas
tractandi. In Moria tamen vtrunq; improbas non methodum tractandi solam:
sed ipsarum quęstionum tractationem.

M Quod enim ad distinctiones attinet quas tantopere criminaris, cum tamē
ita necessarię sint, vt citra illas nihil inuolutū perplexumve explicari possit, qui-
bus etiā vsi sunt vetustiores doctores. Partitionū enim luce inuoluta euoluūtur,
implexa dissoluuntur, dubia tollūtur, occlusa referantur, occulta manifestantur,
sine quibus incerta fere essent omnia: quod inde prouenit (vt supra diximus) ꝙ
multo plures sunt res, quę animo cōcipiuntur, q̄ voces repertę simplices vel cō-
positę, ad vnamquanq; earum proprię significandam. Manifestū igitur te sum-
ma iniuria distinctiones improbare, quibus explosis fere oēs disciplinæ omnisq;
doctrina tū prophana tum sacra, inuolucris & ambagibus esset cōfusissima, nec
vlla ars scientiavt stare posset, quibus et philosophi, & oratores, illas tradētes ne
cessario sunt vsi. Pręsertim autē sacra theologia cōstare & tueri nō posset, ipsis
sublatis partitionibus. Nec enī defendi possent nostra ab oppugnatoribus, con
tendentibus nos pugnātia credere ac docere, vtputa, ꝙ eadē persona sit, & deus
& homo. ꝙ tres sint personę distinctæ vnius tantum naturæ, numero indistin-
ctę. Idē corpus esse posse simul in pluribus locis, ac vnū aliud corpus subire. acci
dentiaq; manere sine subiecto. A volūtate antiqua immutabili, prouenire posse
motum nouū, citra omnē mutationē: & mille alia huiusce generis, quę pręter ra
tionem dicta esse videtur: nisi adminiculo ac beneficio distinctionū illa declaren
tur ac defendātur. vult autē Apostolorū princeps nos paratos esse, reddere rati-
onē, de ea quę in nobis est, fide. Quod nequaq̄ facere possem⁹, nisi in his subtilio
ribus quęstionibus discuriēdis, (quę distinctionibus fere dissoluuntur) fuerim⁹
exercitati. Hac ratiōe theologi de huiusmodi disputāt, nō tamē vti de rebus ambi
guis & problematicis apud fideles, sed vt de certis & authoritate diuina explora
tis. Q̄uis illa problemata quę non solū vti sint dubia, sed epresse falsa, propo-
nant disputāda: quia apud aduersarios acturi, se parāt & instruūt, vt verbi gra-
tia, cum quętūt, vtrū cū vnitate essentiæ, possit stare pluralitas personarum: id
faciunt, tanq̄ contra hostes conflicturi. Cum dogma illud ab ethnicis & hęreti-
cis, variis argumentis oppugnetur. Ad quę refellenda vt paratiores sint, in simi-
libus quęstionibus exercentur. Quibus etiā declarant nos nihil absonū, & quod
e diametro pugnet cum ratione naturali exacta, credere. Cum idem sit deus na-
turę, legis & gratię. Quamobrem & plura dogmatum nostrorū cōmuni sensui
rationis naturalis consentanea esse declarāt: nōnulla rationibus naturalibus cō-
firmantes. Placita quippe religionis nostrę, licet ratione euidēti demonstrari nō
possint (non enim essent fidei) tam omnia rationabiliter defenduntur, multaq;
veris & probabilibus argumentis declarari ac probari valent. In qua re peragē
da plurimum operæ impendunt theologi recentiores, quemadmodum & circa
illa quæ annexa iis, de quibus præcipue tractant: que definita tamen non sunt,
& ex iis quæ sunt præcipua & certo in lumine fidei. Attamen quoquomodo il-
la verificari possint, non est perspicuum.

N De huiusmodi perquirentes veritatem, vnusquisq; pro ingenii facultate &

iudicio, affert, probat, vel improbat, quod verisimilius illi videtur. Quo accidit, vt inter se in similibus digladientur plurimi: eo q̃ variæ sint hominum opiniones & sententiæ. Sed quantum ad dogmatum præcipuorum veritatem, omnes conueniunt: & de illis nulla est controuersia. In cæteris em̃ dissentire nihil est periculi: nec quicq̃ refert, vt exempli gratia. Conueniunt omnes tres esse personas distinctas in diuinis in vnitate essentię, hocq; fidei dogma est. An autem ipse personę ab inuicem seiunctę sint, absolutis quibusdam proprietatibus, an relationibus tm̃ quibus constituantur: hoc nec definitum est, nec in scriptura satis expressum. Quamobrem illud dogma non est, sed problema: de hocq; ambigere & disputare licet. Quapropter & diuersi varie sentiunt. Nec enim Diuus Augustinus, qui de summa trinitate tractauit, & tot alias difficillimas quęstiones disputauit cum cæteris patribus, qui eadem argumenta tractarunt, in omnibus conuenit: nec cæteri adinuicem. Nõ est igitur q̃ damnes Theologos eos passim Sophistas vocitando, q̃ de istis quæstionibus difficillimis disputent, q̃ in quibusdam non cõuenientes inter se digladientur. Stat enim firma apud omnes dogmatum regula. Et ea in quibus discrepant, nihil faciunt ad fidei synceritatem: faciunt autem ad vberiorem doctrinam: ad ingeniiq; exercitationem: & scripturarum ampliorem intelligentiam. modo quis non abutatur methodo: digrediensq; a proposito, ad quęstiunculas quasdam, quę vel non sunt loci illius vel prorsus inanes, se conuertat: & illis immoretur. Sed id iudicii hominum vitio accidit, non methodi. Ignoscendum tamen si quandoq; id fiat, dummodo modice fiat. Cum nulla ars cuiuscunq; generis sit, exactissime pertractetur, sed peccata plurima in illa fieri contingat. Non enim omnia eius præcepta ex amussi & absolute seruantur. Nõ tamen quæ ab egregiis artificibus fiunt, (etsi vitia quędam in illis sunt) prorsus reiiciuntur. Sed illis vtimur, bona suscipientes, erratorum non ignari. Quinimmo nec ipsa rerum parens natura, res semper syncerissimas producit, sed sępe inuolutas, & commixtas horridis quibusdam, & inutilibus rebus. At ingenio & diligentia omnia corriguntur. Seligitur enim quod vtile est ab eo quod incommodum. Nam profert ager vna cum tritico lolium & zizaniam, cribri autem se cerniculo extruditur lolium, & purgatum remanet triticum. E mola furfur cum simila eiicitur, excutitur tamen furfur cribri tenuioris beneficio: & vtimur farina. Mel ab apibus in fauis cum cæra producitur: separantur tamen hæc artis industria. Similiter faciendum in voluminibus doctrinas complectentibus, in quibus etsi quædam vana & superflua pertractantur: non tamen ob id reiiciẽda: sed studio & diligentia seiungenda commoda ab incommodis, vtilia a vanis. Hoc autẽ iudicio rationis faciendum a doctis, valentibus illa cognoscere. Qua de causa nec quęstiones omnes, promiscue & vulgo tractandę, aut palã disputãdę: sed tm̃ inter doctos & professores in scholis, non autẽ in concionibus publicis. Cũ populus illarum capax non sit. Sed hęc missa faciamus. Desinas igitur desinas vir argutissime, absolutiores theologos dãnare: q̃ de rebus cognitu difficillimis subtilissime edisserant. Quorũ industria & inuẽta methodo effectum est, vt a quingentis annis pauciores hęreses subortę sint: vel quę sunt enatę (necesse est em̃ vt veniant scandala) breui & non magno negocio fuerint confutatę & extinctę. Verũ enimuero vti protrita est sentẽtia, ita & exploratissima, vnũquẽq; ea cõtenere

vel odisse studia,in quibus versatus non sit,aut minus profecerit. Si igitur tibi aliud theologizandi genus magis applausit, vtpote queadmodū placidius, ita & crassius,quāobrem & cōmunius.Non est tamē quod damnes hoc aliud exquisitius ac commodius ad fidem tuendā ab hostibus.Sed quod tibi magis probatum est,laudato: circa illud versare,insuda,huic non detrahas. Studia enim sibi inuicem opitulari debent,non officere.Sed de his hactenus. Quid enim de disciplinis & omni sapientia statueris,ex dictis iam perspicuum est.

O Superest videre & quid de aliis humanę vitę studiis,sentias,& scripseris. De mercatura nanq; & negociatorum studiis ita inquis.Est omniū stultissimum ac sordidissimū negociatorū genus.Quippe qui rē omniū sordidissimā tractēt. &c. Alia omitto ne vniuersam Moriā recitare decreuisse videar.Pauca em̄ verba sufficiunt ad declarandum te mercatura damnare, nō mercatorū mores,vt ais.Asseris enim rem omnium sordidissimā eos tractare:manifestum est te rem ipsam,nō mercatorū vitia detestari.¶Deinde ad improbandā militiā descendis,pluribusq; taxans milites,ꝙ illam profiteantur:inquis.Bello diuitias eos petere malle,q̄ tutum ocium exigere domi.&c.Quasi militia ob auaritiā exaturandā sit instituta. Et quotquot militię asscribūtur,cęca cupiditate ducti, militarē vitam deligant. Cum tamē plurimi sint qui animi prestātia,virtutisq; amore,& ad tuendā iustitiam munia militaria obeant.Nāq; manifestū est sublata militia,ac etiā mercatura,Remp.cōmode stare nō posse.Sunt enim artes necessarię,quibus ciuitates,ac resp.constituuntur,& seruātur.Cum em̄ nemo sibi soli sufficiat,sed alius alii opituletur,commercia sunt necessaria:quibus res commutentur.Et milites,vt pace & ocio securi ciues vitam ducere possint.

P Exinde ad monasticā vitam damnandā & ad religiosos insectādos mira acrimonia,& verborum mordacium profluuio irrumpis.Quorū tamē nō omnia referam,sed quędā tm̄ quę nulla arte,nulla verboꝝ circuitione defendi possunt.Ita enim inquis.Ad horū felicitatē proxime accedūt ii,qui se vulgo monachos,ac religiosos appellant:vtrosq; falso cognomine.&c.At paulo post.Cū hoc hominum genus omnes sic execrentur,vt fortuitū etiā occursum ominosum esse ꝑsuasum sit.&c.Primū summā existimāt pietatē,vt vsqueadeo nihil attigerint literarū, vt ne legere quidem possint.Et cū psalmos suos numeratos quidē illos ac non intellectos,asininis vocibus in tēplis detrudunt.Et sunt ex his nonnulli qui sordes ac mendicitatē magno vēdunt:proq; foribus magno mugitu panē efflagitant.&c. Non mediocri profecto reliquorū mendicorū iactura:atq; ad eū modū homines suauissimi,sordibus,inscitia,rusticitate,impudētia apostolos(vt aiunt)nobis referunt:omniaq; faciūt ex prescripto:quasi mathematicis vtentes rationibus.quas ꝑterire piaculū sit.vt quot dormiendū horas.&c.At hęc quidē æqualitas,in tāta corporū & ingeniorū varietate q̄ sit inęqualis,quis nō ꝑspicit?&c.Et paulo post. Ex his quosdā videas adeo rigide religiosos,vt summa veste nisi cilicina vtantur. Intima milesia.Alios cōtra,qui superne linei sunt,interni lanei.Rursum alios,qui pecunię cōtactū,seu aconitū abhorreāt.¶Deinde ad cognomēta etiā ipsorū carpenda transis,inquiens hos dici Funigeros,alios Bernardinos,aut Benedictinos, & ita de aliis.Demum ad domestica instituta & cerimonias sermonē cōuertens, magna exaggeratione verborū oīa carpis,damnas,irrides,referēs illos iactare

& gloriari, de obseruatiõe traditiũcularũ homũculorũ, inquiẽs. Alius ostentabit aqualiculũ oĩ gñe písciũ distẽtũ, alius psalmorũ cẽtũ effundet modios, alius ieiuniorũ myriadas enumerabit. alius cerimoniarũ tñ aceruũ pferet, quãtũ vix septẽ onerariis nauibus vehi possit, alius gloriabit sexaginta annos nũq̃ attactã pecuniã, nisi digitis duplici chirotheca munitis. & ali9 alia. &c. Orationẽq; tãdẽ plusq̃ ad fastidiũ plixã cõcludẽs, ais. At Christus, iis interpellatis, vndenã inquiet hoc Iudęorũ genus? vnicã ego verã meã legẽ agnosco, de qua sola nihil audio: nec eos agnosco: quorũ traditiũculas meis pceptis anteposuerũt. Cętera ptereo, eo q nimis calũniosa, & fastidiũ gignerẽt legẽti. Sed age cẽsor grauissime nõne ex istis verbis satis liquet te nõ carpsisse religiosorũ vitia, sed eorũ instituta & vitã? Nam insectari quippe vestitũ, ieiunia, psalmodiã, & preces, paupertatẽ mẽdicitatẽ, ciborum quorũdã abstinẽtiã & cętera huiuscemodi, nõ est carpere monachorũ errata, sed eorũ leges & instituta, & viuẽdi formulã dãnare. Quã asseris a Christo nõ agnosci, qui vnicã suam legem tradidit, at ipsum proinde eos reiicere vt quoddã Iudęorum genus: hęcq; profers ac si monachorũ cõstituta cum Christi lege pugnarẽt. Attamẽ cõpertissimũ est illa omnia instituta esse ad pręcepta Christi cõmodius seruanda: cõplectiq; nõ solum mandata, verũetiam cõsilia ipsius: quę ad perfectionẽ vitę assequendã pertinent. Nã & vestitus ipse, & mendicitas, & ieiunia, & cętera quę improbas, ad eã cõsequendã plurimũ faciunt. Et sumpta sunt ex dictis, aut exẽplis apostolicis, plurimaq; ratiõe & diuini spũs aspitatione statuta, vt inferius pprio argumẽto, & capite declarabit. Qua disputatiõe oẽs (vt spero) tui morsus reiicient. Satis aũt ẽ hoc loco verborũ tuorũ testimonio cõmõstrasse te monachorũ vitã & instituta insectari, & nõ tñ eorũ priuata peccata, vt dixi.

Qui tã etsi quãdoq; gloriẽt (vt ais) de pscriptorũ suorũ obseruatione: id totũ referũt nõ ad ppriã laudẽ, sed ad gloriã seruatoris: q eis dedit illa pficere: qđ licere, & qñq; expedire didicerũt exẽplo Pauli apostoli recolẽtis ea q̃ pegerat, passusq; fuerat amore Christi, & gloriãtis de acceptis donis. Inqt.n. Si gloriari oportet (nõ expedit qdẽ) Attamẽ si voluero nõ ero insipiẽs: veritatẽ.n. dico. Nihil.n. minus feci ab iis, q sunt supra modũ apostoli. &c. Ministri Christi sunt, vt minus sapiẽs dico, plus ego in laboribus plurimis, in carceribus abũdãtius, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter. A Iudęis qnquies quadragenas, vna min9 accepi, ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ ptuli. &c. Et paulo post. veniã aũt ad visiones & reuelationes dñi. Scio hoiem in Christo, q raptus est in paradisum & audiuit arcana verba. &c. Et rursus alibi Euãgeliũ qđ euãgelizatum est a me, notũ vobis facio, q ab hoie nõ accepi illud, sed p reuelationem Iesu Christi. Qui.n. operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et rursus, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. &c. Q.

Mendicitatem præterea certe sumptam esse a Christi & Apostolorum exemplis compertum. Nã cum illis nec domus, nec tectum, nec quicq̃ esset propriũ, exploratissimum fuisse necessum est hospitium quandoq; eos emendicasse, & cętera ad vitę vsum necessaria, quãdo sponte eis non afferebãtur. Nã & sacratissimam acturus cœnã dñs, misit ad emendicãdum cœnaculum, & cętera necessaria ad pascha celebrãdum. Cõpluribusq; aliis ex locis euãgelii, & apostoli est ce- R.

gnoscere ipsum ac apostolos emẽdicasse plurima. Nã perspicuũ est Paulũ emẽdicasse apud gẽtes pro pauperibus sanctis, qui erãt in Hierusalẽ collectas faciens per omnes ecclesias. Qua in re fuit plurimũ solicitus, vti spoponderat se facturũ Iacobo, Cephe, & Ioanni, cũ dexteras ei dederũt, operãdi inter gentes, qd̃ ipsi inter Iudęos. hoc cõdicto vt pauperũ sanctorum, qui erant in Iudæa, memor esset apud illos: emendicando videlicet ab illis transferẽda in Hierusalẽ, vt ipse refert ad Galatas scribens. Quamobrẽ non est quod religiosos mendicãtes carpas, ac laceres, inquiens rusticitate, impudẽtia, sordibus, inscitia, referre apostolos. Quos sane paupertate, simplicitate ac mendicitate, eos inuitantes, veracissime referũt: sordibus, inscitia, ac impudentia minime. Sed tu hæc peruerse superadiecisti, ea illis impingens a quibus tamen sunt immunes. Sed ad alia transeamus.

S Insectata religiosorũ vita ad principes, p̃sules, & aulicos carpẽdos transilis. Inquis enĩ iãdudũ etiã iuuat de regibus, principibus & aulicis aliquid dicere. Qui quidẽ si vel semunciã sani cordis haberent, quid esset eorũ vita tristius aut æque fugiendũ? &c. Ad idq; cõprobandũ, multa eloquẽtia rẽ exaggeras: plurima refers declarãtia q̃ difficile sit bene imperare, detestãs (nec iniuria) plurimoꝝ deprauatos mores. Quę omitto ad vitãdã nimiã ꝓlixitatẽ. Sed vt hãc q̃stionẽ paucis absoluã. A te ꝑquirã vir egregie, an regnare, rẽp. administrare, rebus pręesse, prauũ quid & vituperãdũ existimes? an bonũ & laudãdũ? Si prauũ, recte ais, dicẽs esse fugiẽdũ. Si autẽ decorũ, ac probũ munus est, certe perperã loqueris. Etsi enĩ difficile, ac periculosum sit, bene regnare, nõ tñ ob id fugiẽdũ. cũ virtutis opus omne, circa difficile versetur. quãtoq; difficilius tãto sit p̃stãtius. Quid autẽ pulchrius quid laudabilius, q̃ publicis rebus cõsulere, iustitiã ac leges tueri, rẽq; publicam bene administrare, materiãq; exercẽdę virtutis paratã habere? Nihil enĩ fere magis prę se fert speciẽ quãdã omnipotẽtię maiestatis diuinę: q̃ vtilitari publicę ꝓspicere, ac bene regnare. Proinde nec regnare fugiẽdũ, sed potius expetẽdũ: dũmodo quis bene regnare valeat ac velit. Tu aũt & regnare nõ solũ vis esse fugiẽdũ, verũ & eos qui recte facere, id valẽt asseris ineptius impare, & deterius rẽp. administrare. Cõtendẽs eos, qui fuere huiuscemodi, ꝑditissime regnasse. Inquiẽs nullos peius rẽp. administrasse, q̃ sapiẽtes. Ita.n. habes. Imo si cõsules historicos nimirũ nullos inuenies pestilẽtiores reip. fuisse principes, q̃ si in philosophastrũ aliquem, aut literis addictũ inciderit imperiũ. Ad qd̃ asserẽdũ refers Catones, Brutos, Cassios, Gracchos, Ciceronẽ, Demosthenẽ, ac principũ omniũ decus & iubar p̃clarissimũ Marcũ videlicet Piũ cognomẽto philosophũ. Qui tñ (vt ex historiis grauiũ authorũ est cognoscere) summa moderatione imperauit. Et tãta diligẽtia ac virtute remp. administrauit, vt eius tẽpore valde imperiũ floruisse cõstet. Quod & vsu venit tẽporibus cæterorũ principũ, qui eruditionis nõ expertes, illã cũ virtute cõiunxerunt. Nimirũ si tempora studiosorum principũ, tẽporibus rudium & indisciplinatorũ cõferantur, feliciora fuisse cõperiẽtur. Et vt alios pretereã. Quid inquies de Iulio Cęsare, Augusto, Tyberio, nũquid ipsi expertes literarũ & ignari fuerũt, an eruditi? Manifestũ quidẽ literatos & doctrina insignitos fuisse. Quos aũt recẽsuisti eorũ nemo rebus p̃fuit, clarissimi tñ fuerũt ciues. Et magna tũ laude & ãplissima authoritate sunt in rep. versati. Statuit autẽ diuinus Plato & multa qdẽ ratione, beatas fore resp. si a philosophis & sapiẽtibꝰ administrarent. Cui

sententiæ tu prorsus refragaris. contendens illos eas pessime administraturos:
Quod valde admirandū, cum nullo authore, nullaq; ratione aut argumēto saltē
probabili, tam erronea sententia sumi, aut confirmari queat. Licet enim cōtigisset
aliquem eruditū, vel futurū accideret, rebus præesse natura stupidū, quāobrē &
incōmode imperasse, hoc non eruditioni esset tribuendū, sed naturę illius culpæ,
cui & eruditio aliquid opitulari potuit, ad minus insulse gubernandū. Quin ipsa
eruditio, si hominē natura prudentē habilemq; ad res peragendas inuenerit, illū
magis ac magis expoliet, instituetq; exēplis & rationibus q̄plurimis. ita φ in vi-
rum singularē, & ad res pręclaras peragendas aptissimū euadet. Si autē imbecil
lum, iudicioq; vacuū & imprudētem, nequaq̄ eū reddere poterit idoneum ad res
pręclare administrādas, etsi pręstare poterit, vt minus vecors existat, q̄ etiā eueni
re possit vt ipsa accedente stupidior reddatur. Cū eruditio, quēadmodū & cetere
artes, naturā cōstituere non valeat: sed tantūmodo illam iuuare. Natura enī habi
lem & docilem facit. quē ars superueniens instruit, vsus vero perficit. Quę natu-
ra si imbecillior & incapax fuerit, cū circa artē ediscēdā magis occupabitur pau
xillis viribus suis circa illa exhaustis, in ceteris rebus agēdis vel diiudicādis red-
detur hebetior. Quo euenit nōnullos literatos viros (pterq̄ in arte quā psitent)
ceteris in rebus esse stupidiores, minorisq; iudicii, plurimis illiteratis. Quos natu
ra primū, deinde vsus rerū gerendarū prudētes effecit. Sed hęc missa faciamus.
Posthęc omnia mortaliū studia industriamq; in vniuersum damnare pseque- T
ris, inquiens: Nimiū enim desipiūt qui in rebus ipsis felicitatē hominis sitā esse
existimāt: ex opinionibus enī pēdet ipsa &c. Et rursus porro mortaliū vita omnis
quid aliud est q̄ fabula quępiā? Hęc tua verba. Et tamē negas in Moria cēsuisse,
nihil esse serium, nihil studiose prosequendū in humana vita. Quę si fabula est: nō
igitur vera seriaq; res est: sed ludus quidā. Si humana felicitas ex opinione pēdet:
nihil profecto boni in rebus ipsis erit, quod prosequendū sit, nihil ex re ipsa lau-
dandū aut vituperandū. Sed hęc sententia Lucianica, nō Christiana: & academi-
ca, nō stoica nec peripatetica, prorsusq; erronea: quapropter nec ab vllo graui &
sapiēte viro recepta. Quā & doctissimus Cicero tā studiose improbat, Seneca cō
demnat, Philosophięq; lumina, Plato & Aristoteles reiiciūt, & diuus Augustinus
tot libris academicarū quęstionū cōfutauit. De qua & Lutherus tecū disputās,
nec iniuria te accusat, eo φ nihil asserere videaris, nihil definias, sed oīa in incerto
relinquas. Quo insano & impio Academicorum placito, nil certi in rebus esse, sed
cōstare opinionibus omnia, subscribere videris. Sed de his hactenus.
Posthęc satyrica oratione recenses plurimos tum principum tum pręsulū mo V
res deprauatos. Quos nec referre oportet, nec enī eos defendere cōstitui. Tantū-
modo hoc dixerim in illis recensendis te quædam taxare, quæ improbare sit ne-
fas Cum nonnulla eorum necessaria sint, & alia opportunissima. Et quæ non in-
iuria improbas, petulantius insectaris q̄ conueniat. Cum Pontificum ac princi-
pum vitia non sint traducenda, nec promiscuę multitudini publicanda, sed po-
tius occulenda. Non etenim virorum grauium, præsertim potestatem haben-
tium, quorum authoritate respub. moderantur, peccata sunt publice incre-
panda: tametsi licet ac decet per occasionem illos qui aberrant, quandoq; mo-
nere priuatim. Sed id cum fieri conueniat, reuerenter ac parce agendum:

citra omnem verborum exaggerationem. Primum ne in contemptum populi deueniant, & concitetur in eos populus, resque publica perturbetur. Deinde ne potius irrites eos, quam sanes. Cum imprudenter non habita ratione dignitatis personarum, illos castigare conaris.

X Accusas autem ipsos, de multis, summa iniuria. vt Pontifices maxi. Cardinales, & cæteros sacerdotes, eo quod censu abundent, & opes possideāt. colligens peram agere, ex hoc quod dominus Iesus pauperem vitam duxit & apostoli. Incedendumque sit illis eius vestigio. Proinde nefas esse eos possessiones, agros, census ecclesiarum, ditiones, & cætera huiusce generis administrare, & patrimonium ecclesiarum illa appellare: & propterea bellare. quod cum laicis non liceat, multo magis illos dedecere perspicuum esse. Infers autem laicis non conuenire, ex hoc quod Christus non bellauit, sed Petrum gladium vagina exerentem coercuit. Quas collectiones futilissimas esse constat. Cum non omnia quæ Christus gessit, probauit sint semper, & citra discrimen temporis, loci aut negocii, ab omni hominum genere, vel ordine, peragenda. Sed nonnulla quibusdam quandoque conueniunt, quæ aliis diuerso vt tempore essent importunissima, vti priore epistola nostra disseruimus, & inferius propriis argumentis, diffusius declarabitur. Sed in hos laberis errores, eo quod partitiones, rerumque exactas finitiones negligis. Non enim quid inter præcepta & consilia domini intersit, nec quid discriminis sit inter ipsa consilia, capere videris. quemadmodum nec inter ea quę gessit dominus Iesus ad mysterium redemptionis generis humani peragendum, & quę ad instituendum exemplo varia hominum genera, eorumque varias professiones: nec inter ea quę spiritu tñi seruanda & intelligenda sunt, ab iis quę externe peragēda, differentiam facere. Sed omnia confundis sub vna communi ratione institutorū, aut gestorum domini. De ecclesiarum quidem censibus, dominique Iesu paupertate quędam disseruimus in epistola nostra, & inferius proprio argumento prolixius disputabimus. Sed obsecro te magister reuerende: Quænam collectio hæc? Christus pauper fuit, igitur ecclesiarum nulla debet esse possessio: igitur non licet sacerdotibus habere opes. Ad quam syllogismorum congruam normam reduci poterunt hæ sequelæ? quibus perficiantur enthymemata? Si colligeres. igitur omnes Christianos conuenit esse pauperes. Collectio alicuius esset apparentia: vi huius proloquii, ex Christiana professione quotquot illam faciunt, vitam ac mores Christi in omnibus imitari debent. Quod tamen non est simpliciter verum, licet apparens probabileque videatur. Quod si verum esset, sane non magis pertineret ad sacerdotes quàm ad cæteros Christianos. Quos omnes non inficiabimur conuenire spiritu esse pauperes. Quid quæso & illa? Christus non bellauit: sed Petrum compescuit gladium exerentem: igitur Christianis inhibuit bellare, præsertim sacerdotibus. Paralogizas facundissime Erasme, si rite argumentari putas: hæc proferens. Quod si licet cæteris (prout natura dictat, & omnis ratio suadet) tueri sua, vimque vi repellere: certe licebit pro loco & tempore, sacerdotibus idem facere, cum nusquam comperiatur eis magis inhibitum, quam cæteris. Præsertim in defendendis & asserendis ecclesiarum bonis, ipsorum fidei creditis. Quæ tanto gnauius ac fortius sunt defendenda iis, quę ad commodum proprium pertinent, quanto potioribus

rationibus sunt parta, & ad meliorẽ vsum constituta. Quod peragendum facto
declarauit Apostolorum Princeps in Ananiam, & Saphiram animaduertens, eo
q; integrum precium agri venditi in loculos ecclesię non detulissent. Quod au-
tem erroneũ prorsus sit sentire, Christianis interdictum esse reclamare, & bellũ
iustum gerere, re etiam exigẽte, inferius proprio argumẽto, propiciante deo, tum
rationibus, tum sacrę scripturę pluribus testimoniis, cõprobabitur. Oportet enĩ
quandoq; bella suscipere: cum pax quędã miserabilior atrociorq; fit nõnunq̃ ipso
bello: & prauorum quies, fit proborum perturbatio. Sed latius de iis inferius.
Reliquum est videamus quid de cõsuetudinibus probatis, de sacris ritibus & Y
cerimoniis, pontificũ remissionibus, & cęteris huiuscemodi, deniq; & quid de vni
uersa religione Christiana, deq; illius authore domino Iesu Christo in ipsa Moria
scribas. Quibus agnoscetur an mẽdaces iniquive fuerimus, epistola nostra illa re
ferentes, vt tu vis fuisse, perfricata fronte omnia denegans. Nec tamẽ cũcta per-
sequat. properanti. n. & ad alia tendenti multa sunt pręteruenda. Quędam igitur
tantummodo attingam. De Pontificum enim cõdonationibus (ab illis enim ini
tium sumam) ita scribis. Nã quid dicam de iis qui sibi fictis scelerum condona-
tionibus, suauissime blandiuntur, ac purgatorii spatia veluti Clepsydris metiun-
tur: secula, annos, menses, dies, horas, tanq̃ e tabula mathematica? &c. & paulo
post. Hic mihi puta negociator aliquis, aut miles, aut iudex, abiecto ex tot rapi-
nis vnico nummulo vniuersam vitæ Lernam semel expurgatam putat. Et existi-
mat velut ex pacto redimi. &c. Quis hæc verba audiens negare audebit Erasmũ
Lutherizare, aut potius Lutherum Erasmizasse cum insanire cœpit? Nã & pri-
ma eius debacchatio fuit aduersus has pontificum condonationes, quas indulgẽ
tias vocant. Quis non videbit quinimmo manibus & pedibus tanget, exortis il-
lum tuis primæ hęreseos suæ hæc semina collegisse? Cum ista tu longe antea
scripsisses, q̃ ipse insanire cœpisset. Sed heus tu qui contendis nihil in Moria scri-
psisse, vel alibi quod deroget Apostolicæ sedis, vel pontificum authoritati, do-
gmatibusq; ecclesiasticis: nihil tibi conuenire cum Luthero in dogmatibus da-
mnatis, Age dogma denegans remissionum & indulgentiarum veritatem, non-
ne ex damnatis est? Si autem confictæ sunt huiuscemodi condonationes, (vt as-
seris) sequitur Pontificem non vere pœnam remittere, quã exprimit literis apo-
stolicis, promulgantibus indulgentias. Merę igitur sunt imposturę, indulgẽtię,
tua sententia. Quod Lutherus prędicat, contendens rẽ esse cõmẽtitiã ad quæstũ,
& pecunias a simplicibus extorquendas. Præterea procaciter rides eos, qui diuos
quosdam venerantur, aut deiparam virginem statis quibusdam locis. Et eos qui
in templis dedicamenta suspendunt, nuncupatis votis. Ita enim. Quid iam non-
ne eodem fere pertinet, cum singulæ regiones suum aliquem peculiatem vendi
cant diuum? Cumq; in singulos singula quædam partiũtur? Et paulo post. Sunt
qui singuli plurimis in rebus valeant præcipue Deipara virgo. Cui vulgus ho-
minum plus prope tribuit, q̃ filio.
Deinde de Anathematibus agens, ais. Agedũ inter Anathemata, quibus tem- Z
plorum quorũdã parietes omnes ac testudinẽ ipsam tẽplorum refertã conspici-
tis, nunq̃ vidistis qui stultitiam effugerit: Sed alius enatauit incolumis, alius ab
ab hoste perfossus vixit, alius e prælio fortiter pugnando aufugit. & cætera.

Quibus recensitis subiicis. Sed quid ego superstitionum pelagus ingredior? Nõ
mihi si linguæ centũ sint oraq; centum &c. vsqueadeo omnis Christianorũ vita
istiusmodi delirationibus vndiq; scatet, quas ipsi tamen sacrificii non grauatim
admittunt, & alunt. non ignari quantum hinc lucelli soleat accrescere. &c. Hæc
autem verba tam manifeste commonstrant te omnia illa quæ retulisti, alioquin
a fidelibus vsu pio recepta, quędã valde laudanda ac probanda, a te irrideri im-
probari ac prorsus reiici, vt nulla interpretatione verborũ aliave exaggeratione
egeant. Nã expressioribus verbis eam sententiam referre nõ potuisses, illã cõclu
dens: superstitiones esse & deliramẽta, quibus omnis Christianorũ vita esset re-
fertissima. Quã sententiã ita affirmas acsi multa ratione, validissimisq; argumen
tis illam comprobasses. Cum tamen nudam omniq; ratione destitutã, sola nixus
eloquentia, illam protuleris. quis falsa & peruersissima sit, nimirũ simplicem po
pulum auocans a cultu diuorũ, & ab officiis pietatis. Cuius falsitas cõprobatur
tum scripturarũ authoritate, tum sanctorũ patrũ testimoniis. Etenim omnia quę
carpis damnasve, in vsum recepta sunt, vel fontem sacrarum literarum habent
authorẽ, e quo sumpta & deriuata sunt, præter id q; plurima ratione, ac pietate
fuerũt inducta. Primũ quidẽ Paulus apostolus testatur gratiarũ dona esse distin
cta, nec omnia omnibus cõcessa, sed distributa prout dño placuit. Inter q̃ dona
enumerat gratiã sanitarũ. Ioannes quoq; euangelista in reuelatione sibi facta in
insula Pathmo, refert ciuitatibus variis diuersos cęlicolas esse p̃fectos, cũ illo col
loquentes, vt cũ ait angelus Philadelphię ex Smirna aut Pergamis, dixit. &c. Idẽ
quoq; refert Michaelem archangelum depugnasse cum antiquo serpẽte. Quem
& Daniel propheta testatur pręesse populo Iudęorũ. Gabrielem autem destina-
tum fuisse nunciũ diuinę maiestatis ad Mariam, virginem superexcelsi mysterii
incarnationis diuini verbi, euãgeliũ pronunciat. Cũ igitur omnipotens dñs hęc
omnia distribuerit diuis, non autẽ vniuersa singulis, nec quocũq; loco, vel tẽpore
exercenda, sed quẽadmodũ ei placuit statuitq;, quidnã carpis, si Christianus po-
pulus (prout vnicuiq; magis opus est) interpellat hũc vel illũ diuorũ, ad opẽ ip-
si ferendã? Quid si plurimis in rebus iidẽ interpellẽtur, quibus existimant pluri
ma dona tributa fuisse? Et pręcipue deipara virgo, quę plena, Gabriele teste, gra
tia fuit, & super omnes sanctos, angelorũq; hierarchias, & choros, celsior est effe
cta. Sed nimis immoror in hac re, cũ inferius proprio argumento de illa sit tra-
A ctandũ. quo & cęteris futilibus dictis tuis respondebitur. Quid autẽ improbas
in donariis & dedicamentis, quę appenduntur in tẽplis ob suscepta vota? Si vo-
torum nuncupationẽ, pugnas cũ scripturis, (vt inferius proprio argumẽto de-
monstrabitur) suadẽtibus esse vouẽdũ. Si voti redditionẽ, cũ iisdẽ tibi res est, &
cũ ratiõe naturali, suadẽti promissa esse seruãda, & mortales esse debere gratos,
nõ immemores accepti beneficii. Quod quidẽ fit rũ cõfessione, & p̃dicatione, tum
quibusdã aliis rebus ac signis id referẽtibus & attestãtibus. Cuiusmodi sunt ta
bellę, & imagũculę ipsis in tẽplis affixę. Inter quas etsi nõ vidisti vllã attestãtem
quẽpiam ab insania sanatũ, forte cõtigit eo q; in huiusmodi negociis obtutus sit
hebetior. vel quia insani diuorum opem interpellare nesciunt, vel illam petere
contemnunt. Aspernatoribus autẽ nõ cõfertur beneficiũ. Hinc accidit pauciores
stultos, q̃ febricitantes esse sanatos. Sed his omissis ad alia progrediamur.

B De religione inquam & Christo domino hęc inter cętera scribis. Neq; vero temere est q; Christo stulti tam impense placuerunt, opinor propterea, q; quemadmodum summi principes nimium cordatos suspectos habent & inuisos, vt Iulius Brutum & Cassium, cum ebrium Antonium nihil metueret: vtq; Nero Senecam, Dionysius Platonem, contra crassioribus ac simplicioribus ingeniis delectantur. Itidem Christus σοφοὺς istos suæq; nitentes prudentiæ, semper detestatur ac damnat &c. Hęc autem verba, suæ innitentes prudentiæ, adiecisti in hac postrema editione. Non enim erant in priori. Sed parum tibi opitulari valent, si quis diligenter pręcedentia subsequentiaq; verba expendat. Nam paulo post subiicis. Huc pertinet quod passim in euangelio Pharisæos ac scribas, ac legum doctores incessit. Quid enim aliud est, væh vobis Scribæ & Pharisæi, q̄ væh vobis sapientes & docti? At paruulis mulieribus ac piscatoribus potissimū delectatus esse videtur. Et hic immutasti verbum morionum, a prioribus editionibus, cum piscatoribus. Subiungis deinde, ac ne ea quę sunt infinita persequar, vtq; summatim dicam, videtur omnino Christiana religio, quandā habere cum stultitia cognationem, minimeq; cum sapientia conuenire. Addidisti autem & in postrema editione, quod non erat in prima, hāc vocem aliqua cum stultitia &c. Et prosequeris. Cuius rei si desideratis argumenta, Primum illud animaduertite, pueros, senes, mulieres ac fatuos, sacris ac religiosis rebus, pręter cæteros gaudere: eoq; semper altaribus esse proximos, solo nimirum naturæ impulsu. Præterea videtis illos religionis authores, mire simplicitatem amplexos, acerrimos literarum hostes fuisse. Postremo nulli moriones magis desipere videntur quàm ii, quos Christianæ pietatis ardor semel totos arripuit, adeo sua profundunt, iniurias negligunt &c. quod quidem, quid aliud est q̄ insanire? &c.

C Quibus adiicis. Sed postq̄ semel τὴν λεοντῆν induimus, Age doceamus & illud, felicitatē Christianorū, quā tot laboribus expetunt, nihil aliud esse q̄ insanię stultitiæq; genus quoddam. Absit inuidia verbis, rem ipsam potius expendite: &c. Ad quod astruendum insinuatione quadam niteris persuadere, felicitatem Christianorum sumptam esse ex placitis Platonis, illam conferens furori naturali, quo ais homines vaticinari, futura prædicere & variis loqui linguis, de literisq; disserere, quas ante nunq̄ didicerant. Quod & inquis quibusdam morti vicinis quiddam simile accidere solere: subiungens felicitatem Christianam auspicantibus vsu venire, quod iuxta Platonicum figmentū accidit his, qui in specu vincti rerum vmbras mirantur, & fugitiuo illi qui reuersus in antrum veras res se vidisse prædicat &c. Quibus dictis obsecro quidnam ad confodiendam religionem dici potuisset atrocius? Primum felicitatem Christianam, quæ totius religionis summam & finem continet, nil aliud esse q̄ insaniæ stultitiæq; genus quoddam: sumptamq; ex placitis Platonis fabulantiumq; figmentis, dormientium somniis, & rerum vmbris persimilem, furoriq; naturali comparandam? Sane Porphyrius aut Iulianus illius professi hostes, tam execrāda aduersus illam nunq̄ scripserunt. Si enim figmentis vmbræ & somniis, insanięq; & furori persimilis Christiana felicitas: non igitur vera res, sed cōmentitia, deliriūq; quoddam & insaniæ genus esse concluditur. Si enim non minus desipiunt ii, quos totos Christiana pietas semel arripuit, morionibus quibuscunq; desipien-

tibus. Sequitur illos non minus insanos esse eo in negocio, morionibus insanissimis. Cui & astipulatur dictum subsequens, videlicet, pueros, senes, mulierculas, fatuos gaudere prę cęteris sacris rebus. Constat enim hos omnes cæteris viris sensu imbecilliores esse. Naturæ ætatis aut sexus vitio, haecq; de causa plus ipsos in rebus sacris oblectari. Quapropter & illis plus inhęrere, nimirũ natura simili semper gaudente.

D Quamobrem vana & stulta, vecordes & insanos delectare, hinc prouenisse ꝙ authores religionis literarum hostes fuerint, vtpote quia contrarium contrario semper aduersatur Christumq; primum authorem & fontem ipsius stultos probasse, ac sapientes a se reiecisse, tanq̃ aduersarios & suspectos. Quemadmodum terreni principes nimium cordatos, inuisos habere solent. Quam collationem vix crediderim ipsum Sathanam facere fuisse ausum, tam infanda inest blasphemia, si quis diligenter rem perpendat. Cui mire consentit & sentẽtia subsequens, qua hoc negocium concludis, asserens vniuersam Christianam religionem habere cum stultitia cognationem, minimeq; cum sapientia cõuenire. Cum ista tam iniqua statueris, tamq; expressis verbis: attamen grauaris mihiq; succẽses, ꝙ tibi scripserim quędã in Moria referri, quę vix a Porphyriis, aut Iulianis expectarentur. Contendisq; nec religioni nec Christo domino vel verbulo tantũ, quicq̃ derogasse, quinimmo quę in illa scripta sunt negocium religionis adiuuare. Cum superstitiosos ritus tantummodo taxent, nihil autem probatũ & pium. Concludens omnia quæ recensueram nihil aliud esse q̃ mera mendacia. At quid dicturus es his locis? qua interpretatione (etsi omnia torseris pro libidine) illa defendere posses? nulla equidem. Apertissimæ sunt sententiæ, verba clarissima, sensus manifestissimus, res est exploratissima talibꝰ dictis te religionẽ prorsus iugulare. Attamen contendis nos mendaciter & calumniose tibi scribentes iis Moriam taxasse, nimirum quemadmodum & in argumentis superioribus fecisti, asserens te nihil in illa scripsisse reprehensioni obnoxium, vitiaq; tantũ mortalium traduxisse, non homines, nec aliquod vitæ genus damnasse. disciplinasve artes, instituta, receptas consuetudines haud incessisse. sed tantummodo indicasse quid in in illis peccetur. Quod tamẽ falsissimum esse testimonio tuo, (quo nullum argumentum potest esse efficacius) ex locis supra recitatis declarauimus: edocentes res ipsas, & illarum studia te in primis ac pręcipue detestatum fuisse. Non autem solum hominum vitia, quæ si tantum modeste taxasses, non autem petulantius, nemo in Moriam excandesceret, industriamve tuam reprehenderet, in vitiis carpendis ioco festiuo.

E Tanta autem cum illis infarcisti, prorsus indigna mandari chartis, oppugnantia, solidiora hominum studia, & probandas vitæ functiones, & denique aduersantia humanæ felicitati naturali, vt nullus grauis cordatusq; vir illa legere possit: quin prorsus excandescat illaq; omnino respuat, vtpote iuuentutem deprauãtium, cui pręsentaneum venenum, melle conditum, mille allicientibus illecebris ad hauriendum porrigitur. Præterea tot sacratissimæ religioni derogantia, diuorumq; cultui & honori, quinimmo & summi domini Iesu Christi seruatoris nostri pientissimi glorię detrahentia, vt nemo pius illa audire queat, quin protinus horrescat, cõcitetur & efferuescat. Nec illa frigida responsiõ

quęstioni satisfacere potest, videlicet te declamasse, lusisse in Moria, cũ de tam se
riis grauibus & sacratissimis rebus iocari non licat, nec declamando illis detra
here deceat, vel tantum ad exercitationem. etiam si declamator mox contrariã
declamationem, cui priori respõderetur, subiiceret. Alioquin declamationis prę
textu edoceri & laudari possent quęcunq; turpia ac improba. Et optima quæq;
damnari. Quid enim refert quantum ad negocium quod tractatur, quo genere
dicendi illud referas? Criminari enim sic possent omnes boni, quẽadmodum &
optimę res improbari.

Si excusatio calumniatorem defendere valeret, videlicet. Ea dixi declamans F
& non edocens, vel ex vero. Sed hoc nec tu pretendere potes, quod forte valeres
si tantummodo hæc in Moria recensuisses, verum iisdem sententiis omnes lucu
brationes tuę scatent: vbiq; enim quæ in Moria attigisti, prolixiori disputatione
repetis, cum tibi vsu venit. Nullum enim fere libellum tuum est conspicere, quo
aliquo loco non detrahas aut sacris cerimoniis, patrum traditionibus, monacho
rum institutis, quo non expungas suspiciendum theologorum ordinem, sacerdo
tes non incessas, præsulum ac pontificum dignitatem non dilaceres, sacramen
tis quibusdam fidem & authoritatem non detrahas. Consuetudines ab ecclesia
receptas non condemnes, bona opera merito non destituas, religionis dogmati
bus aut ecclesię institutis, diuorumq; cultui & Deiparę virginis venerationi nõ
deroges, votorum susceptionem non damnes, scripturasq; nonnullas ex canoni
cis in dubium reuoces. De iis quidem in colloquiis familiaribus, quę quidem ad
vsum puerorum a te puto fuisse conscripta. In Enchiridio militis Christiani, in
methodo theologiæ, in laudibus matrimonii, in institutione principis, in scholi
is, annotationibus, præfationibus, epistolis plurimis, apologiis deniq; fere omni
bus in locis, vt est videre in ipsis editionibus, & commonstrabitur quibusdam
eorum ex plurimis recitatis locis (infinita enim persequi non possent) singulo
quoq; capite proprium argumentum ex recitatis complectente.

DE IEIVNIO ET CIBORVM Delectu, Liber quartus.

QVOD persequar, cum primum hoc pręfatus fuero, Mihi A
a lectore veniam esse dandam, si inter legendum quæ
dam repetita offendat, præsertim in locis tuis referẽdis,
cum necessitas ad id me adegerit: quod cæteris vsu venit
cum aduersario disputaturis, videlicet vt eius dicta & ar
gumẽta in primis recitent, quibus ipsorum sentẽtia com
probatur, deinde singillatim eadem repetant, dum illi re
spondent. Nam distincte satisue dilucide refelli non pos
sunt, nisi id fiat. Eadem & me facere oportuit tecum dis
serturum, vt videlicet loca tua omnia ad idem argumentum pertinentia, recen
serem, vt sententia tua apertior fieret & commodius caperetur, cum vicissim illa
se declarent, confirment interpretenturq;, vbi quicq̃ de eorũ quopiam dubitari

posset,quibus cum deinde sigillatim essem responsurus,certe necessum fuit,
saltem vniuscuiusque summam, & nonnunquàm integrum dictum, repetere ad
dilucidiorem intelligentiam responsionum ea refellentium.Nec vitio dandum
cum audierit me de plurimis differentem,que attigimus priori epistola nostra,
cum præsens labor suscipiatur,tum vt declaremus testimonio tuo nos nihil mē
daciter aut calumniose in ea scripsisse recensentes summam sententiarū tuarum
quę reprehendebantur,vti me criminaris,tum vt argumēta tua,quibus illas sta
tuisti confirmastive,refellerem quod in illa fuerat prætermissum, quia non erat
illius instituti,nec ipsa loca fuerant in ea recitata.Ab institutis autem ieiuniorū,
ciborum delectu,probatisq; cōsuetudinibus in ecclesiā inductis initium faciam,
quibus te derogasse inficiatis,minimeq; illas improbasse contendis.

B Sed heus tu quippe qui non negabis inter probatas consuetudines & insti-
tuta maiorum recensenda esse ieiunia ab ecclesia seruata, abstinentiāq; quorun-
dam obsoniorum,vt carniū(pro tempore)& huius generis similiū.Attamen de
his in tua methodo ita inquis delectus ciborum,odium inimici & bella quæ Iu
dæis licebant,Christianis iam non licent.Et rursus Christus clamat, non quod
intrat in os coinquinat hominem,& tu exigis a Christiano,vt ingēti valetudinis
dispendio vescatur piscibus.Et paulo post,quid enim dicēt homunculi obscuri:
qui ob interdictum esum carnium aut his frigidiores constitutiones,causas po-
stulant vt homo veniat in capitis periculum.Item in epistola ad episcopum Ba-
siliensem.Magna vehementia accurataq; & prolixa oratione niteris probare tol
lendam esse legem de delectu ciborum ,quo loco & hæc subinfers,Paulatim ir-
repsit consuetudo,quæ diem veneris pisculētum nobis reddidit.deinde vbi hoc
successit adiuncta est & sabbati dies,nunc & Mercurii periclitatur.Ob idq; ge
nus obseruatiunculas videmus homines affligi,& deniq; mori, sibiq; Christia-
nos videri cum sint Iudęi.In ciborum enim delectu & ieiuniis nostrum onus du
rius videtur q̃ illorum,& tamen Iesus dominus dixit,Quod intrat in os nō co-
inquinat hominem &c. Et Paulus,Regnum dei non est esca nec potus .In sup-
putationibus præterea scribis,Christus non solum nihil præcepit de cibo potu-
ve,vt pene diuersum pronunciauerit,Quod intrat in os non coinquinat homi-
nem.Et in Annotationibus super nouum testamentum , At hodie videmus in-
ter Christianos prope plus esse superstitionis in delectu ciborum quàm fuerit
apud Iudæos.Ad hæc ibidem(si vere dixit Paulus) vnde nunc inter Christia-
nos tot præcepta de ciborum generibus?immo tanta in his obseruandis super-
stitio,vt pene nulla ex re magis iudicemur.Et in eodem volumine alio loco,At-
q; hæc videntur dici a Paulo per imitationem,sic enim loquebantur qui suis de
cretis onerabāt Christianos,ne gustes hoc,ne cōtrectes hoc.Atq; his cerimoniis
subigebāt velut in tyrannidem , quos Christus liberos esse voluit . Quod &
his temporibus faciunt sacerdotes,hoc tantum agentes ,vt plebem suæ tyran-
nidi cōstitutionibus illaqueatam , reddant obnoxiam . At abiecti est animi, vt
patiatur quis sese veluti bubulum duci naribus,præceptis hominum & cętera.
Hæc pauca ex plurimis quæ scripsisti,hanc sententiam afferentia recitasse suffi
ciat,cum his apertissime constet , quid de hac re docueris . Innituntur autem
argumenta tua his duobus fundamentis,vno hæc a Christo instituta nō fuisse,

Quinimmo potius sublata & improbata. Altero hominibus esse, non tantum
incommoda, verumetiam & nonnunq̃ mortifera, ex quibus colligis Christianos
ad ea seruanda non esse cogendos, cum illis non sint obnoxii, quos inquis in epi
stola ad episcopum Basiliensem non peccare, si etiam citra necessitatem carni-
bus vescantur diebus præscriptis, nisi tantum in legem humanam. Quibus ra-
tionibus vis conuenire, vt liberum sit Christianis vesci quocunq; cibo volue-
rint, nec quoad id vllum debere esse dierum discrimen & cætera. His autem fu-
tilibus argumentis respondere non grauabor, primum hoc dicam te assumere
vti probatum aut concessum quod neutrum est, sed a vero longe alienum. Nem
pe te dicere oportet, vbinam tibi liqueat ex scriptura dominum Iesum nullum
ciborum genus præscripsisse, pro tempore aut hominum statu. Etenim hoc e
scripturis accipere non vales, cum nunq̃ illæ hoc proferãt. Neq; quod adduxisti,
quod intrat in os &c. tuæ sententiæ astipulatur (vt liquido constabit) cum lo-
co illi mox responderimus.

Nunc in hoc sto scripturam non asserere sententiam tuam, quin potius con C
sentaneum esse scripturis & rebus a domino gestis, ieiunium Apostoli ipsum
dominũ commendasse, & quorundam ciborũ abstinentiã, vtpote ieiunii institu-
to aduersantiũ. Plena est scriptura testimoniis, Apostolos post Iesum assumptũ
ieiunia seruasse quæ prætereo cũ illa in epistola mea attigerim. Tu autẽ forte ita
argumẽtari vis. In euangelio non habetur Christum vllum cibum præscripsisse
ieiuniumq; instituisse, igitur a Christo nihil horum institutum. Procederet ra-
tio si omnia quæcunque Christus gessit, instituit, docuit, in euangelio essent
descripta, hoc autem falsissimum. Plurima enim docuit quæ chartis mandata
non fuere, sed tantum voce ab Apostolis promulgata: & per manus ecclesiæ
tradita, in quorum numero forte & hoc obseruationis genus est recensen-
dum, quod asserere possum magis quàm tu contrarium. eo quod probabi-
lius sit & vero similius. Tum quia ab Apostolis (postquam dominus in cæ-
lum assumptus est) ieiunia sunt seruata (vt eorum Acta pluribus locis te-
stantur) Tum quia ab vniuersali ecclesia generaliter receptum, serieq; per-
petua a sanctis omnibus magna cura & diligentia seruatum. Præterea idem
confirmatur Baptistæ Iooannis documento. Ipse enim, qui venit viam præ-
parare domino & rectas facere semitas eius. Non vocis oraculo solum, sed
& vitæ exemplo ieiunium præ cæteris omnibus coluit: & genus alimoniæ
non tantum inusitatum, & (vt ita dicam) inhumanum, verum insulsissi-
mum asperrimumq; sibi præscripsit: & frigidam in potum: tamq; tenuis vi-
ctus fuit, vt dominus de eo dixerit, ipsum fuisse nec manducantem nec biben
tem. Nec tantum ipse hoc durissimum vitæ genus sibi præscripsit. At etiam
discipulos quos ad euangelium præparabat, ieiunare docuit. Quæ sacra aper
te declatarunt legem euangelicam & delectum ciborum & ieiunia esse com-
plexuram: sed longe perfectius & alia ratione quàm in lege Moysi seruarentur.
Gessit quippe Ioannes typum euangelii, & baptismum Christi futurum suo
baptismate designauit. Ita & Christianorum ieiunia futura, & quorundam ci-
borum abstinentiam suis ieiuniis indicauit, præceptaq; Moysi cessare (dele-
cto sibi cibo in lege vetito) demonstrauit. Erroneum igitur quod assumpsi-

ſti in lege euangelica nullam haberi de delectu ciborum aut ieiunio mentio-
nem, quod & efficaciori argumento comprobari poteſt. Conſtat enim ex euan-
gelio dominum edocuiſſe quomodo ieiunandum eſſet, Chriſtianorumq; ieiunia
legibus & conſtitutis, quibus a Phariſęorum ieiuniis Iudaicíq; populi plurimũ
differrent conſtituiſſe. Quę proculdubio vana fuiſſent, ſi Apoſtolis non com-
mendaſſet ieiunium, a populoq; Chriſtiano non eſſet ſeruandum: inquit enim,
Cũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. Et rurſus, Cum ieiunas vnge ca
put tuum & faciem tuam laua. Præterea teſtatus eſt ipſos Apoſtolos fore ieiu-
naturos, cum ipſe ab eis receſſiſſet dicens, Venient autem dies, cum auferetur
ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt &c. At quo inſtituto? Non equidem Moſay-
cę legis, quæ conſumata eſt ipſo in cruce moriente. Igitur ipſius. Idem etiam cõ
firmatur eiuſdem domini dicto, Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, niſi in
oratione & ieiunio. Ad hæc quàm conſentaneum, vt quod ipſe opere & exem-
plo docuit, verbo etiam commendarit ac inſtituerit? præſertim cum ieiunium
res ſit tam ſancta tamq; commoda mortalibus, vt fere nunquam legatur in
ſcripturis aliquod arcanum diuinum reuelatum fuiſſe, nec egregium quicquã
magnanimumq; facinus fuiſſe peractum abſq; ieiunii interuentu. Nam Moy-
ſes Dei amicus, qui fumantem montis verticem conſcendit, & in denſa caligi
ne introiuit, gloriãq; dñi vidit, ieiunio eſt munitus. Per ieiuniũq; mandata deca
logi in tabulis ſuſcepit, conciliatorq; populi, quẽ gula ad idololatriã deduxerat
eſſe commeruit. Inquit enim ſcriptura, Fuit ibi cum domino Moyſes quadra-
ginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit:
& cętera. Ieiunio itaque denuo legiſlator effectus alias tabulas eiſdem legi-
bus conſcriptas ad populum detulit. Heliam ignei currus futurum auri-
gam quo & in cęlum euectus eſt, magnę diuinęq; illius viſionis ſpectatorem
(quam ſuſtinere non valens pallio proprior faciem ſuam operuit) iuxta
montẽ Dei Horeb, ieiunium quadraginta dierum compotem reddidit. Teſta-
tur enim ſcriptura ipſum ambulaſſe quadraginta diebus & quadraginta no-
ctibus in deſerto ieiunum. Idem ieiunus populo peccanti cęlum tribus annis &
ſex mẽſibus clauſit populoq; ieiunium præcepit vt vitium corrigeretur. Prętere-
ea Samuel in Maſphat populũ Iſrael edocuit hoſtes ſuperare ĩ dicto ieiunio. Nec
Saul auſus eſt pugnare cõtra hoſtes niſi emiſſo ieiunii voto, vt enim lib. i. Regũ
refert, dixit Saul, Maledict⁹ qui ederit panẽ vſq; ad veſperã & nõ guſtauit oĩs
popul⁹, & tota terra prãdebat. Popul⁹ quoq; Iſrael (vt in Exodo ſcribit) pugna
turus cũ Amalech vſq; ad veſperã ieiunauit. Anna Helcanę vxor ieiunio meruit
cõcipere Samuelẽ, quem & domini obſequiis ꝑpetuo mãcipauit. Vxor Manuæ
ſterilis citra ieiuniũ nõ eſſet effecta mater fortiſſimi Sãſonis, quem & monitu
angeli edocuit vinũ & ſycerã nõ bibere. Pariter Daniel triũ hębdomadarũ ieiu-
nio effectus eſt idoneus ad illã magnam pulcherrimãq; viſionẽ cõſpiciẽdã hoĩs
veſtiti lineis, & renibus accinti auro obrizo, & corporis quaſi ex chryſolito, & fa
ciei velut fulguris, vtq; diuinorũ verborũ efficeretur particeps. Inquit eñ is q̃ ei
apparuit, Ex die primo quo poſuiſti cor tuũ ad intelligendũ vt te affligeres in cõ
ſpectu dei, exaudita ſunt verba tua & ego veni ꝓpter ſermones tuos &c. Eodẽq;
munit⁹ ieiunio, in lacũ leonũ immiſſus vaſtos fameſcentiũ leonũ hiat⁹ cõpreſſit,

eosdemq; ieiunare docuit, Niniue imminentem iram domini subuersionis sibi ab Iona prædictæ arctissimo quadraginta dierum ieiunio ad miserationem detorsit. Achab Rex impiissimus ieiunio & sacco impetrauit, vt euersio domus eius in posteros differretur. In Iudith fortitudinem, quam imbecillitas sexus denegabat, ieiunium ministrauit. Eo enim munita Holofernem Assyriorum Regis ducem audacter adorta capite mulctauit, principes delusit & vniuersum exercitum fudit. Populumq; Israel a fœdissima seruitutis deditione liberauit. Hesther quoq; præmisso tridui ieiunio non formidauit cōtra regias leges Assueri conspectum, vt seruaret populum suum (Aman astu) decreto regio cędendum, de hosteq; triumphauit condignas scelerum pœnas dante.

Sed quid opus est tot testimoniis veteris testamenti ad sententiam, quam D
asseruimus comprobandam? Cum ipse dominus Iesus Dei viui filius negociū euangelicum ordiri noluerit, nisi præmisso quadtagenario ieiunio? Quo peracto mox diabolum illum tentantem peruicit ac fugauit, deinde euangelium prodere cœpit, quod & Apostoli prædicantes faciebant, vt & Acta testantur, Chrysostomusq; & Origenes asseuerant. Ita enim habet Chrysostomus, Ieiunās leuis est & alatus, & cum solertia orat, & improbas extinguit concupiscentias, deum placat, & insurgentem animum humiliat. Propterea & Apostoli fere semper ieiunabant. Origenes autem super Leuiticum, Apostoli ieiunarunt prædicantes euangelium & cætera. Idem & Paulus confirmat, cum de seipso loquens inquit, In ieiuniis multis, in fame & siti & cætera. Et rursus, In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in ieiuniis, in vigiliis, & cætera. qui & a domino cæcitate corporis percussus, vt ei referaret oculos mentis, non est visui restitutus, nisi intercedente tridui ieiunio. Ait enim scriptura, Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neq; bibit. Idem præterea non est dimissus vnà cum Barnaba, a discipulis & doctoribus, qui erant Antiochiæ ad peragendum opus, ad quod a spiritu sancto delecti fuerant, nisi præuio ieiunio, inquiunt enim Acta. Ministrantibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & cætera. Et paulo post, Tunc ieiunantes & orantes imponentes eis manus dimiserunt eos. Consentaneum quippe rationi præter adducta testimonia Apostolos a domino præmonitos nihil egisse citra ieiunium & orationem, quæ sententia confirmatur ex illis verbis in libro Actorum, Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiuniis commendauerunt eos domino. His testimoniis non solum videtur manifesto confirmatum quod diximus, sanctos omnes nihil aggressos fuisse, non intercedente ieiunio. Verum etiam & comprobatum ipsum ieiunium a domino fuisse institutum, quod & diuus Augustinus attestatur scribens Casulano, ita enim habet. Ego in euāgelicis & Apostolicis literis video ieiunium esse præceptum. Quibus autem diebus oporteat & non oporteat præcepto domini non inuenio definitum & cætera. Audisti ex euangelicis & Apostolicis literis comperiri domini esse præceptum, quamuis quibus diebus illud sit obseruandum in ipsis non sit expressum. constat autem frustra aliquid præcipi aut constitui, quod nunq̄ sit peragendum.

E Quapropter nulli dubium esse debet, dierum præscriptionem per manus fuisse traditam, ab ecclesiaq; opportuno tempore promulgatam. Pręcipuos autem & solennes esse dies, quos quadragesimę nuncupamus, quos ipse dominus suo ieiunio consecrauit. Sententiam nempe Augusti de præcepto ac instituto ieiunii intellexisti, accipe & nũc illam Magni Basilii dicentis. Vetustissimum quidem munus est ieiunium, cuius originem putare debes longe antiquiorem esse q̃ eam quæ ex lege apparet. Non enim nouum est inuentum cum sit cælestis vitæ quædam imago. Quia enim non ieiunauit homo de paradiso eiectus est, ieiunemus ergo vt ad ipsum reuertamur. sancti enim omnes velut hæreditatẽ quandam ex patribus accipientes hoc ita seruauerunt, vt pater filio per manus ad hunc vsq; diem traderet, in summa ieiunium sanctos omnes deo proximos conciliatosq; reddidisse inuenies, cui sententiæ subscribit beatus pater Ambrosius, ipsum Basilium secutus, in libello suo de ieiunio. Idem sentit & Chrysostomus super Matthæum inquiens, Sicut in superioribus præceptis, ita quoq; circa ieiunii obseruationem ad perfectum meritum dominus doctrinæ suæ mandatis instituit &c. Cum hæc igitur tantæ authoritatis testium tam expressa sint testimonia ipsarum scripturarum validaq; argumenta, quid gatris homines nõ peccare, nisi in legem humanam etiam si citra necessitatem præscriptis diebus non ieiunent & vetitis cibis vescantur. Condonemus enim tibi Christum Iesum de his nullam fecisse mentionem. Quid ais, si Apostoli post ipsum assumptum hæc sanxerint? Quid si paulo post Apostolos ecclesię ꝓceres spiritu sancto edocti? vbinam tibi constat quadragesimale ieiunium traditione humana fuisse institutum? et si ab hominibus fuerit promulgatum? puto enim te per humanam legem intelligere eam quæ sensu humano nullo afflatu diuino sancita sit, nõ autem eo ꝙ humana voce fuerit prodita. Ita enim euangelium & quæ Paulus docuit, & cętera quę diuinæ scripturæ exprimunt, omnia humana essent non diuina, eo ꝙ humano organo fuerint prodita. Si igitur quadragesimale ieiuniũ ab Apostolis aut ab ecclesia afflata diuino spiritu fuerit institutum, nõ peccabit in legem humanam tantum, qui citra necessitatem eo tempore carnibus vescatur (vt tu ita simpliciter asseruisti, ac si inuincibili ratione id comprobasses.) Quid autem de sacro quadragesimali ieiunio sancti patres decernunt esse sentiẽdum, audi ex eorum verbis. Augustinus enim ad Ianuarium ita inquit, Quadragesima sane ieiuniorum habet authoritatem ex ieiunio Moysi Helyæ & domini Iesu, ex hoc demonstrante euangeliũ non dissentire a lege & prophetis, inter quos Moysem & Helyam gloriosus apparuit &c. Et rursus idem super Genesim, nõ enim frustra quadraginta dies ieiuniorum sunt cõstituti, quibus Moyses & Helias ipseq; dominus ieiunauit, & ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorum quadragesimam vocat. Præterea idem de consensu Euãgelistarum quadraginta dierum ieiuniorum ad humiliationẽ animæ consecrarunt, Moyses, Helias & Euãgelium. Numerus enim iste illud tempus significat, quo in hoc seculo regi nos oportet a Christo secundum disciplinam laboriosam, qua flagellar deus, quam significat illa virgo ferrea, de qua in Psalmo Regitur, leges eos in virga ferrea & cætera. Idem quoq; sentit diuus Gregorius in Matthæum homilia .xvii. hoc adiiciens obseruatione ieiunii quadragesimalis, annui temporis decimas domino

conſecrari. Ait enim ſubtractis diebus dominicis veram decimã dierum anni nos domino offere. Idq; computãdo dignoſci Origenes quoq; ſuper Leuiticum inquit, Habemus quadrageſimæ dies ieiunio conſecratos & cætera. Et Chryſoſtomus, Nõ hoc ſolum exquiritur chariſſimi, vt totam ieiunemus quadrageſimam, ſed abſtinendum a vitiis ne temere corpus intendat, ieiunio, nec inutiliter ſanctę quadrageſimę percurrat dies, audiſtis Chryſoſtomum. Audies & magnũ Baſilium ieiunium omni tempore vtile ſeruantibus, dæmonum enim malignitas aduerſus ieiunantes non valet, & cuſtodes angeli ſtudioſius eos curant, qui per ieiunium purgati fuerint multoq; magis tempore quadrageſimæ, quando per vniuerſum orbem ieiunium nunciatur. Nec inſula vlla nec terra nõ ciuitas, non gens, non deniq; locus vllus tam deſertus, vbi hoc mandatum non fuerit auditũ, a quo nõ ſexus, nõ ſtudii aliquod genus quenq̃ eximit. Angeli per ſingulas ſunt eccleſias, eos qui ieiunant cathalogo Chriſti militum aſcribentes. Ieiunantẽ enim intra ſacra monumenta recipit Deus. Sanctus quoq; Hieronymus ad Marcellam de erroribus Montani ſcribens ait, Nos omnem quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum, toto anni tempore nobis congruo ieiunamus, illi tres. Idem ſuper Matthęum ait, Conſtitutam eſſe quadrageſimam ante paſſionem domini & reſurrectionem, vt per humilitatem carnis ad ſpiritualem ſaginam veniamus. Et rurſus ſuper illa verba, Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus &c. In ipſo numero quadrageſimę nobis oſtenditur ſacramentum, de eadẽ quadrageſimę obſeruatione in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, de monachis agens ſcribit, Ieiunium totius anni illis equale eſt, excepta quadrageſima: in qua ſola conceditur diſtrictius viuere &c. Pleraq; alia prætereo in eandem ſententiam, cum his ſanctiſſimorum patrum dictis ſatis commonſtratum ſit, ſacrum quadrageſimę ieiunium non ab humano ſenſu fuiſſe inuentum, nec homunculorum decretis (vt tu vis) conſtitutum, ſed antiquiſſimum ab ipſoq; domino Ieſu profectum & (ſi prima exordia repetas) a Moyſe & prophetis ſeruatum, vt enim audiſti expreſſiſſime aſſerit Auguſtinus ieiunii præceptum in euangelicis & Apoſtolicis literis eſſe compertum. quod præcipue intelligendũ eſt de quadrageſimali, cũ illud ab omnibus eccleſiis, in vniuerſo orbe Chriſtiano conſtitutis, a quibuſcunq; gentibus fuerit receptum & obſeruatum, vti commune mandatum (quemadmodum diuus Baſilius retulit) inſtitutũ igitur quadrageſimalis ieiunii a diuino ſpiritu, a domino Ieſu redemptore, ab Apoſtolicis viris ſumpſit initiũ. Ex quo dignoſci poteſt quãti ſit põdus quãtęq; authoritatis.

Quod ſi dixeris ex Auguſtini ſententia quibus diebus ſit ieiunandum, & quibus non, ex ſcripturis non eſſe definitum, tibi reſpondeo Auguſtinũ hoc dicere, diſputantem de ieiunio ſabbati & dominicæ, hocq; non eſſe definitum ex ſcripturis. Præterea nec definiunt quo anni tempore ipſum ieiunium ſolenne ſit celebrandum. Et ſi enim conſtet dominum quadrageſimale ieiunium conſecraſſe, nõ tamen ex ſcripturis habetur, quibus menſibus diebuſve, veris an hyemis, autumni an æſtatis illud ſeruauerit. At in ſimilibus quę dubia ſunt, ſtandũ eſt traditioni eccleſiaſticæ. Aliud autem eſt ieiunium quadrageſimale conſtituere, ab eo quod eſt quo tempore quibuſve diebus ſeruandum ſit, decernere. Primũ prorſus diuinũ fuit, alterũ eccleſiaſticę poteſtatis: hoc ſentit & hoc intelligit Au

gustinus, cui & astipulantur alii. Ita autem habet ipse, Ego in euangelicis & Apostolicis literis totoq; nouo testamento video præceptum esse ieiuniũ, quibus autem diebus non oporteat & quibus oporteat, pręcepto domini & Apostolorum non inuenio definitum. Attamen sentio relaxationem ieiunii sabbato magis q̃ constrictionẽ aptius conuenire, non tamẽ ad obtinendam quam fides obtinet iustitiã, sed ad significãdã requiem sempiternam, vbi est verum sabbatũ. Veruntamẽ in huius sabbati ieiunio siue prandio videtur mihi tutius pacatiusq; seruari, quod custoditur ab his inter quos viuimus (vt inoffensa maneat societas) & paulo post, Die autem dominico ieiunare, scandalum est magnum maxime, postq̃ innotuit detestabilis hęresis Manicheorũ qui eum diẽ constituerunt legitimũ ad ieiunandum &c. Audisti illum agere de discretione dierum ieiunii, nõ aũt dicere non esse constitutũ quadragesimale ieiunium. Ianuario enim de ritibus ecclesię scribens, quo tempore quadragesimale ieiunium sit seruãdum, ita ait. Obseruatio autẽ quadragesimæ nulla anni parte congruentius constitueretur, nisi contigua dominicę passioni. De instituto autẽ ieiunii quadragesimalis eadem repetens pluribus locis, de eius authoritate declarat nõ esse ambigendũ ab hominibus tantum non fuisse constitutũ: de tempore autem quo sit seruandum sententiam protulit Hieronymus, conformẽ, quam superius citauimus, videlicet ecclesię consuetudinem ad passionem domini & resurrectionem quadragesimale ieiunium instituisse &c. quod a Telesphoro Põtifice maximo factũ legimus. Qui Antonio Cæsare regnante Apostolicę sedi pręfuit, ex quo dignoscitur q̃ antiquũ & vetustum etiam fuerit hoc institutum quamq; proximum Apostolorum temporibus, cũ liquet Traiani tẽpore (qui Adrianũ adoptauit) post quẽ & Antonius ad imperiũ assumptus est, Ioannẽ Apostolum adhuc superstitem fuisse. Comprobaturq; quadragesimale ieiunium dominicum Apostolicumve fuisse institutũ, non enim consentaneum Telesphorum tam propinquũ Apostolis de ieiunii tempore statuisse, ni per manus accepisset ipsum quadragesimæ ieiunium ab Apostolis fuisse ptomulgatum. Quod si tam magnę authoritati nõ inniteretur nequaq̃ probabile, cũ obseruatu valde onerosum & arduum sit naturęq; sensus illud respuat, tam vniuersaliter fuisse reteptũ tantaq; diligẽtia, & ardore animi ab omnibus Christianis complexum.

G Quanta autem fuerit ipsius ieiunii districtio, pręsertim quadragesimalis apud illos priscos patres eremi & cęnobiorũ incolas referunt, Hieronymus, Cassianus & cęteri qui eorum mores angelicamq; vitam potius q̃ humanã describunt, quod & perpetua serie postmodum in ecclesia vniuersaliter seruatum est. Potissimum autem ab his quibus maior fuerat animi cura q̃ ventris. Attamen tu censere non vereris legem ieiunii & pręscriptionis ciborum esse abtogandã ab ecclesię proceribus, & relinquendum liberum vnicuiq; circa hęc facere quod sibi libuerit, quod contendis prolixa oratione scribens ad episcopũ Basiliensem, asseuerãdo has esse frigidiores cõstitutiones, ob quas homunculi obscuri causas postulant, vt homo veniat in capitis periculum. Non enim Erasine quod tam priscum est (nam vt est in prouerbiis, om̃e fit per antiquitatẽ nobilius) quod tãta authoritate constitutum, tanto ardore complexum, deniq; quod propheticũ, quod Apostolicum, quod diuinum est, antiquari abolerive licet. Nec enim eccle

siȩ proceres hanc facultatem haberent nisi spiritus sanctus contrarium decerne
ret ab eo quod semel sancitum voluit. Sed tu nimis audax arrogansq; & teme
rarius, de rebus tam grauibus tantiq; momenti talia suadere sensumq; tuum san
ctorum omniū iudicio, qui fuerunt ab incunabulis ipsius nascentis ecclesiæ vsq;
ad hȩc tempora, doctissimorumq; virorum sententiis prȩferre nō dubitans. H

Qꝫ si dixeris non tam improbo legem ieiunii q̄ illam quȩ de delectu cibo-
rum decernit (cum ex scripturis & patrum sententiis illa sumi possit, non
tamen de ciborum prȩscriptione quicq̄ ab illis definitum sit) facile est respon-
dere, si enim ieiunii legem recipis, & ciborum delectū in diebus ieiunii recipias
oportet. Is enī sanctorū patrum testimoniis cōprobatur ac etiam manifestis ar-
gumentis. Inquit enim Hieronymus de ieiunio Danielis agens. Hoc docemur
exemplo temporibus ieiunii a cibis delicatioribus abstinēdum: quod est carnes
non comedere, vinum non bibere & vnguenta non quærere &c. Et Gregorius
Nos quoq; quantum possumus annuo quadragesimȩ tempore carnem nostrā
affligere conemur & cȩtera. Carnem autem nō affligit, qui carne & vino simul
& cibis delicatioribus vtitur. Et rursus idem Hieronymus, Quomodo non pos
sumus deo seruire & māmonȩ, ita nō possumus carnibus & vino & spiritu im
pleri. Prȩterea manifestū est ea q̄ non scripta a patribus, tñ cōstituta sunt pro scri
ptis accipienda esse: quod sentit beatus Augustinus ad Cassulanum scribēs his
verbis. In his quippe rebus de quibus nihil statuit scriptura diuina, mos populi
dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt &c. Et rursus contra Donati-
stas, Consuetudines ecclesiȩ vniuersalis ab Apostolis fuisse traditas, existimandū
q̄uis multa non inneniantur in literis eorum nec in conciliis posterorum, & ta-
men quia custodiuntur per vniuersam ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & cō-
mendata creduntur. Quapropter in primis expendendum quale fuerit ieiunium
Moysi, Heliæ & domini Iesu, non quod commune ieiunium illis in ratione vi-
ctus coȩquandum sit: attamen quanto ad illa magis accedet quantoq; propin-
quius fuerit, tanto syncerius & verius esse ieiunium dignoscitur. Moyses autem
ab omni cibo & potu quadraginta diebus abstinuit, at id non omnibus datum
vel gratia vel naturȩ soliditate. Helias fessus sub iunipero, stans in deserto &
petens animȩ suæ vt moreretur, semel tantum subcineritium panem & aquam
gustauit ipsi a discophoro angelo delata: nec deinde per quadraginta dies qcq̄
aliud comedit. Dominus vero noster Iesus Christus nihil omnino alimenti atti-
git per continuos quadraginta dies. Quibus eduliis filios prophetarum Helise
us pauerit, quos ieiunos hospitio susceperat, testatur scriptura: ita enim habet, Mi
sit vnum in agrū vt hærbas agrestes colligeret, inuenitq; quasi vitem syluestrē
& collegit ex ea coloquintidas quas decoxit & hospitibus apposuit: cumq; illi
clamarent mors in olla, eius amarorem farina dulcorauit. Quibus & ipsi vte-
rentur habitātes in casulis ad fluēta Iordanis ex scriptura dignoscitur. Et diuus
Hieronymus testatur, videlicet sola eos polenta & hærbis agrestibus necessita
ti naturæ satisfecisse, quam constat paucis minimisq; esse contentam. Qꝫ aspe-
ro quoque cibo & potu vsus fuerit beatus Ioannes Baptista semper ieiunans,
pluries dictum est. Qꝫ arctum etiam fuerit ieiunium Iacobi Apostoli fratris do
mini perpetuo aquam bibentis referūt grauissimi authores Hegesipp9 & Hie-

ronymus: attigit & Iosephus, monachi Aegypti & Syriæ, teste Hieronymo cum ieiunarent toto anno nihil præter panem, olera & legumina tantummodo sale condita comedebant frigidamq; bibebant. Augustinus etiam Cassulano scribens de moribus ecclesiæ catholicæ hæc inquit, Romæ etiam plures cognoui ieiunia prorsus incredibilia exercentes, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum, sed continuum triduum vel amplius sine potu ac cibo ducere. Neq; hoc in viris tantum, sed etiam in fœminis. Idem rursus Cassulano, Non licet die dominico ieiunare, nisi forte aliquis idoneus sit nulla refectione vltra hebdomadam perpetuare ieiunium, vt ieiunio quadraginta dierum quantum poterit appropinquet, sicut aliquot fecisse agnouimus. Nam & ad ipsum quadragenarum peruenisse quendam nobis a fratribus fide dignissimis asseueratum est. Ex his & similibus quæ etiam refert beatus Ambrosius agnoscere licet qualia fuerint ieiuniorum exordia, quamque districta in ciborum delectu. Inquit enim idem Augustinus innumerabiles fuisse qui a carnibus & vino perpetuo abstinuere. Beatus quoque Hieronymus in epitaphio diuæ Paulę, quam arctum fuerit eius ieiunium describit, quod nunquam interrupit, nec illi persuaderi vnquam potuit, a sanctissimis etiam episcopis, vt grauiter ægrotans vinum degustaret, idem refert plurimos pane tantum & aqua ieiunare solitos eiusdemq; generis fuisse Apostolorum ieiunia cæterorumq; discipulorum non est dubitandum, cum existimandum non sit vetustos illos patres de quibus retulimus, Apostolorum temporibus proximos aliis legibus ieiunia sua constituisse, quàm ad Apostolorum imitationem & maiorum, quorum recentibus exemplis erant docti. inquit enim Hieronymus, Tempore ieiunii exemplo Danielis, nec carnes comedere nec vinum bibere debemus. Ex his autem colligitur cibos tenues minusq; alentes fuisse in prima ieiuniorum institutione præscriptos, liberum fuisse ieiunantibus quibuscunq; eduliis vesci. Consentaneum nempe eos qui detrahebant sibi prandia vel cœnas constituentes semel tãtum integra die refici, etiam proscripsisse edulia crassiora vel vberioris succi potumq; suauiorem. Nemo quippe putaret illum carnẽ conterere & affligere, sibiq; dolorem & pœnam abstinendo inferre, qui opipare dapibus se saturaret opimis, etiam si semel tantum in die id faceret. Nam plurimi ex consuetudine nullam habentes ieiunii rationem vel stomachi non decoquentis imbecillitate illud faciunt. Vt enim inquit August. in quæstionibus euangelii, Ieiunium aut in tribulatione est aut in gaudio, in tribulatione ad propitiandum deum pro peccatis in gaudio, cũ tanto minus delectent carnalia, quanto spiritualium maior est sagina. Et rursus ad Ianuarium scribens, Nam fames inquit & dolores quidem sunt, vrunt enim & sicut febris necant &c. Compertissimum autẽ est eos qui carnibus vino & huiuscemodi generis similibus ventrẽ implent, quę multum nutriunt & tardius decoquuntur citra famem futurũ prãdium vel cœnã expectare posse. Ex his autẽ manifestũ est ieiunii victũ conuenire simplicem esse minimeq; exqsitũ, non multum nutrientẽ, sed qui naturã tantũ sustentare valeat, non autem illam saginare aut gulæ voluptatem iritare.

Sed quod ad corpus alendũ tñ sufficiat, hocq; perpetuo in religiosis ieiuniis

fuisse seruatum,quamuis inter ipsas plures sit conspicere gradus vel discrimina.
Ex quibus primas optinet,id quod est nil degustare toto tẽpore ieiunii. arctissi-
mum enim est illud ieiunium.secundas autem illud quod radicibus agrestibus-
ve oleribus cum frigidę potu perficitur : cui proximum est illud, quod crudis
rebus,hoc est pomis,oleribus seminibusq; quibusdam cum aquæ potu absolui-
tur . Illud autem sequitur quod polenta pane & aqua peragitur , cui & con-
tinens est quod pane, herbis, pomis & leguminibus, reiecto omni quod pin-
gue est,vel animantium genere conficitur . Deniq; postremum quod abiectis
tantum carnibus,& quę statim ex carne proueniunt,cæteris rebus absoluitur,
quod genus pisces & huiuscemodi nõ aspernatur.Minus enim pisces alere hebe-
tioremq; ex ipsis sanguinem gigni q̃ ex carnibus, ouis ac lacte compertum ha-
betur,quo genere nunc commune ieiunium celebratur,ex quo liquet ecclesiam
de prisci ieiunii victu plurimum remisisse,superadiecisse autẽ nihil quemadmo-
dũ,nec in ipsis ieiuniis seruandis:vtriq; autẽ cõtrarium ipse prędicas.Inquis enĩ
ad Basiliensem episcopum scribens,Paulatim irrepsit consuetudo,quæ diem ve-
neris pisculentam nobis reddidit,deinde vbi & hoc successit,adiuncta est & sab-
bati dies. nũc & Mercurii periclitatur &c.De quibus verbis nõ possum nõ de-
mirari,præsertim cum tu tam accuratus indefessusq; lector sis cum hæc scripsi-
sti,immemorem te prorsus fuisse eorum,quę scribunt vetustissimi patres de ie-
iunio illorũ dierum.scribit enim Augustinus ad Cassulanum, Romana plebs
quarta & sexta feria,& sabbato ieiunare consueuit.Et rursus ad Ianuarium,Ro-
mani sabbato ieiunabant &c.Causamq; talis obseruationis assignat ad eundem
dicens,Cur quarta & sexta feria maxime ieiunat ecclesia,illa ratio reddi videtur.
q; quarta consiliũ ad occidendum dominum Iudæi fecisse reperiuntur . Sexta
autem quia dies passionis eius fuit.Die sabbato ecclesia Romana & multæ alię
præcipue occidentis ieiunant , quia illa dominus requieuit in monumento.

Cum hæc tam expressa scribat Augustinus fuisse consuetudinis iam vetu K
stæ suo tempore ieiunare his diebus, quid ineptis dicens diem veneris pisculen-
tam sensim nobis redditã, & cum hoc successit adiunctã esse & sabbati diem,
nunc & Mercurii periclitari,quasi hoc nunc primum esset factitatum & ab ec-
clesiasticis nuper inductum . Inquis enim sacerdotes hæc inducere , hoc tan-
tum agentes vt plebem suæ tyrannidi constitutionibus illaqueatam reddant
obnoxiam:subiũgens, At abiecti est animi vt patiatur quis sese velut bubalum
duci naribus pręceptis hominum,in hisq; sibi Christianos videri cum sint Iudæi
&c.Quę verba q̃ seditiosa sint q̃q; iniqua & pugnantia cum ecclesiæ decretis
quilibet audiens cognoscit,nec tamen his contentus,ais præterea eandẽ confir-
mans sententiã.At hodie videmus inter Christianos prope plus esse superstitio-
nis in delectu ciborum q̃ fuerit apud Iudeos.Et rursus,In delectu ciborum & in
ieiuniis nostrum onus durius videtur q̃ illorum.Superstitionem prædicas esse,
sacra ieiunia & delectum ciborum illis accommodatum,nec tamẽ pateris hæc
reprehẽdi,sed cõtendis scriptis tuis nihil derogasse probatis cõsuetudinibus di-
sciplinęq; ecclesiasticę.Nõ quidẽ Erasme ieiunare superstitiosum, a quibusdãq;
alimẽti generibus,pro tẽpore & loco aut personarũ statu abstinere,quod aper-
te testatur sanctus August.his verbis, Multi sunt qui non vescuntur carnibus,

non tamen eas immundas superstitiose putant:multi vinum non bibunt,non tamen eo se coinquinare arbitrantur. Continent se tamen plurimi & a carnibus & a vino propter suam libertatem vel propter fratrum imbecillitatem. Hieronymus præterea inquit,ad Suluinam scribens,Si vis perfectus esse melius est carnem non manducare & vinum non bibere.Non igitur superstitiosum cibos deligere ieiunio congruentes,ab illisq; abstinere quæ ei & carnis macerationi aduersari dignoscuntur,a quibus non abstinent catholici pœnitentiam agentes his rationibus,quibus hæretici,Encratithæ,Seueriani,Manichæi, Prisilianistæ, qui carnium esum viniq; potum refutant:sed longe diuersis.Nam hi quidem ob anilia quædam & impia fabulamenta.Catholici autem ob talia minime,non enim putant aliquid prauum esse natura quod deus creauit, nec simpliciter vetitũ esse aliquid,prout Iudæis constituto multa erant immũda. Nanq; edocti dominicis & Apostolicis præceptis agnoscunt,nihil natura prauum esse & omnia ad vsum hominum creata,ex libertateq; Christiana licere illis omnibus vti pro tempore & loco cum gratiarum actione, pariq; ratione & ab illis abstinere. Quapropter multa sibi interdicunt ad propiciandum deum, quem peccatis sibi infensum reddiderant.

L Hac ratione ieiunãt ac abstinent catholici a multis, altera quoque vt carnem spiritui subiiciant illum saginantes cum diuino amore carnem ipsam conterunt. Si autem hæc superstitiosa essent,superstitionis coarguendus esset Iacobus frater domini, a carnibus & vino abstinens. Timotheus abstemius,quem præceptor Paulus admonet inquiens , noli aquam adhuc bibere , sed modico vino vtere propter stomachũ tuum,& frequentes egritudines tuas. Vnde Chrysostomus ait,Timotheus vinum non bibebat morbo laborans & frequentes patiens egritudines,donec præceptor mandauit &c.Id autem propter imbecillitatem tantum modicum permisit,nec enim aliter discipulum ad illud etiã modicum coegisset,si hęc seruare superstitiosum esset.Pręcursor quoq; domini pręceteris superstitiosus fuisset,vna cum omni monachorum turba , tum Antonio Paulo & cęteris eremum incolẽtibus,tum Basilio & Benedicto eorum discipulis,in cœnobiis aliisq; locis habitantibus qui ieiunia arctissima seruarũt,a carnibus nõ solum abstinẽtes, & aliis q̃plurimis suauioribus cibis.Superstitionis deniq; accusandi essent omnes sancti vniuersusq; populus Christianus qui a condita religione ieiunauit,a quibusdam obsoniorũ generibus(religionis zelo)abstinuit . Denique Moyses Helias & dominus Iesus, qui ab omnibus abstinuere tot dierum ieiunio . At nequis angulus ad euadendum tibi relinquatur, si diceres non inquio ieiunare superstitiosum esse , nec a quibusdam ciborum generibus abstinere , cum quis suadente ratione id faciat opportune lubens ac volens , sed legem damno, ad hæc obstringentem populum Christianum quem dominus in libertate constituit,quapropter & conuenire vt vnicuique liberum sit ieiunare vel abstinere:Audi respõsionem. Si equidem ieiunare bonũ & a quibusdam cibis abstinere nonnunquam opportunum , lex illud constituens praua esse non potest. sanciẽs enim quod est rectum nequaq̃ dãnandũ esse potest.Quod si contenderis non omnia meliora nec optima quęq; lege constituenda,sed faciliora tantũ quæ cõmodius seruari possint,(nõ enim expediret

difficiliora facta lege prescribi)fateor, præsertim in vniuersum. At de quibusdã expedire contendo: quod plurimis sacræ scripturæ testimoniis & exemplis edocemur. Intetdixit quidem angelus Sansoni vini & sycerę vsum & pleraq; alia in lege pet Mosen tradita non prohibita: quæ quandiu seruauit pugnans leones robore lacertorum superauit, portas ciuitatum confregit, miliaq; hostium cecidit. Cum autem præteriit, viniq; ac cæteris illecebris est illaqueatus, in hostium potestatem deuenit, oculisq; priuatus pueris alienis ludibrium est factus. Non dices opinor illud angeli constitutum superstitiosum: vinum pariter interdictum Nazaræis se sanctificantibus, cæteris permissum. Quid ais? nunquid & hoc superstitiosum? sacerdotibusq; per vices templo ministraturis inhibitum vinum, cæteris concessum: id autem superstitiose factum, an potius multa ratione diceres? cum vini potus sensum obnubilet, quem vegetiorem esse conuenit his qui sacra ministrant. Ionadab filius Rahab legem constituit filiis suis, vt inæternum non biberent vinum: quod cum seruassent, dominus per Hieremiam dixit illis, Quia obedistis pręcepto Ionadab patris vestri, non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus &c. Cum igitur dominus hoc retribuerit seruãtibus patris legem, conuincitur & illam legem probasse, minimeq; fuisse superstitiosam. Præterea cum superius comprobatum sit institutum ieiunii dominicum & Apostolicum fuisse, eamq; sententiam probent expressissimis verbis, Magnus Basilius & Diuus Augustinus, qui scripsit (vt diximus) Ego in euangelicis & Apostolicis literis video præceptum esse ieiunium &c. ipsi autem congruum & accommodatũ esse debeat alimentũ, sequitur & illud fuisse pręscriptũ, quod autẽ id a domino fuerit traditũ ore aut ab Apostolis, nec ne, non cõtenderim, cum nõ liqueat.

At manifestum est ab ecclesia domini spiritu directa perpetuo fuisse traditum religiosissimeq; seruatũ, ex quibus colligitur superstitiosum non esse de illo decernere, nec frigidas esse constitutiones id statuentes (vt tu vis) iureq; illatum transgressores (citra necessitatis causam) in capitis periculum postulari posse. Nam qui probatas publicas consuetudines quæ vim legis obtinuerunt, trangressi fuerint, cum supplicio digni sint, tanto magis ecclesiæ traditiones patrumq; instituta per manus ab Apostolis accepta, perfringentes maiori pœnę esse obnoxios conuincitur: sed nimis moror in re tam aperta. Cum autem, inquis, delectus ciborum, odium inimici & bella, quæ Iudæis licebant, Christianis iam non licent. Quid hisce verbis tibi velis non capio, nisi tu teipsum explices, odiũ inimici & bella nunc prætereo. Sed de delectu ciborũ perquiro, si inquã intelligis delectũ ciborũ nõ licere Christianis quẽadmodũ & ea ratione qua Iudęi illud seruabãt, verũ, est quidẽ, at nihil facit ad asserendã sententiã tuã detestantẽ instituta Christianorũ in ciborũ delectione & ieiuniis. Sin autẽ q; nulla ratione liceat Christianis deligere quosdã cibos ad ieiunia seruãda falsissimũ ac erroneũ, vt superius cõprobatũ est: cũ eiusdẽ sit libertatis ita abstinere a qbuslibet quẽadmodũ & vti. Cęterũ superest aliis dictis tuis rñdere, inqs enĩ Christus clamat, Nõ qđ intrat in os coinqnat hominẽ, & tu exigis a Christiano vt ingẽti valetudinis dispẽdio vescat' piscib9, cũ tñ Christus nihil pceperit de cibo potuve, sed pene diuersum pronunciauerit, idq; pluries repetis ac si ratio illa

M

irrefutabilis esset. Verum si diligenter perpenderis ea, quæ illam sententiam præcedunt in euangelio, necnon & quæ subsequuntur, agnosces illud testimoniũ nihil ad rem facere, de qua agitur. Improbat enim dominus Pharisæorum malitiam illo loco quærentium carpendi occasionem reprehendentiũ discipulos domini, q̄ illotis manibus mãducarent, quibus dominus respondit, cibos non reddi immundos contactu manuũ illotarũ ita q̄ coinquinẽt animã. Non eñi fuisse in lege illa alimenta vetita quæ ab ipsis assumebantur illotis manibus manifestũ est. Si enim huiusce generis fuissent, maiori eos obiurgatione Pharisæi increpassent, q̄ de illotione manuum. Exprobauit igitur dominus illis, quod magnifacerent quod in lege non erat inhibitum, & ea quæ legis essent posthaberent, declarãs peccatum primo a corde proficisci, & ex ore sensum illius exprimente non vero e rebus externis: ipso autem corde Phariseos potissime peccare quod plenum habebant prauis cupiditatibus pessimisq; decretis, quibus homo in primis coinquinatur. Ex his igitur verbis nihil colligi potest, quod faciebat ad tuam sententiam vt ex euangelii contextu, postremisq; clausulæ verbis declaratur. Interpretata enim parabola colligit dominus.

N Non lotis igitur manibus manducare non coinquinat hominem, quæ verba ad ciborum libertatem nihil pertinent. Præterea cum parabolice loquutus fuerit (quod testatur Matthæus illa referens his verbis) Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam. at ille dixit &c. Quanuis authores sint qui dicant illum non parabolice fuisse loquutum, sed manifeste, quamobrem & Petrum increpasse, qui illam edisseri petierat, dicente domino, Adhuc & vos sine intellectu estis? quod intrat in os in ventrem vadit, & per secessum emittitur & cętera. Attamẽ id non conuincit parabolice non fuisse loquutum sed tãtum apertiorem fuisse parabolam non exquirentem interpretationem, præsertim apud Apostolos doctiores a domino affectos turbis & populis. Quamobrem conuincitur de ciborũ lege aliquid non definisse. Huic autem sententiæ quę ex textu colligitur, astipulatur Chrysostomus inquiens, Monstrauit dominus q̄ Pharisæi non erant digni accusare transgredientes mandata seniorũ, cum ipsi legẽ destruerent. Non autem dixit eis, nihil est obseruatio escarum, neq; quod Moyses male iniunxerat, sed per modũ admonitionis ex rerũ ipsarũ natura testimoniũ accipiens, ait. Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, sed &c. Glosa quoq; ita habẽs, quia huiusmodi verba domini ex Phariseorũ nequitia occasionẽ sumpserant (qui traditiones suas diuinis præceptis preferebãt) consequẽter concludit incõuenientiã traditionis pręmissę dicẽs, Non lotis autẽ manibus &c. Et rursus Chrysostomus. Non autem dixit escas in lege prohibitas manducare nõ coinquinat hominem, vt non posset illi cõtradicere, sed cõcludit de illo, de quo disputatio erat. Si enim simpliciter & ad tuum sensum ea verba essent accipienda oporteret fateri, se immodico cibo distendentes vltra saturitatem & vino ingurgitatẽs, non peccare, cũ illa per os intrent, in ventrẽ descendãt & per secessum immittantur. licereq; prorsus indulgere gulę. Præterea idolotitias carnes comedere suffocatũ & sanguinẽ nõ coinquinassent hominẽ, & tamẽ Apostoli (Iacobo referẽte) illa pro tẽpore interdixerunt gentibus ad Christum conuersis, cum a cæteris legalibus illos soluerent. Sed esto dominus illis verbis de alimentis statuere aliquid intel

lexerit, nihil tamen tuę sententię suffragari possunt. Cum tñ edoceant alimenta ex sui natura hominem interne coinquinare non posse, cū quę intrant in os corporea sint: animam autē inficere non valeant quę spiritus est. Sed si quicq̃ officere valent id tantum posse prout inhibita essent, id autem spiritale. Quę autem ex corde proueniunt ex sui natura praua esse vel proba, vti sunt cogitationes malę, homicidia, fornicationes, & cętera quę dominus ibi enumerat. Quamobrem illa ex sese hominem coinquinare posse, non autem quod in os intrat quia in ventrē vadit & in secessum emittitur, eo q̃ corporeum nec sui natura prauum. Id autem nihil facit ad concedendum quorumcunq; ciborum licentiam, cum ob prę̃scriptum legis illis coniunctū quod non negat dominus quin escę coinquinare valeant vt dictū est, illis enim intercedentibus homo coinquinari potest si illis abutatur transgrediens preceptum aut debitam excedens mensuram. At id non vitio rerum contingit, sed hominis trāsgressu, hocq̃ intellexisse dominum declarare constat, diligenter perpendenti verba ipsius. Id autem nihil ad tuam sententiam, sed & hoc tibi condonemus illis verbis declarare dominum intellixisse licere vesci Christianis quocūq; ciborum genere voluerint, omniaq; munda esse mūdis (quod in lege Moysi erat prohibitum) legemq; illam iam aboleri, non tamē ex hoc colligere vales quod petis: Cum non sequatur ex illis nullum genus ciborum pro tempore & loco aut personis esse interdicendum, nec legem ieiunii vllam esse constitutam. Dices, lex Mosaica est abolita, fateor, omne genus cibi est mundum Christianis, concedo (licet enim his cum benedictione ei assumere omne genus edulii quod libuerit) & vlterius tibi do licere etiam omni tempore cum res postulat aut necessitas exigit: sed quum deinde infers, igitur non tenetur ex lege euāgelica vnq̃ ieiunare nec a quopiam cibo abstinere, hoc tibi nego, non enim sequitur ex datis.

Nā quis oia sint multamūdis prę̃scribere potuit, lex euāgelica, & ecclesia spiritu Christi gubernata Christianis aliquot dies ad ieiunium seruandum, & prohibere edulia illi aduersantia, quę constituta citra piaculum preteriri non datur: potuerunt & homines sibi ipsis vltro prę̃scribere & voto se obstringere, vel preter votum, ad quędam ciborum genera vitanda, ad certaq; ieiunia ad quę lege non tenebantur, vt fecerunt Ioannes Baptista, Iacobus Apostolus aquam semper bibens, Timotheus Pauli discipulus & alii pleriq;, quorum exempla sequuti plurimi sanctorum patrum pleraq; sibi prę̃scripserunt, & viuendi formulas instituerunt: quibus & certa ieiunia discernuntur & eduliorum genera quędam inhibētur. At quia de hoc ciborum delectu reclamas plusq̃ ad fastidium, ita vt nunq̃ finem facias, vbiq; contendens humana esse inuenta, traditiunculas homunculorū frigidas, superstitiosas, iudaismū referentes, & similia: respondeo te preter omnē rationem & ad pauca respicientem ista proferre. Cum ex scriptura liqueat primum preceptum diuinū homini traditum, de delectu ciborum fuisse non ex lege Moysi aut naturę datum, sed primęuum in lege gratię, & iustitię mox creato homine & in paradiso constituto. Ait enim scriptura. Ex omni ligno cōmede, de ligno autē scientię boni & mali ne comedas: quid ais? Nonne vides inhibitū a domino genus alimonię? Sed vide & ipso ob precepti transgressionem de paradiso pulso mox ei a domino prę̃scriptum esse alimētum, ita enim habet Gene

feos liber, Quia comedisti ex ligno ex quo pręceperã tibi ne comederes, maledi
cta terra in opere tuo, in laborib⁹ comedes ex ea herbas, & in sudore vultus tui
vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. carnes autem tantũ
permissas post diluuium constare, ita enim scriptum est. Benedixitq; Deus Noe
& filiis eius & ait, Crescite & multiplicamini. &c. pisces maris manui vestrę tra
diti sunt & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum, quasi holera virẽ
tia tradidi vobis omnia: excepto ꝙ carnem cum sanguine non comedetis. Audi
sti permissionẽ generalem, sed & pręscripto coarctatam.

P Nunq̃ enim legitur dominum de alimonia egisse quin aliquid pręscripserit,
Concessus autem carnium esus quemadmodum & libellus repudii permissus in
lege Moysi. Cui sententiæ astipulatur Hieronymus contra Iouinianum his ver
bis, Dominus post diluuiũ auidissimam hominum gulam cognoscẽs dedit eis
licentiam comedendarũ carnium vt dum intelligunt omnia sibi licere non desi
derent quod non licebat, ne mãdatum in causam verterent pręuaricationis. Eo
dem tempore & vinum concessum cum primus Noe plantauerit vineam ex qua
vinum nascitur. Cuius vis ne authori quidem suo pepercit. Antea enim cum fri
gida vteretur, mente interger arcã construxit, hominumq; & animantium gene
ra seruauit, potato autem vino, non solum mente obuolutus: ebriusq; factus est,
sed etiam propriis filiis ludibrio fuit. Sanctissimo quoq; Loth, cui Sodomiticus
ignis pepercerat vinum non indulsit, quin mentem illius obtenebrarit, & incestũ
committere quamuis ignorantem induxerit, & cætera. In lege autem tradi
ta per Moysem quot quantaq; dominus pręscripserit ciborum genera populo di
lecto, libri ipsius legis testantur. Semper enim dominum solicitum fuisse videre
est cuiuscunq; legis tempore in homini alimentis constituendis vel genera prę
scribentem vel modum, ne gulę voracitas vltra mensuram illis vteretur: quod
licet euangelium propriis verbis non exprimat, apostoli tamen declararũt pro
hibentes comessationes & ebrietates. Superest respõdere alteri argumento tuo,
quod innititur illis Pauli verbis, Regnum Dei non est esca neq; potus, quæ nihil
faciunt ad sentẽtiã tuam vt declarabimus ex ipsius Pauli verborũ cõtextu & san
ctorũ enarrationibus. Sed ne in illis verbis plus æquo vel nunc gaudeas quasi
tibi astipulentur, audias eundem Paulum quid aliis locis referat: ita enim habet,
Bonum est homini non comedere carnes & non bibere vinum. Præterea in vino
est luxuria. Et rursus. Non in comessationibus & ebrietatibus. Ad hęc, esca ven
tri, venter escis, Deus autem vtrumq; destruet. Et ad Timotheum exigens: do
tes in episcopo deligendo ait. Non vinolentum, neq; percussorem, sed sobriũ. Si
autẽ illis verbis regnũ Dei nõ est esca neq; potus, intelligeret quod tu sentis, nul
lã escã ac potũ impedire ad regnũ Dei assequẽdũ, nõ hęc protulisset quę vinũ &
escam improbant. Si enim regnum dei non impeditur potu vini, quare expedit
episcopum sobrium esse & non vinolentum? quemadmodum nec percussorem.
Si non obstant esca & potus regno cælorum, cur comessationes largaq; vini
symposia prohibentur? Cur dicit Deum destructurum escam & ventrẽ. Et bonũ
esse homini non commedere carnes & non bibere vinum, illiq; inesse luxuriam?
Perspicuum autem est Paulum id non sentire. Cum non ibi agat de licentia cibo
rũ nec potus sed de proximi offendiculo vitãdo. Inquit.n. Si frater tuus propter

cibum contristatur iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illũ perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrũ: non est enim regnũ dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiũ in spiritu sancto. Et paulo post. Itaq; quę pacis sunt sectemur, & quę ædificationis sunt custodiamus. Noli propter escã destruere opus dei. Omnia quidẽ sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculũ manducat: audisti eo spectare hæc omnia vt offendiculũ vitetur, & fraterna charitas seruetur. Quod offendiculũ pręstari potest, tã abstinendo q̃ mãducando. Quamobrẽ & dicit. Qui manducat non manducantẽ ne spernat, & qui nõ manducat manducantẽ non iudicet. Idẽ quoq; de eadẽ re ad Corinthios ait. Et videte ne hæc licentia vestra offendiculũ fiat infirmis. & paulo post, Sic autem peccãtes in fratres vt eorũ conscientiã infirmã percutientes in Christũ peccatis. Quapropter si esca scandalizet fratrẽ meũ, nõ manducabo carnẽ in eternum, ne illũ scandalizem. Quod autẽ ea quam diximus Pauli sententia sit. Audias & Augustini testimoniũ illã asserentis Cassulano his verbis. Nõ est regnum dei esca & potus: dictum est ad eorũ fratrũ admonitionem, per quorum escã & potum indifferẽter acceptũ scandalizabantur infirmi, ac etiã aduersus eos qui more Iudęorũ secundũ veterem legẽ in obseruatione quorũdã ciborum putabãt esse munditiã. Idẽ quoq; contra Faustum Manicheũ fere in eãdem sententiã hæc dicit. In testamento veteri quidã cibi carniũ prohibẽtur. Apostolus autẽ dicit, Omnia munda mũdis, & omnis creatura dei bona est, nec adinuicẽ hæc aduersantur, cum Apostolus de ipsis naturis dicat. Testamentum autẽ vetus (propter quasdã figurationes tempori cõgruentes animalia quędã significatione immunda esse dixit) intellexisti Paulũ illa protulisse verba ad eorum admonitionẽ, per quorum escã & potũ indifferenter acceptũ scandalizabãtur infirmi. Præterea de rerũ naturis tantum decernere, & ciborũ delectu more Iudęorũ nõ autem de ciborum omniũ arbitrio, stareq; aliquid natura esse mundũ, significatione autẽ pro tempore immũdũ, vel præscripto interdictũ. Hac disputatione puto liquere satis declaratũ esse primã propositionẽ (cui sentẽtia innititur) videlicet ieiunia ab institutis diuinis esse profecta a veritate lõge esse alienã. Illa igitur cõfutata, reliquũ est refutemus & alterã asserentẽ iis institutis de ciborũ delectu & ieiuniis plurima incommoda populo Christiano euenire, ob illaq; multos in grauissimas incidere ęgritudines, & deniq; intẽpestiua morte absumi. Quãobrẽ cõcludis opportunã videri talia præscripta per ecclesiæ proceres esse abroganda. Hęc aũt calũniosa & falso inducta esse cõstat, cũ nulla lex de illis lata ita obstringat hominẽ, quin necessitate cogẽte imbecillitatis, morbove, aut summæ rerum pœnuriæ (citra quas natura sustentari nõ valeat) imminẽtisue periculi, pręscripta illa præteriri possint. At de hac necessitate decernere (cũ coueniendi iudicis facultas adsit) nemo sibi ipsi arbiter esse debet: ne naturę plus æquo sibi blãdiẽti cõsentiẽs in iudicãdo aberret. Quãobrẽ stãdũ alterius (iudicis inq̃) arbitrio, q si forte fortuna aberret, & nihilominus vrgeret necessitas, nõ is veritũ facinus perpetraret q institutũ trãsgrederet: necessitati enĩ nulla lex imposita. Nihil aũt dominus Iesus eiusue discipuli, vel ecclesia ipsius spiritu directa præcepit instituitve qđ rationi aduerset, humanęq; vitæ incõmodũ, & letale existat. Nã ieiunia præscripta valẽtibus illa pficere nõ minus opitulãtur corporibus, q̃ animis cõferãt,

commodaq; sunt ad omnia munera peragenda, nec breuioris vitę esse explora-
tissimũ est, qui piscibus leguminibusve moderate vescuntur, abstemiive sunt ii,
qui se carnibus saturãt, vinoq; immodico obruunt. Compertum enim est vel quo-
tã mortaliũ portionẽ vinũ potare: Incolę nãq; totius Africæ (quæ q̃ longe la-
teq; protẽdatur, & q̃ vasta sit regio, nauigationes sęculo nostro factæ manifesta-
runt) vinũ nõ cognoscũt: Indi, Pragmanes, fereq; vniuersa Asia preter Cherson-
nessum, quæ mari Euxino, Ionio, Syriacove alluitur, vino abstinẽt, Scythęq; om-
nes, tũ Asiatici, tũ Europei numerosissimi populi, magna Germania vt plurimũ,
Gallię portio nõ parua, vniuersa Britãnia Hyberniaq; cũ suis insulis adiacenti-
bus. Quid referã & de occiduis terris nouiter adinuẽtis, quẽ nouũ orbẽ vocant,
pariter vini ignaris? Nũquid in iis terris breuioris sunt vitę homines, q̃ in Gal-
liis, Italia, aut Hispania, portioneve Germaniæ, in quibus sitis vino restinguit?

R Pręterea nec qui carnibus raro aut nunq̃ vtũtur, lautioribusq; dapibus absti-
nẽt, breuioris vitę sunt iis qui opipare viuũt: sibi ipsis indulgẽtes. Quod est inspi-
cere nõ solũ in monasteriis, verũ etiã in vrbibus, in quibus cõpertissimũ est pau-
peres & qui parcius viuũt diuturnioris esse vitę diuitibus & principib9, qui lau-
tissimis mẽsis vtũtur. Quod ipsum & est cognoscere regionũ prouinciarũve di-
scrimine homines lõgioris esse vitæ meliorisq; habitudinis, in quibus frugalius
viuitur q̃ in iis in quibus vẽtri & gulę indulgẽt. Ex hisq; crediderim & illud ꝓ-
uerbiũ natũ, Plures occidit gula q̃ gladius. Q2 pręterea lõgæui fuerint Aposto-
li, vitę illorũ testãtur: Ipsos autẽ frugalissime vixisse est cõpertissimũ, q̃ lõgęuus
fuerit & Paulus Anachorita, q ad. xiii. supra cẽtesimũ annũ peruenit, palma tãtũ
victũ illi ꝓbente: q̃ etiã magnus Antonius centesimũ trãsgrediens annũ quẽad-
modũ & Basilius fecerat, grãdęui viridisq; senectę naturę cõcesserũt Ambrosi9
Diuusq; Augustinus, Hylarion & plures alii arctissime viuẽtes, partim diuus
Hieronymus testatur eorũ vitã describẽs, partim Cassianus, & cęteri: qui Hie-
ronymus & ipse ob victus tenuitatẽ ad decrepitã vsq; ętatẽ ꝑuenit. Exẽpla sunt
innumera omniũ gentiũ cuiuscũq; ordinis sexus vt discrimine cõprobãtia tenuẽ
victũ, ieiunia moderata, alimonięq; plurimũ generũ abstinẽtiã, ꝓcipue delicatio-
rum, ad firmiorẽ habitudinẽ, sanitatẽq; seruãdã & vitã lõgius protendẽdã, pluri-
mũ cõferre. Satietatẽ ꝓterea opimorũq; vsum plus obesse mortalibus q̃ ieiunia,
verãq; esse sentẽtiã magni Basilii (videlicet ieiunio nõ infirmari corpora sed po-
tius sanari) res ipsa edocet. Superfluũ em̃ cõcoctioni aduersum (quod in delica-
tis cibis plerũq; euenit) morbos varios corporibus generat. innumeros referre
possum9 quos crapula enecauit, ebrietasq; suffocauit, quos autẽ ieiunia intereme-
rint paucissimos aut nullos esset inuenire. Cõstat autẽ omniũ medicorũ decretis
q̃ cõmodũ q̃ vtile sit moderatũ ieiuniũ corporibus. illud em̃ primum indicunt
ęgrotãtibus tenuissimãq; dietã ꝓscribũt (præsertim ipsis morborũ initiis) Pluri-
mosq; sola inedia sanãt, isq; frugalis victus & ieiuniorũ abstinẽtia nõ solũ cõmẽ-
datur a nostris vt cõmoda humano generi, sed ab Ethnicis scriptoribus anti-
quissimis qui testãtur aurei seculi tẽpore mortales nõ comedisse carnes sed fru-
gibus & his q̃ spõte ex terra gignebant q; & testat ingeniosissim9 poeta inqens.
Contentique cibis, nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus montanaque fraga legebant.

Cornaq; & in duris hȩrentia mora rubetis
Et quæ deciderant patula iouis arbore glandes &c.

Testantur etiam plurimos Reges hoc frugali vitȩ genere aliis seculis victitas-se. Sacerdotes Aegyptii carnibus & vino abstinuisse. Similiter sub Pigmalione qui in oriẽte regnabat esum carniũ nõ fuisse. Preterea Magos & Pragmanes pomis arborum tãtũ orizęq; farina famẽ repressisse. Quid plura teferam?

Cur Orpheus carmine suo carnes detestet, in Eleusineq; tẽplo in quo p̃cepta legũ p̃scripta erãt, inter cętera hoc vnũ fuerit, carnibus nõ vescẽdũ. Sed nimis moror. Nõ.n. mihi dies sufficeret si vellẽ tũ nostrorꝫ tũ Ethnicorꝫ sentẽtias, deterrentes hoies ab esu carniũ, viniq; potu, recẽsere. hęc sane sũt plusq̃ satis ad declarãdũ nõ esse cur deplores ob ieiunii institutũ, & ciborũ quotĩdiã delectũ Christianorꝫ calamitatẽ, cũ illa nõ modo nõ obsint sed & adiuuẽt, modo iuxta Pauli sententiã rationabile sit eorũ obsequium. Quapropter valde demirandũ te virũ ætate grauem, doctrina admirabilem, ordine sacerdotali verendum, dogmata Christianorum epicuri, vetustioribus seculis damnata & extincta, denuo probare: conariq; vt reuiuiscant. Cũ non minus memoria placitorũ q̃ authoris iã fere ex toto esset obliterata, ni sancti patres scriptis suis de illo mentionẽ facerent sepulto Fouiniano monacho q hęc dogmata Romę disseminauit (A quo & tu illa accepisti) cuius meminit diuus Augustinus in lib. de hęresibus ita scribens, Iouinianus quidã monachus (a quo iouinianistarũ hęresis orta est) ętate nostra cũ adhuc iuuenes essemus nihil p̃desse ieiunia vel a quibusdã cibis abstinentiã asserebat &c. Cito tamẽ ista hęresis oppressa & extincta est. Nec vsq; ad deceptionẽ aliquorum sacerdotum potuit peruenire. De ipso etiã refert beatus Hieronymus qui egregiũ volumẽ aduersus eius hęreses cõscripsit. Hic suadebat omnibus cibis omniq; potu indifferenter vtendũ, cum homo deo subiacens omniũ sit possessor, dominũ Iesum non abstinuisse a carnibus nec a vino, nõ esse quod homines sibi placerent ex abstinẽtia, quasi nõ & superstitio gentiliũ Cossum matris deũ obseruet, & Isidis Deo nõ esse grata ieiunia nec acceptabilẽ cõtinentiã, quã sententiã & tu ipse probãs eadem suadere conatus es. Quid ais? si probanda est sententia manducemus igitur & bibamus, cras enim moriemur vt inquit scriptura. Indulgeamus ventri & gulę dum viuimus, cũ ieiunia & cõtinentia nihil prosint ad meritũ, deo non acceptibilia sint qui nec illa instituit, sed humana superstitio & tyrannis homunculorũ. At contra hanc sententiam declaratum est superius illa diuini esse instituti summoq; deo accepta, illumq; ea nobis propitiare, idque probatum, tũ scripturarum testimoniis & argumẽtis, tũ sanctorũ sententiis & doctrina edocẽtibus carnẽ atterendã esse vt spiritus saginetur. Quãobrẽ & in p̃fatione sacratissimi mysterii canit ecclesia dñm deprecãs. Qui corporali ieiunio vitia cõprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia, Quæ vt consequamur, ieiunemus, abstineamus quatenus licet, in hoc seculo: diuiq; Chrisost. sententiã in Genesim sequẽtes pœnas de nobis ipsis sumamus p̃ peccatis, vt nos a futuro supplicio liberemus &c. qđ eueniet quũ ieiunia nostra nõ pharisaica sunt sed euangelico sale cõdita, p̃sertim si alata oratiõe & eleemosyna fuerint, & amore dñi Iesu suscepta. Cũq; nõ indecere videat vt abstinẽtię & ieiunii disputationẽ in ipsius p̃conio absoluamus magni Basilii verba referã ita dicentis, ieiuniũ p̃phetas genuit, poten-

tes cõfirmat atq; roborat, ieiuniũ legislatores sapiẽtia refertos facit, animæ optima custodia, corporis habitatio secura, fortibus viris munimentũ, & arma, athletis & certãtibus exercitatio. hoc p̃terea tẽtationẽ expellit, pietatis vnctio, lauacri familiaritas, pudicitię rector, in bellis fortitudinẽ, in pace quietẽ docet, Nazareũ sanctificat, sacerdotẽq; cõsecrat &c. Sed iam poscit res vt aliud argumẽtũ aggrediamur, par autẽ est cũ ieiunia & ciborũ quorundã abstinẽtia maxime impẽsius a monachis & religiosis seruentur, absoluto hoc argumento, illud in quo de eorum institutis agitur exordiamur.

DE MONACHIS

LIBER. V.

A OS Enim vbiq; insectaris, nec citabo loca quibus in illos petulãtius inueheris, admirabili acrimonia & dicacitate incredibili mores eorũ accusans quasi vitia carperes: q̃ si in vnũ cõgererent, tot sunt vt his solis plusq̃ iustũ volumen efficeret, sed paucula tãtum recẽsebo ex his q̃bus eorum professionẽ & instituta, genusq; vitę labefactare niteris: q̃ ita improbas vt quẽlibet minus cordatum ab illo genere vitę (alioquin re ipsa ꝓbato & ꝑfecto) suscipiẽdo deterrere possis. Et primũ quidẽ vt vetustatem illi detrahas (qua magna ex parte cuiuslibet ordinis & iſtituti dignitas & auctoritas cõstat) monachismũq; rẽ nouitiã ac factitiã esse suadeas: Hieronymi vitã describẽs ita inquis, Monachi institutũ tẽpore Hieronymi lõge diuersum erat ab hoc, q̃d hodie videmus cærimoniis obstrictũ: manebat integra potestas migrãdi remigrãdiq; quo vellẽt, ad studiũ, ieiunia, psalmos & vigilias nõ cogebant hominũ cõstitutiũculis: vestitus nõ p̃scriptus, sed suo cuiq; arbitrio, simplex, nõ q̃ ꝓdigiosa nouitate faceret insignẽ: votoꝝ nulla vincula, res manebat integra &c. breuitati. n. studẽs summã tñ collegi ꝓpriis tñ verbis tuis. itẽ ibidẽ Hieronymi soror virginis institutũ arripuit, sed multũ & hoc dissimile ab harũ cõditiõe quas hodie ferreis cãcellis ceu feras indomitas inclusas tenẽt &c. Primũ q̃d refers de institutis monachoꝝ tp̃e Hieronymi refellit̃ testimonio ipsius in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis: ita. n. habet, Monachoꝝ genus ꝓbatissimũ est cœnobitarũ, q̃ plures sunt & in cõe viuũt & habitãt. Prima apđ eos cõfœderatio est obedire maiorib⁹ & q̃cq̃d iusserint facere, diuisi sunt ꝑ cẽturias atq; decurias ita vt nouẽ hoibus decimus p̃sit, & rursus decẽ p̃positos sub se cẽtesimus habeat. Manẽt separati sed iũctis cellulis. Vsq; ad horã nonã (vt iſtitutũ est) nemo ꝑgit ad aliũ, exceptis his decanis quos diximus: vt si cogitationibus forte q̃s fluctuet, illius cõsolet̃ alloquiis. Post horã nonã cõe cõcurrit̃, psalmi resonãt, scripturæ recitant̃ ex more, & cõpletis oronib⁹ cũctisq; residẽtib⁹ medius, quẽ patrẽ vocãt, incipit disputare. quo loquẽte tm̃ silẽtiũ fit vt nemo aliũ respicere audeat, excreareve. Post hęc cõciliũ soluit̃, & vnaq̃q; decuria cũ suo parẽte ꝑgit ad mẽsã: cui ꝑ singulas hebdomadas vicissim ministrãt. Null⁹ in cibo strepit⁹ est: nemo comedẽs loquit̃, viuit̃ pane, leguminib⁹, & holerib⁹ q̃ sale solo cõdiunt̃: vinũ tm̃ senes accipiunt q̃bus & paruulis sępe fit prãdium, vt alioꝝ fessa sustentetur ætas, aliorũ

non frangatur incipiens. Dehinc consurgunt pariter, & hymno dicto ad præsepia redeũt, ibiq; vsq; ad vesperam cum suis vnusquisq; loquitur, & dicit, Vidistis illum & illum, quanta in ipso sit gratia? quantum silentium? q̃ modetatus incessus? si infirmum viderint consolantur: si in dei amore feruentem, cohortantur ad studium: & quia nocte extra orationes publicas in suo cubili vnusquisq; vigilat circũeũt cellulas singulorũ, & aure apposita quid faciant diligenter explorant. Quem tardiorem deprehenderint non increpant, sed dissimulato quod norũt eũ sæpius visitant, & prius incipientes prouocant magis orare q̃ cogant. Opus diei statutum est, quod decano redditum fertur ad œconomum, qui & ipse per singulos menses patri omnium cum magno tremore reddit rationem, a quo & cibi cũ facti fuerint prægustantur. Et quia non licet dicere cuiquam tunicã & sagum textaq; iuncis strata non habeo, ille ita vniuersa moderatur, vt nemo quod postulet habeat. Si quis vero cœperit ægrotare, trãsfertur ad exhedram latiorẽ & tanto senum ministerio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quęrat affectum. Dominicis diebus oratione tantum & lectionibus vacant: quod quidẽ & omni tempore completis opusculis faciunt. Quotidie aliquid de scripturis discitur: ieiunium totius anni æquale est, excepta quadragesima, in qua sola conceditur districtius viuere. A pentecoste cœnę mutantur in prandia, quo & traditioni ecclesiasticę satisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato &c. tales Philo Platonici sermonis imitator, tales Iosephus gręcus, in secũda Iudaicę captiuitatis historia Essenos fuisse testatur.

Hęc ad verbum Hieronymus: quę integre & prolixius recitaui: vt manifestius constet q̃ falso & inconsiderate scripseris institutum monachi tẽpore Hieronymi longe diuersum fuisse ab hoc, quod est huius temporis, cum in illo nihil esset pręscriptum: nec illos cogi ad studium, ieiunia, vigilias, psalmos hominum constitiunculas: sed hęc sui arbitrii erant. Si enim animaduertisti Hieronymi verba, prorsus contrarium refert, simillimũq; fuisse cognoscitur ipsius sententia, institutũ monachi illius tẽporis instituto nostorũ religiosorum, propriecq;, & (vt ita dicã) ex facie illos depingit, cũ asserat ipsos priscos monachos in cõmune vixisse sub pręposito(rũ) obediẽtia cibũ cõmunẽ & pręscriptũ sumpsisse, vestitũ pariter, ac strata simillima illis fuisse, & ex cõstituto ab œconomo tradita: lectiones, orationes, ieiunia, publicas preces cũ nocturnas tũ diurnas, cõuentus, opera diei, colloquia, silẽtia: & deniq; omnia ex cõstituto & pręscripto fuisse facta: quę viuẽdi formula effigies & exẽplar expressissimũ est vitæ monachorũ nostri tẽporis, quã liquet sumptã & deriuatã fuisse ab illo prisco & vetusto instituto. Nõ igitur nouitiũ est monachorũ nostri tẽporis institutũ, sed priscũ & propagatũ ante tempora Hieronymi, qui testatur tãtã eorum fuisse frequẽtiã: pręsertim in Syria & Aegypto, vt quẽadmodũ in aluearíis apũ ob ingẽtẽ earũ copiã quę exeũt, examina dicũtur quasi agmina & exercitus ꝓprios habẽtes duces, vel colonię & nouus populus: Similiter & monachorũ examina dicebãtur ob eorũ multitudinum cõiũctionẽ, & ducũ cõstitutionẽ, quorũ tãta erat multitudo vt Nitrię tãtũ (vt refert idẽ Hiero.) circiter quinq; milia in eodẽ loco diuisis cellulis habitarẽt, itidẽq; erat in q̃plurimis locis. Quãobrẽ & ꝑter apostatã Iulianũ inductꝰ est, & Valẽs Imꝑator Christianꝰ q̃dẽ: at (vt apꝑet) parũ piꝰ, ꝓmulgare edictũ quo monachi

militare cogerentur, propter quod & multi fustibus cæsi sunt sed tãtæ improbitatis ipse breui debitas luit pœnas. Audisti Hieronymi testimonium, cui soli etsi acquiescere nolis, audias & illud Augustini: qui scribens de moribus ecclesiæ eadem prorsus refert de institutis monachorum oriẽtis & Aegypti quæ Hieronymus: ab illis inquam in commune viuentibus ex præscripto omnia fuisse peracta, cibum vestitũ, ieiunia, strata, preces, psalmodias, manuũ opera, horasq; diei statutas ad vnumquodq; horum perficiendum, obedientiam deniq; singularem ac admirabilem suis præpositis, quos & ex constituto distinctos habebant, ob innumeram eorum multitudinem, referens plurimos inibi fuisse patres præfectos, vnumquenq; eorum non minus tribus milibus monachorum: sic enim verba eius incipiunt, Iam accipite manichei perfectorum Christianorum summã castitatem, mores, & continentiam singularem: nec dicam quę vos ignoratis, quis enim nescit summæ continentiæ hominum Christianorum multitudinem per totum orbem esse diffusum præsertim in oriente & Aegypto, nec quicquam dicam de anachoritis de quibus dixi &c. Sed de illis admirãdis & prædicãdis qui contemptis mundi huius illecebris in communem vitam congregati ætatem agunt. &c. Deinde prosequitur eorum quæ diximus instituta describens: postmodum agit de religiosis fœminis referens quæ suo loco inferius recitabimus.

C Iam habes cum Hieronymi (quem pro te citasti) tum Augustini testimonia tuam sententiam refellentia, præscripta videlicet monachorum non fuisse vetusta, nec a priscis monachis obseruata cum illis omnia libera essent nec ex præcepto viuerent: quæ testimonia etsi tibi satis nõ sunt forte acquiesces Ioannis Chrysostomi doctissimi simul & eloquentissimi antistitis sententiæ. Scribens eñi tres libros aduersus vitę monasticæ vituperatores inter cætera hæc ait, In monasterio in magna tranquillitate & securitate residetur & cætera. & paulo post, Nullus ibi paupertatem exprobrat, nullus diuitiis honestior est: vnde id quod omnia peruertit meum & tuum, penitus eliminatum: cuncta illis communia, mensa, domus, indumentum & cætera. Et demum ibi veluti ex quadam libra & regula cũcta diligentissime sunt ordinata, nulla inæqualitas, ordo summus &c. Intellexti quam expresse testetur apud eos omnia fuisse institutis peracta, cum dicat vitã communem, mensam, domum, indumentum, & omnia veluti ex libra & regula fuisse ordinata. Non igitur erat liberum illis facere quod vnicuiq; videbatur bonum, vt tu vis: cum illis hæc omnia essent præscripta. Eadem sentit beatus pater Ambrosius Magnusq; Gregorius, quod præsertim dialogorũ ipsius libri edocent. Num forte desideras plures authores aut grauiores qui nostram sententiã comprobent & tuam refellant: Hieronymo inquam, Augustino, Chrysostomo, Ambrosio, Gregorio? Nihil dico de magno Basilio, cũ iamiã sim de ipso dicturus. Præterea q̃ dormitaueris si ex animo illa scripsisti vel his duobus argumẽtis irrefragabilibus cognoscere potes. Primo ex his quæ scripsit magnus Basilius de institutione monachorum, qui Hieronymum aliquantisper præcessit: & si Hieronymus auditor Naziãzeni fuerit, quem constat Basilii tempore floruisse, vixerit adhuc superstite Basilio, qui hæc omnia quæ negas monachis eorum temporum fuisse præscripta: non solum illis constituit, sed etiam longe minutiora, vt est videre ex canone & regula ipsius edita ad monachos instituẽdos: quod

quidē genus vitę summis laudibus & pręconiis extollit, de quo pręter cætera hęc refert: Quid itaq; huic tāto bono cōparari potest vbi pater quidem vnus, supernū imitatur parentē? filii vero multi mutuo concordiæ charitatisq; certamine inter se superare conantur, &c. Et paulo post.

Quā ergo virtutis formā huiuscemodi referēt? nō ꝑfecto hūanā sed cęlestē. D
Aduersus tales athletas tā strenue militātes atq; charitatis spū certātes nihilo oīno diabolus poterit qđ nemo rē qdē aut ansam illius consiliis ꝓbeat. De his Dauid in Cāticis ait, Ecce q̄ bonū & q̄ iocūdū habitare fratres i vnū. Bonū qdē vt ꝓbatissimū ac vitā reddēs ꝑfectā. Iocūdū vero vt ex cōcordia simul & vnitate lętitiā afferēs &c. His igit̄ cū ꝑscripta fere essent oīa Basilii tēpore, vanissimū est ꝑfecto dicere Hieronymi tēpore monachos adhuc nō fuisse obstrictos hominū cōstitutiūculis &c. qđ & altero argumēto cōprobat̄. Eqdē nō solū cōsentaneū sed cōptissimū nō minus fuisse ordinata viroꝝ cōstituta in cœnobiis viuētiū: q̄ mulierū. Scribit aūt Hieronymus i epitaphio diuę Paulę referēs ordinē illius monasterii, Inter cętera, mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio ꝑ ordinē psalteriū cātabāt, die tm̄ dñico ad ecclesiā ꝓcedebāt ex cuius habitabāt latere, & vnūqđq; agmen matrē ꝓpriā sequebat̄, atq; inde pariter reuertētes instabāt opi distributo, vnus omniū habitus excepto victu & vestitu nullā habere qcq̄ patiebat̄. Quā cū monitā ex aliquo delicto nolle cōuerti ꝑspiciebat ꝑiter vltimas & extra cōuētū sororū ad fores tractim orare faciebat, & separatim cibū capere. Post alleluya cātatū quo signo vocabātur ad collectā nulli residere licitū erat &c. Vide quāta diligētia oīa illis erāt ꝑscripta, quēadmodū & nūc sororibus religiosis siue monachis: qđ pariter fuisse viris non est dubitādū. Cuius religiosę vitę gen⁹ si prima exordio repetas, ꝑspicis ab Helia & Heliseo Carmeli mōtis accolis, filiisq; prophetarū fuisse ꝓfectū scripturarū testimonio. Ab Ioanneq; Baptista euāgelii prodromo excultū & illustratū. Si aūt rē ipsam iudicio expendas, ꝑter scripturarū testimoniū agnoscitur cū ipsa religione fuisse coeuū ac perpetuū. Cōstat enim semper religiosos quosdā fuisse viros qui ardētius amplexati pietatē a cœtu cōmuni, multa ad eā pertinentia sibiipsis pręscripserunt, quæ vulgo a cęteris non agebantur.

Sed vti sunt rerū omniū initia rudia ac imbecillia, processuq; ipso sensim roborātur & excolūtur, ita & monachi instituta culta adaucta & ordine quodā distributa sunt tēporis ꝓcessu prout spūs dñi suggessit, humanaq; ratio suasit ad illud sanctū ꝓpositū cōmodius & tutius obseruādū: qđ quilibet lubēs ac volens sibi desumpsisset. Idq; in primis actū est ab ipso Baptista Ioāne, nō solū verbo multa ꝑscribēte discipulos quos coegerat ad ieiunia, & pleraq; alia huiusce generis quasi illos purgās & pręparās ad euangeliū suscipiendū, sed etiā arctissime vitæ exemplo cum vinū & syceram nūq̄ ebiberit, nec aliquod obsonium gustauerit. Perspicuum igitur domino adhuc latente nec iam euangelizante monachorum genus fuisse persimile: huic nostro quod ipso se prodēte ac prędicante propagatum & ad meliorem frugem deductum est. Nam Apostolorum vitam ac delectorum domini discipulorum si quis diligenter expendat agnoscet monachismū quoddā fuisse. Non sit cōtrouersia in nomine. Non enim monachi nomē tā vetustū quēadmodū res ipsa & institutum. Sane con-

ſtat in monachiſmo hęc eſſe pręcipua, videlicet omnia ſua relinquere, ſeipſos
abnegare, arbitrio prępoſitoꝝ oĩa facere, nihil ꝓprii poſſidere in cõmune vi
uere, prępoſitis obedire, caſtitatẽ cęlibatũ ve colere, q̃ oĩa ab apl̃is & diſcipulis
dñi ex ꝓfeſſo perfecta fuerũt: relictis eñ oĩbus ſuis ſecuti ſunt Chriſtũ: cui in
oib⁹ parebãt cęlibes ac in cõe vinẽtes: qui & ipſa inſtituta monaſtica tradidit
nõ tñ vti ꝑcepta ſed vti cõſilia & in primis illa obſeruãs ope & facto cõſecra
uit. Paupertatẽ inquã & obedientiã verbis edocuit cũ dixit, Si vis ꝑfectus eſſe
relinque oĩa & ſeq̃re me. Et rurſus, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipm
tollat crucẽ ſuã & ſequat̃ me. Pręterea cũ miſit diſcipulos ad ꝑdicãdũ ꝑcipiẽs
eis vt nõ deferrẽt argẽtũ neq; aurum in zonis & hoſpitarẽtur apud illos q eos
reciperẽt. Inſuꝑ & reſpõdit q̃rẽti vbi habitaret, filiũ hois nõ habere vbi recli
net caput ſuũ. Cęlibatũ aũt & cõtinẽtiã dicẽs. Sũt & Eunuchi q ſeipſos caſtra
rũt ꝓpter regnũ dei. Quis poteſt capere capiat &c. Qui igit̃ negare põt re ipa
eos veros fuiſſe monachos ſiue religioſos, q inſtituta ad monachiſmi ſubſtãtiã
ꝑtinẽtia ex ꝓfeſſione vitę caſtiſſimę obſeruarint, q̃ q̃dẽ poſtq̃ dñs triũphãs cę
los cõſcẽderat ab eiſdẽ ꝑpetuo ſũt ſeruata & aliis tradita. Nã a pleriſq; ex his q
eoꝝ ꝑdicatione Chriſtũ induerũt eadẽ accepta & ſeruata ſũt: His. ſ. in q̃bus re
gnabat maior in pectore virtus: q vẽditis omnibus fortunis nihil ſibi retinẽtes
preciũ ad apl̃oꝝ pedes deferebãt cõtẽti in cõe viuere, q̃b⁹ ab eccleſia diſtribue
batur id quo vnicuiq; opus erat, vt apl̃oꝝ acta teſtant̃: cui operi peragẽdo de
lecti ſunt ſeptẽ diaconi ſpiritu ſancto pleni vt apoſtoli liberius orationi & ver
bo vacare poſſent: & multę viduæ eã cõmunẽ vitam ducẽtibus miniſtrabant.
De quibus Paulus Apoſtolus ſollicitus multa ad Corinthios ſcribit.

F Nõ eñ hoc ſanctũ inſtitutũ in cõe viuẽdi ſũptũ eſt ex placitis Pythagorę, vt
tu vis in ſcholiis ep̃lę Hieronymi ad Euſtochiũ, de qua ſupra meminim⁹, ſed a
ſpũ ſctõ ꝓfectũ, & a ſanctis patribus obſeruatũ. Nõ eq̃dẽ diuina p̃hia, egebat
Pythagorę ꝑceptis, ſed veriſimilius eſt ipm Pythagorã illđ vt optimũ deſum
pſiſſe a filiis prophetarũ vel Eſſenis ita viuẽtib⁹ teſtib⁹ Hegeſippo ac Ioſepho
quod q̃dẽ ſanctiſſimũ inſtitutũ ſi q̃s diligẽter excogitauerit agnoſcet a natura
quinimo ab ipſo totius naturę authore fuiſſe traditũ. Nã nil propriũ eſt alicui
mutoꝝ animaliũ generi. Illa aũt inſtinctu naturę tãmodo viuũt. Pręterea in
ſtatu innocẽtię hois primũ cõſtituti nil diuiſũ erat ſed oĩa cõia diuina largitate
& benedictione aſſumẽda. Inq̃t eñ ſcriptura, Tulit ergo dñs deus hominẽ &
poſuit eũ in paradiſo voluptatis vt opparet̃ & cuſtodiret illũ: ꝑcepitq; ei dicẽs.
Ex oñi ligno paradiſi comede: de ligno aũt ſciẽtię boni mali ne comedas, &c.
In quo ſtatu ſi ꝑſtitiſſet homo nulla fuiſſet facta diuiſio bonoꝝ: vñ exortę ſunt
lites, iurgia, cõtẽtiones, bella: nata eſt auaritia & plurima alia mala exorta: ſed
vnuſq̃ſq; ſũpſiſſet qđ ſibi libuiſſet abſq; diſcrimine. Nã quẽadmodũ dñs deus
cõis fuiſſet oĩb⁹ iuſtis fruẽd⁹ ab vno quoq; ſcđm mẽſurã gratię ipſi datę ꝓut
eſt & cõis angelis pariter & q̃ ab illo creata erãt, cõueniebat humano generi iu
ſtoꝝ eſſe cõia, vitiata aũt natura ob violatũ dñi ꝑceptũ res fuere diuiſę: qđ vt
magis cõmodũ arbitrat⁹ fueri apđ ꝓmiſcuũ vulgus ob ei⁹ ĩbecillitatẽ, iĩuſtitiã
virtutiſq; cõtẽptũ. Apđ illos aũt q ad ꝑfectũ tẽdũt, & virtutẽ ardẽtius ample
xati ſunt, ad illãq; primęuam innocentiã, quãtum poſſunt, accedere conantur.

conuenit vt & illam viuendi formã illius status imitentur. qua omnis prorsus cupiditas auaritiaq; cõpescitur. Illud igitur institutum a nõnullis philosophis sumptum ab Hebręis, scriptis suis deinde cæteris prodiderũt: veluti a Pythagora, de quo diximus, & Platone (vt constat) in libris eius de republica: sed ipse ad statum naturę. Incorruptæ respexit, non autẽ vitiatę: quod expendens Aristoteles secus sensit cũ humana res publica non ex angelis vel hominibus (vt ita dicã) idealibus sed ex terrenis carnalibus & vitiatis constituatur, quã obrem multa multo studiosis & perfectis decenter pręscribuntur & cõueniũt, quæ imperfectis & vulgo non sunt constituenda. Sed de his hactenus.

Longe igitur ante Christũ natũ hoc vitę genus quod monachismũ vocant, liquet fuisse cõstitutũ, in filiis ꝓphetarũ, in Essenis, in Nazareis, ipsoq; nato ac nondũ prodito, in Ioanne Baptista & discipulis eius: euangelizante autẽ eodẽ in apostolis, & postq̃ ad cęlos conscẽdit in eisdẽ & cęteris qui feruẽtiori spiritu erãt: & post apostolos in ipsis patribus primitiuę ecclesię proximis apostolorũ tẽporibus: quo tẽpore valde locupletatũ & ordinatũ est. Breui enim post illos secuti sunt & alii patres diuino spiritu repleti, qui varias formulas viuendi ad illud propositũ perficiẽdũ eodẽ spiritu suggerẽte cõstituerũt. Pręterea Antonios, Panutios, Macharios, Hylariones, cęterosq; similes meros eremi incolas: de q̃bus Hieronymus & Cassianus multa referũt, cũ illorũ integrę viuẽdi formulę cõmunes nõ extent, sed eos huc cito patriarchas q̃ cõmunes regulas ediderũt quorũ disciplina monachismus per vniuersum Christianũ orbẽ diffusus & propagatus est, vt magnũ Basiliũ in oriẽte, Aureliũ Augustinũ in Aphrica, Benedictũ ac Franciscũ in Italia & occidẽte, & alios vti diuũ Dominicũ quem nõ recẽsui cũ aliis eo q͏̃ cõtẽtus Augustini regula propriã nõ ediderit. Cũ tamẽ author & pater grauissimi & docti ordinis fratrũ Pręedicatorũ extiterit. Referũt enimuero grauissimi viri classis Lusitanię regis pręfecti, se cõperisse apud Æthiopes, ac in ipsis Arabiæ sinus faucibus monachos numerosissimos vitæ sanctimonia & morũ honestate pręclaros, patrẽq; ipsorũ, quẽ e mõtibus accersierãt vt eos ad littora cõueniret de re Christiana cũ ipsis locuturus, venerandũ longe virũ ac triũ miliũ monachorũ antistitẽ post lachrymas pręgaudio emissas & fraternos amplexus adorationẽq; vexilli triũphãtis crucis in classe pendẽtis, & post multa interloquia vicissim habita eis tradidisse quẽdã librũ laudũ & precũ diuinarũ trãsmittendũ summo pastori & vicario Christi: quẽquidẽ Emanuel Lusitanię Rex pręclarissimus ac egregie pius Romam trãsmisit illustri ingeniosoq; ac erudito viro Michaele a Sylua oratorẽ ipsius agente apud Leonem. X. Quem & ego conspexi & manibus euolui. Pariter apud Persas & Indos multos inuenisse eiusdẽ propositi viros referunt. Cõstat & apud Armenios, Cappadoces, & Medos plurimos esse monachos. Nullamq; esse regionẽ in terris (in qua Christi nomen resonet) quæ monachis careat. Quorũ viuendi formam constitutã condemnare non valeas.

Nec est q͏̃ calumnieris vestitum (vt inquis prodigiosa nouitate insignẽ ac digito notãdũ) pręsertim si ad amictũ Baptistę domini Ioãnis respexeris tam agrestẽ & horridũ. Si ad Iacobi Apostoli fratris domini cultũ q̃ (Hegisippo & Iosepho testibus) linea tunica succinctus, pedib⁹ nudis, capillosus, & barbã

horridus semper incessit. Si pariter ad Heliȩ & Helisei palliũ: si ad Pauli Thebaidis tunicã palmulis contextã, si ad magni Antonii cucullũ & diui Martini vestẽ monachorũq; Aegypti & Syriȩ rusticana indumenta. Nam cõuenit q̃dẽ & vestitũ ipsum indicare vitȩ professionẽ. Plurimũ certe dedeceret eos qui tota vita ex professo a cõmuni vulgo discrepãt cultu ipso esse similes. Conuenit eñi vt externa interius consentiãt. Nam par est alium esse vestitum militis, ciuis, & agricolæ. Cum ille chlamyde, hic toga, alius rudi tunicula vestiatur. Similiter aliud Imperatoris, Senatoris, plebeiiq; hominis. Nã ille paludamento, Senator latoclauo, plebeius palliolo vel tunica induitur. Cõuenit autẽ & cõmunẽ esse monachorum habitum vniusq; formȩ omniũ vt monachum visio ipsa designet (vti inquit diuus Basilius hȩc quoq; subiiciens) Eaq; vno prospectu ac proposito geruntur similia, immo eadẽ esse omnibus debent. Vtile est autem etiã ex ipsa proprietate vestis aut habitus intelligi vnũquẽq;, & professionem huius agnosci, vt sciat sibi actus similes etiã esse debere, & ad eos qui foris sunt apparere æquales etiã in actibus &c. Et paulo post. Itaq; velut pȩdagogus q̃s est infirmioribus habitus iste religiosior vt etiã inuitos eos ab opere inhonesto indecentiq; custodiat. Ordinata eñi vult omnia esse Apostolus in ecclesia. Ordinatus autẽ habitus monachi esse dicitur is qui secũdũ ꝓpositũ & ꝓfessionẽ eius aptus intelligit̃ &c. Cȩterũ illud monachoꝝ genus q̃d tibi magis ꝓbari videtur nõ est etiã hoc tẽpore ab ecclesia explosum. Vbiq; eñi est cõperire multos quos eremitas nũcupamus habitu religioso indutos binos, ternos, aut singulos, degẽtes, nulli prȩposito subiectos nisi quãtum eis libuerit. Sed arbitrio suo viuẽtes, quodq; bonũ videtur in suis oculis faciẽtes. At genus illud a diuo Hieronymo in eadẽ epistola his verbis prorsus reiicitur. Est & id genus eoꝝ q̃ Remoboth dicuntur deterrimũ atq; neglectũ: ĩ bini vel terni nec multo plures simul habitãt, suo arbitratu ac ditione viuẽtes &c. Et paulo post. Inter hos sȩpe sũt iurgia, quia suo viuẽtes cibo nõ patiũtur se alicui esse subiectos. Apud eos affectata sunt omnia visitatio virginũ, detractio clericoꝝ, Et si quãdo dies festus venerit saturãtur vsq; ad vomitũ. iis igit̃ quasi q̃busdã pestibus exterminatis veniamus ad eos q̃ plures sunt & in cõmune habitãt quos vocari Coenobitas diximus &c. Eos autẽ vt superius retulimus miris laudibꝰ effert. Quod autẽ ais ipsius Hieronymi tẽpore monachis votoꝝ nulla fuisse vincula, sed rẽ mãsisse integrã. Hoc tibi sane nõ cõstat, nec ex sentẽtia ipsius vales dicere cum ipse nusq̃ hoc referat, q̃ licet de eorũ votis mẽtionẽ nõ faciat nec etiã oportebat eum de institutis & eorũ prȩscriptis agere: voti autẽ emissio nõ fit institutũ, sed potius vinculũ ad illa obseruãda. Qui enim vouet nõ agit, sed promittit se perfecturum quod proposuit. Prȩterea forte pt̃ȩterit vota quia non vulgo nec solẽniter promiscue ab omnibus emittebãtur (vt est verisimile) sed tãtũmodo a quibusdã volẽtibꝰ se illi vinculo obstringere ad illud genus vitȩ obseruãdũ q̃d semel susceperãt, vt nec ab illo discedere possent, a sanctoq; ꝓposito resilire vel suggestu diaboli cogitationũve perturbatione aut animi incõstãtia, ad eũdẽq; firmãdũ & retinẽdũ votorũ cõpedibus illũ colligare. Prȩterea vt & gratiora essent & magis meritoria quȩ peragebant. Cũ tamẽ liberũ esset vnicuiq; vouere vel nõ vouere: attamen valde probabile vt diximus plurimos vouisse.

Pręterea si mulieres quę virginitatis propositũ arripuerãt perpetuo seruandũ, cũ se deo dedicabãt publice a sacerdote ipsas velante consecrabãtur conceptis verbis ab ipso rite prolatis, & benedictione, quę diuus Ambrosius refert in libello de Institutione virginis cap. xvii. vniuersoq; populo teste respondente ac clamante Amen, eodẽ Ambrosio teste. qui ad virginẽ lapsam cap. v. inquit, Cũ sacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuã subscribẽs nõ atramẽto sed spiritu pariter clamauit Amen, vincor lachrymis cũ hęc recordor &c. Et paulo post, Nã si inter decẽ testes cõfectis sponsalibus quęuis viro fœmina cõiũcta mortali perpetrat adulteriũ, quid putas fore si inter innumerabiles testes ecclesię corã angelis, exercitibus cęli, facta copula spiritali per adulteriũ soluatur? Nescio an possit ei digna mors aut pœna excogitari.

Dicet aliquis melius est ergo nubere q̃ vri. Hoc dictũ ad nõ pollicitã pertinet, ad nõdũ velatã. Cęterũ si se spopondit Christo, & sanctũ velamen accepit, iam nupsit, iam immortali iũcta est viro: & iam si voluerit nubere cõmuni lege cõiugii, adulteriũ perpetrat, ancillaq; mortis efficitur &c. Ex quibus patet illas vouisse cũ consecrarẽtur & velarentur: si cũ non fuissent obstrictę voto, adulteriũ non cõmitterẽt si nuberẽt. Dicit enim immortali coniunctas esse viro copula spirituali, ac pollicitas fuisse seruare virgineũ statũ. Polliceri autem deo nihil aliud est q̃ vouere. Quãobrẽ & ait idẽ beatus pater, Seruare te oportuit fidem quã sub tantis testibus pollicita es: semper cogitare cui virginitatẽ spoponderis &c. Cui sententiæ astipulatur & Tertulianus Ambrosio vetustior in libro de virginibus velandis. Sic enim habet virginẽ alloquens, Nupsisti enĩ Christo, illi tradidisti carnem tuam: illi sponsasti maturitatem tuam, incede secundũ sponsi tui voluntatem. Christus est qui alienas sponsas & maritatas velari iubet vtiq; multo magis suas &c. Quibus verbis patet eum loqui de virginibus non maritandis, sed de iis quæ se Christo consecrarunt, quas ait illi nupsisse. Sed ad qd hęc refero cũ liqueat ab Apostolorũ vsq; tẽporibus, quinimo ab ipsis Apostolis, dominique discipulis virgines sancto velamine fuisse consecratas? Nãq; legimus Iphigineam virginem Æthiopiæ regis filiam ab apostolo Matthæo (post susceptum baptisma) sancti velaminis impositione deo fuisse consecratam. Simile factũ fuisse legimus a sancto Martiale domini discipulo, qui beatam Valeriam virginem sancto velo apud Lemouicas cõsecrauit. Cum igitur mulieres religiosę vouerent, consentaneum, immo perspicuũ est, & viros religiosos vt plurimũ idem fecisse, pręcipue omnes qui prorsus se deo dedicabant ad illud vitę genus perpetuo obseruandũ. Quinimmo & quorũdã monasteriorũ cõmune fuisse institutũ, quod & diuus Ambrosius testat̃ loco superius citato in enarratione psalmi septuagesimiquinti cũ dixit, Nemo frater in monasterio positus dicat, Recedo de monasterio cum nõ soli deo pertineant ii qui in monasterio degunt &c. Respondetur ei, quòd illi qui extra monasterium sunt non vouerũt: tu autẽ vouisti, tu retro aspexisti &c. Idem quoque efficacissime cõuincitur testimonio Pauli (quo nec maius adduci posset) ad Timotheũ hęc verba scribẽtis, Adolescẽtiores viduas deuita. Cũ enim luxuriatę fuerint, in Christo nubere volunt habẽtes dãnationẽ, q̃a primã fidẽ irritã fecerũt &c. At quomodo fecissent primã fidẽ irritã quãobrẽ æternę dãnatiõis reę & obnoxię

tres essent nisi voto se obstrinxissent? Si enim liberũ propositũ abstinentię seruandę habuissent citra voti obligationem ab illo recedētes nō damnabiliter peccarent cũ id facere eis liberũ esset, non enim fidem irritassent quã nec dederant. Hanc autē esse Pauli sententiã declarant etiã subsequētia ipsius verba permittētis viduas quasdã nubere. Cũ igitur quibusdã decernat non licere nubere, quibusdã autē licere, manifestum est eas quę voto obstrictę fuerũt, quod irritãtes damnationem meruere, separare ab iis quibus licebat id facere: Cuius nulla alia causa ferri potest, nisi quia voto non fuerãt astrictę. Sic enim illic fidē accipit vt is qui dixit: accipe dacq; fidem, id est sanctã promissionē, hoc est votum: non enim fidem, id est persuasionē de Christo abnegarant. Hoc autem vt attigimus sentit diuus Augustinus super psalmũ. lxxv. Tractans enim hæc verba Pauli, Quia primã fidem irritã fecerũt: inquit, hoc refert de quibusdam quę vouerãt & nō reddiderãt: subiungens, Nemo frater in monasterio positus dicat, Recedo, cũ nō soli qui sunt in monasterio sint peruẽturi ad regnũ cęlorum, & illi qui ibi non sunt ad deum non pertinẽt: respondetur ei, Sed illi non vouerũt. Tu vouisti, tu retro aspexisti. Meminisseq; debent vxoris Loth quæ liberata a Sodomis, in via posita retrorsum aspexit & ibi remãsit &c. Quid ais? Posset ne expressioribus verbis sententia quã diximus esse Pauli enarrari? vel fuisse testatum vsque ad tempora Augustini morem vota suscipiẽdi in monasteriis fuisse vsitatũ: cuius tamen contrariũ tu sentis, contendens Hieronymi tēpore, qui tamen fuit Augustini contemporaneus, votorũ apud religiosos nullam fuisse mētionē? Idem sentit & beatus pater Ambrosius eadē Pauli verba interpretãs & alii cõplures verborum Pauli enarratores.

K Sed quid tũ? Et si nō vouissent, nunquid propterea vis insinuare potius esse monachos nō vouere q̃ vouere? Q̃d si sentis lōge aberras, vt inferius deo propitio cōmõstrabitur cũ de voto disputabim9. Sed & hoc tēpore ex cœnobitarũ genere sunt quidã qui votũ solēne nō emittũt. nec tali vinculo se alligant. Habemus quidē in Italia sodalitatē quandã canonicorũ regulariũ sub arctiori disciplina viuētium, quæ a sancto Georgio de Alga prope Venetias sortita est nomen. In qua optimi sunt patres, & inter cæteros floruit diuus Bernardus Iustinianus patriarcha Venetus, vir quidem sanctitate vitæ & doctrina spiritus preclatus. Cuius ingenii & gratiæ plura extant monumenta edita citra omnē disciplinam humanitus perquisitam, plena spiritu & suauitate. Cuius professionis fuit & Eugenius quartus a Gregorio duodecimo in collegium Cardinaliũ cooptatus. Eugenius inquam Pontifex nunq̃ satis laudãdus. Qui sodales vinculo votorum non sunt astricti. Extat & sodalitas probotum virorum qui Iesuati nuncupantur (pristinam simplicium monachorum in opere manuum laborantium puritatē referentes) qui nec voto astringuntur, nec sacris ordinibus initiantur Eorũq; institutũ simillimũ esse videtur ei, de quo agit diuus Augustinus in libro de ritibus Ecclesiæ, inquiēs, Sunt & in ciuitatibus qui degũt a vulgari vita remotissimi. Vidi ego diuersoria sanctorum Mediolani, non paucorum hominum quibus vnus presbyter preerat &c. Vidi & Romæ plurima similia. Sunt & aliæ similes aliis in locis tum virorum, tum mulierum hoc more viuentium. Quod autem inquis de instituto virginũ tēpore Hiero-

nymi multum dissimile fuisse a nostrarum conditione quas hodie ferreis can cellis seu feras indomitas inclusas tenemus. Compertissimum quidem est vt quemadmodum virorum religiosam vitam ducentium diuersa fuere instituta ad idem tamen propositum sanctum obseruādum tendentiū: ita & varia fuisse mulierum eundem scopum spectantium. Quamobrem ex his quæ virginitatis propositū arripuerunt quædam vixere religiose in parentū necessariorū propriis ve domibus: Aliç autem in cœtu in monasteriis sub disciplina matrū & antistite in cōmune viuentes. Vtrūq; genus fuisse & vetustis illis tēporibus & nunc in ecclesia constare patet. Nam Hieronymi tempore diua Paula delicias Romanas despiciens (fœmina nobilissima) ad Syriam migrauit, & apud Bethleem monasteriū triplex fœminarū construxit. In quo tātus fuit numerus virginū ex variis prouinciis congregatus, vt oportuerit in tres turmas chorosq; diuidere, sicut Hieronymus testatur in ipsius Paulç epitaphio. In quod quidē monasteriū ipsa Paula vna cū Eustochio filia & aliis virginibus se inclusit & ibidem sanctissime vixit vsq; ad mortē: de qua idem Hieronymus innumeris in locis plurima refert: nec in eius laudibus efferendis saturari potest. Scribensq; aliis mulieribus pręclaris eas inuitat illius exemplo ad eādem vitā capessendam. Præfuit & alteri monasterio virginū Romæ Lea nobilis fœmina, de cuius obitu Hieronymus ad Marcellam elegantē epistolā scripsit. Præfuit & diui Augustini soror monasterio ancillarum Christi. vt refert Possidonius, Augustini discipulus in eius vita. Preterea testatur ipse diuus Augustinus de moribus Ecclesię catholicę scribēs, plurima fuisse mulierū prisca huiuscemodi monasteria. Inquit enim cū de monachis vetustissimis egisset. Hęc est etiā vita fœminatū deo sollicite casteq; seruiētiū, quæ habitaculis segregatę ac remotæ a viris q̄ longissime decet tātū illis charitate iunguntur & imitatione virtutis. Ad quas iuuenū nullus accessus est, nec etiā probatissimorū senū, nisi vsq; ad vestibulū (necessaria pręben di quibus indigent gratia) lanificiū operantes &c. Quid quęris? dices ne has sanctimoniales prisus caruisse repagulis ferreis in fenestris seu portis nec pessulum saltem aut seras earū ostiis fuisse admotas? Cū audieris adire nec senibus grauissimis licuisse, sed vsq; ad vestibulū peruenire ab aditu vel tātū portę, quosciq; arceri? Nonne vides hoc institutū simillimū instituto monachatū huius tēporis sub regulari disciplina viuētiū? Scribit & diuus Ambrosius ad virgines plures libros quas velari & publice cōsecrari vouereq; & obseruare tale propositū affirmat vt superius retulimus, & tu ipse in scholiis regulę viuēdi quā conscripsit diuus Augustinus clericis suis teste Possidonio ipsius discipulo qui & vitam illius conscripsit & infinitis patribus qui post illam editam eādem viuendi formam probantes professi sunt, inquis illam scripsisse mulieribus religiosis & non viris. Liquet autem ex ipsa viuendi formula illam conscriptā esse cœnobitis simulq; habitātibus & in cōmune viuētibus more nostrarū. Augustinus autē eodē tempore floruit quo & Hieronymus. Non igitur dissimile institutū monacharū siue mauis monialiū seu nonarū illius tēporis ab instituto nostrarū virginū simul in monasterio cohabitātiū, presertim in iis quæ ad substantiam monachismi pertinent.

Nec est quod calumnieris cancellos ferreos quibus claustrorum fenestrę & L

aditus muniũtur. Cum nõ sint intra illos inclusi, vt quemadmodum dicis ferę indomitę intrusę sunt in caueis, sed sponte seipsas illis limitibus ac munitionibus coarctarũt. Tũ vt tutiores sint ab offensionibus cupidiorũ ac effrenatorũ hominũ cũ vi insurgẽtes affectus ita coerceant, vt nõ solũ non peccẽt, sed nec peccare corpore valeant, si velint. Tã enim sancti propositi continẽtię zelantes sunt vt illis non sit satis nõ peccare, sed & nullam occasionẽ peccandive facultatẽ habere velint. Quanta autẽ diligẽtia & solicitudine custodiẽdũ sit sanctũ propositũ cõtinẽtię & virginitatis edocet diuus Hieronymus prolixa disputatione ad Eustochium de ea re scribẽs: edocet & diu9 Ambrosius virgines instituẽs. Similiter Tertulianus & diu9 Cyprianus omitto cęteros. At nil tã rectũ, tã sanctũ, tanta ratione factũ quod ab Momo calũniari nõ possit. Tãtus est enĩ liuor, tanta pectoris tui in ordinẽ monasticũ fertur inuidia, vt omnia interpreteris in diuersum extorquẽs modo illi detrahere possis vt illud in scholiis epistolę ad Eustochiũ, Hieronymus aduersus virgines diuersarũ hęresũ expressis verbis, pręsertim autẽ Manichęorũ refert interpretaris dictũ aduersus virgines religiosas ecclesię catholicę monachos ac clericos. Ais enĩ, Videt in hac Satyrica mordacitate mihi in virgines, monachos & clericos & argutius illorũ vitã depingit suis coloribus &c. Cũ tamẽ ne verbulũ q̃dẽ Hieronymi ad illũ sensum trahi possit. Hoc idem innumeris aliis in locis facis. Sed nõ datur omnia dicta tua excutere & infinita persequi: nullus enim esset volumini modus nec labori finis. Sed de his plusq̃ satis declaratũ. nãq; satis esse puto Monachismũ non esse rem factitiã nouiter adinuentam sed priscam & vetustissimã cum ipsa religione conceptã & adultã. Nũc quędã alia dicta tua percurramus. Ais enĩ in libello supputationũ. Cum religio pietas sit. Quid sonat factitia religio quã fucatã & cõmẽtitiã, quales erant religiones gentiũ ab hominibus excogitatę? Item ibidẽ cũ vna Christianorũ sit religio, dicere religiones varias non multũ abest a blasphemia. Et hoc est vere scindere Christi tunicam inconsutilem. Nũc dicunt qui religiosi vocantur. Nos religiosi, & si quis percontetur de eo qui monachismũ professus non sit est ne religiosus? Non est inquiũt, hic contumeliosi in proximũ illic arrogantes. Et in præfatione libelli Militis Christiani ad Paulum Volsium exagitaris monachis ad satietatẽ tandẽ in hęc verba prorũpis. Illi viuunt in ocio & aliena liberalitate saginantur, in cõmune possidentes quod citra sudorem illis obuenit. Nihil enim interim dicã de vitiosis, hæc tu. Quę si non de vitiosis, de probis igitur protulisti. Et in libello ad eũdẽ Volsiũ, Hæc inquit, hac extẽporali scriptiuncula pro mea virili, vt sanctum tuũ propositum promouerem, id quod eo feci maturius, q̃ nõnihil metuerẽ ne in istud superstitiosum religiosorum genus incideres, qui te in monachatũ detruderẽt scrupulisq; meris & inextricabilibus spinis explerent ad humanas quasdam constitutiunculas astringentes: planeq; in Iudaismum quendam præcipitarent miserum, quasi extra cucullam Christianismus non sit. Monachatus non est pietas sed vitę genus pro sui cuiq; ingenii corporisque habitu vel vtile vel inutile. Item in Pręfatione, Quęso te quid aliud est ciuitas q̃ magnũ monasteriũ?

M Et tu paulo post multis verbis exaggerata re cõferẽdo vitam Christianorũ communem vitæ religiosorum detęstans institutum veterum solenniũ inquis.

Cur sic arctamus Christi professionē quā ille latissime voluit patere? & paulo post, Iam non est ꝙ metuant ne non propagetur Essenorū genus in tanta ingeniorum, varietate qua fit, vt nihil fit vsquàm tā absurdū quod non expetatur à multis. Et deinde, Nusq̄ deerunt adolescentes rerū imperiti, quos in nassam illectent. Ingens vbiq; stultorū ac simplicium est numerus. Rursus ibidē quod vigilias, ꝙ ieiunia, ꝙ silentia, ꝙ preculas, ꝙ reliquas id genus obseruationes nō prætereant, nihil moror, in spiritu tamen non credā eos ambulare nisi videro fructus spiritus. Et paulo post, Non ego nunc loquor de iis monachis, quorū mores & mundus detestatur, sed de iis quos vulgus miratur non vt homines, sed vt angelos. Cæterū verum fateri phas est: nōne videmus arctissimū quodq; monachorū genus religionis fastigiū aut in cerimoniis, aut in certa lege psalmorū, aut labore corporū ponere? Quorū vita laboriosa Iudaicis superstitionibus est plena, nec ab vllis laicorū vitiis immunis: immo in nonnullis magis cōtaminata. Præterea in libello in quo principem Christianū instituis, ita ais. Et fortassis expediret rei publicæ monasteriorum esse modū. Est enim & hoc ocii genus quoddā, & quod de monasteriis dico, idem de collegiis sentiendum. Et in Annotationibus noui testamenti de monachis loquens. Velut hodie apud nos habētur qui diuersis ac nouis cultuum formis ac coloribus sanctimoniam apud vulgus profitentur, & paulo post. Atq; vtinā hoc histrionum genus non adeo passim esset apud christianos, ad quos collati Pharisæi simplices & synceri queant videri. Et rursus in Annotationibus in Hieronymū, Duo theologi erant quorū alter nunc episcopus est, alter professor huius religionis quæ baptismi professionē pene reddidit irreligiosam, qui calumniā mihi struxerunt. Hæc pauca q̄ breuissime potui recitaui loca ex plurimis quæ aduersus religiosorū ordinem & institutum scripsisti, quæ tā expressa sunt vt enerratore nō egeant. Cū dicta se inuicē ita dilucide interpretentur, vt de nulla sententia ambigi possit quid velis, quid petas. Manifestissimūq; fit te nil aliud conari, q̄ monachismū perdere, cum non homines re bona abutentes insecteris, sed professionem ipsam & institutū talis vitæ generis, quod non solum extreme carpis, & detestaris vti vanum, superuacuum & superstitiosum, sed prorsus condēnas vti perniciosum Christianæ religioni. Insinuans esse abiiciendū & ab illa tollēdum. Nec oportet hæc argumentis probare, cū verba tua ita expresse illa exprimant & declarent, quo nil aliud dici possit. Vis enim monachismū rem esse factitiā religionibus gentilium similē institutūq; illius non esse pietatē, sed histrionicā (vt ita dicā) & potius ludicram quandā artem è medio tollendam. Plenúmq; esse institutum eorum iudaicis superstitionibus, ita ꝙ Pharisæorum vita illis collata syncerior & simplicior existimari posset. Hæc tuæ sententiæ summa. Et tamen negas in responsione quam mihi fecisti, te monachorum institutum fuisse insectatū, sed malorū duntaxat vitia carpsisse in me acerbe excandescens, quia te monueram legi in scriptis tuis quædam quibus monachos insectaris, & professioni illorum detrahis, illudq; vitæ genus rides, quod si tārum risisses quoquomodo, quasi iocanti ignosci potuisset: sed ordinē ipsum pessundare & instituta perdere niteris.

Cæterū conuenit vt dictis tuis eam sententiam asserentibus respondeamus. N

Primum quod ais cum religio pietas sit quid sonat factitia religio, quam fucatam & cōmentitiam, quales erant religiones gentium ab hominibus excogitatæ? respondeo omnē veram religionē pietatem esse, confictam aut adulteratam falsámve minime. At monachismū ad veram & perfectā religionem pertinere contendo, cum non solum dominica præcepta communia complectatur, verumetiam consilia & monita ad perfectum religionis spectantia, cū quibusdam appendicibus ad ea cōmodius obseruanda plurimum facientibus, quæ vt sepes vineas & consita bortósq; muniunt, ne diripiatur possessio, ita minutiora illa obsepiunt dominica præcepta & consilia, quæ etsi ab hominibus excogitata sunt, multa tamen ratione, & diuino spiritu suggerente sunt constituta, quāobrem religiose sunt perficienda, non contemnenda, religiones autem gentiū cum aduersentur & pugnent, cum vera religione & syncero cultu omnipotentis dei, creaturámq; pro creatore venerentur, plurimaq; in illis statuantur pugnantia cum lege & mandatis domini, veræ pietati contraria sunt, illámque oppugnant & à spiritu diabolico aspirante adinuentæ sunt.

¶Alteri autem dicto tuo quando ais cum vna sit Christianorum religio, dicere religiones varias non multum abest, à blasphemia & hoc est vere scindere tunicam Christi inconsutilem. Nunc dicunt qui religiosi vocantur, Nos religiosi & cætera. Age quæso quis tam mentis hebes? quis tam obcæcatus sensu, qui his verbis auditis non videat impotens tuum calumniandi studium & detrahendi religiosis? Ridiculum enim ac puerile nimis est asserere non abesse à blasphemia, scinderéque tunicam Christi, qui dicit religiones varias, quasi non possint sub religione communi plures particulares esse, quemadmodum species sub genere, vel sub eodem communi pluria accidētibus differentia. Nāq; si ad latinum sermonem spectes, nihil est quod damnes varias & plurimas dicendo religiones, licet vna communis sit religio, cum enim à religando religio dicatur, qui pluribus vinculis alligatus est, magis religiosus esse & dici debere dignoscitur: qui item diuersis etsi non pluribus nec arctioribus, sed tamen variis, diuersa & in illis erit religio, stante tamen semper in omnibus vinculo religionis communis. Si autem ad rem ipsam inspexeris cum inter sese diuersi ordines religiosorum institutis quibusdam & ritibus distinguantur, quamuis omnibus diuina præcepta sint communia, & ex monitis & consiliis illa quæ magis ad rem faciunt, & constituendam instituti monastici essentiam ita dicere oportet, vbi enim plures & diuersæ sunt familiæ, quàmuis omnes idem oppidū inhabitent, quibus illud sit commune, & licet denominatio illius communis omnibus conueniat vt puta Parisienses omnes sunt, attamen adinuicem variç & diuersæ dicuntur. Poesis quidem vna est, variæ tamen poetarum familiæ, vna est philosophia omnésque philosophi dicuntur qui res diuinas naturales humanasque contemplantur, attamen multa philosophorum genera & sectæ plures, cum hi quidem Pythagorei, alii academici, & hi diuisi, Stoici Platonici Peripatherici & Epicurei dicantur, omnes tamen philosophi. Sub eodem Imperatore plures Duces ac Tribuni militant, bellatorésq; sunt varii generis, omnes tamen milites.

Sed quid opus est his exemplis vel argumentis, cum Paulus Apostolus hoc

loquendi genus vna cum re ipſa & non ſolum denominationem probet & ea vtatur, vnam nempe eſſe Chriſti eccleſiam teſtatur, & tamen multas eſſe eccleſias idem commemorat. Nullum autem inter Chriſti eccleſiam & Chriſti religionem eſſe diſcrimen compertum, primum ad Corinth. Scribens refert cum edocet viros debere diligere vxores quemadmodum & Chriſtus eccleſiam, & vnius mulieris vnũ debere eſſe virũ copulatũ, & nõ plures quẽadmodũ & Chriſtus eſt eccleſiæ. Alterũ cum ad eoſdẽ ſcribens ait, præter inſtantiã quotidianã ſolicitudo omnium eccleſiarum. Et alibi, Sicuti in omnibus eccleſiis doceo. Et rurſus, Collectæ fiant per omnes eccleſias &c. Vnam quippe vult eſſe eccleſiã communem & plures particulares in illa communi complexas. Quid igitur incommodi eſt, cum dicimus religiones varias loquentes de monachis, & his quos merito & peculiariter religioſos dicimus conferendo illos his, qui ſoluti ſunt vinculis illis quibus ipſi aſtricti, quãuis vnica ſit Chriſtianorum religio videlicet communis? Non certe negare poteris magis religioſos fuiſſe, nomenclaturámque hanc potius conuenire Apoſtolis, q̃ turbis & populo communi qui ad fidem Chriſti conuertebantur. Et rurſus magis religioſos qui omnibus ſuis venditis fortunis, eorúmque preciis ad pedes Apoſtolorum delatis in commune viuebant, illis qui ſua retinentes fidem tamen Chriſti receperant, quibus ſatis erat conari ſeruare mandata, conſiliorum paruam vel nullam rationem habentibus, vt pote minus ſtudioſis, nec de ſtatu perfectionis curantibus, vtrunq; tamen genus religioſum & communis legis particeps. Sed hoc illo potius & religioſius, quemadmodum & in lege veteri nemo ſanus negaret magis religioſos fuiſſe Heliam, Heliſeum, Samuelem, Racabitarum familiã, filios prophetarum, Eſſenósq; & diſcipulos Ioannis Baptiſtæ, communi Iudæorum populo, cum tamen omnes diuinæ legi per Moſem datæ eſſent obnoxii. Nam vt acta Apoſtolorum referunt erant in Hieruſalem viri religioſi ex omni natione quæ ſub cælo eſt Parthi, Medi &c. Quod quidem verbum religioſi exprimitur ad notandũ diſcrimen ab aliis, & cõmuni populo liberius viuente minus religioni addicto, licet omnes religione legis Moſaicæ tenerẽtur. Quãobrem non eſt quod carpas vti contumelioſos, condẽnés ve vt arrogantes monachos ſiue ſodales cum ſe religioſos eſſe dicunt, cæteros autem prophanos ſiue ſeculares (vt ita dicã) non eſſe religioſos, quãuis Chriſtiani ſint. intelligunt enim illos non eſſe aſtrictos vinculis conſiliorũ, quibus ipſi ſemet libere colligarũt. Collatione igitur illos negãt eſſe religioſos, non autem ſimpliciter. Illi enim peculiariter religioſi dicuntur, qui ſe Aminadab fecerunt, ſeq; voluntarie caſtrarunt propter regnum dei, prorſus illius ſeruitio ſe totos dedicantes. Nam & Paulus Apoſtolus pluribus in locis quoſdã vocat ſanctos cæterorũ comparatione, cũ tamen omnes Chriſtiani poſſint dici ſancti & quandoq; dicantur. Sed quid moror in re exploratiſſima? Mirandũ autem quonã pacto tu vir acutus, ſolers ac perdoctus inducaris his nugis & cauillationibus implere chartas, quapropter quãdoq; ambigere cogor ſerio ne an ioco ineptias tam pueriles proferas. At immenſum in huiuſce hominũ vitæ genus odium te fert præcipitem ad has nęnias effutiendas prorſus indignas tanto viro.

Alteri autẽ ſententiæ tuę quã ſcribis ad Paulum Volzium exagitatis mona- P

chis ad satietatẽ, inquiens illi viuunt in ocio & aliena liberalitate saginãtur, in cõmune possidentes, quod citra sudorem illis obuenit. Nihil enim interim dicã de vitiosis. Hęc tu, quę si de vitiosis nõ protulisti, de probis igitur intelligis. Qȝ aũt vana sint hæc tua verba, omnibus est apertissimũ. Si enim religiosi relique runt omnia sua propter Christũ, certe oportet aliena liberalitate viuant, quod & fecerunt Apostoli ac etiã dominus Iesus, & cæteri in cõmune viuẽtes. Quod autẽ ais citra sudorẽ illis obuenire, sane iniquus es rerũ æstimator. Nonne insudant qui die noctecȝ diuinis obsequiis & seruitio perpetuo insistunt: qui student aut laborant orationi ve & cõtẽplationi vacant: qui cũ vitiis, mundo, carne, & diabolo semper colluctantur: Nõne æquũ est qui spiritualia seminant, vt tẽporalia metant: Domini ac Apostoli sententia. Inania sunt hæc Erasme ni potiora in mediũ proferas : calce pulicis religiosos impetis. Quod autem eodem in libro alio loco dicis, hac extẽporali scriptiuncula pro mea virili vt sanctum tuũ propositũ promouerem &c. Idcȝ eo feci maturius quod nõnihil metuerim ne in istud superstitiosum religiosorũ genus incideres, qui te in monachatũ detruderent, scrupulisq; meris & inextricabilibus spinis explerent, ad humanas quasdã constitutiunculas astringẽtes, planecȝ in Iudaismũ quendã præcipitarent miserũ, quasi extra cucullum Christianismus non sit. Monachatus non est pietas, sed vitę genus &c. Et alio loco. Quæso te quid aliud est ciuitas q̃ magnũ monasteriũ &c. Et demũ te exagitata conaris vitã Christianorũ cõmunẽ non minoris esse perfectionis q̃ religiosorũ comprobare. Detestansq; votorũ solẽniũ emissionẽ, inquis non conuenire Christi professionẽ coarctare, quam ille latissime voluit patere. Iam ex superioribus tibi magna ex parte responsum est, videlicet instituta, consilia Christi complectentia, & quæ ad illa faciunt non esse superstitiosa sed opportuna, & summe laudãda : falsumq; esse scrupulis & spinis esse conferta, sed placida floridisq; rosis (quæ tamen inter spinas colliguntur) esse cõspersa, nec Iudaismũ referunt, sed apostolicã vitam. Quapropter dicendũ monachatũ, non solum esse pietatẽ, sed peculiarem & permagnã, cum ad perfectionẽ vitæ adducat, quod etsi ciuitas (vt ais) fideliũ magnum est monasterium, quodquidẽ non inficiendũ videtur, si ad ciuitates ethnicorum & infideliũ conferatur: verum si cum religiosorũ secessu ac domibus, quæ claustra siue monasteria dicũtur, potius Babylon est q̃ monasterium.

Q. Nec est q; compates vitam Christianorũ communẽ vitæ religiosorum, nisi contenderis æs ac plumbũ, auro & gẽmis esse conferendũ. Quantum autem inter vtrumq; sit discriminis, Ioannes Chrysostomus, qui nec monachus nec monachorũ pater quemadmodũ magnus Basilius fuit declarat, asserens monachi institutũ verã & perfectam philosophiã esse, ipsosq; monachos virtutum magistros appellandos, eorũmq; insectatores esse iniquissimos, gehẽna æterni ignis vlciscendos, viuẽtesq; in vrbibus vitiis ac sceleribus esse obnoxios. quamobrẽ nequaq̃ conferendos iis, qui vt illa diffugerẽt secesserunt, durissimum vitæ genus præferentes deliciis vrbium, quibus animi corrũpuntur, summæ virtutis amore: eãq; non adipisci nisi per ardua & salebrosa scandẽtibus, declarasse dominum cũ dixit, arctã esse viam ducentẽ ad vitã: & rursus cum ait, multos esse vocatos paucos vero electos. Cõcludẽs sanctus ac diuinus antistes, si arcta est

quæ ſimpliciter ducit ad vitam, quanto magis ardua eſt illa quæ ad perfectio-
nē & faſtigiū ipſius vitę perducit, per quam monachiſmi propoſitū ſectātes in-
cedunt, recenſitisq; hominū in vrbibus degētium deteſtabilibus peccatis, in tā-
tūq; perturbatus fuit ob illos inſectatores monaſticę profeſſionis, vt non ſolū
in largiſſimas & vberrimas lachrymas, quēadmodū ipſe teſtatur eruperit, ve-
rumetiā impos ferendi tantā impietatē, precaretur dominū tollere animā ſuam
ne tā infanda audiret, ſtatuitq; talia agentes lōge iniquiores eſſe Samea & Pha
ratheis Mithridatis Perſarū Regis principibus, filios Iſrael impedičtibus à ſan
ćti tēpli reędificatione, quāobrē in eos excādeſcens hæc refert huiuſcemodi vi-
ros non tantum morū rectitudinē peruertere, verū ipſam quoq; pietatē religio
nis contaminare, iureq; appellandos, totius naturæ inimicos, qui in aliorū per-
niciē cōiurant, doctrinisq; ſceletatis ac moribus impuris ſecum nauigantes, in
hoc vitę ſalo demergere ſtudent, dehortātes vel cogentes, qui e procelloſo ma
ri in ſalutis portum ſe contulerunt, ſubiungens in monaſteriis, in tranquillo &
magna ſecuritate reſideri, velutiq; ex cęlo ipſo cæterorū naufragia proſpici, cū
conuerſationē cæleſtem ipſi elegerint, qua nil deteriores angelis ſunt effecti,
eorum nēpe vitā ęmulari in monaſteriis. In illis enim, nullus paupertatē expro
brat, nullus diuitiis honeſtior eſt, inde id quod omnia peruertit meū & tuum
penitus eliminatū eſt. cuncta illis cōmunia, menſa, domus, indumentū & quod
mirabilius eſt, vnus cuiq; animus, omnes eadē nobilitate nobiles, eadē ſeruitu-
te ſerui, eadem libertate liberi ſunt, vnæ omnibus diuitiæ, quæ veræ ſunt, vna
gloria quæ vera non in appellationibus, ſed in ipſis rebus bona eorū conſiſtūt.
Vna voluptas, vna iocunditas, vnę delitiæ, vnum deſiderium, vna ſpes, ibi ve-
luti quadā ex libra & regula, cuncta ſunt ordinata, ordo ſummus, nulla inęqua
litas, moderatio & cōuenientia ineffabilis concordię ſeruandæ, perpetua lęti-
tiæ materia, quocirca omnes omnia & patiuntur & faciunt vt vna lætentur &
gaudeant. pręſentia omnia contēnunt, cęleſtiū bonorū ſpe beati: quęq; ſingulis
cōtingunt ſiue triſtia, ſiue lęta, cōmunia exiſtimāt: quāobrem & meror facilius
fugatur cū pro virili ſua omnes cōportent onera, lætitiæq; occaſiones habeāt
innumeras non in ſuis modo læti, ſed etiam aliorum: quāobrem ſi iſtos omnes
imitaremur, rebus humanis quæ in dies magis corrūpuntur optime eſſet con-
ſultum. Hęc Chryſoſtomus. Quę ideo recitare volui vt agnoſceres quantū ab
illo diuerſus ſis in hac cauſa, cū prorſus contrariū decernat his quę tu aſſeruiſ-
ſti. Audiſti enim quantis pręconiis ſanctiſſimus pater euehat monachi propoſi-
tum horteturq; ad illud ſuſcipiendū, quāq; illud inſtitutum pręferat communi
vitę Chriſtianorū in vrbibus viuentiū. Tu aūt amico tuo conaris oppoſitū ſua-
dere, cęterosq; ab illius vitæ ſtudio ſuſcipiendo deterres ipſum deteſtans, præ-
ter omnē modū contendēs ciuitatem nil aliud eſſe q̄ magnū monaſteriū, adi-
ciens & cętera erronea quę ſuperius recitauimus. Intellexiſti Chryſoſtomū. Sed
audias & Auguſtinū ita referentē in libro de moribus eccleſię catholicæ. Quis
non admiretur & prædicet illos viros, quorum multitudo innumerabilis per
totum orbē diffuſa, præſertim autē in Oriente & Aegypto, qui cōtēptis mun
di huius illecebris in cōmunē vitam ſanctiſſimāq; congregati ſimul ætatem
agunt, viuētes in orationibus &c. Ibiq; deſcriptis eorū inſtitutis, hęc infert ver-

ba. Hos mores, hanc vitam, concordiā, hoc institutū si laudare velim, quod nec digne valeo vereri &c. Accepisti: eorum vitā admirandā & prædicandā dixit, eāq; tā excelsam vt se satis ipsam condigne laudare posse non arbitretur. Quæ verba aut absolute & simpliciter sunt intelligēda, & sic cōuenire nō possunt cōmuni vitæ Christianorū in vrbibus viuentium. vel ideo dixit admirabilē monachorum esse vitam ac prædicandā cōparatione ad eam quæ est cōmunis Christianorum vita, de votis iam supradictum est, & inferius proprio titulo latius explicabitur.

R. Christus quidem latissime voluit petere suam religionē, vt pluribus esset cōmunis. attamen & edocuit qua semita in ipsa religione gradiendū esset iis qui ad perfectum contenderent. Vtrūq; autem edocuit paucis, sed significantibus verbis. Primum cum dixit, vis saluus esse serua mandata. Alterum si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & sequere me, quod qui faciūt nec stulti, nec hebetes sunt (vt tu vis) sed prudentissimi: qui etsi in nassam illectantur (vt tu ais) opportunissima est illis ea nassa modo in illa versentur vt par est, in quā nassam hortationibus & sāctissimis monitis vetustissimi patres studuerūt plurimos illicere. Basilius, Chrysostomus & alii complures, tum Latini, tū Græci pluribus editis voluminibus ingentibus præconiis, id genus vitæ efferentibus. Nullus tamē in illa intrudendus est vi nec alliciendus, fallaciis artibus aut blādiciis, sed tātum modicis suasionibus castis & salutaribus, quod cęterū est relinquendū aspirationi sancti spiritus. Quod autē rursus ais eodem in opere non credam eos in spiritu ambulare, etsi suas obseruationes non prætericrunt, nisi videro fructus spiritus: nec loquor de his monachis quorum mores mundus detestatur, sed de his quos vulgus miratur non vt homines sed vt angelos. Facile est respondere tibi eos fructus non obtingere intueri eo ꝙ caligine odii sis effectus strabo aut cęcus. nam obseruatio casta suorum institutorū protestatur eos in spiritu ambulare, & vbi illa syncere & simpliciter obseruantur ibi est conspicere fructus spiritus sanos habentibus oculos. Cęterum quod subiungis verum fateri fas est arctissimum quodq; monachorum genus religionis fastigium in ceremoniis aut certa lege psalmorum, aut labore corporū ponere: quorū vita laboriosa iudaicis superstitionibus est plena &c. Falsa hæc, omnia & calumniosa: Nam religiosi omnes fastigium religionis collocant in diuino amore, omniaq; agunt propter ipsum consequendum aut adaugēdū, ad illum cuncta dirigentes, vt ad proprium scopum, quorum vita sane laboriosa est: sed in labore & circa ardua versatur omnis virtus, authoreq; domino arcta est via ducens ad vitam, diuini tamen ardor amoris cū spe futuri præmii omnē superat difficultatem & laboris onus reddit facile, cum non sint condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. De Iudaicis superstitionibus iam dictum est, non enim iudaizant religiosi ceremoniis & ritibus suis, sed vere christianizant, si ita dicere licet, cum eorum institutum vere repræsentet perfectum christianismum.

S. Illa autem quę dicis in libello quo instituis principem Christianum inquiēs quod expediret reipublicæ monasteriorum esse modum. Est enim & hoc ocii genus quoddam, & quod de monasteriis dico idem de collegiis sentiendum,

mutuasti à Libanio sophista qui suis prauis consiliis Iulianum Cæsarem apostatam reddidit, & suasit hæc eadem ipsi, propter quod & legem promulgauit, vt monachi à militia immunes non essent, statuens eorum secessum Reipublicæ esse incommodum, quod consilium Valens quoq; Princeps secutus idē sanxit, vt superius dictum est. Longe autem consultius & magis pie Principem instituisses, si popinis artibusque ludicris, lupanaribus & luxui modum esse ponendum suasisses, q̄ monasteriis & sacris collegiis, quibus si pie sentires cuperes vndequaq; omnia esse refertissima, vt vbiq; diuinæ laudes resonarent, & omni in loco mortales essent diuinis obsequiis prorsus dedicati, angelicam cōuersationem imitantes, & ad vitæ perfectionem cęteros inuitantes. Nam diuus Augustinus ac Hieronymus Pauli sententiam sequuti cupiunt, vt omnes homines cælibes essent, inquit enim Apostolus de hoc, agens. Volo omnes esse sicuti & ego sum. His autem quæ refers in Annotationibus noui testamenti agens de monachis velut hodie apud nos habentur, qui diuersis ac nouis cultuū formis & coloribus sanctimoniā apud vulgus profitentur. Et paulo post, Vtinam hoc histrionum genus non adeo passim esset apud Christianos, ad quos collati Pharisęi synceri & simplices queant videri. Responsum est, tū in epistola nostra cum de diuersitate multiplicitateq; religiosorum causam expressimus, tum in his quæ superius diximus de eorum cultu & vestitu agētes. Nam conuenit, vt declararum est, iis qui diuersis institutis & formulis viuunt, amictum quoq; & cultum esse varium & distinctum, vt & ex illo agnoscatur, cui familiæ vnusquisq; sit ascriptus cum ratio postulet, vt supra expositum est, ex diui Basilii sententia, illorum qui eiusdem sunt professionis similem ac eundem esse cultum debere. Nec ob id histriones imitantur qui diuersas personas agentes vestitum quoq; immutant illis accommodatum. Sed tu (ignosce dolori meo quis enim (modo non sit pietatis expers) in tam acri maledicentia de viris sanctis temperare posset) histrionem potius vel sycophantā agis, hæc de illis oblaterans, quem non pudet nec vereris synceritate & simplicitate pharisaicum ordinem sanctissimo monachorum instituto præferre.

Quod præterea ais de duobus theologis, quorum alter professor eius reli- [T] gionis est, quæ baptismi professionem pene reddidit irreligiosam. Si lubet dicas obsecro patenter quem ordinem indicas, quem intelligis, quem innuis hęc verba proferens: sed si id exprimere non audes, attamen perspicuum est te alteri de duobus probatissimis ordinibus prædicatorum videlicet aut minorum notam ita probrosam inurere. Nec vereris sacratissimos ordines tam acri maledicto blasphemisq; verbis incessere, quòd Christianam religionem pene reddiderint irreligiosam, cum tam vnus quàm alter frigescēte charitate in pectoribus mortalium, his postremis seculis, ipsam religionem labascentem ac pene ruentem, propriis humeris, tum verbo, tum exemplo, sanctissimæ vitæ sustinuerunt. Bonus quippe ille IESVS nequaquàm fallax, sed suorum seruantissimus promissorum cum recepisset suam columbam ac dilectissimam sponsam (quam effusione preciosissimi sanguinis sibi copulauerat) nunquam deserturum, variis temporibus prout res exigebat in deterius hominum moribus suapte natura peccato obnoxia labascentibus, misertus hu-

manæ conditionis illi succurrere volens, prout in profundissimis sapientiæ suæ thesauris statuerat, misit viros perfectissimos plenos spiritu & virtute ad res collapsas instaurandas, nunc hos postea alios, prout tempora labebantur, vti prophetas fecerat veteris legis tempore. Post enim illos primæuos Apostolicos patres, post martyrum triumphantem exercitum, clarissimos doctores misit, Nazianzenum, Basilium, Chrysostomum, Augustinum, Hieronymum & cæteros, quorum doctrina per vniuersum orbem illustrata est ecclesia. Post hos gloriosissimos confessores monastici ordinis authores vel illustratores, vt Benedictum, Maurum, Bernardum aliosque similes. Demum his nouissimis seculis misit hæc duo clarissima mundi lumina: hunc Cherubicum, alterum Seraphicum, Franciscum videlicet & Dominicum, qui verbo & opere ecclesiæ quasi ruenti succurrerent charitatisque ardorem pene suffocatum & obrutum curis & solicitudinibus rerum terrenarum, & mundi illecebris excitarent & inflammarent. Hasque duas arbores feracissimas plantarent quarum rami in vniuersum orbem protenderentur, fructus saluberrimos producentes, quorum facultate qui degustauerint populi ad pristinam pietatem reducerentur, quibus & parochi tanquàm ministris & coadiutoribus vterentur, vt pote datis, ad eis suffragandum in partem solicitudinis perferendæ.

V Quamobrem nec est quòd accuses (vt sæpe facis) eos inquiens vndique offendi, eorum aliquos in vehiculis, aliquos in nauibus, in viis &c. Cum id tum eorum multitudo efficiat, tum munus illis iniunctum, non quippe prorsus secedendo ab hominibus vitamque tantummodo contemplatiuam ducendo, quemadmodum monachi incolæ deserti, primo instituti sunt, sed etiam partim ad actiuam & ad ea munia peragenda quæ ad populi procurandã salutem pertinẽt. Quapropter nec propriè eis monachi nomen congruit, sed rectius (vt & fit) fratres dicuntur: quemadmodum in primæua ecclesia euangelii negocium procurantes appellabantur teste Paulo, & Apostolorũ actis, pluribus in locis, quorum fratrum instituta, medium quoddam continẽt inter clericos ac monachos, participes enim sunt munerũ & vitæ vtriusq; generis, quorum opera vberrimã frugem quotidie per Christianum orbem sanctissima suscipit ecclesia: quę ipsas arbores ab ipsis apostolicis viris Frãcisco ac Dominico plantatas ipsa rigauit, excoluit: & omnipotens deus incrementum dedit. Nec ob id inficias ibo quin & inter ipsos quidã sint præpostere agentes & suę professionis ac instituti immemores: quodquidẽ accidit in omni multitudine, quæ nunquàm tam perfecta esse valet vt omni ex parte syncera sit, prorsusque vitio careat quin in ea aliquid sit adulteratum & corruptum. Ob id tamen non condemnandum institutum. inquit enim Augustinus enarrans Psalmum nonagesimumnonum. Nemo vos fallat fratres si non vultis falli, & vultis amare fratres, Scitote omnem professionem in ecclesia habere fictos aliquos. sunt Christiani mali, sunt & boni, & si plures malos vides quia palea sunt, & te ad grana peruenire non permittunt: attamen sunt ibi & grana multa, accede tentaexcute, adhibe iudicium, inuenis sanctimoniales indisciplinatas. Nunquid ideo sanctimonium repræhendendum? aut propter

virgines malas damnaturi sumus & sanctas? minime, vndiq; vnus assumetur & vnus relinquet. inquit eñi psalmus. Seruite dño in iocunditate. Ad vos loquitur quicũq; in charitate omnia roleratis & spe gaudetis &c. His verbis edocet sanctissimus pater ferẽdos esse a probis (ne vinculũ pacis & charitatis disrũpatur) etiã aliquos firmos & infirmos, nec damnãdũ sanctũ ꝓpositũ eo ꝙ in cœtu sint quidã ficti, & adulterati, in oĩmq; multitudine aliquos tales esse, cũ quędã paleæ inter grana semp sint cõmixte, attamẽ grana dignosci, si iudicio inspexeris diligẽterq; excusseris. Hoc autẽ vbi paleę intermixtę sunt granis plurimis, ꝙ si paleę essent granis oĩno vacuę nõ certe sentiret ferẽdas esse meras paleas, qđ apte declatat libro de opere monachorũ. Quapropter syncere optãdũ ab oĩbus ꝓbis operaq; ꝑstãdã ab his quibus id peragẽdi facultas vt monasteria a qbus regularis disciplina prorsus eliminata est, omniaq; instituta corrupta ad pristinã disciplinã restituãtur, ne detestãdi illorũ mores apud quos tãtũ remãsit monachismi, quantum in cultu & vestitu ac qbusdã preculis cõtinet, cætera oĩa ficta & simulata vel etiã pudore iã posthabito aperte iniqua iuxta illud, Cũ peccator in ꝓfundam venerit despiciet: Christiano populo, in ipsos conspicienti, hortamenta quædam sunt potius ad peccata & vitia persequenda, q̃ ad virtutem & religionẽ ardentius complexendam, probisq; ac veris monachis sint impedimento, & deniq; vniuerso orbi offendiculum & scandalum.

Cęterũ & in monasteriis vbi viget disciplina, videretur valde ꝓbandũ esse & X
seruandũ priscũ illud institutũ patrũ de opere manuũ quod diuus Paulus facto & verbis plurimũ commẽdauit prisciq; partes diligentissime seruarunt, seipsos exercẽtes in laboribus manuũ: quod & beatissimus Augustinus libro superius citato ab eis faciendũ esse cõtendit. Etsi enim, semper nõ tamẽ ꝑpetuo orãdũ: quãobrem illud vtile non solũ ad ocium fugãdũ ex quo & malę cogitationes & iniqua opera, vt plurimũ prouenire solẽt, verũetiã ad corporis salubritatẽ seruandã & ad ipsum domandũ vbi opus est, humilitatẽq; profirẽdũ. Nã & segnitiem excutit, & animũ alacriorẽ reddit ad orandũ statutis tẽporibus ad quæ accedit, & hęc cõmoditas ꝙ minus graues cæteris erunt cũ eorũ ope minus egeant ad paupertatem sustentandã, & ex proprio opere victũ sibi saltẽ ex parte quęritant: q̃uis enim forte prętẽderent ex euãgelio tantum licere eis viuere, non ramẽ omne quod licet perfectũ est. licebat & apostolo idẽ facere, & plurima alia a quibus tamen abstinuit, nec omnimoda vsus est licẽtia vt testatur ipse ad Corinthios scribens, quapropter crediderim valde cõmendandũ si cõstitueretur, in monasteriis regularibus vt & illud institutũ seruaretur, vt videlicet quibuscunq; vacaret aliquid tẽporis a muniis necessariis peragendis illud impenderetur in exercitationem corporis & manuũ opus honestum tamen ac religiosis non incongruũ, & pręsertim ab his diligẽtius seruaretur qui studiis literarum non sunt dediti, tempusq; quod illis superest, in scripturis perscrutandis rebusq; contemplandis non impendunt. Sed de his hactenus: ad rem redeo.

Cum autẽ tam atrocia & odiosa aduersus monachorũ religiosorũve instituta Y
scripseris (immemor seuerę animaduersiõis dominicę in pueros Heliseo viro dei insultantes) vt liquet videre ex his locis quos citauimus & plurimis aliis quos pręteriuimus nimiã vitantes prolixitatẽ. Interim tamẽ audes dicere, non damno

religiosorũ professionẽ nec instituta, improbo, sed quorũdã eorũ, mores deprauatos &c. Hisq; verbulis putas subterfugere oẽm inuidiã quã letalibus plagis religiosorũ ordini a te illatis apud oẽs bonos in te induxisti. Sed patẽtia nimis sunt vulnera, cruorẽ vndiq; emittũt, q̃ nec restringi sistive potest hoc, tã imbecilli verborũ tuorũ lenimẽto, sed dic pater queso, si monachismũ probas, cur tã timebas amico tuo ad meliorẽ vitã resipiscẽti, ne in monachatũ (vt ais) ꝓtruderet̃, vt tã ꝑperãter ei libellũ scriberes de milite Christiano? quo anxie tot rationibus in mediũ adductis, solicitus, oĩ ꝓfusa tua eloquentia, summa industria suadere conaris, ne id agat, at potius in mũdo pie viuere studeat, inquiẽs vrbẽ magnũ esse monasteriũ, & monachismũ quẽdã iudaismũ. Si illud genus vitæ probas, cur illud factitiũ & simile religionibus ethnicorũ esse cõtẽdis? cur stultos ac vecordes vis esse eos q̃ illud amplexant̃? Cur illos histrionibus cõfers, & existimas ꝓbe agi cũ reb⁹ Christianis si tales histriones tollerent̃? Cur p̃dicas expedire rei publicę monasteriorũ esse modũ? Cur cõtẽdis huiusmodi institutum ad pietatem non pertinere, sed quoddam esse genus vitę, & ocium scrupulis ac spinis refertum synceríoraq; videri posse Pharisæorũ instituta eorũ decretis? nec hæc te dicere de improbis religiosis, sed de his quos mũdus vt angelos admirat̃ &c. execrabiliora, crudelioraq;, de nullo ꝑditissimo & dãnato ordine excogitari dici ve possent. & tamẽ dicis nõ tibi cõstans, te nequaq̃ incessisse ordinẽ aut institutũ. Optaresq; viuere tibi licere cũ illis, vbi disciplina vigeret. Si igitur ꝓbas, cur tot maledictis insequeris? Si improbas, quomodo dicis te illud ꝓbare? idẽ igit̃ ꝓbas & improbas. Si enim mi Erasme tale genus vitæ displicuit, satis esse debebat illud nõ cõplecti, aut reiecisse, sed parcendũ illis quibus placebat & ꝓbabatur: cũ illud institutũ detestari genusq; improbare, nequaq̃ tuã causam meliorẽ efficiat apud cordatos viros, sed longe deteriorẽ. Sed his prætermissis ad alia iã deueniamus. Nã multo longius progressa est disputatio nostra hoc in argumento q̃ putabamus, quod dictorum tuorum indignitas ac procax petulantia effecit.

CEREMONIARVM AB ECCLESIA RECEPTARVM ASSERTIO. LIBER. VI.

A POst instituti monastici defensionẽ, ordini cõuenire videtur, vt argumẽtũ, quo de ceremoniis ritibusq; sacris disputandũ est, aggrediamur. Nã religiosorũ vota, obseruationesq;, monastici instituti, inter ceremonias recẽses. Cũ igit̃ de iis iã egerimus, videndũ & quid de ipsis ceremoniis in vniuersum: & de singulis in particulari scripseris. Quibus pari modo te q̃cq̃ derogasse negasti. De illis autẽ inquis in Methodo studii theologici. Euolue testamẽtũ oẽ nouũ nihil vsq̃ reperies p̃ceptũ quod ad ceremonias ꝑtineat, & ibidẽ, nos plusq̃ Iudaicis cõstitutionibus oneramus Christi sanguine liberos, & ob has calumniamur immerentes. & in scholiis in Hieronymũ Tomi primi, nos magnã partẽ orbis terrarũ perdidimus, dũ oẽs ceremonias ad vnũ exigi voluimus. Et in epistola ad Episcopũ Basil. Q; si pietas nõ periclitatur ex ceremoniis,

cur Paulus tãto ardore vbiq; pugnat aduersus ceremonias Mosaicę legis? & pau
lopost. Si nullus obsistat huiuscemodi ceremoniis actũ plane fuerit de libertate
euãgelica. Rursus ibidẽ. Iuxta sentẽtiã Pauli dicimus ceremonias ad tẽpus institu
tas esse. Et in pfatione Enchiridii ad Paulũ Volsiũ, Si mediocris religiõis pestis la
tuisset in ceremoniis Paulus nõ tã acriter in omnibus suis epistolis in eas desto-
macharetur. Ad hæc in annotationibus super nouũ testamẽtũ. Vides vt Paulus ĩ
nullos ĩcãdescat acriꝰ q̃ ĩ eos q Mosaicis ceremoniis Christũ q̃rebãt abolere &c.

Hęc pauca recitasse sufficiat ex innumeris eiusdẽ sentẽtię, q̃ in hoc argumẽtũ B
ptulisti. Cũ ex iis satis liq̃at, q̃d de ipsis ceremoniis scriptis tuis statueris, manife-
stũq; sit iter nos de voce ceremoniarũ nullã eẽ futurã q̃stionẽ. Cũ sub earũ noie, cõ
plexus fueris q̃cq̃d externe geritur ad cultũ diuinũ celebrãdũ: religionisve causa
peragitur. videlicet, ciborũ delectus, ieiunia, vestimẽtorũ formas, ipsorũq; colores,
cõstitutas pces, cãtus ecclesiasticos tẽplorũ decora, ritus solẽnes, mysteria, sacrifi-
cia, luminũ accẽsiones, genu flexiões, gestus & alia id genus om̃ia q̃ ad rẽ diuinã
pagẽtibus, ad summi dei reuerẽtiã & gloriã fieri solẽt. Præterea dies festos, sacra
rũ imaginũ, & sanctarũ reliquiarũ veneratione, pegrinationesq; ad loca sancta, &
alia similia, q̃ oia hac generica voce ceremoniarũ cõprehẽsa, nõ solũ in gñe, verũ
& particulatim improbas, rides ac carpis inuidiosissima orone. Illa autẽ nos, pie,
p nostra exigua facultate, ab insectatiõe tua defendere conabimur: q̃d psecutu-
rus, primũ hoc dicã, te nõnũq̃ inducere me tuis verbis in tã magnã admiratione,
vt ppe i stuporẽ cõuertas, cũ illa audio. Dicas igit̃ q̃so, qua frõte illa verba ausus
es pferre? Euolue testamẽtũ oẽ nouũ, nihil repies q̃d ad ceremonias ptineat? pser-
tim cũ tu illud denuo interp̃tatꝰ sis, ad fideq; Græcorũ codicũ (vt ais) restitue-
ris. Pręterea paraphrastice illud explicaueris, & tot annotatiões in ipm edideris: il
lud aũt tot tãtaq; de ceremoniis referat, tot p̃cepta ad ipsas ptinẽtia cõtineat, vt
ipm vndiq; ceremoniis scatere sit pspectissimũ. Respõdeas obsecro: vt cętera nũc
p̃tereã, sacri baptismatis istitutũ, diuinissimęq; Eucharistię sacramẽtũ, cæterorũq;
mysteriorũ traditiões, vt tot varię manuũ impositiões, insufflatiões, cõtactus, inũ-
ctiones, & cætera huiuscemodi q̃ oia i nouo testamẽto cõstituta sunt nec nisi exter
no cultu, & ritu pfici queũr, ceremonię nõ sunt, aut illis vacãt: & neutrũ, credo, di
ces: cũ sit pspectissimũ cõtrariũ, & stãdũ tibi sit in generica descriptiõe nois cere
moniæ, quã semel attulisti. Quapropter sentẽtiã ego tuę prsus oppositã audacter C
pferã: quã & me demõstraturũ cõfido. videlicet. Euolue quã partẽ volueris noui
testamenti, nullã cõperies q̃ ceremonia careat: cũ oia in eo ceremoniis plena sint.
Nihil eñ ibi fere gestũ narrat̃: nihil institutũ: q̃d ceremonia vacuum sit. Percurra
mus igit̃ ipm totũ q̃ta possumꝰ breuitate, nõ solũ ab ipsiꝰ dñi Iesu mysteriis ex-
ordiẽtes: verũ & ab eius p̃cursoris aduẽtu: ipse inquã p̃ter ceremonias, nec p̃nũcia
tus nec genitus fuit. Nã parẽte ipsiꝰ põtifice Zacharia, solennia sacra celebrãte
vt euãgelista Lucas refert, a dextris altaris incẽsi angelus effectus visibilis, p̃sto
fuit: nũciãs ei filiũ futurũ, indicẽs vt eũ noie Ioãnis appellaret. Cuiꝰ territꝰ aspectu
elinguis mox effectus est. Audisti ceremoniã in visione, in loco, i nũcio, in p̃scripto
noie, in vocis amissę facultate? Legis deinde Gabrielẽ archãgelũ, a sũmo deo mis
sum ad Mariã virginẽ, ex qua diuinũ verbũ humanã naturã assumpturũ erat, nũ-
ciantẽ ex ea nasciturũ altissimi filiũ: p̃cipiteq; vt illũ noie vocaret Iesum. Nõne &

in hoc mysterio expssas vides ceremonias? Angelũ ad Mariã igressũ, specie visibi
li, illa nũciãtẽ, & nomẽ futuro puero idẽtẽ? Posthęc vbi Deipara iã cõceperat, p
gnãsq; salutatũ iisset Elizabet cognatã, & ipsã grauidã cõpisset, ifãs nõdũ natus,
sed adhuc i vteri vorticib9 iplexus exultãs, quo mõ potuit, reuerit9 est saluatorẽ,
cui9 futur9 erat pnũci9, antea pphera, q̃ i lucẽ edit9. Nõne & i hoc mysterio, oia
ceremõiis plena? Vides pegrinationẽ Marię, salutationẽ, gestũ, exultationẽ & mo
tũ i vtero iclusi infãtis, gestu idicãtis quẽ voce adhuc pdicere nõ poterat: cõcepta
verba Elizabeth. Vñ hoc mihi? &c. Et exultauit ifãs i vtero meo: Beata q̃ credidi
sti: Deiparãq; virginẽ i spũ cãticũ pnũciãtẽ: Magnificat aia mea dñm. &c. Hęc au
tẽ nequaq̃ negabis ceremonias fuisse? pterea nato puero (hũani gñis restitutore)
in Bethleẽ audit9 angelorũ cęlestis exercit9 canẽtiũ. Gloria i exelsis deo &c. Eq
bus vn9 pastorib9 nũciat, natũ eẽ mũdi saluatorẽ: quẽ ipi relicto grege, veniũt sa
lutatũ: Inueniũt, adorãt. Nũqd & hęc oia plena sunt ceremoniis? Ad hęc, quid il
la rutilãs stella, idicãs magnũ Iudęorũ Regẽ esse natũ, q̃ apparuit Magis vsq; in
oriẽtẽ? Quid eorũ aduẽtus ex tã distãti regione? Quid pcidẽtiũ illa eorũ adoratio
infantis? Et pcidẽtes, inquit euãgeliũ, adorauerũt eũ. Quid pciosa illa munera, au
ri, thuris, & myrrhę? Nõne hæc oia ceremoniæ καὶ μέγαλα μυστήρια, q̃ citra ceremo
nias pagi nõ pñt: quãobrẽ & mysteria dicunt, cũ aliud occultũ portẽdãt ab eo,
qđ externo ope videt. Quæ nã plura desiderari pñt? Nõne hæc satis eẽ debẽt ad
tuã sentẽtiã refellẽdã? sed hęc i euãgelii forib9 & Christi tãtũ cunabulis recitant.
Par igit est etiã videre, an in pgressu & cęteris mysteriis, ceremonię itercesserint
nec ne: nõ tñ oia recẽsenda q̃ scripta sunt: vniuersum. n. testamẽtũ nouũ eẽt recitã
dũ: q̃dã igit tãtũ pcurrẽs, attingã. Dominũ eñi adhuc puerũ duodecim annos na
tũ, cũ legis peritis in cõsessu doctorũ, ac populi seniorũ disputãtẽ audis. Nõ q̃dẽ
& hoc factũ pter ceremoniã. Deinde cũ ad ętatẽ pfectã deuenisset: seq; esset ma
nifesturus mũdo: audis eũ quadragenariũ ieiuniũ obseruasse. Vides ceremoniã ie
iunii? Deinde baptizari voluit a Ioãne, qđ cũ ageret, vox de cęlo facta est. & spũs
dñi i colũbę specie visibilis appuit. Nõne & hic audis multiplicẽ ceremoniã ba
ptismatis, verba cęlo sonãtia, et spm̃ sanctũ sub colũbę specie visum? ipso quoq;
in cõuiuio nuptiali discũbẽte, cũ vinũ deficeret cõuiuis iussit hydrias aqua reple
ri, quã i vinũ cõmutauit. Quid? qa aquã i vinũ trãsmutauit, nonne potuisset citra
oẽm aquã hydrias iplere vino? nisi in illa aq̃ ifusiõe, iesset mysteriũ, et ceremonia?
Discurre cętera p pdigia et miracula q̃ fecit, cũ tñ oia solo verbo, nutu ve, vel vo
lũtatis decreto (quo et vniuersũ orbẽ cõdidit) eadẽ facilitate perficere potuisset:
noluit tñ sine ceremonia rerũ externarũ, et ritu quodã illa pficere: vtẽs ipsis reb9
sensibilib9, tãq̃ istrumẽtis ad ea pagẽda. Surdũ nãq; et mutũ, ei adductũ i finib9
capoleos manu apphẽdẽs, mittẽsq; digitos suos in aures eius & expuens in ter
rã, ex luto qđ fecerat illius tãgens linguã, suspiciens in cęlũ ac ingemiscẽs excla
mãsq; epeptha sanauit eũ. Ad qd hęc? cũ idẽ effici potuisset citra illa, si ceremo
niis vti noluisset, vel essent superuacuę? Faciebant nãq; plurimũ illa omnia, ad il
lud pdigiũ astãtibus magis manifestandũ, eorũ cordibus infigẽdũ, et vnũqđq;
eorũ aliud significabat: Quãobrẽ nec pagẽdũ erat, occulta virtute pter illa q̃ nil
aliud erãt q̃ verę ceremonię. Audisti pdigiũ muti, quãtis ceremoniis pactũ? Au
dias et illud leprosi mũdati: quẽ nec restituere sanitati voluit, nisi per cõtactũ ma
nuũ. In ciuitate quoq; Naym legis filiũ mortuũ, mr̃i rediuiuũ ñ cõdonasse, absq;

verbo⁊ ceremonia,& loculi cōtactu. Pari ritu vitę restituisse filiā Iairi principis synagogę,& alios q̄plurimos ex euāgelio cōstat: quos manuū impositione curauit. Quid ais? dn̄s Iesus nihil de ceremoniis egit, aut p̄cepit? Quid dices, cū nec Lazaꝶ, tā amicū,& hospitē suū, a mortuis suscitare voluerit absq; plurimis ceremoniis? Infremuit.n.sp̄u,& turbauit seip̄m,& lachrymat⁹ est, ad tumulūq; accessit, eleuatisq; oculis gr̄as egit,& cōceptis verbis clamauit: Lazare veni foras: quē citra illa oīa, cōstat domi sedētē solo velle ad vitā reuocare potuisse. Sed voluit plurimis intercedētibus ceremoniis ꝑdigiū illđ illustri⁹ reddere. Quid inqes & de ipsa trāsformatiōe facta i mōte Thabor, in q̄ resplēduit facies ei⁹ sicut ignis,& vestimēta ei⁹ facta sunt sicut nix? Nūqd audebis hic negare ceremoniā fuisse in colore vestis & vult⁹ fulgore? Quid dices cū discūberet in domo Pharisęi, de vnguēto, quo mulier illi⁹ pedes illiniuit,& capillis suis tersit? Quid & cū simile mysteriū pactū ē i domo Symonis leprosi i Bethania, a muliere frāgēte vas alabastri, vnguētū cōtinēs p̄ciosum, cui⁹ odore dom⁹ repleta est? Nōne vnguētū illud, odor, vas, ipsiusq; vnguēti i caput īfusio,& pedū illinitio, capilloꝶq; extersio, ceremonię fuerūt? quas dn̄s approbauit nō solū facto, sed ēt grauiter verbis icrepās murmurātes discipulos, vana & ꝑditionē illa putātes. Ad hęc, qd dices de ingressu illo dn̄i magnifico i Hierusalē, insidētis asinę, apostoloꝶ vestimētis strate? Quid de ramis oliuaꝶ,& strata veste p̄ viā qua icessur⁹ erat? Quid de vocib⁹ populi, cū illi obuiā iret exclamātis: Osanna filio Dauid &c. Nōne hęc oīa ceremonię? Quid de itroitu i tēplū tā verēdū, mēsaꝶ & cathedraꝶ euersiōe,& flagello excepto ad eiiciēdū vēdētes colūbas,& ibi nūdinātes? Nōne illa oīa ceremōię? An n: flagellū illud potestatē,& regiū sceptrū, pastoris ue pedū significabat? Alia p̄tereo, ad sacra passiōis, ac ipsi⁹ resurrectiōis mysteria festinās, q̄ tn̄ oīa ceremoniis & mysteriis sunt refertissima. Quid dicā de tot ꝓlixiorib⁹ ipsi⁹ ad sūmū patrē p̄cib⁹, nōnūq̄ oēs noctis vigilias ducētis isomnes i oīone ꝑpetua? Nōne hic vides ceremoniā i ꝓlixiorib⁹ p̄cib⁹,& oīone? Nūc aūt venio ad sanctissimā cœnā & nouissimā, i qua veste deposita, succinctusq; linteo, ipsemet aquā i peluim īfundēs apostoloꝶ pedes, ꝓcūbēs i terrā, sacratissimis manib⁹ lauit. Quot hoc i facto ceremonię? Quā magnę, q̄ admirabiles & stupēdę? Sed qd dicem⁹ de iis q̄ pacta cœna gessit, cū diuinissimū illud Eucharistię sacramētū cōfecit, sacratissimumq; corpus suū sub panis & vini specie, sumēdū charissimis apostolis tradidit? Quæ ceremonia vnq̄ exp̄ssior? Qđ mysteriū huic cōferri pōt? qđ oīpotēs de⁹, idē & hō corp⁹ suū & sāguinē māducādū ac bibēdū tribuerit mortalib⁹: iisdēq; facultatē dederit idē faciēdi quotiescūq; liberet. O igēs ceremōię mysteriū, o verēdū & admirabile donū, o diuinissimū ifinitę bonitatis,& diuini erga nos amoris idiciū, incredibileq; bn̄ficiū: qđ nec verbis exprimi, nec tn̄ mēte cōcipi pōt, tāta est illi⁹ celsitudo & maiestas: Quāobrē suspiciēdū & adorādū ore silēti,& tacita mēte, vt pote in stuporē cōuersa miraculi magnitudine,& tn̄ negas dn̄m Iesum vllā instituisse ceremoniā, quā vel si solā cōstituisset plusq̄ satis erat ad te edocendū oēs ceremonias ad ipsius cultū ꝑtinentes, venerādas esse,& obseruādas. Sacramenti magnitudo, hic me aliquantisper plus detinuit, nec cæteras annotare ceremonias, quę in illo conficiendo ab ipso domino gestę fuerunt, permisit: vt gratiarū actio, oculoꝶ ad cęlū eleuatio, panis bn̄dictio ac fractio. q̄ & omitto ad alia ꝓperās: his nāq; pactis, cum a cœna surrexisset, qd hymni diuini recitatio? qd deinde

in mõte olíueti rursus ac rursus repetita illa vehemẽs, & sollicita ꝑcatio, vt sudor sãguineus a tenerrimo & purissimo corꝑe deflueret? Quid & illa ãgeli eũ cõfortãtis apparitio? Quid cũ vltro se cõphẽdẽdũ ꝓberet, illa iterata iterrogatio, militib⁹ cohortis facta. Quẽ queritis? quid ipsorũ in terrã resupina ꝓstratio? Quid scelestissimi ꝓditoris, illũ deosculantis interrogatio, Ad quid venisti? Hęc ne gesta ꝑter ceremoniã? sed percurramus reliqua. Quid feruẽtissimi Symonis gladio auriculam ministro abscindẽtis repressio? Quid illius vulneris cũ auriculę restitutione sanatio? Quid illa dura vincula? Quid alapę? Quid sputa? Quid tot improperia? Qualis illa ad Herodẽ transmissio? Qualis & ipsius alba superinduti veste ad Pilatũ remissio? Qualis & illa ꝓprię vestis nudatio, ac purpureę chlamydis inductio? Qualis illa oculorũ obnubilatio, & sacratissimo capiti coronę spineę impositio? Quid & illud sceptrum arũdineũ eius manu impositũ? Quid & tot flagella? Quale & illud afflictissimi corporis spectaculũ, populo factũ a Pilato? Quid & illa põderosissimę crucis (in qua cõfigẽdus erat) ꝓpriis humeris deportatio? Hęc ne ceremoniis vacarũt? q̃ certe frustra ab euãgelistis fuissent expressa (quod tñ accuratissime fecerũt) si ceremonia & mysteriis caruissent. Quid ꝙ nudus in cruce expãsis manibus, crucifigi voluit? Quid & titulus ille tribus linguis cruci impositus? Nõne hęc stupẽdissimis ceremoniis ꝑfecta? nihil eñ horũ citra mysterium. Omitto q̃ in cruce pendẽs ꝑegerit, multa quidẽ re maxima, sed q̃ externe tãtum contigerũt recitabo. Qualenã illud qđ ipso animã exhalante, sol radios sui luminis cõtraxit, tenebręq; factę sunt super vniuersam terrã? Quid & terręmotus ille tã ingens, vt territus Centurio, cũ militibus qui dominũ crucifixerant fateri coactus sit eũ verũ fuisse filiũ dei? Quot & in ipsius diuidẽdis vestib⁹ ceremoniarum arcana? Quid velũ tẽpli apertum, saxaq; & petrę scissę, & multa mortuorum corpora resuscitata? Quale & illud, ꝗđ in latus mortui corporis vulnus illatũ ei a milite fuerit, a quo emanauerit sanguis & aqua? Nõne illa plena ceremoniis ingẽtibus, & verẽdis? Sed q̗ voluit mysteriose emori, idẽ & voluit pluribus & solennibus ceremoniis tumulari? Primum in sepulchrum nouum lapideum inferri, corpusq; cõdiri aromatibus: sudarium supra caput imponi: linteaminibusq; vniuersum corpus inuolui: ad ostium monumenti lapidem magnũ apponi: cuius negocii & voluit esse ministros homines nobilissimos, & diuites, Nicodemũ inquã &

D Iosephum. Vidimus mortis ceremonias & sepulturę: ꝓspiciamus & illas q̃ in resurrectione a mortuis, & in cælũ ascẽsione, intercesserũt. Nãq; cũ deuicta morte triũphator a mortuis exurgeret, factus est ingẽs terręmotus, quo monumenti custodes territi sunt. Apparuerũt angeli mulieribus, in veste fulgida, illũ resurrexisse nũciãtes. Et hic vides plurimas ceremonias, terręmotũ, angelorũ cõspectus, vestẽ colore ꝑspicuã. Prętereo & q̃ gesta sint illis quadraginta diebus, q̄bus adhuc in terris versat⁹ est, q̄uis ceremoniis plena fuerint, vt ad ea q̃ in admirabili &

E gloriosa illius ascẽsione pacta sunt tãdẽ deueniã. Dũ eñ in cælũ ascẽderet, vidẽtibus & admirantibus apostolis ac discipulis q̗ aderant, interiecta nube sublatus est ab eorũ oculis: quibus & duo viri, vestibus albis induti apparuerũt, illis nunciãtes eũ iterũ venturũ, quẽadmodũ viderant in cęlũ ascendentem. Ceremoniam audisti in angelorũ apparitione, eorũq; vestitus colore. Morosior forte fui in his recẽsendis q̃ quibusdã licuisse videretur. Id autẽ factũ, vt apertius declararem, q̃

falsa & incõsiderata fuerit tua sententia, in nouo testamẽto si quis totũ euoluerit,
nõ comperiri aliquod de cerimoniis institutum, cũ oppositũ sit manifestissimum
ex recitatis locis & aliis q̃plurimis quæ ꝑtermisimus, ad vitãdũ lectoris fastidiũ.
Nã ex iis satis liquet, omnia eius gesta cerimoniis fuisse refertissima. Ipso nempe
carnẽ assumpturo, in ipsius natali, totiusq; vitę ꝓgressu, ipso inquã se manifestãte,
sacramẽta instituẽte, prodigia faciẽte, tormẽta patiẽte, moriẽte, mortuo, resurgẽ-
te, celosq; cõscendẽte, nihil actũ citra ceremoniarũ mysteria. Nec enĩ ꝑter myste- F
riũ factũ est, q̃ ipso resurgẽte ac cęlos scandẽte, angeli apparuerint vestẽ fulgidã
induti, idq; ab euangelistis expressum: ipso autẽ nascente de angelorũ nitida ve-
ste nihil illos retulisse. Nec mirũ: veniebat enim ęrumnas perpessurus, sed nec ces
sarunt ceremonię ipso in cęlos euecto: ad dexteram patris omnipotentis sedenre.
Quinimmo paracletũ, quem discipulis promiserat transmissurũ, nõ inuisibiliter
tantũ internaq; vnctione trãsmisit, sed duplicis rei sensibilis specie velatum: vna
sonitus spiritus vehementis: altera visibilis linguarum ignis formã habentis. Ex
quo est cognoscere omnipotentem deum, illo inscrutabili sapiẽtię suę cõsilio, no-
luisse se ipsum insinuare mortalibus, illisq; sua tradere munera, nisi signis quibus
dam sensilibus obuoluta. Hoc enim more summus ille rerum genitor, seipsum
semper exhibuit Abrahę, & cęteris patriarchis: Moysi, Helię & aliis prophetis:
populoq; dilecto, sensibili quadã specie ignis, caliginis, aut columnę: propriumq;
filium rransmisit ad terras, vniuersum orbem restituturum, humana velatum spe
cie, spiritum quoq; diuinum sub columbę, aut ignis forma, ingentissimumq; suę
gratiæ munus, signis vt plurimũ sensilibus, nobis infundere voluit.

Voluit vtiq; iis rebus sensui nostro accõmodatis, nobiscũ agere. Tum vt nostrã G
elatã, & superbã ceruicẽ demitteret, illã subdẽs rebꝰ sensilibus & inanimis, cuius
ceruicis tãra est persuasio, tanta arrogãtia, vtpote quia rationis participẽ se agno
scit, quod ipsos cęlos transilire, & diuina non tantum attingere, sed etiã comple-
cti valere sibi sumat. Tum vt in iis exerceremur, imbecillitate naturæ nostræ ac-
commodatis: per quæ, vti per gradus quosdam, ad superiota mente capessenda
eueheremur. Cum mens ipsa corporeis claustris inclusa (licet igneus illi sit vigor
& cęlestis origo) vi sua nil fere percipere valeat, sed sensuum ministerio tantum
res cognoscere. Namq; illam terreni, hebetant artus, moribundaq; membra: nec
auras respicit clausa tenebris, & carcere cæco. Quamobrem diuina nequaquam
attingere valet, vix autem ipsorum sensuum opera, ad illa per transcennam tan-
tum conremplanda quoquo modo deduci.

Proinde opus fuit externis ceremoniis, quibus corporis sensus edocti, per orga H
na propria debitum menti officium pręstare valerent: quod non oportuisset si
mens ipsa soluta carceribus corporeis & in sua libertate relicta, sedibus in ethe-
reis vagari potuisset. Quocirca nec angelicis spiritibꝰ vllę ceremonię fuerũt insti
tutæ: nec nobis tũc erũt, cũ ꝑfecto tẽporis orbe: cõcretã exuti labem, purumq; re
lictum æthereum sensum, atq; aurai simplicis ignẽ, ad beatã immortalitatẽ deue
nerimus. Nã multa sunt ꝑegrinãtibus tũ opportuna tũ necessaria ad iter cõficiẽ
dum, siue mari siue terra illud peragatur, q̃ littori appulsis, ad terminumq; dedu-
ctis, essent superuacua. Nanq; nauigantibus rate, velo, remis, aliisq; pluribus
armamentis est opus: quemadmodum & terra vectis, equo, sella, freno, rheda,

aut alio vehiculo & viatico:pro quibus adminiculis ceremonię nobis viatorib9
ad vitam contendentibus deseruiunt & opitulantur:illis enim instituimur,mone
mur,erudimur,ad sublimioraq; euehimur:illis purgamur, illis p̄paramur ac ꝑfi
cimus:ipsis deniq; intercedētibus,charitatis & gratię preclarissimū munus infū
ditur.Sunt em̄ illarū plura genera nec omnibus eadē vis & potestas,dignitasve,
quēadmodū nec eadē cōmoditas vel necessitas.Necessarie q̄ppe sunt valētibus
illas ꝑficere,q̄ diuinitus sunt nō solū institute sed præceptę,vt sacri baptismatis
mādatum,Eucharistięq; & sacramētalis cōfessionis institutū.cōmodiores autem
cęteris sunt,q̄bus intercedētibus potiora elargiunt̄ munera.In cæteris variatur
ratio,prout vel iis ꝓximiora sunt,vel ad diuinā maiestatē indicandā reuerēdāq;
propius accedūt.Ad eāque contēplādā nos magis p̄parant, & idoneos reddunt,
obediētięque meritū sibi cōiunctū habēt.E quorū genere nō ꝓmiscue oēs oībus
cōmodę,sed alię magis vni q̄ alteri,prout vitæ genus,aut studia,ætas aut locus
exposcunt.At cæremoniarū tāta est vtilitas,tāta opportunitas,vt perspicuum sit
nec cōmode stare,nec consistere religionem posse cerimoniis sublatis.Ipsarū nāq;
beneficio(vt cætera iam dicta non repetam)in memoriam reuocātur mysteria,
quę ad salutē nostram fuere perfecta.Quorum certe plurimi redderētur imme-
mores,ni cerimoniarū cōmoditate illa retinerēt,& edocerentur,ad quē finē cōdi
ti fuerint.Quod forte ex sese nūq̄ cogitarent.Proinde nulli mirū esse debet,quod
euangelica lege plurimæ fuerint institutæ,ipsarumque in ea tāta habeatur ratio:
quicūque enim diligenter perpenderit euangelii seriem, habita ipsius ratione ad
volumina Mosi,sane dignoscet non minorem in eo haberi ceremoniarū mentio-
nem,q̄ in lege veteri fuerit habita.At quanto euangelica lex potior antiqua,tan-
to Christianorum ceremoniæ perfectiores iis,quę in illa cōtinebantur,quibus &
tanto pauciores,quāto magis pręstāt.Illas em̄ & plurimas esse oportuit,tū quia
nostrarū typum gererēt,tū vt populus ille prorsus carneus,& terrenus, sensiliū
rerum significationibus plurimis,multisque ritibus ac mysteriis institueretur:in
I officioque cōtineretur.Quāobrē nec fuerunt perpetuę sed ad tēpus datę. Patefa
cta enim veritate,quæ instituta erāt ad illā indicandā,cessare cōueniebar.At quę
ex nostris potiores sunt,sane ꝑstabūt vsquequo dn̄s redierit orbem iudicaturus.
Perseuerabit.n.sacrū regenerationis signū,cū cæteris sanctissimis symbolis,vsq;
ad orbis cōsummationē.Iuxta illud,Hoc quotiescūque feceritis,mortē dn̄i annū
ciabitis donec veniat &c.E q̄bus tn̄ sacratissimis symbolis, cōsentaneum aliqua
tradita fuisse,vel saltem promulgata ab apostolis,post receptum diuinissimum
munus sanctissimi spiritus in pentecoste , vel formulæ ac ritus constituti , qui-
bus illa essent peragenda·quod inter cætera indicat illud Pauli ad Corinthios,
cum de sacramento Eucharistiæ loqueretur.Hoc enim accepi a domino,quod &
tradidi vobis &c.Deinde subiūgit,Cætera disponā,cū venero ad vos.Ex his aper
tissime cognoscit̄ ceremonias & sacros ritus nō eē humanitus cōstitutos, nec ad
imponēdū popello,sub tyrrānideque sacerdotū,vt tu ais,cōtinēdo:sed cerimonia
rum plurimas a Christo & apostolis institutas & ꝑ sanctos patres posteris tradi
tas:& q̄ ex earū genere sunt humanitus statutæ,multa ratione,ad dei honorē,&
hominū cōmoditatē fuisse inductas.Quāobrē colendas & reuerentissime obser
uandas,de legitimis verisq; cerimoniis loquor,nō de indignis,adulteratis aut cō

mentitiis,quas sola vocis communione, cerimonias sacras dici existimandum quemadmodum fictus homo homo dicitur. Nam vt corpori spiritus vita est:ita interna pietas externo cultui & sacris ceremoniis, qua seiuncta cum peragantur in aliud diuersum,ad quod instituta sunt,ad honorem videlicet & dei gloriam manifestandam,anima carent,emortuæ sunt, hypocrisesq; non sanctæ ceremoniæ:nisi pro quanto externo cultu ad deum referuntur, appellandæ prorsusq; inutiles his, a quibus peraguntur. Quinimmo & plurimum nocuę esse possunt,vt si monachus cucullum induat, corpus extenuet, faciem pallore obruat(vt videatur ab hominibus & cętera huiusce generis)in choro psallat,rem diuinam peragat(laudis aut lucri gratia)aliusve quispiam Christianus sacræ mensæ participet,aliasve obseruet ceremonias,diuersum spectans ab eo,ad quod institutæ sunt, illi nullã commoditatẽ afferent,sed plurimũ in commoditatis,cũ irreuerenter & ad indignum finem sacris signis abutatur. Attamen cum graues & legitime ceremoniæ obseruantur, iniquus est rerum interpres, quicunque iudicauerit (cum hominibus non sint fenestrata pectora) illa carere spiritu, nisi illi de opposito constet. Cum ipsę natura sua indicent, protestenturq; inesse fidem & pietatem. Clamat enim dominus, Ex fructibus eorum cognoscetis eos &c. Exteriora nempe signant internos affectus latentes. Attamen tu intetim clamitas,vbi plurimum ceremoniarũ,ibi minimũ esse pietatis,quasi ceremoniæ cũ pietate pugnarent. At nihil tã syncere,tã sanctè agi potest,quod quis non calumniari valeat:quin dici possit,illud pio animo proficisci. Verum consentaneum, vt qui cuncta opera, quatumcunq; proba asserunt,aut inutilia esse, aut crimine nõ carere,solaq; fide homines iustificari. Etiam ceremonias condemnare,cum non absq; operis labore illę peragantur: quod postremum tu persæpe affirmas. Licet quodam loco ad vitandam obiurgationem dicas, solũ nonnunq; accipi pro precipuo.quod si quis verum esset, non tamen euadis difficultatem, cum illud non accipias eo sensu in asserendis tuis sententiis:qui tamẽ sensus,nec apud authores in vsum receptus,nec communi loquendi cõsuetudine admissus. Cum igitur hæc ita se habeant,manifestũ q; perperã illud scripseris in Annotationibus,eiusmodi Christum doctrinam tradidisse,in qua plurimum esset pietatis,minimum ceremoniarum. Constat enim vtriusq; plurimum inesse in doctrina euangelica,licet ceremoniæ pietati ministrent. At hic locus postulare videtur,vt petam a te edoceri,quibus hæc vera pietas constet tuo iudicio,de qua toties scriptis tuis legentium aures obtundis:putas ne aliud esse quàm pium vehementemq; amoris affectum in optimum maximumq; deum,quo illum vnice colimus,diligimus,suspicimus præ cæteris rebus:illum inquam affectum, quo ex toto corde,ex tota mente,ex tota anima,ex omnibus denique viribus,illũ obseruamus,in illum ferimur,& quoquo modo transformamur:in ipso potius viuẽtes q̃ in nobis ipsis: iuxta illud Apostoli. Viuo ego iam non ego,sed viuit in me Christus &c. Nil aliud puto sentis esse veram pietatem,ni oculorum aciem ad commoditatem proximi deflectens:ipsam quoque fraternam dilectionem ad veram pietatem pertinere iudices. Iuxta illud quod scriptũ est,Et simile præceptũ huic est,Diliges proximum tuum sicut teipsum,in his duobus vniuersa lex pendet. Si inquam hoc existimas,recte autem perpenderis quę retulimus,agnosces

ceremoniis nos ad illam præparari,ad eam induci,curamq; nonnullis,vt pluri
mum ad eam perueniri,illamq; viuam ac formatam recipi,diuino spiritui mini-
strantibus:citra quas nec certus esse vales,nisi reuelatio tibi fiat,te illam assecu
tum esse.verum si tibi placet illa interna pietas,quæ (vt ais)oculis spiritus tā-
tum cernitur,non operibus externis.Ego cum Iacobo Apostolo tibi respōdebo.
Ostende mihi pietatem tuam sine operibus,& ego ostēdam meam ex operibus.
Nam magis probabile,in eo esse pietatem,qui illam ritibus sacris legit:misq; ce
remoniis probisq; operibus protestatur,q̄ in eo qui citra hæc illam sibi inesse ia-
ctat.Nam facile cuilibet assimulare,ac prædicare veram sibi inesse pietatem,
etiā si impius sit,non autem facile argumentis operum id comprobare, etiam si
illa præditus fuerit:cum nihil quod opere agatur, citra sudorem perfici possit.
At ex tua sententia conicitur tibi valde probatum iri eorum religionem, quæ
apud multos etiam iis tēporibus vigere fertur in Syria & Africa sparsim de-
gentium:penes quos nulli conuentus ad rem sacram peragendam,nullum tem
plum,nullæ ceremonię ritusq; sacri,nihil deniq; externum ad dei cultum perti-
nens conspicitur.Sed consensus tantum quidam tacitus,communeq; in colēdo
numine silentium,q̄ commoda religio,q̄ facilis obseruatione. probarentur & a
te secundo loco Ismahelitarum sacra,a spurcissimo Mahumeth instituta,quæ so
la voluminis Alcorani lectione precibusq; tacitis perficiuntur: sublato omni ri-
tu & ceremoniis,cultuq; solenni,quæ cum tu in nostra religione improbes, con
iicitur inducendi similem ritum,te studiosiorem esse.Nam ad audiendū euange
lium,populum conuenire tibi non displicet,immo ais dies festos ad id tantum
fuisse institutos.At Christiana religio alia exigit instituta,ad aliud tendit q̄ Ma
humetana impietas. Quamobrem & mysteria plurima & ceremonias multas
exposcit, quibus præparemur, quibus euehamur,quibus sanemur ac perficia-
mur.Sed iam plusq̄ satis de sententia tua disputatum est.Descendendum igitur
ad diluenda locorum tuorum argumenta superius recitata.

Argumentorum Erasmi contra cerimonias ab
ecclesia receptas dilutio.

PRimum igitur in vniuersum, quo ad omnia loca Apostoli a te
citata,qui cerimoniarum obseruationem detestatur, tibi respon-
deo,Paulum non increpare cerimoniarum obseruationem in ge-
nere:sed solum Mosaicas,nec tamen omnes descriptas in lege,vt
infra probabimus . Et si omnes vt a Mose tanquam legislato-
re traditas, abolitas esse doceat, eosq; improbare qui credebant, & aliis per-
suadere conabantur Christianos ad illas obstringi, iisq; iustificari : quod mul
ti ex Iudæis ad Christum conuersi existimabant, & gentibus pariter con-
uersis persuadere nitebantur . Paulus autem edocet illos plurimum falli ac
fallere , cum per euangelium illæ euacuatæ sint & emortuæ , hominesq; cre-
dentes in dominum Iesum, in eius fide ipsius merito iustificari:qui sese obtu-
lit hostiam immaculatam omnipotenti deo , vt nos in gratiam restitueret.
Hanc autem esse Pauli sentētiam declarant verba ipsius,& orationis cōtextus,

oñibus locis, quibus de ipsis ceremoniis agit: ad Rom. ad Galatas & in cęteris. Nihil auté de legitimis ceremoniis, hoc est euãgelicis, siue recta ratione dictã te adinuentis reprehendit vel agit. Quamobrem tibi valde erubescendum videtur de tã puerili lapsu. Hæc enim est vis tui argumenti, Paulus inuehitur aduersus rit9 & Mosaicas ceremonias. igit̃ cęrimonias improbat: q̃ cõclusio si vim indefinitę propositionis habet, vera est, & sequela recta. at nihil facit ad rem tuam cum illa æquiualear particulari. Si enim Mosaicas improbat, certe aliquas improbat, sed ex hoc non sequitur, q omnes improbet, quod tuum est propositum. Nam si hoc non intelligis, frustra inducis dicta Pauli ad insectandas Christianorum ceremonias. Si autem vniuersaliter intelligis conclusionem, quemadmodum oportet, secundum logicę regulas cum simpliciter illam intelligas perperam colligis, ex particulari inferens vniuersalem, vel ex particulari aliam particularem ad ipsum nihil pertinentem: vt si ita argumenteris, Paulus detestatur serpentem, serpens est animal, igitur detestatur omne animal, vel sic, detestatur serpentem, serpens est animal, & homo est animal, igitur detestatur hominem. Nihil autem ritibus Christianis cum Iudaicis ceremoniis conuenit præter nomen, vel siquid aliud commune eis, id ratio est generica tantũ & valde distans a propriis ipsarum rationibus. Quamobrem plurimum falleris argumento tuo, vel modo quo diximus: nec tantum sophistice syllogizans, cum syllogismus sophisticus sit apparens syllogismus. aut peccas ex ęquiuocatione nominis, nec vere nec etiam sophistice syllogizans. Est enim sophisticus syllogismus, apparens syllogismus. Si autem Paulus in genere ceremonias condemnasset, procederet ratio tua: at id nusq̃ fecit. Non enim ignarus erat Apostolus euangelicę legis, quam prędicabat, in qua (vt declarauimus) plurimæ constitutæ sunt ceremoniæ. Nec inscius erat religionem nullam constare posse, sine ritibus & ceremoniis quibusdam. Quamobrem & ipse pręter eas quas a domino acceperat, nonnullas instituit, & seruandas esse tradidit, vt est videre in ipsius epistolis, pręsertim ad Corinthios, Galathas, Timotheum & Titũ. Ergaq; illas fuisse studiosum, ipsius gesta testantur. Nam constat & ipsum plusculos propria manu baptizasse, plurimis quoq; manus imposuisse ad recipiẽdum donum sancti spirit9: sacerdotes & episcopos multos ordinasse, remq; diuinam sacratissimi corporis & sanguinis domini confecisse. Constat præterea q sępe ieiunauit, & orauit pręscripto etiam modo, genibus flexis, vt cum recessit ab Epheso. Inquit enim Lucas, Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orauit cum illis &c. Similiter cum recessit e Tyro, eodem referente: deducentibus nos cum vxoribus & filiis, vsq; foras ciuitatem, & positis genibus in littore orauimus &c. Idem quoq; in custodia positus apud Philippos, media nocte cathenatus, cum Sila tam alte domini laudes detonabat, vt ab aliis in custodia positis facile audiretur: quarum laudũ virtute fundamẽta carceris tremuerũt, aperta sunt ostia, & vincula soluta. Hęc autẽ omnia ceremoniis fuisse peracta manifestũ est. Idem quoq; adolescentẽ Euthichiũ, qui Troade per fenestram e tertio cœnaculo delapsus, sublatus est mortuus, ad vitam restituit, nec pręter ceremoniã. Ait enim scriptura, ed quẽ cum descendisset Paulus, incubuit super illũ, & complexus dixit astantibus, Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est: adduxerũtq; puerũ viuentẽ & consolati sunt.

Nõ igitur Paulus ceremonias vnq̃ simpliciter dãnauit,sed(vt diximus)Mosai cas tñ:nec illas quia improbę essent,sed q earum tempus iã pertransierat, effe ctęq; erant inutiles. Q. si dixeris, Si cerimonię Paulo nõ displicuissẽt in genere: nõ tã acriter destomachatus fuisset in eos,qui antiquas obseruari volebant,licet essent inutiles & nõnullę mortificantes. Quid enĩ mali sequitur,si quis re in qua assuetus sit, vti velit,q̃uis illa nõ sit vtilis? Vana quidem erit talis actio,attñ non condẽnanda,vti praua: Si aũt res esset noxia,secus dicendũ. At dixti illas, nõ vt prauas dãnari:sed tñ vti emortuas reiici. Respondet, Paulũ succẽsuisse in obser uatores ceremoniaꝵ Mosaicę legis,nõ quia illę natura sua praue essent:dñs enĩ illas nũq̃ instituisset,sed qa earũ obseruatio detrahebat euãgelio. Cum plurimę illaꝵ typum gesserint,eorum quę iã fuerant pfecta,mysterioꝵ,videlicet aduen tus Messię & redẽptionis nostrę. Cessat aũt figura re adueniente,per quã ventu ra significabat. Inq̃t enim Orig. sup Leuiticũ, Nos Moysem recipim9,eo q pro pheta & deo sibi reuelãte in symbolis & figuris ac formis allegoricis cõscripse rit futura mysteria,quę in tẽpore suo fuere adimpleta. Est ergo lex & oĩa q̃ in lege sunt,secundũ Apostoli sententiã,vsq; ad tempus correctionis imposita. Et si cut ĩi quib9 artificiũ est signa ex ęre facere añq̃ verũ opus pducant ęris auri & ar genti,figmẽtum prius luti & similitudinẽ futurę imaginis formãt,nõ quod il lud necessarium sit,sed vsquequo op9,quod principale est expleat,quod cum ef fectum fuerit,vsus eius vltra nõ querit:tale aliq̃d intellige in his q̃ in typo & fi gura futuroꝵ in lege & pphetis,vel scripta vel gesta sunt. Venit enĩ ipse artifex & auctor omnium,& legẽ quę vmbrã habebat futuroꝵ bonoꝵ trãstulit ad ipam imaginẽ rerum&c. Quãobrem ex eaꝵ obseruatione,patefacto euãgelio infere bat,nõ adhuc peractum esse,quod iam pfectũ fuerat. Preterea q putabant illas esse necessarias ad iustificationem,oportebat existimarent,dñi Iesu aduentum & mortem,ipsiusq; merita nõ satis fuisse ad iustificandũ hoiem,cũ opera legis,q̃ ex igerẽt,queadmodũ & añq̃ venisset:id aũt plurimũ derogabat honori & glorię ipsi9 dñi,ac euangelicę legis authoritati. Inq̃t enĩ scriptura,de dño Iesu loquens. Ecce venio & oĩa facio noua &c. His de causis illi9 glorię zelator Paulus,excan descit in eius legis obseruatores. Accedit q̃d eaꝵ obseruatio plurimum impedie bat pfectum euangelii,ob eaꝵ multitudinẽ & põdus,q̃ grauia gentilib9 videbã tur p euãgeliũ cõuersis,aduersariq; dicto dñi,Iugum meũ suaue est,& on9 meũ leue. Si aũt diceres,Esto quod hac ratione gentiles nõ essent ad illas astringẽdi, at ob id Paul9 stomachari nõ debuit aduersus Iudęos cõuersos,qb9 cum illis as sueti essent,lõge grauius erat ab eaꝵ obseruatione impediri q̃ illa seruare. Dicẽ dum videt,fuisse valde dissonũ & erroneũ,populũ sub vno eodemq; euangelio viuentẽ,diuersos ac quodammodo pugnantes ritus & ceremonias obseruare,p sertim in ipsis primis & coibus institutis. Quod(vt dictũ est)& plurimũ dero gasset glorię Christi,& euangelicę dignitati. Si aũt adhuc instares cõcedẽdum esse eas abolendas,q̃ euãgeliũ futurum figurabant,at cum nõ oĩa antiquę legis instituta sint huiusce gñis,illa q̃ id nõ ptendebant, nõ antiquanda fuisse videri, sed pmittenda seruari,attñ vniuersa Paulus esse abolita cõtendit. Videtur huic q̃stioni esse respõdẽdũ. Et si oĩa illius legis instituta,ęque de pximo nõ referrent ad euangeliũ signandum:oĩa tñ vel ppinquius,vel remotius ad id ptinuisse,

Vniuersa enim lex antiqua propter euangelicã tradita fuit. Quapropter omnia
quę sunt ipsius, vt Mosaica cõstituta, nõ aũt ab eo expressa, vt pręco pręscripto-
rum legis naturę esse abolita dignoscitur. Pręterea si quędã ipsius legis obser-
uarent, quędã aũt minime: magna inde proueniret confusio, & q̃stiones suborirẽ
tur, diuersis diuersa putãtibus de ipsis legibus. Magnũ itẽ fuisset offendiculum
recipiẽtibus fidẽ euangelicã videre Christianos in q̃busdã iudaizare: & ratio nõ
esset aperta: cur id potius in his pręscriptis facere liceret, q̃ in cęteris. Quãobrem
in vniuersum fuisse reiiciẽda: abstinendũq; ab omnibus rationi cõsentaneũ, vt enĩ
inquit ipse Paulꝰ ad Galatas, Si circũcidimini, Christus nihil vobis ꝓdest. Testi
ficorq; omni homini circũcidenti se, quoniã debitor est oĩs legis faciẽdę &c. At-
tamen crediderim quod multo magis delinqueret, qui in iis, quę tantũmodo &
ꝓximius instituta fuerãt ad figurãda mysteria euãgelii, q̃ qui in aliis remotiori
bus, vel ad id non proprie, aut solũmodo institutis obseruãdis insisteret. Cęterũ
nõ omnis existimãdus iudaizare, qui quędã obseruaret in lege Moysi descripta,
vel quę a Iudęis seruabãtur. Sed is tñ, qui illa seruaret, quia in ea lege cõstituta
vel a Iudęis obseruata. Quamobrẽ in initio disputationis, diximus Paulum non
cõdẽnare oĩa descripta in lege Moysi. Non enim pręcepta decalogi improbat,
multasq; alias leges, ritus & ceremonias, quę ab eo & posteris, ab vniuersoq; po
pulo Christiano obseruatę sunt. At in hac apertiori quęstione longius progressi
sumus, q̃ forte locus postulare videretur. Quisquis tamen diligẽter perpenderit,
nihil forte dictũ inueniet pręter rẽ, & quod ad Pauli sentẽtiã capiendã nõ faciat,
& ad ea etiã q̃ inferius explicãda sunt, nõ sit ꝓpportunũ, sed ad ꝓpositũ redeo.

Nempe ex dictis manifestum est Apostolũ, nec improbasse, nec quicq̃ detra L
xisse ritibus ceremoniisve Christianis. Immo eas ipsum seruasse, & cęteris ser-
uari mandasse, & constituisse nonnullas. Idem factum fuisse a cęteris Apostolis
nõ dubitandum. Cum eandem doctrinam omnes pręedicarent, quibus vna fides
& vnus erat spiritus. Quamobrẽ & apud omnes eadem instituta communia, per
ipsos deinde tradita sui tẽporis fidelibus, a quibus & ad posteros & vsq; ad no-
stra tempota succedentibus sibi inuicem tẽporibus per manus deuenerunt (dif
fusa per vniuersum orbẽ ecclesia) quę vti robustior & amplior est effecta, sic illa
plus excolit ac illustrauit, & eis multa ratione spirituq; suggerente quædam su
peraddidit, illis ipsis accommodata, & temporibus opportuna, de quibus ingen
tibus mysteriis edocto Ariopagita Diony. ipsius Pauli discipulus, librũ illũ edi
dit de ecclesiastica hierarchia, quo ea oĩa nõ solũ diligẽter collecta depigit ad de
clarandũ quomodo q̃busve rebus, forma ac ritu peragant, verũ etiã & q̃d spũa
liter illa significẽt, multa sapiẽtia describit. Nõ tñ asseruerim quotquot ceremo
nię, & ritꝰ sacri nũc in vsu sunt, ab ecclesia recepti, fuisse illis primęuis tẽporibus
cõstitutos et obseruatos, sed potiores et cões oĩbus gẽtibꝰ, nationibꝰ ac populis.
Nẽpe sunt q̃dã peculiares ritꝰ et ceremonię, ꝓprię diuersis ecclesiis, q̃ tñ in illis
seruant. Etenim q̃ scripto nõ cõstãt nec cõmuni traditione recepta sunt, ꝓ locis
et tẽporibꝰ hoĩmq; votis et affectibꝰ, sũt accõmodãda. At q̃ cõmuniret ab oĩbꝰ
sunt recepta, nec tñ in scriptura expressa sunt. Iuxta August. sententiã intelligit,
vel ab Apostolis vel a plenariis conciliis cõmendata, et statuta fuisse. In aliis au
tem vnamquanq; ecclesiam in proprio sensu ambulare permissum.

M Ipsas aũt ceremonias, nec tñ ex ipsis minutiores (si animaduertas de dignis ac legitimis semper loquor) nõ paruifaciẽdas vel spernẽdas pręter ea quæ diximus, vetustissimi ac sanctissimi patres, tũ facto tũ verbo edocuerunt. Cum illas religiose obseruauerint, & eorum plurimi aliquas instituerint, de ipsis quoq; tum in genere tũ in specie (vt inferius constabit) scriptis suis tractauerint. Primũ eñ Augustinus de ipsis loquens in Numeros inquit, ceremonias ratas esse, cum rationabiles fuerint. Et beatus Hieronymus ad Heliodorum, cõmendãs Nepotianum ita ait. Erat sollicitus si niteret altare, si parietes absq; fuligine, si pauimenta tersa, si vela semper in ostiis, creberq; ianitor in porta, si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes ceremonias, pia sollicitudo disposita. Non minus non maius, negligebat officium: vbicunque eum quæreres in ecclesia inuenires &c. Et paulo post, Hoc idem possumus & de Nepotiano dicere, qui ecclesię basilicas, & martyrum cõciliabula diuersis floribus & arborum comis, vitiũq; pampinis adumbrarit, vt quicquid placebat in ecclesia, tam dispositione q̃ visu presbyteri laborẽ & studium testaretur. Macte virtute &c. Audisti q̃ diligenter recensuerit omnia ceremoniarũ genera minutiora, ita vt per illas discurrẽs descẽderit ad varios vsq; flores & arborũ ramos, qui basilicis ornãdis solẽnibus diebus inducunť. Mos q̃dem vetustissimus, vt & poeta inq̃t, Templa deũ festa velamus frõde per vrbẽ. qui & hodie pie obseruať a Christianis sertis ac frõde tẽpla oronãtibus (vt audisti) Idq; a grauissimo patre cõmendarũ qui & in Esaiã ita scribit, Offerť in vniuerso orbe thymiama deo. i. sanctorũ orationes & hostia non immunda, vt a populo Iudeorum, sed munda vt in ceremoniis Christianorum & cætera. Idem quoq; multa acriter scribit aduersus Vigilantium hęreticum, huiuscemodi ritus ceremoniarum detestantem.

N Cętera, mox de particularibus agẽtes, referemus. Nãq; tu in vniuersum, exagitatis ritibus & ceremoniis, deinde ad quędã insectãda peculiariter descẽdis. & primum de diebus festis, ita inquis in scholiis Hieron. Tẽpore Pauli festos dies nesciebat ecclesia &c. Et in Annotationibus super nouum testamentum. Neque enim de festo loquitur opinor: & haud scio an pentecostes festum id tẽporis notum fuerit: cum Paulus in epistola ad Rom. (quã cõstat post hanc scriptam fuisse) tollat om̃e discrimen dierũ, & infirmos vocet, qui diem cum die cõferant. Certe nullus veterum (quãtum memini) facit vllã festi mentionẽ. Etsi Beda & glossa putat paschę & pentecost. festũ, etiã Apostolorum temporibus fuisse celebratum: quod cõmentum opinor. mitto cętera. Hęc autẽ absurdissima, & tã aperte falsa sunt (quẽadmodum clarius luce demõstrabiť) vt plurimum demirer quo vultu illa scripseris. Nempe nulli dubium esse debet religionem Christianã, adhuc in cunis vagientẽ, in ipsaq; infantia, nõ om̃es ritus & instituta, quę postea adulta suscepit, habuisse: vtpote, quę illorũ nec adhuc esset capax, nec ipsi adesset facultas ipsa p̃ficiendi. Illa autem successiue, prout adolescebat, viresq; suscipiebat, recepisse: se ipsam illis excolens & muniens. In ipsis autẽ initiis, ea adhuc imbecilli, oportuit multa p̃mitteret, & alia pręteriret, ad vitãdum omne quod officere posset negocio euangelii: quæ deinde fuere sublata vel constituta opportunis temporibus. Nam constat sanctissimos Apostolos ad euangelii profectum cuncta dirigentes, permisisse illis primis temporibus Christianis in quibusdã

iudaizare, quinimmo & ipsos Mosaicę legis constituta seruasse perspicuum est; quemadmodum Paulus cum Timotheum circucidit, & post reditu suum in Ierusalem, iam prædicato gentilibus euangelio, Iacobi & seniorū suasu comam tōtondit, & purificatus more Iudeorum ingressus est templum cum aliis quatuor eorum, voti peracto tempore sanctificandis. Seruabant & solennitatem sabbati Apostoli, vt ex eorum Actis cognoscitur, horisq; statutis templum introibant precaturi. Nam Petrus & Ioannes (vt scribit Lucas) ascendebant in templū ad horam orationis nonam. Legitur & de ipso Iacobo q, fere semper erat flexis genibus in templo orans, cui ob eius sanctitatem permissum erat ingredi sancta sanctorum. Legitur & pluribus aliis locis Apostolos fere semper fuisse in templis orantes: & quod Paulus dum peregrinaretur ingrediebatur synagogas die bus sabbati. Cum igitur hæc fierent illis primis temporibus, & peropportune quidem. Quid mirum si tunc stati dies festi Christianorum presertim non fuissent constituti: cum adhuc seruarent illos legis, qui tamē deinde opportuno tempore ab ecclesia instituti fuerint, quemadmodum & pleraq; alia.

At consentaneum est quinimo perspicuū Apostolos ipsos dies proprios cōstituisse, quibus celebris memoria mysteriorum nostrę salutis ad honorē domini Iesu ipsius authoris, quotānis recurrētibus tēporib⁹, simili die, quo peracta fuere celebrarer: vti natalis ipsius, mortis, resurrectionis, ascensionis, necnō missionis sanctissimi spiritus, vt dies dominicos pręterea. Nā vt scribit diuus August. ad Bonifacium, Dies festi sacramēta sunt illarū rerū, quæ simili die gestæ sunt. Et rursus idē ad Ianuarium, Illa, quę nō scripta sed tradita obseruātur in toto terrarū orbe, intelligitur vel ab Apostolis, vel a conciliis fuisse statututa, sicut festo rū obseruatio, quibus celebratur memoria mysteriorū nostri redemptoris: &c. Et idē, Dies dominicus resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatem &c. Et diuus Ambrosius in sermone Pentecostes, inquit, Dominica dies inde nobis solennis est, quia in ea Saluator, velut sol oriens luce resurrectionis emicuit &c. Idem quoq; in lucem ait apud Ephesios Paulus, Pentecostē celebrat, relaxat animum, quia fidei cernebat ardore feruentes. &c. Sed dic quæso Desideri (Nam te hoc loco interpello) quod festum Pentecostes celebrat apud illos? Non quidem Iudæorum dices, cum ipsi gentiles fuerint ad Christum conuersi. Igitur Christianorum festum, ergo illud iam tum a Christianis celebrabatur. Origenes præterea contra Celsum de diebus festis agens, ait dies festos dominicos parasceues & Pentecostes vnusquisq; fidelis celebrat. Et Hieronymus in epistolam ad Galatas, Nos quartam sabbati obseruamus & parasceuen & diem dominicam, & Paschæ festiuitatem & Pentecostes & cætera. Tu hæc audis, tam expressa testimonia vetustissimorum patrum, & tamen prædicas. Certe nullus veterum (quantum memini) facit vllam festi mētionē Et rursus, Tempore Pauli festos dies nesciebat ecclesia. Quęso te vnde nam hæc tibi constant? Audisti beatū patrē Amb. afferentē, q, Paulus festū Pentecostes apud Ephesios celebrauerit. Pręterea vides solennitatē diei dominicę tā vetustā, vt non constet de primo authore, de qua sancti patres ea quæ recitauimus retulere, & pleraque alia: quamobrē quis dubitabit eius diei solennitatē ab ipsis Apost. deriuatā fuisse? Tūc cū obseruationē sabbati abolēdā esse statuerūt.

Præsertim cũ Origenes antiquissimus scriptor Apostolorũq; temporibus pro-
ximis (floruit enim ante trecentos & mille annos sub Alexandro principe Mã-
meæ filio, quam ipse sacris dogmatibus imbuerat) ipsius festi meminerit, quod
faciunt & alii patres qui paruo interuallo post ipsum fuerunt, non solum de fe-
sto dominicæ diei agentes, verum & de aliis festiuitatibus ad domini Iesu ho-
norem & gloriam institutis. Extantq; plurimæ concionis ab ipsis tum Græcis
tum Latinis habitæ in iis festiuitatibus: quod certe indicat solenni cultu popu-
lo Christiano fuisse celebratas. Interq; eas etiam connumeratum fuisse Epipha-
nię festum quod beati patris Ambrosii verba testantur sic dicentis in sermone
illius diei, Ecce eñ adhuc natalis dominici solennitate corda nostra persultãt, &
iam festiuitate sanctæ Epiphaniæ gloriamur &c. At non solum constat has prę-
cipuas & maiores festiuitates more vetustissimo fuisse obseruatas, verum etiam
& plerasq; minores cetre diui Hieronymi tempore fuisse inductas, vt ipsemet
refert in epistola ad Galatas. Recensitis enim maioribus festiuitatibus videlicet
Paschatis Pentecostes & aliis ita subiũgit. Et pro varietate regionum diuersa in
honorem martyrum festa fuere constituta &c. Et Augustinus meminit solenni-
tatis sancti martyris Cipriani inquiens, hũc psalmum septuagesimum secundũ
nocte qua illucebat solennitas beatissimi Cipriani exposuimus &c. tractatu
item. xxvii. super Io. Si, inquit, Sathanas persequendo cessaret, hodie tam glorio-
sam coronam sancti Laurentii non celebraremus. Et paulo post, Quomodo man-
sit in illo sanctus Laurentius cuius hodie festum diem celebramus. & rursum
post aliquãta, dixerat autem illi, scilicet beato Laurẽtio, Sixtus martyr sanctus,
cuius diem quinto ab hinc retro die celebrauimus. Sic Augustinus. Non igitur
nouitium est festorum institutum nec commentitiũ a venerabili Beda vel a glos-
satore confictum, quod videlicet Paschatis ac Pentecostes ab Apostolorum vsq;
temporibus more Christianorum fuerit obseruatum. Quemadmodum te existi-
mare (contra omnem rationem) prædicas. Præterea & q̃ erroneũ, quod dixisti
diem dominicum maiotes probabili causa festum esse voluisse, vt populus con-
ueniret ad audiendum sermonem euangelii. Nempe vt ex patrum sententiis in-
tellexisti, aliis rationibus fuit institutum. Etenim si hac tantum ratione fuisset in-
ductum, non magis referebat diem dominicum ad id peragendum designare,
q̃ alterum quemlibet: sed illa dies sacramentum est rei, quæ simili die gesta fuit
Augustino teste vt audisti. Ex resurrectione enim domini id festum initium ha-
buit, nam conueniebat, quinimmo dicam opotrebat diem aliquem institui in he-
bdomada loco sabbati, quod iam antiquabatur: quod licet ex scriptura probari
non possit, facto tamen ipso comprobatum est, quemadmodum enim sacrificiũ
nostrum sacrificiis legis antiquæ successit, sacerdotium sacerdotio, Christiano-
rum baptisma circuncisioni Iudæorum ita festum dominicę sabbato successis-
se videtur, quod & per ipsum figurabatur. At si contẽderis certe oportuisse ali-
quando populum Christianum colere & venerari deum, non tamen præscriptũ
esse, quo tempore id faciendum vna magis die q̃ altera. Respondeo sane in scri-
ptura id non esse constitutum, sed consentaneum per manus traditum fuisse, &
ab ipsis vsq; Apostolorum temporibus, vt iam diximus deriuatum. Nanq; cõue-
niebat vt loco sabbati, vna saltem hebdomadę dies peculiariter domino sanctifi-

caretur nulla autem opportunior ipsa dominica, qua dominus nunq̄ moriturus surrexit ad vitam, qua & orbis vniuersus primū creari coeptus est. Nam cōstat lege euangelica praecepta decalogi nō fuisse abrogata, sed confirmata domino illa recensente in euāgelio, Dominū deum tuum adorabis, sabbatū sanctificabis, non furtum facies &c. Inter illa aūt tertium est mandatū de sanctificatione sabbati, quodlicet quantū ad praescriptum diem, & ceremoniale legis fuerit figuratiuum, tamen quo ad institutum latriae cultus & cessandi ab opere illud impedientis ratum fuisse videtur, ac perpetuo obseruandum. Non enim ab re existimandum infinitam illam sapientiam, quae hominem condidit, lege praeceptisq̄ instituit, primo praecepto ad ipsius cultum pertinēte non fuisse contentā: sed illi voluisse & hoc tertium adiungere. Memento vt diem sabbati sanctifices &c. Nanq̄ praenoscens ignauiam & segniciem hominū, praesertim in iis perficiendis, quae ad ipsius cultum & pietatem pertinent, quamq̄ absorpti in rebus corporeis, & quae carnis ac sensus sunt, legem statuit qua illos moneret ad aliquando debitū praestandum officium. Nam vt inquit Hieronymus dies festi sunt constituti propter eos, qui seculo magis vacant q̄ deo, nec possunt vel nolunt toto suae vitae tēpore in ecclesia aggregari, & ante humanos actus deo offerre orationum sacrificium. Quotus enim quisq̄ est, qui saltem haec pauca, quae statuta sunt, orandi tempora semper exerceat? Quam tamen legem dominus temperauit illius plurimum remittens, quod integra iustitia exigebat, id autem erat vt perpetuo eius obsequiis occuparemur: quemadmodum nec vllum est momentum, quo ipsius beneficia non recipiamus. At sua bonitate imbecillitati nostrae compatiens, vna portiuncula temporis fuit contētus, nobisq̄ diem tantum vnam hebdomadae ad eum peculiarius colendum eiusq̄ beneficia recognoscenda praescripsit. Quamobrem non aberrare crediderim, si dicerem, diei dominicae obseruationem vim & authoritatem habere diuini instituti, quod de aliis festis asserere nō ita ausim. Nam & in hac temporis reuolutione numeriq̄ septenarii constitutione latere mysterium ex scripturis dignoscitur. Tu autem contendis dominicae diei festum tantum fuisse inductum, vt populus conueniret ad audiendum euangeliū. Subiungis enim, Mox indicte feriae ab operibus cerdonicis, quibus verbis aperte declaras sentiendum esse illud institutum humanum nequaq̄ diuinū fuisse, eius obseruationem in audiendo euangelio consistere. Quo officio manifestū non adimpleri praeceptum decalogi, cum non solo legis euangelicae auditu deus colatur, sed latriae cultu. Offerendū igitur illi ad diem festū sanctificādū, salutē sacrificiū laudis & orationis, quod taetsi semper faciendū, attamē impensius; & ex cōstituto debitoq̄ ipsis diebus dominicis & festis, citra quem cultum praeceptum sanctificandi sabbata adimpleri non potest. Nanq̄ solennitates & festa teste Chrysostomo orationis tēpus sunt, institutaq̄, vt dño vigilātius seruiamus. Haec autem prfici non possent, si in opificiis operibusve seruilibus & terrenis occuparemur. Quemadmodum enim inquit dominus, Nemo potest duobus dominis seruire. Ita nec diuinis vacare & orationi, simul & in prophanis negociis occupari. Quapropter in sanctificatione diei festi, vtrunq̄ requiritur, cum vnum ex altero pendeat & sequatur. Nanq̄ sequela est optima, hodie vacandum est rei diuinae & orationi, igitur non manibus laborandum, sed cessandum ab

omni opere, quod illa impediat.

P Tu autem inconsideratius rem perpendens, aut tuo sensui nimis tribuens, prædicas. Sanctius esset operando prospicere vxori & liberis fame periclitantibus, q̃ terere tempus in templo, in audiendis sacerdotum cantiunculis non intellectis. Exaggerataq; re aduersus obseruationē festorum multa indigna refers, quæ omitto ad vitandam nimiam prolixitatem. Recitatis autem, tantum respōdeo. Quid ais? Sanctius esset prospicere liberis & vxori, q̃ festis diebus interesse missæ ac sacris dum aguntur? Præstat igitur, tua sententia, commodis liberorum & vxori prospicere, q̃ summo deo debitum præstare officium, ipsiusq; colēdi præceptum obseruare? Igitur & longe magis præstabit commodis propriis consulere, cum nemo seipso sibi sit proximior. At dominus prorsus contrarium edocuit dicens. Qui diligit animam suam plusq̃ me, subintelligitur, perdet eam, & qui perdiderit, scilicet propter me, inueniet eam. Præterea qui amat patrem, vxorem aut liberos, plusq̃ me, non est me dignus. Eos autem ab illo plus diligi conuincitur, qui vt iis prospiciat, posthabet diuinum obsequium. Inquit præterea, Quęrite primum regnum dei & gloriam eius, cętera omnia adiicientur vobis. Et ne quis id agens sibi defutura necessaria vereatur subiũgit, Nolite soliciti esse quid manducetis aut bibatis, quove induamini, scit enim pater vester qui in cęlis est, q̧ iis omnibus egetis, respicite aues cęli, quę nec serunt nec metunt, & lilia agri &c. Quibus aperte declaratur neminem periclitaturum, eo q̧ debitum honorem & obsequia præstet altissimo. Sed cum hæc profers, te nil aliud quęrere, q̃ calumniandi causam, & omnia Christianorum instituta euertere conari perspectissimum est. Non enim tibi adhuc cōstitit, licet iam te fatiget senectus, vllos esse fame periclitatos, q̧ statuto tempore sacræ rei interfuerint. At secus innotescere potuit, plurimos esse fame laborantes, & in summa constitutos egestate, diuina ope & clementia fuisse subleuatos. Non enim omnipotens & benignissimus dominus, egestati & calamitatibus nostris deest, præsertim si ei fidentes ad eius opem implorandam humiliter recurramus. Sunamitis nanq; Sareptana modicum habens farinæ & olei, vix quantum sufficeret ad conficiendũ panē, quem semel comederet cum filio suo anteq̃ moreretur, ex illa facto subcinericio pane & tradito Heliseo viro dei id poscēti, largissimus ei retributor fuit dominus dicens, Hydria farinæ non deficiet, nec oleum in lechyto, donec pluat super terram, & sterilitas pertranseat &c. At condonemus tibi forte fortuna id contingere, vt periclitarentur filii aut vxor, nisi mox eis subueniretur a viro, in templo diuinæ rei occupato festo die. dico liceret templum egredi, & accurrere ad subueniendum periclitantibus, incumbereq; operibus prophanis. Nonne tibi plene modo satisfactum est? Quid vltra inquies quorundam paupertatem deplorans, et vt magis ad misericordiam moueas, vxores et filios animam præ fame exhalantes nobis depingens, vt festis diebus detrahas, cum tibi respondeatur tali vrgente necessitate festi diei infringere obseruationem licere et cōuenire. Quod autē de nō intellectis sacerdotum cantiunculis ais, breui respondebitur, cum de cantu ecclesiastico agemus.

Q Nunc reliquum est respondere locis, quibus festorum dierum obseruationi, ex scripturarum testimoniis derogare niteris, vt cum ais. Paulus non

iudicat inter diem & diem, sed oēm diem pro sacro habet: nec vllū opus propha num iudicat, quod adhibetur euangelicę charitati. Et illud Paulus, in epistola ad Romanos, Tollit omne discrimen dierum, & infirmos vocat, qui diem cum die conferunt. Tibi respondetur consentanee, ad id quod supra dictum est, cum de cerimoniis ageretur in genere. Paulum vbicunq; festorum obseruationem detestatur, non condemnare festa Christianorum, quæ & ipse seruauit, vt demonstrauimus. Sed Iudæorum vel Gentilium quod & verba ipsius declarant, & patres sancti loca illa enarrantes testantur. Augustinus nanque ad Paulinum scribens super dicto Pauli, Nemo vos iudicet in parte diei festi & cætera, inquit id dictum esse de diebus festis Iudæorum, vt sabbatorum aut neomeniæ ac solennitatum gentilium. Iem interpretans illud, Dies obseruatis tempora & annos & cætera. Ait id non esse referendum ad sabbata & dies festos, putabat Adamantus, sed ad temporum obseruationem, & dies, quos custodiebant gentiles, vt alio loco declarat, inquiens. Sed esto de sabbato censuisset, eos damnare intelligebat, qui seruiliter dies festos obseruabant, non intelligentes ad quarum rerum significationem pertinerent. id autem Christianos non facere, sed intelligere quo pertineant festiuitates. Quamobrem nec dierum aut temporum obseruatores esse. Idem rursus, inquit, enarrans epistolam ad Galatas, Apostolum, cum dicit, Timeo ne frustra laborauerim in vobis, dies obseruatis & cætera. Improbare Gentilium superstitiones, qui in agendis rebus vel expectandis euentibus vitæ vel negociorum, ab astrologis notatos dies, menses & annos obseruant, quam sententiam etiam repetit scribens super Numeros, eundem locum interpretatus. Præterea idem inquit, in epistolam ad Galatas, fere per totum in hac epistola Apostolus tractat, quæ ad eos spectant, qui ex circuncisione erant, sollicitantes Galatarum fidem ad carnales obseruationes legis tanq̄ in eis salus esset, hoc excepto loco, qui ad Gentiles pertinet: nunc autem cum cognoueritis deum, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus denuo seruire vultis? dies obseruatis, menses, tempora & annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis & cætera. Hieronymus autem in eandem epistolam de iisdem verbis disputans ait, Si dies obseruare non licet, nec dies festos, nos quoq; simile crimen incurrimus, qui diem dominicum & alias festiuitates obseruamus, cui quæstioni dupliciter respondet. Primum illa non obseruamus, vt Iudæi, sed reuerentes ea, quæ illis diebus gesta sunt. Tum omnes dies ęquales esse perfectis, qui omnem diem tanq̄ festum celebrant ad diuinum honorem. At pro iis fidelibus, qui non ita perfecti sunt oportuisse aliquos dies esse præscriptos, ad offerendum orationum sacrificium. Cæterum licere nobis indefinenter diem dominicam celebrate, cæteros; dies, si volumus: Iudęis autem non licuisse id facere, nisi constitutis temporibus, vti nec immolare agnum: nobis autem licere diebus singulis deo immolare sacrificium & ipsius esse participes, quam sententiam vero simile est eruditissimum patrem sumpsisse ex Origene contra Celsum, sic dicente, Si quis obiecerit dies dominicos & alios festos dies celebrantes, tempora obseruare: ei respondebimus perfectos vnunquenq; diē celebrare festum, is autem qui non perfectus est,

nec tanti esse deprehenditur, indiget sensibilium exemplorum, cum vel nolit vel nequeat quidē omnes dies festos ducere, vt non penitus dilabatur: sed is, vt arbitror, partē diei festi celebrare dicitur, & nō totum. Rursus idē super Numeros, Dies festi a sanctis, nūc ex parte celebrātur, ex toto autē celebrabuntur nō post hanc vitam, cum angelis festū perpetuo celebrabunt, cuius quidem princeps & sponsus est Christus &c. Hanc autem esse sentētiam Pauli, ad Romanos, Cum infirmos vocat qui diem cum die conferunt, & dictis manifestū est. Audisti nanq; ex horum patrum sententiis perfectis, omnes dies esse æquales & festos, pro imperfectis autem fidelibus aliquos constitutos. Paulus igitur, cum statuit infirmos esse, qui diem cum die conferunt, vel de ipsis intelligit, qui collati ad eos qui semper festum celebrant infirmi sunt, vel de his qui more Iudæorum dies obseruant, qui & infirmiores sunt: quemadmodum & ii qui tempora obseruabant more gentilium festave eorum colebant. Hæc enim omnia genera sub infirmi nomine complectitur, sicuti qui imbecillis corpore est, non tamen ægrotat, infirmus dicitur collatus ad eum qui viribus est integris. Infirmus & qui febricitat, infirmus pariter & qui animam agit, q̄uis inter ipsos magnū sit discrimen. Pauli igitur verba, siue de omnibus istis intelligantur, siue de quouis eorū tuę sententię nihil opitulari valent. Licet enim Christianis omnem diem festum agere. quod Iudęis non licebat. constituti autem quidā sunt, eo quod paucissimi sint, qui velint aut possint omnes dies festos ducere. Quamobrem qui illlos obseruant, pręcepto obediunt ac faciunt quod debent, nec iudaizant, aut Gentilium more tempora & dies obseruant, sed de diebus festis hactenus.

R Declaratum est enim eorum institutum vetustissimum esse & eorum plurium diuinum & Apostolicum: in illisq; seruandis ab operibus prophanis esse continendum. Præterea & quibus rationibus festa solennia fuerint constituta. Nunc superest de ecclesiastico cantu & psalmœdiis agamus. Nam detestata festorum obseruatione, ipsum quoq; morem decātandi laudes diuinas, q̄plurimis in locis insectaris, vt illud in Annotationibus, Tēpore Pauli nondū cantus erat, sed pronūciatio duntaxat: vixq; a posterioribus receptus cātus. At nūc in multis regionibus totos dies psallit in ecclesiis, nec modus nec finis cantionū. Quid enī aliud auditur in monasteriis, templis ac collegiis, q̄ vocū strepitus? Et illud, Sanctius esset prospicere liberis & vxori, q̄ audire in tēplo sacerdotū cantiūculas, nō intellectas. Principē quoq; Christianū instituēs, illi suadere conaris φ præstaret ipsum propriis muniis insistere, q̄ in audiēdis sacerdotū cātionibus occupari. Omitto alia: hoc aūt tibi peculiare esse dignoscitur, nō minus asseuerare, quę nulla ratione cōprobasti, nec probari possunt, modo tuo accōmodētur, sensui tibiq; placeāt, q̄ si plurimis rationibus confirmata essent ac demonstrata, dicas velim quo argumēto probare vales, Pauli tēpore diuinas laudes nō fuisse decātatas, sed tantūmodo pronunciatas? vbinam illud accipis, quod non minus falsum esse dignoscitur, q̄ improbabile, cum mos concinendi hymnos diuinasq; laudes, tam priscus ac vetustus sit, vt non modo primus author ignoretur, sed nec indagari possit, vt pote quia illo careat. Quēadmodū enī perspicitur a natura ipsa suaues quosdā modulos & mēsuratos sonitus, harmonica quadā ratione proficisci, ita eadē suggerente ac dictante, diuinas laudes decātatas fuisse dignoscitur.

Nam ipſa adinuenta concinendi ratione, quid potius decantandum fuiſſet cognito omnipotenti deo, ipſius naturæ authore illius laudibus, quarũ non eſt numerus, cuius immēſa maieſtas, pulchritudo incōparabilis, bonitas infinita. vt enĩ inquit propheta, Magnus dominus, & laudabilis nimis. Et rurſus, Quis ſicut deus noſter, qui in altis habitat? &c. Quę materia vberior, quę decentior ſublimiorq; ad intonandum? qua enim ratione heroũ laudes natura decantare edocuit; ſcilicet ob eorum illuſtria facta, ſingularemq; virtutē, vel beneficia cęteris mortalibus collata, propter quę illos admiramur & ſuſpicimus, vt Poeta refert,

Tunc Salii ad cantus incenſa altaria circum
Populis adſunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes
Herculeas & facta ferunt &c.

Longe maiori ſuggerit ipſa natura laudādũ eſſe omnipotentē. Quid enim æque admirandũ, vt ipſe qui fecit mirabilia ſolus, quid ęque ſuſpiciendũ aut verendũ, cũ eius ditioni cęli, terrę, maria, cũ omnibus quę in eis ſunt ſubiiciātur, cuius poteſtati nemo reſiſtere valet, nec tantũ dicere, cur hoc facis? cuius nomē ineffabile ſubſtātia incōprehēſibilis, beneficētia & virtus infinita. Natura igit̃ diuinas laudes celebrare ac decātare docuit, ſeminibus illis ſcientię ſecũ cōgenitis imbuta, nec aliũ quempiā is mos habuit authorē, quemadmodũ nec munera offerendi altiſſimo, illiq; ſacrificandi. Quiſnā oro edocuit primos illos a protoplaſtis genitos Abel videlicet & Cayn ſacrificare domino? Ita enim ſcriptũ eſt, Obtulit Cayn de fructibus terrę munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui & adipibus eorũ. Quis pręcepit, vt id facerēt, niſi ratio illorũ animis indita aut ſpiritus interne id ſuggerens? ſicq; eadē, vel ipſe ſpiritus edocuit, nitida ac mēſurata voce ſacrificiũ laudis offerre. Quamobrē conſentaneũ eſt ipſum prius natura, etſi non tēpore fuiſſe inſtitutũ omĩ alio ſacrificio, & probabile ipſos, Abel & Cayn, illorumq; poſteros patres (dũ rebus externis ſacrificarēt holocauſtumq; cōſumeretur) ſimul laudis ſacrificiũ obtuliſſe. Nā vt in Paralipomenon, lib. refertur, Miniſtrabant ſacerdotes, coram tabernaculo canentes, & cætera. Et in eccleſiaſtico, Cantores contra altare pſallebant. Et rurſus in Paralipomenon, coram arca fœderis domini canebant iugiter & cætera. Quinimmo & exiſtimandum videtur. quod ſi in iuſtitia, in qua conditus fuit homo perſtitiſſet, in paradiſo voluptatis conſtitutus, hoc ſemper egiſſet, vt mente non ſolum ſed etiam corpore omnibuſq; partibus quibus conſtabat dominum laudaret, ſcilicet ſpiritu & voce: quod & innuere videntur illa ſcripturæ verba; Et poſuit dominus hominem in paradiſo voluptatis, vt operatetur & cuſtodiret illum. Sed quæſo quid aliud operari poterat quàm dominum iubilanti voce laudare? Non enim colere terram, quæ vltro ac ſponte irrigata fonte ſacro omnem herbam & fructum proferebat. Operari autē proprie ad actus corporeis inſtrumētis perficiendos refertur, quēadmodũ & facere, vt lætis operatus in herbis. Et cũ faciā vitula pro frugibus ipſe venito. Nā & hoc loco ipm operari nō poteſt accipi niſi pro re diuina faciēda. Pręterea ipſum decātandi morē diuinas laudes fuiſſe naturę inſtitutũ teſtāt̃ hymni & cātica, a vatib9 antiqſſimis edita ad numina q̃ colebāt celebrāda, qbus eoꝝ laudes decātarũt, vt Orphei

Musei, Ascrei, Pindari et aliorũ, qui eos secuti sunt, his rationibus nimis ineptire dignoscuntur, qui putant morem diuina modulandi ex iudaica lege fuisse sumptum. Præsertim si diligenter perspexerint de laudibus cõcinendis, nihil in illa constitutum fuisse, quis de sacrificiorum ritibus & aliis quibuscunq; rebus, ad diuinum cultum pertinentibus, ad minima vsq; diligenter statuta fuerint. Quãobrem obsecro de cantu nihil, de incenso & thymiamate suffitibusq; sacris, materiaq; odorata, tanta diligentia & morositate descriptum fuerit, vt difficile sit intelligere quomodo vnguentum illud conficeretur. Cum tamen illud ad oblectandum, & mouendum olfactum ita pertineat, quemadmodum cantus ad auditum, de ipso tamẽ cõstituere pretermissum, cuius nulla alia causa afferri potest, preter q̃ nõ fuerit de nouo constituendũ, quod iamdiu erat receptum, & vetustissima obseruatione custoditum. Nanq; scriptura locis innumeris vsum illius attestatur. Cecinit enim Moses carmen domino, cecinit & Maria eius soror in tympano, cum cæteris mulieribus. Grex quoque Prophetarum cũ Psalterio et tympano Sauli factus est obuius. Canebãt iugiter sacerdotes coram arca fœderis domini. Cantorum nanq; quatuor milia instituit ad organorũ modulos & diuinas laudes celebrandas gratiosissimus summo deo & spiritu sancto plenus Rex Dauid, amore diuino succensus: cui tantus fuit ardor spiritus, vt nec indecorum putauerit, quinimmo regię dignitati aptissimum ante arcam fœderis domini, procedere cythara personans, psallens atq; tripudians. paternumq; institutũ de cantoribus ædificato pulcherrimo templo adauxit & illustrauit sapientissimus Salomon. Sed quid opus hæc referre de ipso Rege Dauid, cum ipse spiritu sancto afflatus, tot psalmorum & hymnorum author fuerit, quos & suauissimis modulis cecinit? Nam quemadmodũ persępe spiritus cantu diuinarum laudum excitatus, in diuinum amorem inflammatur, ita nonnunq̃ ipse sue census excitat, & organa vocis impellit ad decantandas laudes diuinas prorumpere: quod cum afflatu diuini spiritus peragitur, nec mortale sonans vox est, sed minime mota, altius intonat nonnunq̃ inscia quid proferat vel agat, hoc pacto cõstat nõnullos prophetas sanctasq; mulieres ipsius spiritus impulsu decantasse plurima. In scriptura nanq; recitantur cantica Annę Samuelis matris, Marię sororis Moysi, Iudith, Debhore, Moysi, Esayæ, Abacuch, Zachariæ, Aggei, Ezechię & aliorum: sed hæc de veteri testamento.

S Adueniente autem euangelio etiã extat canticũ sacerdotis Zacharię, Ioannis Baptistæ parentis, Benedictus dominus deus Israel &c. Sed quid hoc referam cum extet & illud Deiparæ virginis, quæ cum iam diuinum verbũ gestaret in vtero sancti spiritus impulsu in illa habitãtis, carmen illud cecinit domino, Magnificat anima mea dominũ &c. Extat & illud sanctissimi Symeonis, Nunc dimittis seruum tuum domine &c. De cãtu quoq;, quoties in Apocalypsi habetur mẽtio, vt, vocẽ audiui istud citharistantiũ: & cantabãt quasi canticũ nouum, ante sedẽ & quatuor animalia. & rursus, & clamabat voce magna, Salus deo nostro, qui sedet super thronũ & agno &c. Si autem diceres, recitabãtur ab illis cãtica, nõ decãtabantur, ridiculũ esset, quasi illa q̃ metrica ratione et numeratis modis sũt cõscripta, sint murmurãda poti⁹ q̃ decãtãda. cur enĩ tãta arte mẽsurata et ratione sonora fuere formata, si accõmoda vocis modulatione nõ fuissẽt pferẽda?

Perspicuũ em̃ esse, vt quẽadmodũ soluta oratio fere ꝑpetuo vocis quodã tenore recitanda est, ita carmina dulcisona & mensurata voce proferẽda. Cõstat autem psalmos ac hymnos metrica ratione esse compositos, illos prӕterea non solum pro tempore legis Mosaicę fuisse editos, verum multo magis pro tempore euãgelii, quod & iis verbis testatur Paulus ad Ephesios scribẽs, Loquẽtes vobismet ipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, cantãtes & psallentes in cordibus vestris, domino gratias agẽtes semper pro omnibus. Qꝫ si obiiceres quantum ad cantum pertinet Paulum dicere in cordibus vestris, non voce, primo respondetur id nõ tollere, quin & voce decantari debeãt: sed exprimit quod potissime exigitur videlicet nõ tm̃ voce laudandũ esse deũ, verumetiã corde, & illud in primis oportere: vel dicendũ inibi nõ esse faciẽdũ colõ, videlicet cãtantes in cordibus vestris, sed antea scilicet loquẽtes vobismetipsis in psalmis, hymnis ac cãticis, canẽtes & psallẽtes, illudqꝫ in cordibus vestris cõiungendũ cum eo quod sequitur, videlicet in cordibus vestris deo gratias agẽtes &c. Ita vt sit sensus. Cũ adinuicem loquimini in psalmis & hymnis canẽtes, in cordibus vestris deo gratias agatis &c. Et rursus idẽ Paulus ad Corinth. Cũ cõuenitis, vnusquisqꝫ vestrũ psalmum habet, doctrinã habet &c. Quę verba exponẽs sanctus pręsul Ambro. ait psalmũ habet, id est laudẽ dei per canticũ. Ad hęc idẽ Paulus ad Colossẽses, Verbũ Christi habitet in vobis, abundanter in omni sapientia, docentes & commonents vos ipsos in psalmis, hymnis & canticis spiritalibus &c. Quanta autẽ habeatur mentio in ipsis psalmis ac hymnis de cantu quoties spiritus sanctus inuitet nos ad psallendum diuinas laudes in iubilo & exultatione, commode referri nõ posset, nisi totũ psalteriũ recitaretur, quod superuacaneũ esset ac morosum, pręsertim cum liber psalmorũ sit omnibus notus, qui non tm̃ Hebręos inuitat ad id agendum: sed vel in primis Christianũ populum ex gentibus magna ex parte cogendum. Si autẽ diceres illa mystice esse intelligenda, & primo referenda ad spiritum, nõ inficiabor, verum id nihil ad rem, cum mystica significatio veritati sensus literę nihil detrahat. Nec etiam quantum ad id quod illa admonet vel edocet, modo nulla impediat circunstantia. Hymnos autem ac psalmos vera musices ratiõe esse cõscriptos, & a sanctissimo Dauid, eadẽ metrice ad psalteriũ decãtatos exploratissimũ. Pręterea carmẽ ipsum, & melos suauitas diuinarũ laudum, aliud ꝗppe signat ab eo quod auribus percipit̃. Nã pium indicat internę mẽtis affectũ, animi iubilũ triumphãtisqꝫ regni gaudia ac ineffabiles delitias. Inqt em̃ diuus Diony. Porro psalmoꝝ sancta modulatio, quę omnibus ferme sacerdotalibꝰ mysteriis iũgitur, & substãtię ratiõe cohęret, sũmo oĩm mysterio deesse nõ debuit. & paulo post, Diuinoꝝ carminũ sacrosancta scriptura diuina vniuersaliter canit. Cũ igitur huiusmodi hymnoꝝ modulatio sacra oĩa continet, animales habitus nostros congrua dispositione pręparauerit, & quasi vna concordi & consona sacrarum rerum chorea instituerit ea, quӕ in psalmorum modulatione cõscitiora sunt atqꝫ adũbrata magis pluribus, manifestioribusqꝫ figuris sacratissima diuinarũ rerũ lectiõe dilatant̃, & ad ea q̃ paulo post sũt celebrãda mysteria deuenit̃ &c. Nõ solũ aũt morẽ decãtandi psal. antiquissimũ fuisse, ex recitatis patet, verũetiã & illi supinductũ fuisse et antiphonarũ vsum vetustissimo tẽpore testat̃ Soc. grauis author, in tripartitę historię lib. x. hęc inquiẽs,

Dicendum est vnde sumpserit initiũ, vt antiphonę in ecclesia decantentur. Igna
tius Antiochię Syrię tertius post Petrum episcopus qui etiã cum ipsis vixerat
Apostolis vidit angelorum visionem, quomodo per antiphonas sanctę trinitati
dicerent hymnos: isq; modum antiochenę visionis tradidisse probatur ecclesię,
& ex hoc ad cunctas trãsiuit ecclesias &c. Fuit autem hic antiquissimus antistes
& martyr magni Ioannis euangelistę discipulus. Cæterum si vocis modulatio
in diuinis laudibus celebrãdis nõ fuisset, adhibẽda neutiq̃ tot verbis, spiritus san
ctus illam commendasset: nec ipse tot tantaq; carmine protulisset. Cum easdem
sententias, non minus soluta oratione potuisset exprimere. Nec tam impense ad
canendum inuitaret & hortaretur, sed ad recitandas tantum diuinas laudes sua
sisset, vt puta cum inquit, Cantate domino &c. Annũciate inter gentes gloriam
eius: vel, Misericordias domini ineternũ cantabo, &: Psallite deo nostro, Psallite di
xisset, pronunciate domini laudes &c. Quas si qua ratio suadere posset non esse
decantandas, illa eadem probaret & non esse proferendas. Quẽadmodum enim
dominus non eget, nec expetit cantum ad demulcendas sibi aures, ita nec exqui
rit prolationem verborum ad audienda cordis ac animi nostri sensa. Quamob-
rem conuinceretur, si ratio vim haberet, silentio & tacita mente deum solummo
do esse colendum. Si igitur hæc quę tam aperte constant animaduertisti, quo-
modo asserere ausus es, ętate Pauli nõdum cantũ fuisse, sed duntaxat pronunci
ationem, eumq; vix a posterioribus receptum? Apostolorum nẽpe tempore psal
mos & hymnos fuisse celebratos a fidelibus exploratissimum est. Pręterea Chri
stianos illos canere fuisse solitos nõ solum efficacibus argumentis conuincitur,
verum & graui Ethnicorum testimonio. Scribens enim Plinius Nepos ad Tra
ianum principem, de Christianis. Hęc inquit solitos esse statos dies ante lucem
conuenire, carmenq; secum inuicem Christo quasi deo decantare &c. superstites
autem fuisse Apostolorum aliquos ipso regnante constat. Cum Ioannes euange
lista ab exilio Pathmos, ea tempestate fuerit reuocatus. Quid ais? Audisti solitos
fuisse Christianos decantare carmen Christo in ipsius nascentis ecclesiæ primor
diis. Cede grauibus testimoniis, saltem si nõ vis acquiescere argumẽtis, quorum
& illud efficacissimum, quod nascente domino, auditus est chorus angelorum
concinentium, Gloria in excelsis deo &c. Quo facto sane edocuerunt Christianũ
populum, ipsorum exemplo concinnis modulis glorificaturum dominum. Præ-
terea nec minus validum illud q́ dominus probauerit populorum voces decan
tantium, ipso in Hierusalem super asinum ingrediente Ozanna in excelsis. Be-
nedictus qui venit in nomine domini &c. Sed quid aliorum cantum fuisse pro-
batum ostendimus: cum manifestum sit ipsummet dominum cum Apostolis di
uinas laudes decantasse. Post enim peracta sacratissimæ cœnę mysteria cum
ipsis hymnum cecinit. Inquit enim euãgelista, & hymno dicto exierũt in montẽ
oliuarum. nec est q́ effugias, non diceret decantasse, sed dixisse, cum nomẽ dicti
non minus contineat quæ canuntur q̃ quæ simpliciter pronunciantur, & hy-
mni nomen non conueniat diuinæ laudi præter cãticum. August. teste in enar-
ratione psalmi septuagesimi secundi, ita enim habet, hymni laudes sunt dei cum
cantico, hymni cantus sunt continentes laudes dei: si sit laus & non sit dei, non
est hymnus. Si sit & laus, & dei laus, & non cãtetur, non est hymnus. Oportet

ergo, vt si sit hymnus habeat hæc tria, & laudem & dei & canticum & cętera. Cui sententię subscribit diuus Chrysost. idē dictum interptās. Eteñ ꝓphetis psalletibus & apostolis hymnos canētib⁹ negocioꝗ tñ vitæ huius introducimus tu multū. At si refugeres dicens non hoc more hoc ve genere apostolorū tēporibus decātata fuisse diuina quo nūc vtitur ecclesia, ineptire videreris. Cum non de cantus qualitate sit quęstio, sed de ipso in genere quem tu simpliciter non fuisse cōtendis. Nos autem aliquem fuisse vsitatum probauimus, quod præter adductas rationes etiam probatur testimoniis vetustissimorum patrum qui paruo post apostolis interuallo floruerunt. Nempe scio non negabis nostrę religionis ritus & instituta primum in oriente vbi & euangelium pręedicatum fuit promulgata fuisse & constituta, & exinde in occidentem propagata. Testatur autē diuus Augustinus morem continendi diuinas laudes in ecclesiis Orientis fuisse ex antiquo seruatū. Et inde deriuatum in occidentis ecclesias ab hisq; receptum. Nam confessionum nono volumine, agens de ecclesia Mediolanēsi inquit. Tunc hymni vt canerentur secundum morē orientalium partium institutum. Beatus quoq; Hieronymus in epitaphio Paulæ hæc habet. Tunc Hebręo, Gręco, Latino, Syroq; sermone psalmi in ordine personabant. Et rursus. Alii pontifices certos præferebant, alii choros psallentium ducebant. Psalmorum enim linguis diuersis, agmina concrepabant. Animaduertendumq; verbum illud Augustini: secundum morem orientalium partium vt hymni & psalmi canerentur fuisse institutum: illa enim verba primum indicare videntur antea etiam aliquali cantu vsam fuisse mediolanensem ecclesiam quemadmodum & multas alias. Et si non eo genere & tam celebri (quo vtebantur ecclesiæ orientis) psalmis & hymnis dominum frequēter glorificarent, qui vt declaratum est nequaq̄ apte pronunciari possunt, nisi modulo quodam flexæ vocis & elatæ, temporisq; mensura, illorum numeris accommodata, quod autem in Mediolanensi ecclesia fuerit quædam decantandi diuinas laudes ratio obseruata declaratur & per hymnos a sancto antistite Ambrosio editos, quos Augustinus meminit in libro confessionum recitans & principium vnius tale. Deus creator omnium poliq; rector vestiens diem decoro lumine noctem soporis gratia & cętera. qui mos ecclesiarum & apertius dignoscitur ex doctissimo patre Hilario pictauensi episcopo, ipso Ambrosio vetustiore, q ad vsum suę ecclesiæ & aliarū Galliæ plurimos carmine edidit hymnos. Decātatas etiam fuisse diuinas laudes in Alexandrina ecclesia testatur Eusebius, quēadmodum etiam refert testimonio Philonis in vita theorica, de monasteriis q̄ circa ipsam Alexandriam fuerant constituta: a cuius ecclesia & plurima ex institutis suis acceperant in singulis eorum, domum orationi fuisse consecratam quæ appellatur semnon, in quam non inferuntur nisi sacra volumina legis prophetarum & hymnorum in deum, qui ab vno fratrum in medio consurgente, honestis modis concinuntur, cui præcinenti versiculum omnis multitudo respondet &c. Præterea indicant Augustini verba qui tamen fuit ante mille & centum annos cantandi vsum in partibus orientis iam fuisse vetustum, & ex antiquo constitutum. Cum mos non dicatur nisi de re iādiu inducta & recepta. Quia non repente nec breui, sed longo temporis vsu & consuetudine generatur. Id autem declarat ipsum ab apostolorum tempore fuisse profectum quod & confirmatur cōmuni

consuetudine omnium nationum & gentium, apud quas Christi lumen effulsit Grecos, Barbaros, ac Latinos. nã concinunt Christiani Aethiopes & tripudiant, iubilant Aegyptii, Arabes, Persę, Syri, Scythę, & cęteri populi qui Christum induerunt vsq; in hodiernum diem, non minori diligentia & frequentia q̃ Latini, cũ tamen ex ipsis nõnulli sint qui ab apostolica & Romana sede desciuerint. Quod autem tam ex antiquo tam late & communiter ab omnibus receptũ est Augustini sententia ab apostolis esse deriuatum non est dubitandum. Quid ergo blateras apostolorum tempore cantum non fuisse in ecclesia sed pronunciationem duntaxat, quasi quę decantantur non etiam pronunciẽtur. Sed quorsum hoc refers, nisi vt cantui ecclesiastico vetustatem detrahens, simul & authoritati derogares? Sed esto Pauli ætate non fuisset inductus cantus in ecclesiã presertim, solenni more. Quid tum? nec enim conueniebat vt iam sępe dictum est in ipsius religionis Christianę exordiis omnia inducere, pręcipue cantum solennem diuinarum laudum. Primum quia id Senatui apostolico in Hierusalem residenti Iudæi non permisissent, Christianis enim vix licebat latenter in cœnaculis & solariis domus congregatis, tacitis orationibus insistere vt ex apostolorum Actis est cognoscere. Cogebantur tamẽ ad id peragendum eo ritu quo poterant. Porro cum adhuc templum coleretur, & Iudęorum cantus in ipso resonarent conuentus fieri priuatos ad decantandas laudes diuinas multis prębuisset scandalum nouitate facti, pręsertim cum legi aduersaretur, inhibenti rem sacram peragi sacrificiũ ve offerri quouis alio loco q̃ in templo. Quapropter ab euangelio recipiẽdo plurimi deterriti fuissent. Pręterea nec gentiles apud quos Christiani versabãtur ab idolis & suis superstitionibus ad Christum conuersi, permisissent eos publicę decantare & sacra peragere. Quocirca & ante lucem conueniebant non frequentibus locis nec celebribus: sed in criptas euniculos (quarum adhuc plurima monumenta Romę est videre) in cauernis & subterraneis specubus rem diuinã peragebant, quo minus strepitus vocum exaudiretur, resonantibus ex eorũ ore laudibus diuinis quas continere non poterant vt Plinius testatus est, licet illis proscriptionis & capitis periculum immineret. Q̃uis igitur iis de causis solẽnis cãtus in ecclesiam primęuo illo tempore, publice saltem non fuisset inductus, nõ tamen ex hoc conuinceretur, quin apostolica authoritate institutus fuerit obseruandus cum tempora permitterẽt. Quem cum perficere licuit, tanta alacritate vbiq; fuit receptus vt in vniuerso Christiano orbe indesinenter statis horis domini laudes solenniter concinentium chori exaudirentur, vsq; adeo vt tu, cuius aures delicatiores sunt & fastidiosę, pręsertim sacris vocibus audiendis) querare in nonnullis regionibus totos dies psalli in ecclesiis: nec aliud audiri in monasteriis, tẽplis ac collegiis q̃ vocũ strepitus. At quid velles audiri potius? mimorũ ne? aut histrionũ comœdias agentiũ sonitũ? aut aduocatorũ, & inter agẽda iudicia vociferationes? vel nundinantium strepitus? Conuenit audias inibi ea celebrari ad quæ peragenda templa instituta sunt. Sunt enim sacerdotes & monachi, non solum pro se ipsis officia illa pręstantes, sed & pro vniuerso populo in prophanis operibus occupato. Quod & si vocis psallentium in ipsis nullus est finis, iure quidẽ id fit ad gloriam omnipotentis dei. Cuius beneficẽtię erga nos nec finis vllus est neq; modus, sed perpetuo liberalitatis ipsius munera suscipimus. Quamobrẽ vti ange

lici chori nũquam cessant collaudare dominum, ita apud mortales præsertim ad huiuscemodi officium præstandum destinatos, conuenit glorificandi omnipotentem, nullum esse finẽ. Inquit enim scriptura. Oportet semper orare. Et rursus, Orãtes sine intermissione. quod licet non sit accipiendum vt nullo interuallo, semp ab eisdẽ sit orandũ, nec enim id perfici posset cũ oporteat quiescere & corpus curare, sed horis statis, & congruis temporibus: Attamen institutum illud valde probandum videtur, quod quibusdam in locis religiose obseruatur, in quibus cum numerosi sint viri vel mulieres ad diuinum obsequium emancipatę: ita se commode partiuntur, sibi inuicem succedentes, vt nulli nimia assiduitate officii tedio affici possint, & tamen nunq̃ a psallendi officio cessetur.

Ex more autem cantandi diuina, q̃ magnus Ecclesiæ veniat prouentus, quantaq; sit illius commoditas, experiuntur pia hominum corda: quorum spiritus mira suauitate repletur, merorq; omnis, & tedium fugatur: magnaq; effusus alacritate, ad contemplanda diuina euehitur, persępe transfixis pręcordiis. Quod & testatur Augustinus in libro confessionũ, ita inquiens: Nunc in sonis quos animãt eloquia tua, cum suaui & artificiosa modulatione cantantur fateor aliquãtulum acquiesco &c. Et rursus, Quãtum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonitis ecclesię tuæ vocibus, commotus acriter. Nam voces illę influebant auribus meis: & eliquabatur veritas tua in cor meum: & ex ea æstuabat inde affectus pietatis: currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Præterea idem. Aliquando videor plus honoris cantui tribuere, q̃ decet: dum ipsis sanctis dictis, ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, q̃ si non ita cantarentur, & omnes affectus spiritus nostri ꝓ suaui diuersitate, habere proprios modos in voce atq; cantu, quorum nescio qua familiaritate excitentur. &c. Et rursus in de laude canticorum suauiter inquit, audit psalmus cum canitur, penetrat animum cum delectat: & quod legis austeritas a mentibus extorquere non poterat, ii per dulcedinem cantionis excludunt, & cætera. Idem confirmat & doctissimus antistes Isidorus Hispaleñ. inquiens, Psallẽdi suauitas tristia corda consolatur, gratiosas mentes facit, fastiditos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta inuitat. Psalmorum inquam decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat & gloriam sempiternã vnde & psalmus: Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te & cætera. Cui sententię etiam subscribit Rabanus iis verbis, Psalterium cum melodia cantilenarum suauium psallitur in ecclesia, quo facilius animi per compunctionem flectantur &c. Quod autem ais de cantionibus sacerdotum, non intellectis a populo: quid tum? si a rudi & promiscuo popello non intelligantur verba? quorum sensa, (quis simplicissime recitarentur) etiam non caperent. Præstaret tamen (fateor) si eas intelligerent. Viuus enim (vt ait Apostolus) est sermo Dei, efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingẽs vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Quarum tamen etsi voces indiscretæ (modo pia mens adsit) exaudiantur, ab ipsisve cantoribus non intelligantur, non tamen earum parua est commoditas: nam canentium labia, & simul audientium aures, sanctificantur. Inquit enim psalmus. Exultabunt labia mea, cum cantauero iustificationes tuas. & Ambrosius in hexameron inquit. Hoc est preciosissimum, quod homo veræ vocis dei sit organũ,

quod corporalibus labiis exprimit cęleste oraculum &c. Spiritus nanq; illis vocibus multum proficit: is enim exhilaratur: & ad sublimia appetenda, suaui quodam vehiculo deducitur. Quibus vocibus omnipotentem glorificantibus, & pręsentes angeli non parum iubilant. Inquit enim psalmus. In conspectu angelorum psallam tibi. Nequissimi vero spiritus tremunt, & profligantur. Pręsentes autem esse angelos in ecclesiis, testatur Paulus: Cum præcipit mulieribus, vt capite velato in ecclesia orent, habet siquidem vox ipsa iubilans, & prolatio diuina verba exprimens occultam quandam vim & potestatem, qua magna & admirabilia frequenter peragũtur, etsi nõ intelligatur quid per ipsa significetur. Cæterum non diffitebor conuenire quinimmo exigi cantum ipsum ecclesiasticum, quemadmodum & cæteros ritus, & sacras ceremonias, suam habere dignitatem & grauitatem: vt id efficere valeant ad quod institutæ sunt: non autem contrarium. Quamobrem vti histrionum gestus ab ecclesiastica disciplina reiiciuntur, sic theatrales cantus, mollesq; & impuræ catilenę (quibus animus ad carnalia vel turpia potius inuitetur, q̃ ad honesta & diuina alliciatur spiritus,) sunt respuendæ. Nec diuina mysteria decantanda, neq; ad illa conueniendum aurium demulcendarum gratia: quas & si oblectari contingat (cum fieri non possit quin sensus re delectabili præsente moueatur & gaudeat) tamen in illo non persistendum: sed ad altiora transuolandum. Quemadmodum admonet Augustinus cum ait. Illis acquiesco non quidem vt hæream, sed vt surgam cum volo. Diuus quoq; Hieronymus, idem edocet his verbis. Et canere igitur & psallere & laudare dominum magis animo, q̃ voce debemus. Audiant hæc adolescentuli, audiant & in quibus in ecclesia psallendi officium est. &c. Quod & præcipit spiritus sanctus in psalmo, per os Dauid dicens: Psallite domino sed sapientiæ. Et rursus Augustinus: Psalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce: & canite, quæ legistis cantanda: & non alia. & cætera. Nanq; idem beatus pater quandoq; veritus, ne cantus suauitate animus nimis hęreret sensibus, dicit se nonnunq̃ optasse illum remoueri ab ecclesia. Ita enim habet. Erro tamen nimia seueritate nonnunq̃, vt melos omne cantilenarum suauium, quibus Dauidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri velim, atq; ipsius ecclesię. at cum reminiscor lachrymarum, quas fudi ad ecclesiæ cantus in primordiis fidei meæ, & nunc ipso commoueri, non cantu sed rebus quæ cantantur, cum liquida voce & debita modulatione cantantur. Magnam instituti huius vtilitatem rursus agnosco. &c. Qua sententia edocet non tam ipso vocis sonitu commoueri, q̃ rebus ipsis debita modulatione decantatis: concludens huius instituti vtilitatem longe esse maiorem, quàm discrimen nimium hærendi in voluptate sensus aurium. & Ambrosius epistolam ad Ephesios. Si bene vixerimus implebimur spiritu sancto ad confitendum & extollendum Dei donum diuerso vocis canore vt laus in Deum omni lingua canatur, & cætera. Ex dictis manifestum est morem hunc solennem canendi in ecclesia, non vana superstitione fuisse inductum, aut vix a posterioribus receptum (vt inquis), sed plurimis ac optimis rationibus institutum: & a primæuis patribus Apostolisq; profectum. Quinimmo cum ipsa religione natum & coalitum.

Nam omitto prophetas, & antiquæ legis patres. Nos ad canendas laudes diuinas, non minus exemplo quàm verbis inuitantes. Omitto & spiritus sancti poetam qui tot & tanta cecinit, suadens vniuersis gentibus ac populis eosque adhortans, vt modulanti voce, in iubilo & exultatione, domini laudes canerent. Cantate domino omnis terra iubilate ei, annunciate inter gentes gloriam eius. Cantabimus & psallemus virtutes tuas. Cantate domino & benedicite nomini eius. Misericordias domini in æternum cantabo, psallite deo nostro psallite, psallam tibi in nationibus, psallam Deo meo quandiu fuero, & quis loquetur potentias domini? auditas ve faciet omnes laudes eius? Sed quid hæc pauca refero, cum nunquam cesset diuinus ille spiritus toto psalmorum libro, suadere, incitare, inflammare corda fidelium, ad encomium domini decantandum. Sed venio ad ipsum consurgens euangelium quod institutum illud in pluribus modis nobis valde commendaueris. ad id nanque peragendum primo nos inuitauit Zacharias in Ioannis natiuitate cum carmen illud cecinit. inuitauit Deipara virgo salutans cognatam Elizabeth. inuitarunt angelorum agmina nato domino. prouocauit & sanctissimus Symeon nudum infantem dominum in vlnis suscipiens. inuitauit populus Christo obuiam factus & decantans Ozanna in exelsis. Sed quid hæc recenseo? cum & ipse dominus inuitauerit & docuerit id esse faciendum hymnum cum Apostolis concinens. Præterea commendarunt Apostoli, & Paulus ipse verbis expressis. Psallam spiritu, psallam & mente. Et rursus. Loquentes vobismetipsis in psalmis & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes, probauerunt omnes sancti patres, dictauit recta ratio, natura suggessit vniuersi orbis consensus approbauit. Quod igitur tam ratum est, tot authoribus munitum, tanta authoritate confirmatum, tantis comprobatum rationibus, quod deniq; tam opportunum est, ac vtile nos spernemus, aut parui faciendum esse existimabimus? Absit absit tanta temeritas a piorum cordibus: facessant isti damnatarum hæresum restitutores. profligetur hæc tanta arrogantia, plus sensu proprio tribueris, quàm vniuersitatis ecclesiæ iudicio, quæ inquam, dominicos hymnos psallit, magnaque alacritate tum voce, tum spiritu vbique decantat: in quo præstando officio, nec satis explere animum potest. Canunt catholici suis in sacris, non Mahumetani, non quidam hæretici, qui cantandi institutum damnarunt, & ab ecclesia depellere conati sunt. Non enim noua sunt quæ hisce temporibus audimus, sed ab hæreticis lege antea tentata. Nanque & Arrianorum plurimi (erant enim in quibusdam institutis diuersi, vt plurimum sunt hæretici, quamuis in præcipuis dogmatibus conuenirent) cantandi morem detestabantur teste Ambrosio, qui contra Auxentium ita ait, Geraceni præsentiam Christi ferre non poterant, Arriani neque laudes Christi sustinere possunt &c. Manichæorum etiam multi aduersabantur cantum diuinarum laudum vt Augustinus refert. contra Celsum Manicheum & in libro confessionum. Aduersus quoque morem decantandi hymnos & psalmos ad altare dum res diuina pera-

geretur Hilarius quidem vir tribunitius maledica reprehensione vbicunque poterat plurima protulit, quem Diuus Augustinus vt ipse refert libro retractationum secundo iubentibus fratribus edito libello confutauit. Eundem morem etiam detestatus est Vigilantius caragorita, quem Beatus pater Hieronymus doctissime & eleganter corripuit: cuius peruerse sententiæ nec ii primi fuere authores, sed Basilides, & Eunomius teste ipso Hieronymo, non solum autem isti iniquised priuati homines diuinis canticis aduersati sunt: verum & quidam impii principes eum morem abolere studuerunt & præter cæteros Iulianus apostata de quo referunt historiæ tripartitæ authores libro sexto Publiam quandam matronam nobilissimam Antiochiæ habuisse chorum virginum in domo alta voce cantantium laudes domini quas cum forte pertransiens Iulianus audiret præcepit vt a tali officio desisterent, Cuius edictum virgines paruipendentes chorum maiori voce complebant: quare indignatus magistram chori senectute maceratam iussit a spartariis alapis cedi, quæ tamen domum reuersa consuetis melodiis spiritalibus dominum deuocare non cessauit. Sed & postremo seculo Vuicleff hæresiarcha peruersissimus hos omnes solennes ritus damnauit & euertere enixius contendit. sed vana ac irrita fuerunt malignantium consilia. Nemo autem vnquam auersatus est morem iubilanter diuina decantandi & cæteros sacros ritus nisi aut hæreticus aut parum pius. Nec mirum cum vitiatę aures infectaque lingua bile & guttur corruptum potius abhorreant quod suaue est illisq; contrarium quàm quòd simile & eorum vitio consentaneum. quamobrem & maledicunt & condemnant hæc omnia quæ fastidiunt: contra autem pietate conspicui quorum mens & organa sensuum sincera cum illa sentiunt plurimum oblectantur mirumq; in modum exultant & gaudent. Cantemus igitur domino iugiter, sed studeamus psallere sapienter. Nam supra declaratum est sanctorum disciplina qualiter canendum & psallendum sit domino, quodve genus concinendi magis probandum esse videatur. Hæcq; de canendi ac psallendi instituto, dicta sufficiant.

X Quod ais præterea in scholiis Hieronymi (in hac videtur esse opinione Hieronymus, vt putet superstitiosum accendere cereos in honorem sanctorum luce, nec accendendos nisi in solatium noctis) a vero est prorsus alienum. Idq; Hieronymi sententia pluribus locis tam expresse comprobatur, vt stupescam quomodo id scripseris. At si etiam huic pio mori non detraxisses, animi tui constituto derogandi quibuscunque ritibus sacris, non fecisses satis. Ipse autem ita habet aduersus Vigilantium, morem hunc improbantem. Si mulieres accendunt cereos ad honorem matyrum, quid inde perdis? Martyres illis non egent, fateor: nec dominus egebat vnguento, quo a muliere vnctus est, quod causabantur Apostoli perire: sed domini voce correpti sunt, & quicunque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem. Dicente Apostolo. Vnusquisque in suo sensu abundat, & qui idola colebant renati deinde in Christo Deum verum colere non debent, ne similiter eum videantur cum ido-

lis venerari? Illud fiebat idolis, idcirco detestandum est? illud fit martyribus,
idcirco recipiendum? Nam & absq; martyrum reliquiis,per totas Orientis ec-
clesias accenduntur luminaria quando legendum est euangelium,iam sole ruti-
lante:non vtiq; ad fugandas tenebras:sed ad signum letitię demonstrandũ. Vn-
de & virgines illę euangelicę,semper accensas habent lampades suas, & ad apo
stolos dicitur. Sint lucernę ardentes in manibus vestris, & de Ioanne Baptista, Il-
le erat lucerna,lucens in templo dei. Accẽduntur luminaria, vt sub typo luminis
corporalis, illa lux ostendatur, de qua in psalterio legimus. &c. Heus tu illa legi-
sti, & ais Hieronymum censuisse non accendendos cereos, nisi in solatiũ noctis:
& putares superstitiosum esse illos accendere in honorem sanctorum, & dei glo
riam. An non audisti ipsum prorsus asserentem contrarium? Accendi inquam lu-
minaria ad euangelium, iam sole rutilante, non ad fugandas tenebras: sed ad si-
gnum letitiæ demõstrandũ: probantemq; idem fieri in honorẽ martyrũ. Nũ igi-
tur putat esse sup̃stitiosum? Audisti p̃terea sub typo corporei luminis, ostendi il-
lam increatam lucem, &c. Qui quidem Hieronymus, & si dicat disputans cum
ipso Iouiniano illud etiã noctu fieri ad fugandas tenebras (qđ refert q̃dẽ quia in
vigiliis quę in Basilicis martyrum fieri solebant, plurimę lampades accendebã
tur in solatium noctis) non tamẽ dixit, nisi, sed tu adiecisti: quod si protulisset re-
citatę ipsius sententię, quã mox subiecit, aduersaretur, refelliturq; assertio tua nõ
solum hoc vno Hieronymi testimonio, sed etiam altero. In Epitaphio nãq; diuæ
Paulę, ita inquit. Translata est episcoporũ manibus, ceruicẽ pheretro subicienti-
bus, cũ alii põtifices lãpadas cereosq; pręferrẽt. &c. Nõ dices arbitror id factum
fuisse in solatiũ noctis, cũ funus interdiu nõ noctu peractũ fuerit. Cui turba innu
merabilis Palestinarũ vrbiũ adfuit. Testimonia Hieronymi audisti, en accipe &
illud Augustini: q enarrãs psalmũ sexagesimũ quintũ, ita ait. Pręterea & in sacra
mẽtis & in catechizando & in exorcizando adhibetur prius ignis. Nã vnde ple-
rũq; immũdi spiritus clamãt, ardeo, si ignis nõ est; post ignẽ autẽ exorcismi ve-
nitur ad baptismũ, vt ab igne ad aquam, ab aqua in refrigerium. &c. Perspicuũ
autem est non in vsum noctis accendi ignem, in catechizando vel exorcizando.

Quid igitur ineptis? perspiciẽs ignei luminis tantã opportunitatẽ in mysteriis Y
& sacrificiis peragẽdis? vt etiã maligni spiritus cũ exorcizãtur fateri & exclama
re cogantur, se ipsius pręsentia aduri? vt dicas superstitiosum esse in sacris accen
dere lãpadas, & cęreos, hocq; diuo Hieronymo imponas? Nãq; si fulgẽtis ignis
naturam perspexisses, quãtaq; sit opportunitas repręsentãdi plurima, q̃ insensilia
sunt & nobilissima, præterea quot & quanta per ipsum in scripturis figurentur,
quamobrem & q̃ frequens in illis de ipso fiat mentio, nequaquam illa protulis-
ses. Namq; omnipotens gloriosissimusq; dominus, in flamma ignis rubi ar-
dentis Mosi apparuit, & cum eo collocutus est. In igne quasi inflammati mon-
tis se videndum prębuit populo Israel, in deserto. Ait enim scriptura. Totus
autem mons Sinay, fumabat eo ꝙ descendisset dominus Deus super eum
in igne, & ascenderet fumus de eo tanq̃ de fornace. & cætera. Eidem populo
& sub columnæ ignis specie, dux itineris fuit. Per ignem quoque ad montem
Dei Oreb se insinuauit magno Heliæ, sacrumque ignem a cælo demisit, ad

accendendum in lignorum ſtruibus ignem ſacrificiis accommodatũ. Quid plu-
ra? Cum ſub ſpecie ignis diuiniſſimus ille ſpiritus, in ſanctiſſimos Apoſtolos ſe
tranſfundi voluerit? Nanq; ignis prę cæteris corporibus elementaribus, ſpirita-
lis, minuſq; craſſus, vtpote ex paucula materia, ex multa autem forma conſtans
purior etiam, agendiq; vi & facultate potior, & efficacior, ſpecieiq; decore omni-
bus pręſtat, nam lucidus & perſpicuus, tenebras fugat, & ſua claritate pręſentia
cuncta illuminat: Quid dico illuminat? quinimmo & animalia omnia viuificat,
quibus tãdiu ſupereſt vita, q̃diu igneus ille calor natiuus ipſo in corpore perſtat
ipſiuſq; tepore ac lumine mixta omnia, gignuntur, metalla, gemmæ, plantę, ani-
malia, cuius & virtute ſeruantur. Natiuo enim calore illo exhalante, ſuppuran-
tur omnia & putreſcunt. Quid plura de illo referam. Nam & ſemper ab imis ad
ſublimia contendit. Quamobrem qui arbitrantur prima corporum elemẽta eſſe
figurata, ei pyramidis figuram tribuunt, eo ꝙ maxime Pyramis acumine ſuo,
inciſiua ſit, paruarumq; partium & ſubtilium, conumq; ad ſuprema erigat: quẽ-
admodum & ignis ipſe ſubtiliſſimus eſt, & inciſiuus, ipſiuſq; flãmę cuſpis, ſem-
per ad ſuperiora reſpicit, ad quæ & conſcendere tota contendit. Quamobrem &
ſupremum locum in vniuerſo, inter elementa obtinuit. Quas tantas dotes cum
animaduerterent ſapientiſſimi viri, cuiuſcunq; ſeculi & religionis, illum ſemper
in peragendis ſacris induxerunt. Nam & in ipſis creati mundi primordiis, ratio-
ne naturali dictante, ſiue etiã domino inſtituente, ſancti patres pręter ignem do-
mino non immolabant. Magnus nanq; patriarcha Abraham præſtaturus ſingu-
laris obœdientiæ illius exemplum (vnigenitum immolaturus filium) vt ſcriptu-
ra teſtatur, ad montem accedens pręſcriptum, ſecum ignem & ligna detulit. Pa-
ri ritu ſacrificarunt & illius poſteri patriarchę. Sanctiſſimus quoq; Noe, cum fi-
liis ſuis, tum ante Cataclíſmum tum poſtea, quem morem perpetuo ſeruarunt fi-
lii Iſrael: qui illis deinde per Moſaicam legem etiam fuit præſcriptus. Eundem
& gentes vniuerſę, quę a cultu veri & omnipotentis dei recedentes, ad vana ido-
la ſe conuerterunt. Quod igitur tam communiter & paſſim ab omnibus eſt rece-
ptũ, cognoſcitur vel naturę dictamine, vel diuino inſtituto, fuiſſe profectum. Et-
enim enimuero conſtat in ſacra re peragẽda, res etiam qui religionibus erroneis,
ac falſis detinebantur, (q̃uis multis ſuperſtitionibus indignis, ac turpibus mo-
dis, numina ſua colerent) quoſdam tamẽ ritus obſeruaſſe prorſus ſimiles iis, qui
a veri dei cultoribus obſeruabantur: quos per manus didiciſſe conſentaneum eſt,
a primis eorum patribus, qui illa ſeruauerant, priuſq̃ a veri dei cultu recederent:
quę q̃uis ſua natura & inſtituto recta & proba eſſent: attamen deteſtanda & im-
pia reddebantur, cum dęmoniis aut hominibus quibuſdam, eorumve idolis, di-
uini honores tribuerentur. Huiuſce autem generis fuiſſe ſacrificandi morẽ, obla-
tis hoſtiis cum igne ſacro, manifeſtum. Quem tam venerandum, tãq; ſanctũ eſſe
putarunt antiqui Romani, gentium omnium cordatiſſimi, vt de eorum imperio
actum iri arbitrati fuerint, ſi contigiſſet ipſum ſacrum ignem reſtingui. Ad quẽ
ſeruandum nobiliſſimas fœminas, eaſdemq; virgines, deę Veſtę ſacerdotes, con-
ſtituerunt. Cum igitur tot ſint ipſius ignis ornamẽta, tamq; inſignis & pręſtans
ſit illius natura, idoneaq; ad ſignanda myſteria, & res pręclaras indicãdas, quid
in legitimis ritibus ſacris peragendis congruentius & aptius adhiberi poteſt

ignea flamma,& luminarium multitudine. Quibus primum lux illa increata, per quam omnia sunt condita, refertur: optimusq; & maximus seruator dominus Iesus, in quo vtraq; natura coniuncta fuit, creatrix inquam & creata, qui (vt inquit Ioannes Apostolus) est lux vera quæ venit illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, luxq; erat in tenebris &c. Et Paulus, Qui cum sit splendor & gloriæ figura substantiæ Dei, sedet ad dexterā maiestatis eius in excelsis &c. Ad cuius æternæ lucis qualemcunq; agnitionem, neq; mortaliū mens vnq̄ venisset, nisi luminaria in cælo sita, ad illam deduxissent, quę cōspecta, cum mortales in sui admirationem conuertissent, primum ex eorum motibus, in cęlorum & firmamenti notitiam deuenere. Deinde ad indagandas causas motus eorum luminum, eadem admiratione inducti, tandem in agnitionem primi motoris, multa contemplatione peruenerunt: eumq; incorporeum æternum, & infinitum, omniumq; rerum fontem & primam causam esse didicerunt. Repræsentant & accensa illuminaria angelorum naturam, & gratiam: iuxta illud, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam vrentem. Præterea & sanctos omnes, in primis autem beatissimos Apostolos: quibus dominus dixit, Vos lux mundi, non potest ciuitas abscondi super montem posita, nec accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrū, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra. &c. Indicant & viuidam fidem, quam nemo habere potest, citra diuini luminis illustrationem. Vt enim ait in Mattheū Chrysostomus, Lucis opus est ipsas soluere tenebras, & ea quæ in tenebris fuerunt illustrare, & cætera. Pectora autem nostra tenebris fuisse offusa constat, ante receptum fidei donum. Cum igitur accensa luminaria hoc significent, manifestum est eos, qui in sacris, gestant manibus lampades, vel ministrant, offeruntve omnipotenti Deo cęreolos accensos, testari se fideles esse, & imprimis integram fidem offerre altissimo, quamobrem vetustissimo more fuit inductum vt baptizatis & veste alba superindutis accensum lumen manibus gestandum traderetur ad significandum fidei lumen ab illis fuisse receptum, cuius rei meminit Ambrosius in opere de mysterio pasche hęc aiens, Hinc super fidei arborem de vtero fontis innocuus cereorum splendet ornatus &c. Quo lumine & indicatur secundum Nazanzenum eos effici debere luminaria in mundo verbū vitę continentes ad gloriam vt & alios illuminent & efficiantur lumen perfectū de æterno lumine participantes sanctę trinitatis splendore fulgentes vt clarius & illustrius lux eorum fulgeat coram hominibus per Christum Iesum quem induerunt. Vt enim inquit Hieronymus in Iohelem. Ignis naturæ est duplicis, habet lunam credētibus, & tenebras incredulis, qui vapores fumi sunt. &c. Eos autem flamma consumit, cum ipsa (teste Philosopho) nil aliud sit, q̄ fumus ardens. Accensa præterea luminaria, typice referunt charitatis ardorem, vim & claritatem, & quemadmodum succensus ignis omnia aliena consumit, ac ad inuicem iuncta separat, similia autem congregat, sordes purgat, consortiūq; alienę rei est impatiens: ita charitas, peccata, & vitium omne excludit: maculas detergit, efficax & ardentissima est, comburens omne alienum. Et vti ignis splendidus ac manifestus, & quæ sibi proxima sunt illuminans, (nihil enim tam lympidum, diaphanum vel terminatum est, quod perspici possit, nisi luminis beneficio illustre-

tur)sic & charitas illustris ac fulgida, cum alicubi sit, latere non potest: suoq; splendore omnia, quæ ad spiritum pertinent, illustrat, fouet, viuificat, ad se trahit, & sibi coniungit, vt Christo lucri faciat: quemadmodum & tepor igneus constantia corpora fouet, & conseruat, & ad se omnia attrahit, vt in sui naturam conuertat. At vti & lumen ignis, deficiente pabulo extinguitur (absumpto enim oleo in lychnis, vel cera in candelis, lumen ipsum simul restinguitur) ita charitas diuino munere & illapsu cessante aboletur. Prætendunt & luminaria militantis ecclesiæ, fidei alacritatem, & lætitiam, cęlestisq; regni triumphos & gloriam. Quamobrem & alliciunt animos illa videntium, ad eam optādam, & persequendam, hinc vetustissime inductum, in paschatis solennibus magnum cereum benedici & accendi scilicet ad indicandam resurgentis domini Iesu ecclesiæ lætitiam & tristitiæ discipulorum ex morte illius susceptę depulsionē vniuersamq; orbi restitutam charitatem per eius resurrectionem omnia serenātem: cuius rei meminit Ambrosius in libro de mysterio paschę plurima ad instituti commendationem referens, quod & manauit obseruandum, deinde zozimus pōtifex maximus q̄uis longe antea fuisset inductum. Floruit enim Ciricii tempore Ambrosius. Idemq; seculis posterioribus & a consilio Tolletano vt obseruaretur ab ecclesiis Gallię quemadmodum fiebat in Hispania sancitum. Cum sancta igitur luminaria tantaq; portendant, commodissimeq; ac proprie illa signent, dignoscitur quàm opportune & quāta ratione in ritibus sacris, ad rem diuinam peragendam illa inducta fuerint, plurimum enim faciunt ad religionem conseruandam, erudiendamq; pietatem. Summoq; Deo offerri tale munus acceptum esse, non dubitandum. non q̄ ipse lumine egeat, sed quia nos egemus, & quia referunt potiora dona, quę nobis impertitur, fidem videlicet & charitatem, ipsiusq; summam gloriam, & immensæ maiestatis claritatem, similiaq; sunt iis in quibus illam mortalibus insinuare voluit, in lumine enim vultus sui ambulamus in hac mortali vita, & in splendote illius in æterna, contemplabimur illam lucem increatam, in qua absorpti, perpetuo felicissime quiescemus. Ex dictis liquet non superstitiosum esse accendere luminaria, & lampades in templis, ad dei gloriam, sanctorumq; ipsius venerationem (vt ipse vis.) Sed & hoc Vuicleficum est, & Dormitantianum.

Z Ais præterea colligi ex illo dicto Hieronymi, quare non ingrediuntur ecclesias, & cætera. Vnumquenq; qui voluisset olim domi suæ Christi corpus sumere solitum, id autem quomodo colligas, non est videre, verba enim Hieronymi id nequaq̄ indicant, & sententia prorsus falsa dignoscitur. Quomodo nanq; id perfici potuisset, nisi vnusquisq; domi suæ proprium habuisset sacerdotem: ni dixeris (quemadmodum a Luthero asseritur) vnicuiq; Christiano facultatem cōficiendi sacram Eucharistiam adesse, & sacerdotem posse constitui, pręter omnē ordinem, quod nunq̄ de te putauerim, vel a parochis transmitti solitam ad priuatas domos, vnicuiq; petenti: quod & nunc fit, cum res vrget, aut parochus morem gerere vult id petētibus. At si ita intelligo, nihil ad tuum propositum: cum id referas declaraturus ad synaxin sumendam, in templis Christianos nō fuisse solitos conuenire, quam & vis pane tantum benedicto, non autem consecrato, fuisse peractam. Præterea improbabile est confectum sacramentū, ad cuiuscunq;

domum, promiscue fuisse trãsmissum. Cũ soliti essent cõuenire Christiani ad ecclesiã, ad alia munia longe minora, peragenda. vt apostolorũ Acta testãtur. Attamen ais Paulũ innuere, eũ morẽ fuisse seruatũ. quũ ait, An domos nõ habetis ad manducandũ & bibendũ. &c. quod nimis erroneũ, cũ ex Pauli sermone apertissime contrariũ colligatur: ad quod declarãdum ipsius verba recitabo, inquit enim, Hoc autẽ pręcipio non laudãs quod nõ in melius, sed in deterius conuenitis. Et paulo post, Conuenientibus vobis in vnũ, iam non est dominicã cœnã mãducare, vnusquisq; enim suã cœnã præsumit, ad manducandũ: & alius quidẽ esurit, alius autem ebrius est: Nunqnid domos nõ habetis ad manducandũ & bibẽdum, aut ecclesiã dei contemnitis, aut cõfunditis eos qui nõ habẽt? Quid dicã vobis? Laudo vos, in hoc nõ laudo. &c. deinde concludit. Itaq; fratres cũ cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate: si quis esurit, domi manducet: vt nõ in iudicium conueniatis. &c. Verba sunt aperta, & sentẽtia dilucida illos cõuenire solitos, non solum ad sumendũ corpus domini: verũ etiã ad cœnã faciendã, ex pristino more: cum sacramentum corporis domini ea peracta fuerit institutum, ad quam cœnam in cõmune peragendã deferebãt epulas in propriis ędibus præparatas. inductum autẽ erat abusu quodã vel quorũdã praua doctrina aut aliorum gula & edacitate vt multi cũ obtulissent ad ecclesiã quę parauerãt vel nõ expectarent alios cõuiuas, aut si pręsentes fuissent nõ tamẽ illis participarẽt deuorante vnoquoq; eorum qui in id peccabant quę detulisset cęteris & pręsertim pauperibus exclusis, ex quo more contingebat, diuites ac potentes, opimis eduliis saturari: pauperes autem vilibus tñ, & insipidis, aut esurire. Ex qua inæqualitate confusio non parua & schismata in ecclesia inter cõuiuantes oriebãtur. Quẽ abusum ac prauũ morem. Paulus detestatur ac improbat, edocẽs: q; satius esset non conuenire, & comedere in propriis laribus, cum priuatas domos haberẽt: q̃ in publico ecclesię cœtu, cum pauperum offendiculo & confusione: quãdoquidẽ seruato eo more alium quidẽ esurire, alium ebriũ esse contingebat. Et cum dicat propriam cœnã, declarat se loqui de cœna priuata, prophanisq; eduliis, quę secũ deferebant: nõ autẽ de sacramẽtali, qua nemo corpore, nec saturabat̃ aut ebrius erat, nec quisq̃ esuriebat, cum illã ex æquo participarẽt, qui illa communicabãt. de propria igitur cœna, & prophana, id est, de eduliis illius quę licebat edere in domibus propriis, si libebat aut famescerent intelligit: non de sacra eucharistia. reprehendit igitur id quod faciebant, anteq̃ sumerent corpus domini, hortaturq; vt si esuriant: domi potius manducent q̃ ad conuiuandum conueniant cũ ecclesię offendiculo. quasi diceret, Quæ differtis ex domo cõmunicate, & cæteris cõuiuis: & inuicẽ expectate. vel si edacitas vos impellit potius illa in ꝓpriis domibus comedite, & ad conuiuandũ nõ accedite, ne ecclesiã dei (in qua cõuiuia celebrant̃) cõtẽnere videamini: & cõfundere eos, qui nõ habẽt, qđ ad eã deferãt. Id aũt nihil ꝓrsus ptinet aut facit q; ad eucharistiã assumẽdã cõuenire nõ deberẽt, sed in domibus ꝓpriis illã assumere (vt tu ineptissime colligis) qđ tñ etiã pstaret mõ sacerdos illud pmitteret q̃ cũ scãdalo cęterorũ in ecclesia cõuenire, ad eã pcipiẽdã. At cũ probet cõueniẽdi institutũ: inquit eñi (in hoc laudo vos q; conueniatis ad cõuiuandũ) multo magis cõmendare cõuincitur, cõuentũ, ad eucharistiã assumendã, pſertim cũ vtrũq; ab cõuenientibus perfici esset solitum.

DE ORNATV TEMPLORVM. LIBER. VII.

A AT ne his quidem fuisti contentus, sed animi tui institutum te impulit vt etiam templorum cultum, eorũdemq́ ornamenta & constructiones particulatim insectareris, q̃uis illa plusq̃ satis improbasses, detestatis etiam acriter in genere ceremoniis. sed plane momum inter sacerdotes & sacra non egisses nisi priuatim etiã hunc pium & laudabilem cultum taxasses. Et ne quid restaret intactum, oportuit etiam ecclesiasticum morem nouissimaq́ pietatis officia, quę in funeribus prestantur, descendens vsq́ ad pulsum campanorũ, carperes & damnares vt inferius recitabitur. Quod autem ad templorum cultum attinet in dialogo de peregrinationis ergo, inter alia erronea hoc quoq́ scribis, Verum nõnunq̃ serio mihi venit in mentem quo colore possint excusari a crimine qui tantũ opum insumunt tẽplis extruendis, ornandis, locupletandis, vt nullus omnino sit modus. Quorsum attinent tot baptisteria, tot candelabra, tot statuę aureę? quorsum organorum immẽsi sumptus? nec vnicis interim contenti sumus, quorsum ille musicus tinnitus magno censu conducendus? cũ interim fratres & sorores nostrę, viuaq́ Christi templa fame contabescant &c. Preterea & in dialogo qui dicitur Cõuiuiũ religiosum ita ais, Vnde non videntur mihi a peccato capitali excusari posse qui sumptibus immodicis aut construant aut ornent monasteria seu templa, cũ interim, tot Christi viua templa fame periclitentur &c. Et paulo post, cum essem apud Brytannos, vidi tumbam sancti Thomę gẽmis innumeris summiq́ p̃cii onustã pręter alia diuitiarũ miracula &c. Pretereo alia recitare loca quibus idem reprehẽdis, ne quolibet in argumẽto plus æquo prolixior videri possim. his enĩ satis cõstat de animi tui sentẽtia. At profecto nõ est videre in cultu templorũ quod pii cuiuspiã animum offendere valeat, vel quod ipse tu cẽsor tã grauis & seuerus præsertim in rebus ad religionẽ pertinẽtibus reprehẽdere possis. Sed nõ est Erasme quod glorieris hoc in negocio quasi de inuẽto nouo: preferẽs cõmoda mortaliũ eorũ calamitates depellẽria, diuinis obsequiis & q̃ ad ipsum om̃ipotẽtẽ in primis glorificandũ pertinẽt. Nã hęc vox nõ tua est, sed a scelestissimo Iuda proditore domini accepta, increpãte Mariã pio amore dñi succẽsam, vnguentum preciosum quod trecẽtis denariis vendi poterat in caput & pedes domini effudisse. quo facto tãta efferbuit ira vt in hanc vocẽ irruperit, Ad quid perditio hęc? poterat vnguentum istud venũdari multo & dari pauperibus. Voluit nãq́ auaritiã & odiũ cõceptum in dñm velare specie erogationis erga pauperes. Miser & p̃fide Iuda luxuriem & p̃ditionẽ existimabas, quod in obsequiũ dñi & magistri tui p̃stabatur. At secus Maria pietatẽ & officium debitũ, quare inter vos tã diuersę erant sentẽtię, nisi quia dominum Iesum illa diligebat, colebat, tu autẽ oderas & cõtemnebas. Quocirca illa optime collocari & magni esse cõpẽdii iudicabat, q̃d tibi perdi & profundi videbatur. Sed audias vtram sententiã dominus probauerit: ita enim dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? bonum opus operata est in me: semper

enim pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper, quod habuit hęc fe
cit. Pręuenit enim vngere corpus meum in sepulturã, & quod hęc fecit narra-
bitur, in memoriã eius in vniuerso mũdo. Audisti bonũ opus illã operarã esse ef
fundẽdo preciosissimũ vnguentũ ad bonorificandũ dominũ. Audisti & præferri
quod ad obsequiũ Christi peractum fuit, operi misericordię, quod impẽditur er
ga pauperes: præterea & factum illud ita probari vt perpetuo esset memoria
illius mulieris in vniuerso orbe celebrãda vbicũq; prędicabitur euangeliũ in lau
dem & memoriã ipsius facti: quod equidem tantę fuit excellentię & exempli, vt
a nullo euãgelista fuerit prętermissum referri, licet multa alia eorum vnusquis-
q; prætererit, vtpote, quæ ab aliis relata fuerant: verum hoc ab omnibus spi-
ritus sancti decreto, diligentissime est expressum. Non enim pręferenda Erasme
misericordiæ opera proximo exhibenda propter dominum, his quæ ipsi domi-
no impendenda sunt, ad summam eius gloriam magnitudinem & potentiã atte
standam. nostrãq; erga illum reuerentiã cultũ & seruitutem: quod & indicatur.
ex ipsa lege tradita duabus in tabulis, in quarum priore tantummodo fuere cõ-
scripta quę ad cultũ domini spectabãt, in altera autẽ quę ad proximũ. Tanto au
tem pręstãt ea quę prioris, his quæ secundæ, quãto omnipotẽs creator, imbecil-
li creaturę. Nãq; si solus Adã fuisset formatus nõ oportuisset eũ ad proximum
respicere cũ nullus fuisset ei proximus. Attamen debuisset deũ colere debito la-
trię cultu, qđ & faciũt beatissimi ac fœlicissimi spũs ꝑpetuo, ad quos nihil atti-
net de operibus misericordię vel officiorum quæ ad proximũ pertinent. Illa igi-
tur quæ fiunt summum deum respicientia regula (vt aiunt) perpẽdiculari, quę
angulos rectos efficit longe præferenda sunt his quæ in ipsum tantum ferun-
tur per obliquã, acutos aut obtusos angulos facientẽ: & illa tãto sunt his præ-
ferenda quanto rectus angulus obtusis vel acutis potior.

Eleemosyna igitur & cętera misericordię opa nequaq̃ ꝓferẽda, sed lõge post- B
ponẽda his q̃ ad latrię propriũ cultũ pertinẽt, quod non latuit & Origenẽ, quẽ
tamẽ tu vt plurimũ sequeris. inquit enim Homilia trigesimaquinta, Operis au-
tem boni aliud est quod facimus ꝓpter homines, aliud quod propter deũ & se-
cũdũ deũ: & hoc ipsum quod facimus ꝓpter deũ aliud ꝓficit ad vsum hominũ,
aliud ad gloriã dei. Ad vsum autẽ & vtilitatẽ hominũ vt puta eleemosynę, & cę
tera huiusmodi: hoc q facit in Christianos, pedes dñi vngit, pauperes eñ Christi
pedes sunt & quęlibet opera q̃ pcipue facere solẽt pœnitẽtes ꝓ remissione pec-
catorũ. Qui autẽ student iis quę ad gloriã dei proficiũt, ii domini caput vngũt:
opusq; est propriũ, nõ pœnitentiũ sed perfectorũ &c. Intellexisti magnum Ori-
genẽ existimare tãto potiora esse opera quę tantũ ad reddendã deo gloriã ꝑti-
nẽt, iis q̃ ad proximi vtilitatẽ spectãt, quãto caput pedibus pręstare cognoscit.
illaq; ꝓprie esse ꝑfectoꝝ opera: hæc autẽ pœnitẽtia. quã quidẽ sentẽtiã accepis
se videt ex scriptura dicẽte. quẽadmodũ aqua extinguit ignẽ ita eleemosyna ex
tinguit peccatũ, licet autẽ dño nõ sit opus glorificari a nobis cum sit ante secu-
la gloriosissimus ex seipso, attamẽ vult sibi reddi gloriã & debitũ præstari hono
rem a mortalibus quos condidit, & tanta bonorum copia abundare fecit, gra-
tosq; & memores beneficii accepti se ostendere, illi offerẽtes ex his bonis q̃ me-
liora possidẽt. Inquit enim Chrysost. in Genesim. Iterũ dico & dicere nõ cessabo:

non quia deus his indiget sed vult per hæc nostram ostendi gratitudinem, nam & eum qui Deo offert, de bis quæ tamen Dei sunt & intelligit quantum differt a natura cum homo sit, oportebat quantum sibi conceditur suum testari officiũ & preciosissima offerre &c. Id autem multipliciter fit non solum quidem cultu interno sed etiam externo. Sed nec internus sufficit, verum requiritur & externus quod & iudicatur ex sententia sapientissimi Salomonis, Mulierẽ fortem describentis his verbis, Quæsiuit linum & lanam, & operata est consilio manuum suarum. quæ verba interpretãs diuus Augustinus sermone trigesimoquarto inquit, Sunt qui dicunt sufficit mihi in cõscientia Deum colere, non opus est, in ecclesiam ire, nec in his externis peragendis conuenire cum aliis: qui ita sentit is lineam tunicam tm̃ vult habere non autem laneam. Hoc non commẽdat mulier ista sapiens &c. Res est tam aperta vt in ea magis comprobanda non sit insistẽdum. Exploratissimum nanq; est ex vtriusq; testamẽti scripturis, dominũ plurima instituisse & mãdasse peragi, ad cultũ externũ pertinẽtia. Corde eñ creditur ad iustitiã, ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Quod intelligi nõ debet tãtũmodo de vocali ore. ita enim elingues & muti nequaq̃ salui esse possent, sed de omni externo opere: quod ipsam fidẽ & cultũ internũ indicet & ptotestetur, cuiusmodi & vnũ est in tẽplis ædificandis vel ornandis, solennibusq; sacris ritibus peragẽdis, quibus officiis & si nihil domino accedit, muneribus tamen nostris pio animo sibi oblatis gaudet. Qui enim munus offert sane protestatur se id facere vel amore vel reuerentia vel timore vel ad promerendã sibi gratiã cõciliandãq; beneuolentiã illius cui donat, vel deniq; propter hęc omnia: dño autẽ acceptissimũ esse vnũquodq; eorũ manifestũ est. Nã & amari vult gratoq; animo gaudet. vult preterea honorari & coli, vereri quoq; & timeri, & gratiã suã a nobis exoptari, quamobrẽ & acceptauit delinitionẽ preciosissimi vnguenti, sibi factã a muliere, amore, reuerẽtia, timoreq; non seruili sed pio, gratiãq; illius impense conquirẽte. dixit enim benignissimus dominus illius factũ probans, quod habuit hęc fecit: quasi dixisset, & si nõ egerẽ tali delinitione, nec ipsius cęterorũve mortaliũ quibusuis officiis, cũ omnia mea sint, iuxta psalmographi sententiã. Meę sunt om̃es feræ syluaŗ iumẽta in mõtibus & boues. Cognoui om̃ia volatilia cęli & pulchritudo agri mecũ est. Et rursus, Dñi est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & qui habitant in eo. attamẽ cum ipsi mortales faciũt quod in se est, meq; honorant de his q̃ habent licet illa beneficio meo & munere possideãt, gratissima & accepta sunt mihi eorũ munera & officia. Quocirca & acceptũ fuit opus mulieris quę ex hoc quod habuit id mihi pręstitit, quã sententiã & approbat diuus Chrysostomus inquiẽs. Sicut enim pater eius odorem victimę & fumum suscipiebat in odorem suauitatis, ita & Christus mulierẽ deuote vngnẽtẽ: cuius facti laus, vti prędixit dominus, vbiq; celebratur. Quocunq; enim terrarum abieris videbis hanc mulierem fama celebrem effectam. Et regum quidem multorum & ducum victorię silentur, & multi qui ciuitates construxerunt, & gentes multas seruituti subegerunt, nec ex auditu vel ex solo nomine sunt cogniti, mulier autẽ hęc quoniam oleum effudit in domo cuiusdam leprosi duodecim viris p̄sentibus, hoc omnes concinunt per totum orbem terrarum: cuius facti etsi tempus trãsierit, nõ tamen memoria eius quod factum est fuit labefactata. &c.

Quod autē offerentiū munera domino grata ſemper fuerit pietas, multis cū C
argumentis tū exēplis cōmonſtratur. Primū inquā cū in cunis vagiens, recens natus & ſacratiſſima matris vbera exugens a potentibus & ſapientiſſimis Magis adorari voluit, auriq; thuris & myrrhę munera ſibi offerri. Pręterea nuſq̄ legitur dominū reiecisſe honorē debitum ſibi exhibitū, ſed contra benigne illum acceptaſſe vti debitum, nec oblata munera aſpernatum fuiſſe. Dixit enim, Vocatis me magiſter & domine & benedicitis, ſum etenim. Et rurſus. Si ego dominus & magiſter hęc feci vobis &c. Cæci quoq; & illius a ſpiritu immundo poſſeſſi & arrepti leproſorumq; adorationes ei pręſtitas minime reſpuit. Nec etiā angelorum miniſterium poſt fugatum Satanam. Præterea nec aſpernatus q̄ apoſtoli aſinam ſuper quam erat ſeſſurus propriis veſtibus adornaſſent, nec puerorū Et populi decantantium Ozanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, voces compeſcuit: ſed illas Iudęorum ipſas impedire volentium dicens, & ſi illi tacuerint lapides clamabunt. per viamq; magnificus, q̄uis humilis, inceſſit ſtratam ramis arborum ac floribus tunicisq; ac palliis populorum. Quod item munera non ſpreuerit teſtantur nuptiæ & conuiuia quibus inuitatus interfuit, & id quod refert euangeliſta de proditore: loculos enim habebat & quæ mittebantur portabat, inſuper munera offerenda eſſe altiſſimo apertiſſime declarauit lege conſtituta quonammodo illa ſint offerenda inquiens. Si offeras munus ad altare & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuū, & vade prius recōciliari fratri tuo, & tūc veniēs offer munus tuum. Probauit & mittētes munera ſua in gazophylaciū & pręſertim viduam pauperculam duo æra minuta tm̄ offerentem, quia cæteri de eo quo abundabant obtulerant, illa autem de eo quod erat ei ad victum neceſſarium. Mortuus præterea & exanimis munerari voluit, honorificumq; funus ſibi exhiberi, inferriq; in monumentum a viris diuitibus atq; præclaris precioſorum aromatū adhibita copia in ſepulchrum nouum inquam & marmoreum. Nec huic ſententię refragatur, q̄ in regem ſe eligi non permiſerit, cū non conueniret regem vniuerſorum ab omnipotenti Deo inſtitutum, cęleſtium inquam terreſtrium & infernorum ab homunculis quibuſdam, & ea facultate carentibus in regem eligi, nec congrueret myſteriis quæ peracturus venerat, eam decus regium & poteſtatē aſſumere, ſed plurimum aduerſaretur. At ſi dominus cum adhuc mortalis eſſet, nec adhuc triumphator deuicta morte, & deiecto mundi principe, qui antea in genus humanū debacchatus erat, atq; cathenis vincto, a mortuis ſurrexerat, ſibi honores debitos impendi non renuerit, ſed acceptarit, quanto magis conſentaneum eſt nunc glorificatum & ad dexteram patris ſedentem illos acceptare & exigere ab his quos ſanctiſſimi ſanguinis profuſione & proprię animę deuotione redemit, vtpote omnia quæ illius gloriam magnitudinem & potentiam quouis modo referre & atteſtari poſſunt.

Quod ſi diceres hęc omnia myſterio quodā fuiſſe pacta cū myſtice ſignarēt D
aliud ab eo quod agebatur, ineptire videreris cū myſtica ſignatio, tollere nō valeat rerum naturam, nec veritate eorum per quæ illa ſignantur, re nāq; ipſa ſpecioſis & præclaris rebus auro inquam & aromatibus, a nobiliſſimisq; viris illa quę retulimus geſta fuere, illudq; dicis quaſi q̄ tēpla extruunt decoraq; auro

& ſimilibus reddunt,aliud non ſignent ab eo quod oculis conſpicitur.Attamē
inquit Apoſtolus,hęc ſenſibilia,ſimulacra eſſe verorū:& inuiſibilia dei per hæc
quę facta ſunt intellecta conſpici,quāobrem & Moſi ſeruo dei,fœderis taberna-
culum conſtituturo dictum eſt,facias omnia ſecundum exēplar quod tibi in mō
te monſtratum eſt,Ezechieli quoq; prophetę tam diligenter oſtenſum eſt, excel-
lentiſſimi illius templi extruendi ſimulacrum vt nihil pręteritū ſit quod ad eius
intelligentiam facere poſſet.Quis enim dubitat ædium ſacrarum decora tem-
plorumq; donaria illa inſignia,teferre quoad fieri poteſt,& typū gerere , ſuper-
cęleſtis illius templi æterni ornamentaq; illius pulchritudinem ac gloriam indi
care:illudq; iubar increatę lucis,ipſum templum illuſtrantis,fulgorem & ma-
ieſtatem contemplādam inſinuare,cuius tēpli effigies filio tonitrui in Pathmon
inſulam relegato oſtenſa & precioſiſſimis rebus fuit expreſſa. Nec enim ſubli-
mia illa,nobiliſſima inquam & pulcherrima ſenſum omnem & humanum ca-
ptum tranſcendentia rebus abiectis & humilibus indecoriſve vllo pacto repre-
ſentari poſſent,oportet enim ſignans aliquid cum ſignato cognationem quan-
dam vel ſimilitudinem habere:quamobrem nec nobiliſſima ignobilibus,nec tur
pia pulcherrimis referri poſſunt.Ioānes autem viſum deſcribens ita ait,Vidi ſan
ctam ciuitatem Hieruſalem,nouam deſcendentem de cælo a deo paratam ſicut
ſponſam ornatam viro ſuo:& audiui vocem de throno dicentem.Ecce tabernacu
lum dei cum hominibus:& habitabit cum eis &c.Animaduertiſti verba,a deo
paratam ornatam ſicut ſponſam viro ſuo?ſed animaduertas & hæc,quę ſequun
tur.illius enim pulchritudinem & excellentiam adhuc magis exprimere volens
inquit.Suſtulit me in ſpiritu & oſtendit mihi ciuitatem dei,& huius lumen ſimi
le lapidi precioſo tanq̄ lapis iaſpidis ſicut criſtallum,& erat ſtructura muri eius
ex lapide iaſpide & fundamenta muri omni lapide precioſo ornata,zaphiro,ſma
ragdo,iacintho &cęteris,& portæ ex margaritis, & platea aurum mundum &
ipſa tota ciuitas aurum mundum ſimile vitio,intellexti?Non audis ad æternum
illud templum ſignandum nihil adhiberi niſi aurum mūdum,gemmas,marga-
ritas & precioſiſſima quęq;?Cum igitur templa noſtra illud idē referre habeāt,
ſane oportere dignoſcitur,illa decora eſſe & ornatiſſima , cuius pulchritudo &
ornatus varietas quemadmodum mortaliū oculos oblectare valet aſpectu, ita
etiam indicare valet,gaudium illud & honeſtiſſimam voluptatem qua fruituri
ſumus,tum intuitu oculorum mentis tum corporeis ſi inæternum ſupercęleſteq;
illud templum ingredi & in ipſum ſuſcipi meruerimus conſpicientes illā inac-
ceſſibilem increatamq; lucem,a qua omne lumen,omne donum, omnis gratia,
omnis pulchritudo,omnis ſuauitas,omne gaudium prouenit,in qua ſola, quies,
pax,ſecuritas,beatitudo & fœlicitas inuenitur:a qua & oīa gignūtur & ſeruā-
tur,quę quomodocūq; eſſe participāt:apud quā & ſpecioſiſſimū dominū noſtrū
Ieſum Chriſtū,in ipſa diuina luce abſorptū,vt pote ad dexterā Dei patris oīpo
tētis ſedētē,& reginā illi proxime aſſiſtētē in veſtitu deaurato circundatā varie-
tate,cū exercitibus angelorū,inter ipſos intercalatis ſanctorū virorū agminib9
decantantiū benedictio & claritas & ſapientia & gratiarū actio, honor virtus
& fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorū.Amē.Hiſce rationibus q̄ opportunū
decens ac debitum ſit dignoſcitur,vt templa magnifica & ornata cōſtruantur,

preciosisq; muneribus & dedicamentis locupletentur, videlicet tum ad colendā diuinam maiestatem, cultumq; decentissimum illi præstandum, tum ad signandam referēdāq; quatenus id fieri potest, templi illius supercelestis, ac diuini pulchritudinem ac maiestatem, accendendosq; animos nostros, vt beatitudinis illius efficiantur participes. Quemadmodum enim superius dictum est de cantu, omnis externus cultus quantum pertinet ad commoditatem nostram constitutus est, vt per ipsum ex imis & sensilibus rebus ad sublimia & nobiliora euehamur sensuum adminiculo illa, hæc mente contemplaturi. Visibilia nanq; & omnia sensilia ad spiritalia referri debent, quamobrē nec in illis insistendū prepostere agendum, spiritum ad illa auocantes, sed ipsum illis excitandum, vt ad diuina meditanda propriis deinde alis euolet. Impulsus tamen quasi flatu suauis auræ, ex sensilibus spirantis & auxiliantis ad superiora conscendere.

Quod si dixeris ex tali ornatu sensiliumq; rerum decore contingere, plurimorum animos a spiritalibus potius auocari, q̄ ad ea promoueri. Tibi respōdeo id piorum religioni præiudicare non debere, nec decentissimis ritibus quicquā detrahere, quorundam procacioris animi mollitiem, vtpote nimis in sensilibus absorptam, quemadmodum nec fidei Apostolorum Iudæ proditio quicq; derogauit. Quamobtem nec a probis & decentibus cessandum, ob quorundam improbitatem illis abutentium, quemadmodū neq; salubria pharmaca reiicienda, quia quibusdam incommmoda sint, nonnulliq; illis ad veneficia vtātur, cum plurimis cōferant vtilissimaq; sint. Si eñi quęq; optima sunt, reiicere oporteret, quia ex illis arripiatur a quibusdam occasio peragendi minus honesta, profecto e sacris scripturis nonnulla essent detrahenda, & præter cætera cantica canticorū, cum lubrici quidam homines voluptatibus dediti ad illicitos amores prouocari, ac incitari illo carmine possint, cum tamen secus probis ac modestis eueniat. Nēpe eius lectione, qui diuino succendūtur amore, fragrant suauitate quadam indicibili prorsus eorum animi liquescunt. Præterea, quod & efficacius est, cultus huiuscemodi non instituti sunt tantummodo ad vtilitatem nostram, sed ad præstanda decentissima obsequia omnipotenti deo, quæ iure ipso illi debentur, ad insinuandamq; illius magnitudinem, maiestatem & gloriam, domusq; illius triumphos & decorem. Non autem dimittenda officia, quę iure optimo debentur, propterea q; quibusdam non sint vtilia, præsertim cum id accidat eorum culpa, non autem natura rerum quæ peraguntur. Q̄uis igitur nonnulli ex templorum ornatu ritibusq; solennibus ad sensibilia auocarentur, non tamen illa prætereunda sunt, nec quicq; illis detrahendum: tum quia pluribus opitulantur ad spiritalia & diuina contendentibus, illaq; id sui natura facere valent, quamobrem & fuerunt instituta: tum quia debentur altissimo, qui non est contētus solo latriæ cultu interno, sed & externum exigit, vt totus homo qui non solo spiritu constat, sed & spiritu & corpore, ipsi deseruiat, opereq; & rebus quas possidet optimis, illi sacrificans protestetur suam erga illum humilem seruitutem, & omnem reuerentiam. Quibus de causis videtur ipsum dominum statuisse, vt ei sanctuarium construeretur ex rebus nobilissimis, serico inquam, murice & croco, & byssino infectis: tot præterea ornamentis ex auro & argento & gemmis insignito, tantoq; artificio & industria, vt dominus dixerit se repleuisse, arte & sciētia ac intel-

ligentia Beseleel & Ooliab, opifices ad illud construendum, in quo & candela-
brum aureum arcamque laminis auri mundissimi contectam a duobus se-
raph complexam, propinatorium quoque aureũ & tot vasa, thuribula & alia eius-
dem generis. Praeterea & sacerdotis vestimenta ad sacra peragenda, tam culta
& splendida fieri voluit. Ad quidnam haec? nisi ad iudicandum decorem domus
dei, & insinuandam diuinae maiestatis immensitatem & gloriam, cum magna
magnis, honorifica sublimibus, preciosa excellentissimis tantum dedicentur &
conueniant. Voluit igitur omnia illa fieri ex nobilissimis & pręcipuis rebus, q̃a
ad cultum ipsius optima quaeque debebantur.

F Etsi enim plura ex iis quę in tabernaculi descriptione & supellectilis ipsius
exprimuntur, in figuram essent constituta, ad signanda videlicet mysteria, eorũ
quę futura erant, & nonnulla ad ipsius tabernaculi & vtensilium illius transferẽ
di commoditatem & defensionem ab externis euentibus & iniuriis, vt vectes, a-
nulos, pelles & caetera huiusmodi. Attamen reuera omnia praeter illa quae sub-
sterni ad tabernaculum constituendum, aut ad illud fulciendum & sustinendũ
oportebat, ex auro, argento aut gemmis rebusque preciosissimis erãt contexta:
quę sane ex rebus ignobilioribus minusque preciosis fieri potuissent, & nihilomi-
nus eadem figurare vt pote loco auri aurichalcum, loco argenti stannum, loco
gemmarum vitrum aut lapilli marmorei, locoque muricis crocei & byssini bis
tincti, colores minus nobiles: nisi dominus voluisset, ex optimis nobilissi-
misque eorum quae homo possideret illa cõstitui, & preciosissima quęque ad ipsum
colendum adhiberi. Idem quoque dominus voluit populo Israel iam terram pro-
missionis obtinenti, stabilesque sedes adepto, domum quoque stabilem sibi cõstitui
aedificarique magnificentissimum ac illustre illud templum, cui in vniuerso orbe
nihil vnq̃ structum, illi decore, pulchritudine, splendore, diuitiisve conferẽdum.
indignum enim putauit acceptissimus deo Rex Dauid, de quo testatus est do-
minus inuenisse se hominẽ secundum cor suum, se habere domum firmam, ex la-
pidibus & cedris ornatissimam, & domini domum instabilem ac vagam, afflа-
tusque illo sibi tam familiari diuini spiritus oraculo, statuit gloriosissimum tẽplũ
domino construere, ad quod peragendum materiã praeparauit: verum quia vir
bellator fuerat, humanumque sanguinem profuderat, a domino pacis authore, vo-
ti fieri compos non est permissus. Idque reseruatum filio eius sapientissimo Salo-
moni, vtpote Regi pacifico. Quod ille splendidissimum & munificentissimũ cõ-
struxit, tantaque venustate & gloria illustre vt ab omnibus gentibus, etiam idola-
tris susspiceretur, admirationique omnibus esset. In quo tanta auri copia, vt omnia
auro tecta essent, & parietes ipsi auro incrustati. De cuius ornatu & decore, vanũ
esset plura verba facere, cũ pro dignitate illius, nequaq̃ dici posset, etiam prolixi-
ori oratione, & scriptura diligentissime illud depingat. Quod opus quãtum do-
mino placuerit, & dominus commendauerit ipsa scriptura testatur, referẽs glo-
riam domini sub visibili specie nubis illud oppleuisse, coram vniuersa multitu-
dine populi Israel, cum ipsum solenniter dedicaretur, cuius nubis gloriosę tanta
fuit copia vt sacerdotes stare ad ministrandum non possent, vtpote non ferente
infirma mortalitate glorię domini praestantiam. Praeterea eadem scriptura refe-
rente idẽ dignoscitur ex verbis domini testantibus Salomoni exaudisse orationẽ

eius, ſanctificaſſeq́ ipſum templum, vt in eo poneret nomẽ ſuum in ſempiternũ: & eſſent oculi eius & cor eius ibi perpetuo, videlicet ad exaudiendas preces inibi orantium. hoc enim precatus fuerat Salomon a domino cum orauit pro templi ſanctificatione. Non etiam latebat Regem ſapientiſſimum immenſitatẽ domini opplentem, non ſolum omnia quę ſunt & eſſe poſſunt, verum etiam quę eſſe non valent vtpote ipſum infinitum, anguſtiis parietum templi contineri non poſſe. Ita vt in illo magis inhabitaret ꝑ eſſentiã q̃ aliis in locis, ſed vt per vberiorem gratiam in domo ſibi dedicata: ad precandũ ipſum peculiariter conſtituta adeſſe vellet, liberalius tribuens petita poſcentibus precatus fuerat his verbis. Ergo ne putandũ eſt ꝙ deus habitet ſuper terrã? ſi enim cęlũ cęliq́ cęlorũ eum capere non poſſunt, quãto magis domus hęc, quam ędificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui & ad preces eius domine deus meus. Audi hymnũ & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte ac die, vt exaudias orationem quam orat in loco iſto ſeruus tuus, & deprecationes populi tui Iſrael, vt quandocunq́ orauerint in loco iſto exaudias in loco habitaculi tui in cęlo & cum exaudieris propitius ſis &c. Non igitur fuit templum illud ita ornate cõſtructum, vt eſſentia domini quem cęli capere nõ poſſunt ipſum inhabitaret, ſed tantum illius munificentia & liberalitas, vtq́ domus eſſet propria ad illum precandum dedicata, cuius pulchritudo & ſplendor referret magnitudinem, gloriam & maieſtatem illius templi Hieruſalem ſupercęleſtis ſpecietenus effigiem, propterea dominus voluit illud ſibi conſtrui ſplendidiſſimum. Nanq́ ipſi Dauid dixit per Natham prophetam dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neq́ enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios Iſrael de terra Aegypti vſq́ in diem hanc, ſed ambulabam in tabernaculo & in tentorio per cuncta loca, quę tranſiui cum omnibus filiis Iſrael &c. Et deinde, Qui egredietur vtero tuo, ipſe ædificabit domum nomini meo & ſtabiliam thronum regni eius in ſempiternum. Ego ero ei in patrẽ, & erit mihi in filium. hiſq́ verbis dominum voluiſſe ſibi templum ędificari manifeſtum & teſtatum eſſe, ſe in tabernaculo & in tẽtorio inhabitaſſe in temploq́ ędificando inhabitaturum. Domum igitur dominus ſibi conſtrui voluit ad eam inhabitandam per peculiarem gratiam conferendam plurimę dignitatis & excellentię precioſam ac ſplendidam vti cõueniebat celſitudini maieſtatis eius largitatiq́ & donis, quę in ipſa diſtributurus erat populis in illa deprecaturis, cuius decore & dignitate inuitabantur etiam externę gentes & Gentilium populi ad ipſum adorandum, vt teſtatur euangelium his verbis, Multi Gentiles conuenerunt in Hieruſalem in die feſto, vt ibi adorarent, cupiebãtq́ videre Ieſum &c. Quod etiam atteſtantur donaria precioſa magnificaq́ munera ab externis Regibus tranſmiſſa, in ipſoque templo oblata. Quo exemplo dignoſcitur quantum populorum ad religionem excitẽtur corda, ad omnipotentẽq́ colendũ alliciantur templorum ornatu & decore, quod & pſalmographus commendans inquit, Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Decentiſſimum eſt igitur peropportunum & debitum ad dei omnipotentis honorem & gloriam templa conſtruere ornata & ſplendida ad eius cultum peragendum, precioſisq́ donariis illa inſignire, illuſtriaq́ & nobiliſſima pro ſa

cultate semper illi offerre munera. Quibus & admonemur oportere interna illis esse consentanea, animumque omni scelere & macula vacuum & virtutibus ornatissimum illi in primis offerre, in quo inhabitare valeat gloria domini, nõ sub nubis specie, vt in materiali templo, sed per gratiam viuificantem miro & inuisibili modo. Et quemadmodũ in lege veteri nec licebat quicq̃ offerre domino mutilatũ, aut quouis modo vitiatũ, sed omnia integra esse oportebat: ita nunc quoque nihil turpe aut sordidum in externis conuenit, vt in interna omnia integra sint non conspurcata aliqua labe aut vitio, vt interna externis respondeant. Nanque prius dominus respexit ad Abel, q̃ ad munera eius. Id autem & templorum nitor, & omnium vtensilium illius ad cultum domini pertinentium mundities indicare videntur. Quod quidem templum tam impense dominus Iesus semper coluit, vt in illo, qꝫ non solũ infans completis purificationis diebus præsentari voluerit, in illo adhuc puer disputare cum legis doctoribus: verum & vir effectus iam euangelizans prędicare, docere, orare. Inquit enim ipse, Quotidie apud vos fui in templo docens & disputans & in occulto locutus sum nihil. Frequentissime nanque in illo erat, quod tam reuerendum esse censuit, vt nec vas per illud tantum opportunitatis alicuius gratia ad templi vsum trasferri pateretur, teste Marco Euangelista, quinimmo & illius reuerentiam & cultum tantum zelatus est vt bis eiecerit de templo vendentes ac ementes, primum dum euangelizare cœpit, postremo dum moriturus esset de proximo, exclamans, Domus mea domus orationis vocabitur. Et rursus, Domum patris mei fecistis domum negociationis &c. Castigatis etiam flagello, qui illa faciebant. Qz apertis verbis, quãta grauitate & seueritate edocuit templa esse summę veneranda, colenda? Qz expresse testatus est illam domũ esse suam propriã, æternique patris, appellãdãque domum orationis: quamobrem nihil prophanum in ea geri administrari ve licere. Et tamen non erat sanctior & interior pars templi, vnde eiecti erant, quia non ingrediebantur sancta sanctorum, vnde significatur etiam cœmiteriis honor habendus. Quod equidem templum etiam Apostoli post ipsum glorificatum semper coluerunt, vt testantur eorum Acta tot in locis, quòd templum ingrediebantur statutis temporibus ad adorandum &c. De Iacobo quoque Apostolo fratre domini Hierosolymorum episcopo refertur, vt fere nunq̃ e templo discederet sed genu flexo perstaret in illo semper orans. Prętermitto exempla veteris testamenti quanta obseruantia cultum fuerit ipsum templũ ab hominibus prophetis, quanto studio, diligentia & alacritate restitutum a Neemia, Esdra & senioribus populi cum ab Assyriis esset dirutum: quod sanctissimus propheta Daniel tam impense veneratus est, vt etiam captiuus in Babylone per fenestrã domus versus illud aspiciens semper adoraret, animoque pręsens in illo esset, cũ corpore adesse prohibebatur. Certe plura maiorave desiderari non possent testimonia ad comprobandum templa esse excolenda, ornanda ac frequentanda. Cum tamen templorum osores eorumque cultus contemptores, vel vnum testimonium argumentumve saltem probabile adducere non valeant in contrariam sententiam. Desinant igitur desinant latrare, & diuino cultui detrahere, quod nũq̃ tam honorifice, tam spendide præstari potest q̃ deberetur. Nam piorum hominum oculi, nihil tam splendidum in templis, tamque magnificum conspicere possunt,

quod eis plene satisfacere queat, quin meliora & potiora adhuc desiderẽt: gaudẽt tamẽ & plurimũ animo gestiũt, cũ illa nitida ac ornata vidẽt, multaq; cũ dignitate & ordine cũcta disposita. Cõtra non parũ offendũtur & dolẽt cum templa indecora, sordida rimisq; fatiscẽtibus, ruinã minantia conspiciunt, potius fœnilis aut raberne speciem habẽtia, ꝗ templi & diuinæ domus: quorũ tamẽ similia longe plura videre eos cõtingit ꝗ decora & fulgida. Illudq; potius fuisset reprehendendum, ꝗ diligẽtior cultus in quibusdã. Cum Christiana pietas tantũ neglectũ erga diuinum cultũ proferre nequaꝗ possit. Nam huiuscemodi cõsilia tẽplis detrahẽtia ab astu veniũt nequissimi illius spiritus, impotẽtis ferre diuinos honores & gloriam, ad quos labefactandos callida arte se transfert in formam angeli lucis pretendentis pietatis gratia suadere meliora, vt hæc quæ videntur minora posthabeantur: non ignarus his labefactatis, nec interna illa quæ suadere videtur perstitura, sed simul cum externis collapsura, ac exinde omnem diuinum cultum periturum.

Quod si adhuc cauilleris inquiens verũ dei templũ & vnum esse piorũ corda illaq; excolẽda esse & ornãda, de materiali aurẽ & lapideo tẽplo parum curãdum. Respõderem tibi, te adhuc nugatorie agere, cum tãtum laudes id quod potius est, vt vituperes quod probandum est & rectum, ꝗuis non eque perfectum. Nemo enim dubitat, nec de hoc vlla versatur quæstio, an præstet internum templum animi in quo spiritus sanctus habitat per gratiam, vt aiunt, gratum facientem excolere & ornare, an materiale, externum, lapidibusq; & cæteris rebus sensilibus constructum, cum illud inductum sit propter internum: propter quod autem vnumquodq; tale & illud magis. Sed de hoc contendimus ꝙ externum non sit negligendum sed curandum, secundo tamen loco. Manifestum est enim quemadmodum conuenit primo solicitos esse circa spiritum, secundo autem loco & corporis curam habere, ad ipsum spiritum in corpore seruandum: Ita exigi vt circa spiritale templum diligentia & studium primo adhibeatur, deinde & materialis, citra quod in plurimis nec spiritale diu exculrum persistere posset. Perficiatur igitur in primis quod potius est, & illud alterũ non omittatur. Nam vt inquit Augustinus, Operari carne & non operari spiritu, ꝗuis videatur, vtile tamen nõ est. Operari autem spiritu & non operari carne pigrorum est, verum hunc pretextum spiritus multi heretici vsurpantes, protinus cultum externum abolere conati sunt. Arriani inquam & Donatistæ Manicheorumq; plurimi (vt Augustinus refert eorum sententiam refellens libris cõtra Adimantiũ) disputãt quidẽ, & magnũ aliquid sibi vidẽtur dicere, cũ dicũt, quomodo ille deus cuius celum sedes & terra scabellũ pedum eius in tabernaculo habitet, quod auro, gẽmis, lapidibus aliave materia constructũ sit &c. Et paulopost, Et tñ audiũt filium dei flagello de funiculis facto expulisse de tẽplo, qui ibi nũdinabãt: ac dixisse, Domꝰ patris mei, domꝰ orationis &c. Preterea idẽ verba Fausti refert. Pagani aris, delubris, simulacris, victimis, & incẽso deũ colore putãt. Ego autẽ ab his multũ diuersus icedo, ꝗ ipm me si mõ sum dignꝰ rõnabile dei tẽplũ puto, viuũ viue maiestatis simulacrũ, Christũ eiꝰ filiũ accipio, arã mẽtẽ bois bene ibutã existimo, honores diuinos ac sacrificia i solis orõibꝰ & puris ipis ac simplicibꝰ pono, quã sẽtẽtiã Aug. plixa et efficaci disputatiõe reiicit sic icipiẽs, Ecce quõ tẽplũ dei

blasphematis vt non solum non sanctum esse dicatis, verumetiam machinamētum diaboli & ergastulum dei &c. Marsiliani quoqꝫ hęretici, teste beato patre Damasceno, templa & omnem cultum exteriorem reiicienda esse contendebāt. Cæterum ꝙ hæc quæ retulerat Faustus, in Paganis non essent reprehendenda, nisi quia tribuebantur cui non par erat, declarat ipse pater Augustinus scribēs ad Deogratias his verbis, Qui Christianas literas vtriusqꝫ testamenti sciunt, nō hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum ꝙ construant templa & instituant sacerdotia ac faciant sacrificia, sed ꝙ hæc idolis & dæmoniis exhibeant &c. Qꝫ autem ista opera, videlicet fanorum & monasteriorum decora constructio grata sint omnipotenti cum illi pręstatur, testatur & in suis Sermonibus inquiens, Retribuet ergo dominus fidelibus suis tam pie ista operātibus, vt eos quoqꝫ ipsos in suæ fabricæ compositione componat quo occurrent lapides viui fide firmati, spe solidati, charitate compacti &c. Ex his liquet negari non posse materiale templum esse domum dei, quemadmodum propriis verbis edocuit dominus Iesus, quod cum datur, oportet fateri diligenter exornandam & excolēdam esse, quamuis in primis, vt dictum est, ipse intimus noster animus, qui & peculiarius domus dei est, vt Paulus inquit, Vos estis templum dei viui. Attamen non dixit solum ipsum animum esse templum, quinimmo & corpora nostra etiam templum spritus sancti esse voluit: dicit enim, An nescititis quoniam membra vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est.

H Est igitur diuinū templum multiplex & diuersum nec corū aliquod pręiudicat cęteris. Est enim ipse dominus primū sibiipsi templū, est quidem in seipso nec circūscribitur aliquo, immensus enim immenso tantū adęquatur. Est secundo loco templū dei ipse dominus Iesus. Nanqꝫ in eo diuinitas & humanitas in eadem hypostasi iunctę sunt, in ipsiusqꝫ gloriosissima anima habitat spiritus sanctus per plenitudinē gratię. Sūt & templum dei angelicę mētes animiqꝫ iustorū: sunt etiam & corpora eorū. Est templum dei ipsum cęlū, Cęlum cęli domino, terram autem dedit filiis hominum. Et rursus, Cęlum sedes mea. Item, Cęlū thronus dei est. & Qui habitat in cęlis irridebit eos. Est & templū domini hæc machina orbis vniuersi. Nā vndiqꝫ oppletur maiestate essentiæ illius, est & tēplum domini manufactum, vtpote constitutum ad eum precandū & colēdum, in quo & peculiari quodāmodo gloria illius inhabitare dignoscitur, beneficentiaqꝫ & liberalitas non solum in pręstādis quę petūtur, verumetiam in muneribus variis spōte & vltro sua bonitate elargiēdis, de quo nunc agimus, quod excolēdum muneribusqꝫ ornandū esse cōtendo, cum sit vera domus dei, ad ipsiusqꝫ honorē & gloriam dedicata, quamobrem & sancti patres circa illam studium & curam, rum facto tum verbis adhibendum esse declararunt. inquit enim Augustinus, adhortans populum ad pręstanda auxilia suis prępositis spiritalibus, Non vides arcā inanem præpositi, si cibo non indiget, forte veste indiget: si non veste, forte tecto: forte ecclesiā fab ricat, forte aliquid vtile in domo dei molitur. Audisti domum dei ecclesiā nominasse. Beatus quoqꝫ Amb. idem sentiens denegauit Augusto se traditurum basilicam Auxentio hęretico, prout ille mandauerat asserens neminem pręter dominum in illa potestatē habere, cum illius esset iuris. Sed obsecro quale argumentū hoc, tēplū domini spiritale excolendū locupletādūqꝫ est,

Igitur materiale templum non est exornandum sed negligendum. Nanq; licet
primo animi sit habenda cura, nunquid corporis seruandi studium contemnen-
dum? quod & sanctificatur per spiritum in animo inhabitantem redundante per
cõiunctionẽ animi virtute quadam spiritus ipsum purgante & sanctificante.

Quod si adhuc contenderis inquiens, apparere ex quibusdam dictis sancto I
rum patrum non magnum studium adhibendum esse in huiuscemodi templo-
rum cultu, sed circa illud spiritale insudandum: quinimmo quando & ipsos vi-
deri preferre opera misericordiæ tali studio. Facile est tibi respondere, primum
solere patres dicere quædam disputantes, quæ pro assertis sententiis non sunt
accipienda, cum & probabilibus argumentis nonnunq̃ vtantur ipsorum propo
sito accommodatis ad conuincendum aduersarium. Non sic autem accipienda
eorum dicta cum edocent vel dogmatizant. Præterea dicendum illos qui hoc
agunt studiosiores esse erga id quod præcipuum est, ad illudq; in primis horta
ri excolendum, neminẽ autem sentire hoc externum non esse exornandum, sed
contrarium q̃uis circa id quod difficilius est, & potius soliciti sint cum accidat
multos procliuiores esse ad erogandũ aliquid opum suarum, q̃ ad excolendum
animũ virtutibus affectusq; superandos & pietatem internã adaugendã. Certũ
est nullũ inueniri qui opera misericordię erga proximũ pręferat cultui latrię q
debentur domino, quomodocunq; verũ est eleemosynã commẽdare, eo q multi
mortaliũ nimis suapte natura sint alactes ad illã pauperibus erogandã ob aua-
ritię cõmune vitiũ. Quamobrẽ diuus Chrysostomus fere in omnibus suis cõcio-
nibus ad populũ deflectit orationẽ ad eleemosynã cõmendandã. Pręterea dicen
dũq; si qui patres minus studiosi videtur circa cultũ externũ, illos admonete vo
luisse eos, q nimis illi fidẽtes, donisq; suis turpissim e viuũt, sibi persuadẽtes solis
muneribus posse placare altissimum, cuius præcepta contemnentes peruersissi-
me cætera omnia agunt. Plures autem esse huiuscemodi cõstat, qui summo deo
satisfecisse putant, expiasseq; omnia sua scelera modo sacellum construant, aut
templum aliquo munere adornent, preculas aut laudes quasdam diuinas decan
tari audiant, aut ipsi recitent, sacrificiumve pto se offetri faciant, qui tamen
plurimum falluntur, sibiipsis adulantes. Non enim munera eorum acceptat o-
mnipotens, quorum vita inquinata & voluntas vitiata, sed aspernatur & odit,
quemadmodum ore vatis Esaiæ declarat his verbis, Quo mihi multitudinem
victimarum vestrarum? dicit dominus. plenus sum holocausto arietum & adipe
pinguium, sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, Cum veneri-
tis ante conspectum meum, quis quęsiuit hæc de manibus vestris? Non offera-
tis vltra sacrificium frustra incensum, abominatio est mihi, iniqui sunt cœtus ve
stri, solennitates vestras odiuit anima mea. Et cum extenderitis manus vestras
auertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem non exaudi-
am: manus enĩ vestrę sanguine plenę sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malũ
cogitationũ vestrarũ ab oculis meis, quiescite agere puerse, discite benefacere &c.
At quomodo hęc prophetam reiicit dominus, qui illa eadẽ per legẽ exegit, mã-
dauitq; sibi pręstari? Non equidem sibi aduersantia instituit, quocirca manifestũ
est ipsum per pphetã nõ hęc refutare, sed illos q hęc pręstãt indigne, cũ in primis
velit sua obseruari pręcepta, citra quę edocet hęc sibi nõ esse grata nec vulia his

qui ipsis confidunt: quapropter vanus omnis cultus externus qui a vera pietate interna non proficiscitur: præsertim autem qui operibus supererogatoriis constat. Non sic autem qui debitus & ex præcepto perficitur. Nanque is licet ad propitiandum sibi deum nihil conferat, ad assequendamq; æternam felicitatem non sit vtilis, attamen commodus quoquomodo esse videtur, cum saltem illo præceptis satisfaciat. Hanc igitur a rogantem fiduciam respuit dominus, per Esaiam, quemadmodum & in alio r loco per psalmographum. Peccatori dixit deus, quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas &c. Horum enim sacrificia renuit omnipotens. quamobrem & in euangelio dicitur, Non omnis qui dicit domine domine intrabit in regnum cælorum. Longe enim præfert dominus vitæ innocentiam, & pietatis internæ synceritatem omnibus externis muneribus: quamobrem & oblaturo munus ad altare edicit, illud dimittat priusq; reconcilietur fratri suo cum quo negocium habet, ac deinde munus offerat. Scriptura quoq; alio loco idem exigit dicens, Misericordiam volo & non sacrificium. Quod intelligendũ vbi opus misericordię ex præcepto exigitur, sacrificium autem non est debitum. Nãq; (inquit Augustinus in quęstionibus vtriusq; testamenti) duo genera sunt sacrificiorum, quædam ex pręcepto & quædam voluntaria &c.

K Insuper si alicubi quispiam opus misericordiæ præferre videatur, studio decoris diuini cultus externi, intelligẽdum id sentire cum maior ingruerat necessitas pauperum, vtpote fame periclitantium, q̃ illius exornandi templi. Hanc autẽ esse patrum sententiam ex verbis eorum cognoscetur. Theophilactus nanq; locum illum Matthęi enarrans quo Marię factum recitatur, ita, inquit, Discipuli quoniam multa de eleemosyna habendaq; illius magna ratione audierant, reprehenderunt mulierem, magis quęrentes misericordiam q̃ honorem in illum, quamobrem & ipse increpauit ipsos discipulos &c. Et paulo post, decet enim vt honorem quem deo debemus pręferamus simpliciter omnibus etiam misericordię operibus. Noli enim quia propter misericordiam Christus suscipiat misericordiam quasi sibi facta esset, existimare q; oporteat contemnere deum, & eleemosynæ tantum curam habere, quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegis esset eleemosyna danda. verum non sic res se habet, quia nõ est ipsum misereri pauperis colere ac honerare ipsummet Christum. Audis, Pauperes enim, inquit, semper habebitis vobiscum, me autẽ non semper. Accepisti verba istius patris? quomodo aliud sit impendere curam honori Christi & aliud misereri pauperis, tametsi Christus suscipiat, perinde acsi in semetipsum cõferatur. Et rursus idem Bulgarius eandem sententiam expressius pronunciat. Eundem locum Marci interpretãs. Inquit enim, Confunduntur hoc loco qui pauperes Christo præferunt. Audiui ego aurifabros dicentes, Quid si ego dissectum vas sacrum dem pauperibus, vel ego ex ipso viuam? num condemnor? Audiant igitur quomodo Christus præferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus proprie quod in disco aureo, & sanguis qui in poculo, qui abstulerit discum preciosum, & cogit vt corpus ipsum Christi in viliori ponatur prætexens pauperes, sciat cuius partis

fit. Eandem sententiam refert & Ioannes Chrysostomus Homilia octogesima prima, sed diffusius. Non recito verba ob prolixitatem, cum satis sit citasse locum. verum illa non tacebo quæ scrupum aliquem afferre possent. Quisquis domioum ioterrogasset antequàm hoc fecisset mulier, hoc fieri non mādasset. Attamen dixit, bonum opus operata est in me, erudiens non esse in principio à quocunq; gerente aliquod bonum exigendum quod optimum est, & omnē diligentiam, sed suscipiendum agendum & fouendum. Quibus verbis videretur forte cuipiam sentire opus illud non fuisse optimū, nec operi misericordiæ preferendom præsertim cum fobiongat, ita & tu si videris quosdam vasa sacra præparasse aut ornatum alium circa parietes ecclesiarum, & pauimenta confecisse noli reprehendere, aut venundari iubere, quod factum est. Sin vero anteq̄ fecerit te cōsuluerit pauperibus offerre iubeto, hęc Chrysostomus. Quę verba si diligenter perpenderis sententiamq; eloquentissimi patris exquisieris, non illam esse dignosces quæ prima fronte apparet. Nequaq̄ enim vir sanctus & doctissimus sensisset misericordiæ opera potiora esse his quę ad latriæ cultū pertinent. quod Theophilactus, qui illum in omnibus suis enarrationibus ita est sequotus, vt nihil aliud eas esse perspiciatur, q̄ doctrinæ Chrysostomi cōpēdiū vel ipse Chrysostomus decurtatus, expressit diceos, quę ad booorē dei fiūt simpliciter præferenda omnibus misericordię operibus, quod si secus esset & ex sacrilegiis esset eleemosyna danda, nec ipsum misereri pauperi, esset colere ac honorare Christum. Sed cur Theophilacti sententiā ex Chrysostomo sumptā referimus? cū ipse dominus apertissimis verbis prætulerit mulieris pietatē erga suum corpus exhibitā ipsi eleemosynę? Quod opus nisi ex sui natura probatius esset, nō illud cum ea cōtulisset subnectens illa verba, Pauperes semper habebitis vobiscum &c. Sed vtrunq; declarare voluit, videlicet & mulieris opus fuisse optimum, & operi misericordiæ erga pauperes longe præferendum. Sed si hæc vera est sentētia, quomodo dixit Chrysostomus? Sin vero te cōsuluerit pauperibus offerre, iubeto, id quidē intelligendum cum ratio id poscit, vrgēte videlicet necessitate. Non enim omnia quæ sui natura potiora & nobiliora sunt semper omnive tempore aut loco magis peragēda sunt his quę minus nobilia, sed tātūmodo cū in cæteris nō est discrimē, sed æqua parilitas, tunc eīn semper quod potius est sui natura, magis peragendum, verum cum necessitas exigit, id quod minus nobile est, non autem quod præstantius necessitati pareodum.

Noo sunt autem omnia quæ ad cultum latriæ pertinent summoq; deo pręstaotur officia æqualia. Nam quędam oecessitatem babent ipsius pręscriptro: illaq; prætiriri nequaq̄ possunt, nec posthaberi ratione cuiuscunq; alterius boni peragendi. Alia sunt non necessaria, sed inducta propter id quod est melius & decentius ad magis glorificandum deum: illaque posthabere nonnunq̄ licet, quinimmo & conuenit, vt minora quæ magis vrgent perficiantur. Exempli gratia, Vides panperem fame pereuntē, ita vt nisi ei subuenias animā mox exhalet. Cum interim peragenda sint diuina mysteria ad quorū vsum mens tibi erat offerre vas aureum, vel cæreolū, ad illa illustrāda: par est potius subuenias pauperi periclitanti, quàm illud vas offeras altari vel cæreolum. Hocque consulir Chrysostomus esse faciendum eo accidente. Ar si munus illud offerri L

debitum esset nequaq̄ id liceret,cum ex alieno vel sacrilegio non cōueniat elee-
mosynam elargiri:nec prætermittendus sit honos deo debitus ob pauperum
misericordiam.At raro euenit vt id videre liceat videlicet pauperem extrema
laborantem inedia quamuis multi semper sint mendicantes, sed potius præ-
sumptiua quadam existimatione id iudicatur,q̄ vere dignosci possit:quamobrē
vnum tali moderatione perficiendum vt alterum non negligatur,sed vtrunq;
peragi possit,rationisq; lance ita pensentur omnia vt & tēpla exornentur mu-
neribusq; ad rem diuinam peragendum decētibus honestentur, & eleemosyna
nihilominus pauperibus erogetur:cū fraterna charitas annexa semper esse de-
beat diuino amori.In his enim duobus pēdet vniuersa lex & prophetæ : vt di-
xit dominus:hocq; intendit Chrysostomus,nō autē simpliciter & omni tēpore
præferendam esse eleemosynam operibus ad diuinum cultum pertinentibus,
& ad illius honorem & gloriam impendendis, sed vbi nullum sit discrimen in
circunstantiis,illum esse semper præferendum.

M Nec quæ interserit verba quouis modo huic sententię refragantur,videlicet
increpauit eos vt erudiret nō statim ab incunabulis & imbecillioribꝰ sublimio
ra esse petēda.Nō enim exquisitissima ratio statim in principio rerū quęrenda:
ideoq; eos repręhēdisse ne germinantē fidem eius decuterēt,sed irrigarent ma
gis ac ad maiora protraherent.Nō enim hæc verba quicq̄ detrahunt operi illi
si recte accipiātur quēadmodum nec alia,ꝙ dominus non pręcepisset illud sibi
pręstari,quod tamē permisit fieri.his enim verbis magis declaratur ac confir-
matur exposita sentētia, videlicet non esse cōfringendā alacritatē illius qui of-
fert domū vel aliquod perficit opus bonū etiā si illud non esset perfectissimū,
præsertim ab inchoantibus,ne fides illius germinans decutiatur, hæc autē nil
derogant facto mulieris.Sed hac sententia dominum illa discipulorum repræ-
hensione constat de duobus eos erudire voluisse. Primū mulieris factum fuisse
excellens & probatum præferendumq; operi misericordię erga pauperes.Alte
rū esto non fuisset summę probādum & eleemosynę anteferendū , nō tamē re-
præhendi debuisse,cum nō sint deterrendi bonum quid operātes quāuis quod
potius esset pręterirent,præsertim si bene agere incipiāt:vt in muliere illa con
tingebat quę meretrix fuerat,& tunc ad Christum conuersa:hocq; est quod ait
Chrysostomus.Noli repræhendere ne animū illius perturbes,& exorientē fidē
decutias.Quod autem dominus nō iussisset illud sibi fieri nec forte permisisset,
ideo dicit vt declaret dominū non tā oblectatum fuisse illa illinitione q̄ fide &
pietate animi mulieris,id peragētis,sine qua nec probasset opus illud externū,
quod si nec mādasset sibi præstari ad pręcauendū offendiculū præsentiū,qui id
attribuere potuissent mollitiei aut luxuriæ nō agnoscentes latēs mysteriū,omi
sisset.Omnia autem optimus magister faciebat ad ędificationem & eruditionē
discipulorum,quamobrem frugalia & humillima semper est sequutus,nec vnq̄
delicatiora sublimia,aut exquisita exegit, quāuis ei omnia summa deberentur.
His rationibus nec hāc inunctionē preciosi olei exegisset.venerat enim dura &
asperrima perpessurus sub forma serui & non domini.

N Attū qđ nō expetiisset vocalibꝰ verbis,certe exegit impulsu interno & tacitis
monitis corda ad id pagēdū īpulsātibꝰ, Maria em̄ nequaq̄ id egisset nisi eā ad

id impulisset spiritus sanctus, quod & Theophilactus exprimit dicens, illam a deo inspiratam id fecisse. Domini quoque verba idem comprobant attestantia ad indicandum suum funus breui futurum, id factum fuisse, preueniente ipsa vngere corpus illius in sepulturam &c. Plurima autem exacta fuisse, exigique indies à domino hoc more est perspectissimum, afflatu inquam spiritus sui, non autem vocis organo. Multa etiam permittit exquiri rationis examine nobis suo dono inditæ, quæ nulla alia lege constituta fuerunt, sed tantummodo sancita exprimens illis sapientiæ seminibus animis nostris ab ipsa eius creatione ingenitis: è quibus & si quædam deinde verbo tenus aut scripto tradita sunt, id factum est, vel ad recordationem eorum quæ primitus impressa fuere, vel ad faciliorem magisq; communem illorum cognitionem. His enim rationibus leges quædam incisæ de his quæ natura ipsa ex sese dictare valet, modo diligentia adhibeatur in his percipiendis quæ ipsa suggerit, defectusque aut vitium in ea non fuerit. His nempe modis exegit omnipotens, ante legem scriptam à mortalibus, & se adorari & sibi sacrificari: ad idq; peragendum aras constitui, quæ obsequia, qui cultus ei pręstita fuerunt, vt à primæuis illis patribus qui ante diluuium fuerunt, & post ipsum incipiendo ab Abel, Cayn, vsq; ad Mosem legis scriptorem. Hac nempe ratione declarauit Iacob patriarchæ in somniis illi ostensis angelis per gradus è cælo descendentibus locum illum sanctum esse, exegit & lapidem oleo consecratum sibi in titulum erigi. Eadem ratione exegit & templum splendidissimum sibi in Hierusalem construi. Edocuit & naturali ratione cæteras gentes numen colere templaque ipsis quos colebant, vti numina, construere, cumulatisque honoribus illa prosequi, licet in ipso numine dignoscendo, & cuinam tales honores tribuendi essent, valde aberrarent, vtpote in idolatriam lapsi permittente domino ob eorum scelera vt in eam cæcitatem deuenirent dicente Apostolo. Quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, mutantes gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentinum. Attamen in genere nõ delinquebant quantum ad institutum, videlicet numen diuinum omnibus modis quos humana mortalitas attingere valet esse venerandum & excolendum. Cum igitur summos honores ac omnem celebrem cultum ratio naturalis dictet summo deo esse tribuẽdum diuinusq; spiritus interne hoc idem suggerat, sanctique patres antiquissimi hoc præstiterint, non tamen vt instituta vel pręcepta scriptæ legis vt eorum gesta in scripturis narrata testantur, quorum exẽplis & posteritas est, edocta similia quędã peragere. Manifestum est q̃ iniuste, q̃ indigne, q̃ arroganter carpseris ornatum templorũ, cultũq; solẽnẽ qui pro immẽsa maiestate domini illi in sacris peragendis tribuitur, ita vt audeas dicere capitalis criminis reos esse qui in excolendis tẽplis propẽsiores sunt. Nãq; legisti primos illos patres (vt dictum est) altaria domino dedicasse, & quędã loca diuino cultui mãcipata sacrosãcta esse voluisse, in quibus & solẽni ritu secũdũ eius tẽporis morem deo altissimo sacrificarunt. Præterea & eadem per legem traditam fuisse confirmata & adaucta, vtpote multis ceremoniis institutis ad signãda meliora quæ futura erant. Cõstat quoq; dominũ Iesum multis modis

comprobasse templū,ipsum colentem,& summe reuerendū esse edocentem,cæsis & profligatis qui illud prophanabāt:nec quicq decori illius magnificentiæ vel tantum verbulo detraxisse.Cum enim Iudæorum crimina non taceret, sed aperte vnumquodq; reprehenderet circa cultum tamen templi nihil vnq eos legitur taxasse:ex quo sane liquet illum comprobasse.

O Attamen tu perstringens ecclesiarū decorē ais,in illis ornandis nullū seruari modū & tē exaggeras dicis.quorsum attinēt tot baptisteria, tot cādelabra, tot imagines,tot cātus,tot organa,& cętera quę cōmemoras:cēsens potius esse talia impēdia in pauperū eleemosynas insumere &c.Nec respicis Erasme hęc proferens q licet cęteris in rebus modus sit adhibēdus,in hac tamē sola amādi & glorificādi omnipotentē deum nullus sit seruandus.Id enim fieri cōuenit præter omnē modū,citra omnē mensurā,vltra omnē facultatē.Præterea obsecro vbinam vidisti hunc excessum,hancq; præter omnem modū redundantiam in tēplorū cultu vt de illis blaterare valeas? Nusq certe,sed vbiq; potius defectū.Cum autem ais quorsum tot baptisteria &c. Ego pariter te interrogabo. Quorsum pertinebāt,tot ornamēta,tot decora sanctuarii à Mose iussu domini cōstituti?quorsum tot vasa aurea argētea,tot gēmæ, tāq; preciosa supellex? Quorsum rā preciosum vnguētū & thymiama? Quorsum pertinebat Regem Dauid,qui id primū facere instituit? Deinde sapientissimum Salomonē qui illud perfecit,cōstruere splendidissimū tēplum:quod tanq miraculum ab vniuerso orbe terrarū suspiceretur? Quorsum tantū auri insumptū,vt parietes,trabes, laquearia:deniq; omnia auro cōtecta essent? Quorsum tot preciosi lapides vtensiliaq; vasa tā illustria tāq; illorū magna multitudo?tot cātores,tot instrumēta varii generis musicorū?tantus sacerdotū numerus, tot Pōtifices? Deniq; summus sacerdos tā cultus,tā ornatus,tantæ dignitatis & auctoritatis? Cū horū reddideris nobis rationē satisfaciemus tibi quorsum illa fiāt in templis nostris quę tu dānas,& forte rationibus nō valde diuersis ab his,quas tu afferes.

P Ad quid aliud adducere poteris q ad magis etiā atq etiā glorificādū omnipotētē deū,illiusq; cultū amplificādū illa inducta fuisse? ad signādaq; mysteria euāgelica lōge meliora,q illa essent,quãobrē & ea abolita esse cū hæc perfecta fuerunt,vmbramq; fugatam patefacta luce . Si inquam hoc dixeris , nec enim quicq aliud omnibus excussis cauillis dicere potes. A te peto nunquid omnia illa adhæc tantummodo portendenda cōstituta fuerint? Quod si affirmaueris sequitur prorsus omnia illa sublata esse,& horum nihil vel tātum simile peragere licere in lege euāgelica:quod aduersatur sentētiæ Pauli Apostoli testātis sacerdotiū non sublatū esse sed translatū.Translato enim,inquit,sacerdotio necesse est vt legis trāslatio fiat.Si igitur translatum sacerdotium & non abolitū sequitur & trāslatū templū ac altare & sacrificium,cū sacerdos ipsi tēplo & aræ præfectus sit in illoq; ministret. Nec hoc tantūmodo accipiēdū de sacerdote ęterno,domino videlicet IESV vncto manu dei viui,& tabernaculo perēni quod fixit deus & nō homo,qui sacerdos secūdū ordinē Melchisedech se obtulit semel hostiā viuā deo patri ad destitutionē peccati, tergēdasq; maculas humani generis,sui sanguinis profusione emūdans conscientiā nostram ab operibus mortuis,ad seruiendum deo viuenti,De quo præcipue agit Idem Aposto-

lus ad insinuandum ipsum Pontificem nostrum ipsis Iudæis. Sed etiam de sacerdotio ac tabernaculo materiali & sensibili ecclesiæ militantis & terrenæ, quod quidem constitutum fuit ab ipso domino IESV, anteaq; ad cælum migraret discipulos consecrante, & Petrum illorum Principem instituente, vt eius vices gerens in terris cum cæteris sacerdotibus ea ministraret quæ peragenda instituerat, ipso in cælis confirmante & perficiente quæ ab ipsis in terra inchoarentur, gregemq; suum qui tanti sibi constiterat, pascerent, custodirent: & denique ad illud tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis in quo ipse solus dominus minister sanctorum est deducerent. Si enim tantummodo intelligendum esset translatum esse sacerdotium in ipsum dominum Iesum in cælis ad dexteram patris considentem, nullumq; in terris relictum esse sacerdotium, sequeretur militatem ecclesiam nullum habere Pontificem, nullum habere sacerdotem: quod tam impium & absurdum est, vt nemo catholicus nec aliquis mentis compos de hoc vnq; vel tātillum dubitauerit. Quot enim Paulus Apostolus instituit sacerdotes & episcopos per diuersas ecclesias? Quot à Ioanne euangelista in ecclesiis Asiæ constituti? Quot ab Apostolis aliis & senioribus in Hierusalē degētibus, variis in terris. vt Iacobus frater domini Hierosolymis, Marcus Alexandriæ, Dionysius Areopagita Athenis, Polycarpus Smirnæ, Ignatius post Petrum Antiochiæ, Hirenius Lugduni ac alii aliis in locis, quotum seriem & ordinem refert in sua historia Cęsariensis Eusebius? Quot à Tito & Timotheo eius discipulis instituti sunt?

Quid illud mandatum, Nemini cito manum imposueris? Nam quemadmodum ecclesia militās non est triumphās: Ita ministri & sacerdotes illius à Pōtifice supercęlestis & triūphantis separati sunt, & templū à tēplo, sacrificiūq; à sacrificio. Nā templū illud æternū inuisibile est & spiritale, sacerdosq; immortalis gloriosus, sanctus, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior celis factus, seq; offerēs perpetuo summo patri: terrenū aūt templū mortale imbecille visibile & materiale quēadmodū & sacerdos illius sacrificiaq; eius tēporanea, nō ex se continēs, nec vitā habētia, sed tantūmodo perstātia quantū viuificātur aut alūtur, influxu roris supercælestis ab illo spiritali tēplo & summo sacerdote illo ęterno defluētis à quo prorsus pendēt. Quemadmodū igitur vera sacerdotiū habemus terrenū quod successit sacerdotio legis Mosaicæ, ita etiā habemus tēpla quæ successere tēplo Iudeorū, ita & altare & sacrificiū, quo quotidie immolāt sacerdotes deo altissimo, loco atq; & victimarū quę immolabantur in lege Mosaica. Et præter hæc multa alia ornamēta & ritus non protsus dissimiles his qui in ea seruabātur. Inquit eīn Augustinus ad Deogratias, Mutatio sacrificiorū & sacramentorū impudēter nūc videretur præcepta, nisi fuisset antea prędicta. Nā vniuerso tractu seculorū aliud oblatū est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nūc sunt offertur: nō humana præsumptione, sed voluūtate diuina tēporibus cōgrua &c. Nostra autē conuenit tanto meliora & præstantiora esse, quāto euāgelica lex potior est & pfectior mosaica. Si aūt q̄ agebātur in figura mysteriorū nouę legis tāto cult' splēdore, tāq; preciosis rebus peragebātur, q̄to magis cōuenit esse splēdida & ornata q̄ nō tātū ad significationē aliquā peragūtur, sed ad veritatē rerū perficiēdā? Si eīn vmbrę tātus

honos congruebat & tribuebatur: quanto magis conuenit tribuere luci? Si exemplaris tanta erat gloria, quanto maior debetur rei verę per ipsam imaginem signatæ? & ideo magis q in nostris ritibus vtraq; ratio coniungitur: nam & rei veritatem signatę per quasdam ceremonias legis attestantur, & exemplaria sunt cælestium & diuinorum. Vt enim inquit Augustinus ad Bonifaciũ, Si sacramenta similitudinem quandam non baberent eorum quę signant, sacramẽta nõ essent. Et rursus ad Deo gratias, significatiua sunt & similitudines quarũdam rerũ, qbus admoneri nos oportet ad ipsa recolẽda &c. Antiquę siquidẽ legis sacramenta signare tñ valebant non autem efficere quod signabant, euãgelicæ autem non tñ indicant, quę aut pręterita aut futura sunt, verumetiam efficiunt quod in pręsenti referunt. Quid enim circuncisio pręter signum erat, quidve efficiebat? Quid panes propositionis? quid baptismata? quid arca fœderis complexa duobus seraph? Quid victimarum oblatio? quid tot legitima & iustificationes legis? Nam nihil horum iustificare valebat, sed vel tantummodo signare aut præparare ad iustificationem futuram merito & gratia domini nostri Iesu.

R Nostra autem sacramenta non solum signant quorum sacramenta sunt, sed etiam efficiunt: vt puta baptisma non solum signat sordium detersionem, sed & illã efficit. Sacratissima etiam eucharistia repręsentat quod dominus fecit, & simul demonstrat ibi verum esse corpus domini, quod cum immolatur aut participatur & gratiam confert, & indicat nos in ęterna gloria, deo esse cõiungendos, quemadmodum ossa & caro nostra per illius assumptionem ipsi dominico corpori coniunguntur. Similiter & alia sanctissima symbola efficiunt quod præcipue signant. Pręterea & nonnulla nunc referunt, quæ adhuc perfecta non sunt sed futura. Non enim omnia adhuc completa sunt quæ typis quibusdã fuerunt repręsentata & prophetis reuelata futura. Absoluta autem erunt cum peracto tempore constituto a diuina sapientia, fiet cęlum nouum & terra noua, æternique illius templi effecti fuerimus participes vel gehennæ ignis, damnatorumque spirituum consortes. Tunc nanq; cessabunt cultus externi, templa manufacta & eorum ornamenta cum omnibus ceremoniis, quæ pro boc tempore oportet esse & peragi decentissime. Quamobrem si quispiam diceret, Si imitandus est in ornandis templis in ritibusque sacris peragendis ornatus templi Mosaici, & splendor supellectilis illius: inducendum est igitur similiter templis Christianorum propiciatorium, arca federis, & cætera huiuscemodi quæ in templo erant: immolandæque victimæ, & libamina offerenda, & denique omnes expiationes & iustificationes legis peragendæ. Ridendus videretur vtpote adinuicem confundens quæ inter se plurimum differunt. Nam similiter aduersus ipsum argumentari possumus: si non licet agere aliquid ex his quæ agebantur à Iudæis in cultu diuino, non licebit igitur adorare deum, quia illi ipsum adorabant. Non licebit vllo tẽplo vti splendido vel deformi, quia ipsi templum babuerũt, non orare in ipsis tẽplis non aram construere quia ipsi altare cõstruxerunt. Non deniq; sacrificare, quia ipsi sacrificabant. Sed sub dio sine ara, sine sacrificio, sine sacerdote deũ colere, quemadmodum fertur facęre quoddam genus Aethiopum trogloditarum

qui in areis quibusdam sub diuo congregrantur ad adorandum illa quæ putant esse minima. Sed quid hæc dico, non liceret simpliciter orare quia Iudæi orabant, nec conuenire ad contiones sacras, nec legere sacros libros, nec comedere, nec bibere, nec domos habere, nec dormire: quia Iudæis hæc omnia in vsu erant. Nullus autem est tam vecors, rerumq; imperitus qui hoc diceret, cum igitur illa tam absurda ex tali assumpto sequantur, manifestum est, argumentum illud futile esse & nullius momenti: quamobrem non est magni negocii nobis respondere tuo simili, dicentibus nos non facere illa ex instituto Iudæorum, & quia ab illis obseruata fuerint, sed quia recta tanq consentanea rationi vt fere in vsum communem omnium gentium & populorum recepta sint, exẽplisq; sanctorum plurimis commendata & diuinis oraculis institnta sanctique spiritus afflatu probata. Quę enim gens, quæ natio vel vnquam fuit tam inculta, tam fæua, tam barbara, modo religionis prorsus non fuerit expers, quæ solenni cultu & ritu more suo nnmen quod suscipiat non adoret & colat? Præterea quænam (modo non sit prorsus rustica, & soliuaga sed in vicis & vrbibus habitans) quę tẽpla non ædificet, exornet, reuerentiaq; cultu obseruet? Nulla profecto est.

Si autem diceres, cum igitur quædam imitantur Iudæorum instituta in sacris peragendis quia recta & commendata a sanctis patribus, cur non omnia complectimur? cur victimis præsertim non sacrificamus? cum illud fuerit antiquissimi moris sanctorum patrum longe ante legem Mosaicam, quinimmo ab ipso orbe condito. Quid quæris? quia non omnia instituta Mosaica vel etiam priora eiusdem sunt rationis sed diuersarum: nam plurima sunt quæ tantummodo referebant Messiam esse venturum & mysteria, quæ per ipsum erant peragenda, & præcipue illud admirabile crucis & mortis eius per quod omnia innouanda erant in meliora translata, & hæc præcipue significabantur per ea quæ sanguine & victimarum oblatione peragebantur, quapropter & illa prorsus aboleri & oblitterari oportuit, postq̃ ipse semetipsum obtulit in ara crucis sanctum & immaculatum deo noui testamẽti mediator effectus, in morte enim ipsius nou um testamentum confirmatum fuit, quemadmodum & vetus ad id indicandum per sanguinem fuerat dedicatũ: quia sacrificium hoc, vniuersæ prioris legis & omnium iustificationum eius erat consummatio. Illa igitur quæ id indicabant tantummodo vel cætera mysteria ab ipso perfecta omnia sunt non solum abrogata, sed prorsus oblitterata, ita vt peragi non possint sine scelere. Quæ autem non huiusce modi sunt etiam aliud prętendere valent, & ad omnipotentem deum magis glorificandum pertinent, vtpote ad eius celsitudinem & maiestatem insinuandam, cælestisque aulæ triumphos & splendorem: vel ad commoditatem mortalium illa retenta sunt, licet non vt Mosaica sed recta, & euangelicæ legi consona & perepportuna, cuiusmodi esse templorum constructiones & ornatus, ritusque solennes cantus, luminarium accusationes, incensi & thymiamatis suffimenta, inunctiones, manuum impositiones, lauacra & alia plurima, quę in sacris mysteriis adhibentur debito ceremoniarum cultu, quæ conuenit longe meliora esse, puriora, nitidiora, magisque splendida, quàm & fuerint obseruata in lege Mosaica.

Ecce iam habes quod recẽpimus quorsum baptisteria, candelabra, cantus, solẽnesq; ritus & cætera ornamenta in Christianorũ templis cõstituta sint. Attamen tu hæc qui faciunt in excolendisq; tẽplis, & qui construendis religiosorũ domibus studiosores sunt, a crimine capitali cõtendis non esse immunes, eo q̃ longe præferenda censeas eleemosynã & cętera misericordiæ opera, omni cultui externo, qui ad glorificandum omnipotentem deũ exhiberi possit: quod absurdissimum erroneũq; esse prolixiori disputatione, ni fallor, demonstrauimus. Non minus sanctorum patrũ testimoniis q̃ rationibus & argumentis id demonstrãtibus, diuinus enim bonor, pręferẽdus est omnibus cõmodis proximi, quãobrẽ & omne opus latrię probatius est ex sui natura quibuscũq; misericordię operibus, quę & pręstari possunt ex probitate quadã morũ naturaliq; misericordia ad depellendam alterius bominis calamitatẽ: quod & multi deũ ignorantes & veræ religionis expertes frequenter faciunt nulla habita diuini bonoris ratione, ac latriæ cultus non nisi a fidelibus celsitudinẽ omnipotentis dei agnoscentibus & suã erga illũ debitã seruitutẽ ex amore & reuerẽtia pręstatur. Q̃d si cõtẽderis id verũ esse de illo cultu quẽ dñs cõstituit sibi exhibẽdum, illũ aũt nõ externis rebus, nec in tẽplorũ ornatu consistere, iam tibi responsum est, dominũ non fuisse contentum interno tantum cultu, sed etiã externũ exegisse.

T Quod si adhuc pertinacius resistas dicens, & si aliquẽ dominus exegerit nõ tamen hunc, qui in tẽplorũ structuris aut ornatu consistit. Vanissime reluctaris. Mãdauit nãq; & tabernaculũ & tẽplum ornatissimũ sibi cõstrui in lege veteri, instituta autẽ illius, quæ per euangelium non fuere obliterata, ab eo probata fuisse constat. Exegisse autem tẽpla sibi ædificari & sacrificia offerri manifestum est, tũ ex his quæ diximus, tum ex perpetuo ritu & obseruatione religionis Christianæ, quę statim nata constituit quędã sacra loca ad precandũ omnipotentẽ deũ venusta & decora, q̃tum tẽpora permittebant publica aut secreta ob tyrannos seuitiãq; persecutionum: quibus cessantibus augustiora & magis splendida cõstruxerũt, quod attestãtur magnificẽtissima Romæ & Cõstãtinopoli a magno Constantino & aliis principibus Christianis tẽpla condita, & ea quę sãctissima Helena eius parẽs Hierosolymis super sacratissimũ sepulcbrũ domini IESV ac in Bethleem ad sanctũ præsepe excolendum pluribusq; aliis terræ sanctæ locis erexit: cum ingentia, tum splendidissima: quorũ tantus fuit decor & magnificentia, vt vel ipsorũ ruinę adhuc extãtes in admirationẽ & stuporẽ cõuertãt earũ inspectores. Idẽ quoq; pro loco & facultate in vniuerso terrarum orbe factitatum a Christi fidelibus, extructa inquam templa & ornaea varia supellectili & preciosis donariis bonestata. quod peractum non fuisset, nisi Apostoli id commendassent & patres sancti illorum temporibus proximi id fieri procurassent. Pręterea & si tibi condonaremus dominũ nunq̃ exegisse tẽpla sibi cõstitui vel locupletari, quid tũ: cũ ratio a natura nobis indita id fieri suaserit sanctusq; spiritus interno impulsu iusserit. Nũquid propter boc euinceres eleemosynã tali operi esse pręferendã? Sequeretur equidem si illã præcepto diuino fuisse institutã comprobasses, nõ autem vllum externum latrię cultum. At si discurras per omnia præcepta decalogi nihil de eleemosyna fuisse cõstitutũ inuenies. Prohibent enim illa pręcepta quę ad proximũ pertinẽt iniu

rias illi fieri:vt nõ furtũ facies.nõ occides.nõ sis mœchus.nõ testis iniquus &c. Non autẽ præcipuũ vt aliquid ei tribuatur de proprio. De cultu autem latriæ tota prima tabula agitur. Ac si diceres dominũ Iesum in Euangelio & apostolos plurimũ cõmendasse eleemosynã. Fateor & merito quidẽ. Sed cõmendare ab eo quod præcipere longe est diuersum, cõmendatur vt opus bonũ, ad quod peragendũ adhortantur homines: sed hęc omnia cõsilii sunt non præcepti: operaq; supererogatoria (vt aiunt) sunt, quæ cum non sint præscripta nec nobis mandata præteriri possunt absq; peccato. Quod si adhuc protetuire volueris, contẽdẽs extrema necessitate vrgente eleemosynam præcepto contineri. Non tibi negauerit: sed toto pectore assentiar. Nam præter id quod naturæ lex hoc dictat: & scripta. dicens, Non occides, Dominus ipse satis edocuit dicens, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Sed pariter dicendũ sub præcepto contineri ea quæ ad cultũ latriæ externũ pertinent. Nam quemadmodũ non cõstat quãdo pauper in extrema penuria sit cõstitutus, sed id cõiecturis & discursu rationis diiudicatur, ita eadẽ ratio diiudicat, spiritusq; suggerit quando opportunũ necessariumve sit templum construere, illudve ornare & rem diuinã solenniter peragere, quod non minus cadit sub præceptũ q̃ ipsa eleemosyna, sed magis cum ad dei gloriam & honorem plus pertineat. Quamobrẽ vtrũq; peragẽdũ, tãtaq; moderatione dispensanda bona, vt vtrũq; præceptũ adimpleri possit. Largiter nãq; & liberaliter eleemosynę pauperibus sunt erogãdę, subueniẽdũq; inopię fratrum minorum: at ob id non prætereũda munera quæ ad honorem & gloriam dei offerri conuenit. Nec tanta circa pauperes adhibẽda diligẽtia, vt quæ ad diuinũ cultum pertinent, negligantur: Verum hoc in primis peragẽdũ nec alterũ omittendũ. Perficiendũ autẽ primo semper id quod magis vrget. Canon enim vniuersalis est exploratissimus scilicet obseruationem præceptorũ præferendam esse cuicũq; operi supererogatorio, quãuis illud sua natura præstãtius esset: quapropter eo contingẽte eleemosynam tribuendam esse vti præceptũ: constructionem autẽ aut donariũ templi, tunc non esse necessarium, præferẽda eleemosyna illi operi, admittenda vltronea licet illa ad diuinũ honorem magis pertineant.

Sed quæstio nostra in hoc non versatur videlicet an potius ornãda sint tẽpla, q̃ saturandus pauper fame animam agens. Sed est in controuersio an sit derogandũ cultui templorum propter eleemosynam, relinquendaq; sint quæ ad diuinũ cultum pertinent pauperũ causa: quod nequaq̃ faciendũ esse demõstratũ est. Sed & cõpertissimũ est si templa muneribus spoliarẽtur, nec in illis construẽdis aliquod fieret impendiũ, sacraq; omnia simpliciter nullo sumptu peragerentur, versis his omnibus in vsum pauperũ nihilominus egestas e populo Christiano non depelleretur: nec mendicorũ frequẽtia cessaret. Perpetuo enim ecclesia pauperes habuit & habebit: Pauperes enim semper habebitis vobiscum, dixit dominus. Nam & humanũ genus ex vtroq; genere constat, videlicet diuitum & pauperũ, & nõnulli sunt non fortunæ acerbitate solũmodo, sed etiam sua ipsorũ segnitie & innato ocio egentiores, e quibus & pleriq; cũ eis plura tribuuntur pigriores ac magis inopes reddũtur. Attamen ob id non sunt ope defraudandi, sed cunctis pauperibus subueniendũ quantum facultas

patitur.Quamobrem cũ ſemper habituri ſumus pauperes,quibus poterimus benefacere, nihil detrahendum ſolennibus ſactis & templorum decoro. Nam poſt religionem chriſtianam conditam non ſunt effecti magis egeni mortales q̃ antea fuiſſent.Imo largiores eleemoſynæ contributæ & longe maior charitas erga proximũ,q̃ anteq̃ lux veritatis illuxiſſet mũdo.Nihil igitur detractũ pauperibus ob templorũ extructionem & illorũ ornamenta.Nãq; nõ negabis regũ Dauid & Salomonis tempore in illo numeroſiſſimo Iudæorum populo plurimos fuiſſe inopes & egenos.Non tamen ob id prætermiſerunt magnificentiſſimi templi cõſtructionẽ, illiusq; preciosam ſupellectilem & dedicaměta innumera conſtituere, in quibus conſtat impenſa innumera auri põdera. Quis enim regum eſt tam opulentus,tam prępotens,tantiq; cenſus,qui ſimile tẽplũ cõſtrueret,tamq; ingentẽ ſumptũ perferret,in quo tãtũ diuitiarum inſumptũ? Nam pręter auri,argenti,gemmarũ,& cuiusq; rei ornamenta in ſola murorũ & tecti conſtructione,centum quinquaginta milia hominũ præter ſexcentos, & tria milia pręfectos ſeptem annis perpetuo laborauerũt.Quantũ & inſumptum in eius dedicationem? Hisq; dignoſcitur q̃ tenuia,q̃ infirma ſint quæ a populo Chriſtiano circa diuinũ cultum impenduntur. Quocirca manifeſtum q̃ prępoſterus fueris eum deterrẽs ab his minimis quæ pręſtat, cũ potius eſſet ad maiora incitandus, pręſertim cum hoc tempore proh dolor tantũ huiuſcemodi ſtudium,tantũ illa pietas refrixerit vt pauciſſimi ſint vel nulli qui noua templa conſtruant,exornent,aut muneribus precioſis locupletent,verũ potius alio ſeculo conſtructa & ornata,nunc corruũt aut vix reparantur, donariaque illorum ſacrilegis manibus diripiuntur.Quiſnam quęſo vt non tantũ de prophanis dicam ſacerdotum aut antiſtitũ hoc tempore huic rei ſtudet vt par eſt? Cum tamen interim ex cenſu eccleſiaſtico ,arces,palatia,villas,hortos,ferarũq; ſepta diligentiſſime ad ſuũ commodum & voluptatem conſtruãt,de eccleſia autem exornanda vel extruenda,aut nulla aut vltima fiat quæſtio. Quis præterea principum,quisve regum nunc templa aut monaſteria extruit, dotat aut exornat eorum opulentię & magnitudini condigne? Quis omnipotenti deo, cuius ſola gratia regnant & fortunis tam abundant, munera offert decentia? Cum tamen omnes ſoliciti ſint, cæteris in rebus cuncta agere pro ipſorũ dignitate & ſplendore. Tantus autem eſt circa diuina neglectus, vt, niſi extarent monumenta maiorum, quæq; prioribus ſeculis ab ipſis multa magnificentia ardentiq; pietate cõſtructa ſunt iam fere nullum eſſet videre tẽplum auguſtũ donũve munificum & illuſtre. ſed vix ſacella & ædiculas quæ pro ingentibus templis, & ornatiſſimis præteritorum temporum nunc a quibuſdam minoris notæ hominibus non prorſus pietate vacuis ædificantur potius q̃ a proceribus aut principibus. At contra (quod ingemiſcendum) multa eſt inſpicere quę deſtruũtur,cremãtur,ſoloq; æquãtur populariter depredatis eorum ornamentis & ſupellectili,cenſuque & poſſeſſionibus occupatis præſertim in Germania nephandiſſimorũ hæreticorum ſcelere & culpa. Vnde iure flebile illud carmen proferri poſſit, O amor,o pietas noſtris male cognita ſeclis.Itidem factitatum eſt Auguſtini tempore a Donatiſtis in Aphrica & poſterioribus ſeculis in Bohemia a Vvicleuiſtis & Huſſitanis : iccirco nequaq̃ hic lapis a te

erat iterum mouendus.

Vel si te tanta pauperum commiseratio angebat vt inuehi cogereris in eos X
qui parciores sunt in elargiendis eleemosynis, taxareq; qui opes insumũt cæteris in rebus minus opportunis, satis latus tibi erat campus ad dicendũ aduersus mortalium luxuriam in cõuiuiis, in cultu corporum, in structuris domuũ, in venationibus, aliisvé voluptatibus, quibus & patrimonia eroduntur hominesq; mollitie & luxu contabescunt, corpora debilitantur, & optimi quiq; mores profligantur. Edocendũq; in his prçscribendos esse sumptus, redundãtiam tollendã, vana omnia & superflua prçcidẽda, frugaliterq; viuendũ, & quicquid opum in illis cõsumitur in eleemosynis distribuendum: vociferãdo, Quorsum tot obsoniorum genera? quadrupedum, auiũ, pisciũve squama, cortice, crusta, testa contectorum? tot fercula, tot liquamina, tot salsamenta, tot placentç, tot bellaria? Quorsum tot compotationes, totq; selecta & preciosa vina perquirũtur? Quorsum tot mollia & sumptuosa indumenta & non vnius generis tñ sed diuersorum? Quorsum tam preciosa & varia supellex vasorum auri, argẽti, preciosiq; lapidis, tot aulea, tot tapeta, tot strata, tot cortinç serico & auro cõtextæ? Quorsum tot pelles tanto precio apud Sarmatas & glaciales Scythas perquisitç? Tot annuli, tot gemmç, tot signa, tot tabulæ? Quorsum tot domos instar palatii cum laquearibus inauratis? Quorsum tot canes qui ad venationẽ tñ aluntur? Quorsum tot equi phalerati? Quorsum tot aues ad aucupiũ? quç omnia superflua sunt, nec ad naturæ necessitatem pertinent: In quibus tamen immodici ac perpetui sumptus fiunt, quæ si in vsum pauperũ conuerterẽtur, plurimis opitulari possent. At quæ in templis aut monasteriis extruendis impenduntur, paucis & vix semel venditis omnibus ornamẽtis templorũ, illa tibi erant taxanda & censura notanda, nõ templorũ cultus. Sed ad ea nõ spectas, cum tibi bellum non sit cũ prophanis rebus, sed tãtũmodo cum sacris ritibus, templis, eorũq; ministris. quapropter probanda calumniaris, improbanda prçteris, de illis enim taces aut vix mussitas. In ecclesiasticis autem ritibus carpẽdis omnem eloquẽtiam profundis, omnes ingenii neruos extendens. Hæc de templis & eorum donariis.

Reliquum est videre & quæ in funeribus & iustis quæ defunctis prçstãtur Y
carpseris, quæ omnia in templis peragi solent. In dialogo siquidem cui titulus Funus, omnia derides cõdemnas & carpis procacissime. Extat & dialogus, cui cupido incesserit illa videndi ipsum perlegat. Nã recitare illa esset morosum non minus q̃ superuacaneum. Vnũ tamen dictum tñ referã: Rogoq; animaduertas tua verba, & q̃ pia sint tu ipse indicçs. Inquis enim, Mox iniecta mentio de sonitu campanarum, de tricenariis & anniuersariis, de diplomate & remissione peccatorũ emenda &c. Q̃z columniose, q̃ maligne hçc profers & subiicis inducens allocutorem ægrotum ita dicentẽ, Tum ille mi pastor etiã si nulla sonet campana, si me vno sacro funebri digneris, plus satis erit &c. omitto reliqua. Quid autem tibi velis cũ dicis de diplomate & remissione peccatorum emenda, explica. Numquid & hanc inuris notam catholicç ecclesiç vt vendat remissionem peccatorũ q̃uis edicat pœnitentibus eleemosynam & orationem quibus peccata indulget? Nonne id est rationabile & probatum in scriptura

dicente, Eleemosynis redime peccata tua. Nõne opus illud Origene teste proprium pœnitentiũ est, vt superius dictũ est? Cum igitur pia mater ecclesia pro pœnis filiorũ redimẽdis liberaliter offerat altissimo thesauros spiritales apud ipsam reconditos calumnianda est, & pro tanto beneficio tam magna ingratitudo repẽdẽda? Quod autem ais de sacrificiis quæ in tricenariis, & anniuersariis, cadauerũve depositione, magna pietate & vi suprema officia offeruntur omnipotenti deo ad expiandas animas defunctorũ, nõ existimo multa esse dicẽda, nec prouehẽda est talis disputatio, cũ nolim existimare te, etsi secus verba tua indicent, ex his esse qui aut purgatoriũ denegãt, aut asserũt nullo pietatis officio mortales opitulari posse animis defunctorũ illos subleuando a pœnis eorum sceleribus cũ viuerent debitis, vt Arriani hęretici senserũt & pleriq; alii, hoc non solum affirmantes, verũetiã nec a beatis sanctorũ animabus auxiliari posse quin destinatas pœnas perpetiantur. quæ sententia si vera fuisset nunq̃ sancti patres tum veteris, tum noui testamenti tantã curam & diligentiã erga funera adhibuissent. Non enim magnus ac sanctus dux Iudas Maccabeus obtulisset pro his qui in bello ceciderant, tot milia dragmarum auri in templo Hierusalem altissimo. Non diuus Augustinus funus sanctæ matris Monicæ apud Hostiam Tyberinam defunctę, tot adhibitis precibus & sacrificiis peregisset. Nec sibi mortuo a suis clericis eadẽ fieri exegisset. Inquit enĩ libro Cõfessionũ .ix. Nec in his precibus quas tibi fudimus, cũ offerretur pro ea sacrificium precĩ nostri iam iuxta sepulcrum posito cadauere fleuimus &c. At comprobatũ habens huiusmodi officio animabus subleuandis commodissima esse illa peragi voluit. Id nãq; pluribus in locis attestatur. Inter quæ in quęstionibus Dulcitii ita ait, Non negandũ defunctorũ animas, pietate suorũ viuentiũ releuari cũ pro illis sacrificiũ mediatoris offertur, vel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Vniuersam nãq; ecclesiã consueuisse pro defunctis supplicare, idq; vacare non posse certissimũ. Non item beatus pater Hieronymus, episcopiq; sanctissimi & sacerdotes, monachiq; innumerabiles in funere diuæ Paulæ tot officia & preces pręstitissent, quæ tamen refert ipse Hieronymus in Epitaphio ipsius narrans & funus illatum in sepulcrũ manibus episcoporũ, aliis etiam episcopis ac sacerdotibus ante funus cũ lampadibus & cęreolis accensis pręcedentibus, totq; magnis precibus interpositis & hymnotũ psalmodiis: quę profecto vana fuissent si animabus a corpore seiunctis nulla cõmoditas afferri posset. Idem quoq; Hieronymus non ita acriter inuectus fuisset aduersus Vigilantiũ asserẽtem vanũ esse & superstitiosum tumulari apud memorias martyrum: cuius sententiã refellens, doctissimus pater probat id esse opportunũ & vtile vt ipsorũ precibus adiuuentur; necnon eorũ qui in basilicis in quibus reliquiæ illorũ cõduntur, precantur omnipotentẽ. Beatus quoq; Augustinus nõ scripsisset librũ de cura agenda pro mortuis, in quo preces, sacrificia, eleemosynas ad animarũ cõmodũ suadet & hortatur esse perficienda. Disputans etiam ac edocens, quomodo hæc illis prodesse possint: inter cætera hæc circa finem voluminis dicit, Non existimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus ipsam peruenire, nisi q̃ pro eis siue altaris, siue orationũ, siue eleemosynarũ sacrificiis solẽniter supplicamus, quãuis nõ pro quibus fiunt, omnibus prosint, sed his tñ quibus

dum viuit comparatur vt prosint &c. id est non in inferno constitutis, sed in purgatorio. Illi enim non in mortali peccato decedentes, comparant sibi viuentes vt illa eis prodesse possent. Et rursus in Enchiridio, Non igitur ista quę defunctis cōmendandis frequētat ecclesia, illi apostolico sunt aduersa: de quo dictum est, Omnes autē astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secūdū ea quæ corpus gessit. quia & iam hoc meritum quisq; cum in corpore viueret sibi comparauit vt ei possint ista prodesse. Nō preterea antiquissimus pater Dionysius in libro Ecclesiasticæ Hierarchię, de huiuscemodi officiis pręstandis aliquid edocuisset: quod tamen diligentissime fecit, declarās quomodo & illa fieri debeant, vtilissimaque sint. Non beatus pater Ambrosius in obitu Satyri fratris, & cæteri patres illa peragi voluissent si vana essent & nullius vtilitatis. Sed quid hos refero cū sanctissimus Euāgelista Ioannes apud Ephesum decessurus aut alio transferēdus ad ecclesiam se transportari voluit ac in illa recondi? Nec in veteri testamento toties scriptura memoraret populum Israel planxisse in morte patrū tot diebus &c. si talis fletus non fuisset cōmodus eorū animabus pro quibus flebant: quamobrē interpretatur ab enarratoribus planctū illum fuisse preces & iusta quæ defunctis pręstabātur. Sed plus æquo immoror in re nimis manifesta. Ex his enim est apertissimū morem hūc, solenniū exequiarū apud Christianos tam antiquū, tam vsitarū, tam cōmunem fuisse vt ab apostolicis viris prodiisse non sit dubitandū. Cum igitur ad expiationem ipsarum multa peragi possint a superstitibus pręsertim in sacrificus & precibus offerendis altissimo eleemosynisq; erogandis q̄ rationabile, quā cōueniēs fuit certos dies constituere ad id perficiēdū, quibus admoniti necessarii & amici pauperū defunctorū hæc pręstare memores essent, & pręsertim ter in anno secundum quod ipsa tempora triplici distinctione reuoluūtur, videlicet hebdomadæ, mensis & anni. Hinc statis diebus iusta persoluuntur defunctis. Hinc septimæ, trecenaria, & anniuersaria instituta, in quibus non est videre qd inueneris arguendum aut ridendum.

Quod autem ais de campanis, nūquid & eorum sonitus tibi obstrepuit vel interlegentē impediuit vt nec illis rātū pepercerisꝰ Tranquilliores profecto fuissent aures tuæ si Ismaelitarum terras incoluisses q̄ Christianorum. Nunquid delicate Desideri campanarū vsus pręter rationē est inductus? Nonne vides earū magnam opportunitatē. Non enim sine aliquo tinnitu aut bombo admoneri potest populus vt cōueniat ad rem sacrā peragendā, audiendāve sanctā concionem, quibus de causis & dominus in testamento veteri iussit tubas ductiles confici ex argento quibus sacerdotes canerent ad cōuocandū populū ad rē diuinā & alia munia pergenda. Dominus quoq; Iesus in Euāgelio prędicens multa futura cū ipse filius hominis venerit iudicaturus mūdū vniuersum. Inter cætera, inquit, se missurum angelos suos cum tubis & voce magna ad cōgregandos electos a quatuor ventis & a summis cęlorum vsq; ad terminos eorū. Z

Cum igitur necessariū sit aliquod tale instrumentū construi, nullū certe cōmodius reperiri potuisset ipsis campanis, ad quas pulsandas nō est opus magna arte vel industria, eorūq; bombus longe lateq; diffunditur. Ita vt etiam valde distantes illo excitari possint, suauisq; est & iocundus, alacritatēq; & læ-

titiam ſpiritalẽ atteſtatur fideliũ. Quãobtẽ crediderim nec fuiſſe inuẽtũ citra omnẽ ſancti ſpiritus afflatũ. Nã antiquiſſimus pater Paulinus epiſcopus Nolanus vir doctiſſimus & ſingulariter pius ad quẽ tot Auguſtin9 & Hieronymus ſcripſerũt epiſtolas, earũ vſum in eccleſiã primus inuexit. Quid et ſi dixerimus earũ ſtrepitu & bõbatu aerẽ caliginoſum diſcuti, tẽpeſtatesq; arceri, & nequiſſimas poteſtates aereas detrudi? Quæ vti gaudent cantionibus ad libidinẽ & voluptatẽ prouocãtibus inſtrumẽtisq; quibuſdã ad id inſtitutis, ita triſtãtur nec ferre poſſunt, ſonitus, cantilenas & ſtrepitus ad glorificandũ omnipotentẽ cõſtitutos. Quod ſi me riſeris inquiens, ſi aures haberent id cõtingere poſſet: at cũ auditu careant quonã modo ſtrepitu cãpanarũ deterreri poſſunt? Pariter ego te ridebo nõ negaturũ Apoſtolũ pręcipere mulieres in eccleſia velatas eſſe debere propter pręſentiã angelorũ, cũ tamẽ nõ magis corporeo viſu pręditi ſint q̃ auditu, ſed vtroq; pariter careant. Pręterea omnipotẽtẽ dominũ ſolitũ fuiſſe ſuſcipere fumũ & nidorẽ holocauſtorũ in odorẽ ſuauitatis, cũ tamẽ nec oculos nec aures nec vllũ ſenſũ corporeũ habeat. Quocirca eſt intelligere mẽtes incorporeos pręſentes illa quę ſenſu nõ capiũt cognitione intueri poſſe quibus & gaudeãt & triſtẽtur. Nã & exploratiſſimũ eſt illos igne torqueri & carcere inferni cõcludi, quãuis incorporei ſint. Inductus igitur mos campanas pulſandi in exequiis & iuſtis defũctorũ perſoluẽdis propter cauſas adductas, ſcilicet vt excitẽtur ac pręmoneãtur neceſſarii, ſunt etenim veluti exclamatorię quędã voces defunctorũ ad illa pręſtãda officia eorũ opẽ implorantium, ac ſi dicerẽt, Miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei: necnõ ad ipſorũ dolorẽ leniendum atteſtãte illo ſonitu leto defũctum nõ periiſſe, ſed tãmodo in dño obdormiſſe reſurrecturũ in die aduẽtus dñi. Nãq; & Paulus Apoſtolus de defunctis agens ſemper illos obdormire dicit, nõ autẽ mortuos. Sed de his hactenus. Nã & lõgius progreſſa eſt diſputatio noſtra q̃ putaremus. nimirũ, cũ nõ tãtũ de templorũ vtilitate, eorũq; ornatu diſſeruerimus, verũetiam cũ hoc de cultu latriæ operibusq; miſericordię, deq; ſacramẽtis & ritibus antiquę legis ac euãgelicę: pręterea & de ſacerdotio & iuſtis quę defunctis perſoluũtur, campanarũ etiam tinnitu. Nãq; hęc omnia eodẽ argumẽto cõplexi ſumus. Aliud autẽ ob materiæ cognationem huic proximũ pat eſt iam pertractemus. Manifeſtum enim templa vt plurimum exornari ſignis imaginibus ac tabellis quę tu taxas: particulatim etiam calumniaris.

DE IMAGINVM SANctorum & ſanctarum veneratione. Lib. VIII.

PLuribus nempe locis venerationem quæ illis tribuitur carpens, multa obloqueris improbans morem id faciẽdi vti ſuperſtitioſum & erroneũ. In Enchiridio quippe multis verbis deteſtaris honorẽ qui ſigno ſanctiſſimæ crucis tribuitur ſimulacriſq; domini Ieſu & ſacratiſſimæ parentis eius ac ſanctorum. In cuius negocii calce in hæc verba prorumpis, Pudet me referre quanta ſuperſtitione pleriq; iſtorum obſeruãt has cęręmonialas

ab homunculis institutas &c. Et in annotationibus noui testamenti super illa Pauli verba ad Hebræos, Et adorauit fastigium virgę illius &c. inquis. Intātū eo tempore abhorrebant ab adorandis vllis rebus creatis, soli deo hoc honoris seruantes. Cum hodie repertū sit ex supernaturali philosophia ligneam statuā eadē adoratione adorari qua adoratur æterna trias, neq; quisq; est cuius aures hic offendat sermo. Cū vndiq; tā multa producantur offensiua piarū auriū &c. Alia loca recitare prætereo tum ad vitandā prolixitatem, tum quia ex responsione ad ista cæteris omnibus abunde satisfactum non dubitamus. Nāq; & de hac materia epistola nostra priore occasione loci digressi, aduersus hæreticos huius tēpestatis quædā disseruimus, quibus solis (ni fallor) cōfutari ac reiici omnia dicta tua possent modo opportuna ex factis ibi fundamentis colligerētur. Attamen nunc tecum agētes ex proposito idem negocium tractaturi, illis præsuppositis (ne eadem plures repetere cogamur) calumniosissimis dictis tuis particularim respondebimus. Quibus disputatio illa magis illustrabitur & quæstioni plenius satisfiet discussis obiectis, & omnibus, si qua ambiguitatem inducere possent, prætermissa diligētius priori disputatione explicari, diffusius declaratis.

Primū autem hoc calumniosissimū dictū tuū examinandū quod tam asseueranter profers ac si illud esse verū ex se pateret, vel tu euidentissime demonstrasses. Cū tamen cōmentitiū prorsus sit a teq; effictum ad detrahendū venerationi sacrarū imaginū, ostendere volente idolatras esse qui id faciūt cū rei vili ac emortuę eum cultum tribuant, qui soli summo ac omnipotenti deo debetur. Horrescit profecto cuiusq; Christiani animus, & aures tantū nefas audire non ferūt, vt quicq; manibus effictū naturave productū latrię cultu adoretur. Nec enim quisq; tam tardus est mentisve hebes in Christiano populo, qui signa & statuas veneratus, asserat (si rite interrogatus fuerit) se statuam aut imaginē tāq; deum adorare: sed omnes profitebūtur ipsum summū deum quem mente pia & fide instituta suspiciūt adorare cultu externo sub imagine quæ ipsum repræsentat. Nā (vt inquit magnus Origenes super Genesim) qui viderit imaginem alicuius videt eū cuius imago est. Et si enim genu flexi homines coram aliqua imagine aut triumphali signo gloriosissimæ crucis precantur, nō tamē lignū illud fue=re lapidemq; ita figuratū adorant, sed summū deum colunt, quē sensibus conspicere non valentes imaginem ex instituto illum referentem venerantur, adorant non in illa sistentes. Quāobrē & censendū neminē interno illo cultu, qui latria dicitur, & soli deo debetur vlli simulacro tribuere vti simulacrū est, sed illi cuius archetypum & similitudinem gerit. Quis enim hoc credat quod auro siue ære, aliove metallo fusum sit, lutove effictū, aut scalpello e marmore lignove eductū, vel ascia, lima, dolabra, malleoq; formatū, aut coloribus lineatum verū deum esse, in artificiq; manu facultatem esse diuinū numen constituere? Vt enim commode, ait Flaccus, Olim truncus eram ficulnus inutile lignū, Cum faber incertus lignū faceret ne priapum Maluit esse deum: Deus inde ego &c, Verum si diceres externo cultu ipsis imaginibus eosdē honores tribui qui summo deo: Iam tibi responsum est illis nō tribui eos honores sed numini ad quod referuntur. Externus nāq; cultus ad internū refertur quo

ipſa diuinitas colitur: externus autem pręſtari non poteſt niſi loco tempore & re quapiã ſenſibili pręſente: quę ſi inſtituto ſimilitudine quadã decenter repręſentauerit ipſum numen quod per fidem mente cõplectimur, oportet illud colentes ſub eius imagine externo cultu ipſi ſimulacro eoſdem honores tribuere. Cui tamen quantũ ex ſui natura nullus honor, reuerẽtia, aut veneratio tribueretur. Cum tamen vniuerſa illa ipſi numini citra omnẽ imaginem nihilominus impenderentur quæ & coram ipſa imagine pręſtantur. Sunt etenim quędam ſigna ritusꝗ; externi ſubiectionem & obedientiã indicantia, quibus pręſtantur cõmunia in reddendis honoribus ſummo deo diuis ac etiam mortalibus in poteſtate conſtitutis vel eorum dignitati ſiue beneficentiæ conuenientibus: quæ & ſi illis omnibus exhibeantur, non tamen ex æquo animo illa pręſtantiũ eos venerãtur ſed multo maiori, videlicet cum in faciem proſtrati deum adorant, q̃ cum aliquem diuorũ eiſdem ſignis venerantur, & multo minus cũ mortalem regem, parentemve aut ſtudioſum quempiam magnis honoribus dignũ colũt, nec tamen aliter fieri poteſt cum non ad certam regulam cuilibet condecẽtem hæc exteriora ſigna inſtitui potuerint. Nullus tamen externus cultus aut reuerentia pręſtari poteſt par interno illi latriæ cultui qui ſoli altiſſimo debetur pleniſſimo iure, non ſolum propter immenſam illius dignitatem & maieſtatẽ, verũetiam ob incomparabilem & ſummã (quę nec exprimi poteſt) erga nos beneficentiã & bonitatem, tum quia eius munere ex nihilo cõditi ſumus perpetuoꝗ; ſeruamur, tum & quia perditos noſtro ſcelere & ingratitudine indicibili per mortem & innocentiſſimi ſanguinis filii ſui effuſionem ad priſtinam gratiam reſtituerit. Nec profecto tametſi toto corpore noſmetipſos in faciem proſternamus proniꝗ; ſemper ſimus orantes debita adhuc reuerentia, illũ proſequimur & noſtram ſeruitutem ei obnoxiam ſatis profitemur: ſed illam his obſequiis corporeis indicamus quę præſtari poſſunt. Cum parem ac debitam nequaq̃ attingere valeamus.

C Eſt enim latriæ cultus ſummus honor maximaꝗ; reuerentia, quæ tribui debet tantũ illi ſummo ac pręcipuo domino, qui coltus mente tantũ vix quoquo modo attingi poteſt, & potius in ſtuporem cõuerſa, contemplante celſitudinẽ diuinam & propriam humilitatem ac obligationem noſtram erga illam, quã confidente ad eam colendam accedere poſſe. Latriæ autem cultus externus nõ eſt nobis præſcriptus præterq̃ in iis quæ ad myſteria peragenda ab ipſo inſtituta pertinent, ſed illum pręſtamus rem diuinam agentes nunc genua flectentes, interim proſtrati, nonnunq̃ ſtantes, quandoꝗ; etiam ſedentes. Ipſa enim genuflexio non tantũ domino tribuitur, quæ nec ſemper a ſacra agẽtibus tribuenda. Quinimo & eccleſiaſtica lege quandoque cautum fuit ne diebus dominicis, vel inter paſcha & pentecoſten liceret orare genuflexo. Quandoquidẽ id pœnitentiũ potius eſt indiciũ q̃ lętantiũ vel glorificãtiũ deum. Genu flectimus etiã prophanis regibus & cæteris in republica gerentibus magiſtratum. Genu flectimus ſacerdotibus, filiiꝗ; parentibus genu flectũt, & ſerui dominis. nemo tamẽ ob id adorare illos latria dicitur. Licet quędam vera adoratio fit. Nam & ſcriptura ita loquitur. Vt cum Iacob ex Chaldęa rediens, ſepties genu flectens adorauit Eſau: & Abraham filios Her. Loth quoque adorauit ange-

los & pluribus aliis locis scriptura exprimit adoratos esse Reges & homines, vt cum Abigail adorauit Dauid, & ipse Dauid Ionatham & Saulem ac meretrices Salomonem &c. Siquidem venerationis honorisq; signa sunt hęc, non latria adoratio. Quamobrem nec cum genu flectimus imaginibus & signis, illa adorare dici debemus latria, nec eum honorem tribuere illis rebus sensu carẽtibus, sed omnipotenti deo per illa signato. Cum eadem adoratione imaginẽ & imaginatum veneremur: quemadmodũ & eadem latria colitur Christi humanitas cum diuinitate coniũcta, quę si separatim hoc est diuerso actu coleretur nequaq̃ talis honor vel reuerentia ei tribueretur, sed longe minor vt edulię cultus, ita & materialis imago. Licet, vt imago est, veneranda sit propria reuerẽtia & actu tñ, propter id quod refert, non tamen eadẽ adoratione colẽda, quasi simul cum re quã repręsentat adoretur. Nanq; vti imago est in illa sistentes mentis nostrę operationem, nec vltra progressi ad terminum videlicet, ratione cuius & illam veneramur (ipsum autẽ proprie adoramus) is summus honor nequaq̃ ei cõgruere potest, quanto autẽ minus si secundũ naturam suam cõsideretur, quę nil aliud est q̃ talis materia eo pacto figurata. Nõ autẽ ignoramus ipsam formã illi superinductã nil aliud esse q̃ aut exilẽ quãdã qualitatẽ aut respectũ adhuc imbecilliorẽ.

Quamobrem & si sola effigies statuę cuiuspiã cernatur ingeniũq; artificis, D q illã perfecit suspiciamus, vtpote qui eduxerit viuos de marmore vultus. Attamen si ignoremus quid signet nequaq̃ illam venerabimur: sublata enim significatione signi nulla veneratione dignã censemus quęcunq; illa fuerit, etsi eã charam ac preciosam habebimus ob artis præstãtiam, qua formata sit, vel materiei nobilitatem. Nanq; si statuę Theodosii Imperatoris ab Antiochenis euersę principem non retulissent, nequaq̃ ipse tam vehementer concitatus fuisset, vt ciuitatẽ ipsam omni dignitate & ornamentis spoliarit, deq; illa diripiẽda vel euertenda cogitarit, cũ tamẽ causa fuisset cognita, placatus tũ propria facilitate, tũ sanctissimi sacerdotis opera pro ciuitate legationẽ obeuntis omnẽ eidem pœnã condonauit. cuius rei meminit diuus Chrysost. cõcionibus suis totũ negociũ enarrans, & plurima in ipsius principis laudẽ & sacerdotis diligentiã ac prudẽtiã referẽs. Ex his apparet quod cũ cognitũ fuerit statuas repręsentare illud ad quod institutę sunt, vtputa dominũ aut heroũ aliquẽ, tũ reuereri propter ipsum signatũ, quod argumẽto est pios mortales eas in se nõ colere, sed id cuius typũ gerũt. Quãobrẽ & artificis ad id indicãdũ signotũ capita diuos referẽtiũ diademate insigniũt.

Si autem diceres iis rationibus pariter defendi posse morem gentiũ sua ido E la colentium inquiens, illos non simulcra ipsa coluisse, sed numen illud quod simulacris repræsentari intelligebant, nanq; & nonnulli eorum (teste Augustino in enarratione psalmi nonagesimisexti) ita causam suam tuebantur. Non ego illum lapidem colo nec simulacrum quod est sine sensu nec animam habet, sed adoro quod video & seruio ei quem non video, numini scilicet inuisibili quod præsidet illi simulacro, respondendum quæstionem hanc aliam esse & longe diuersam ab illa de qua quærimus, quæ est Christianos venerantes imagines non illas vt imagines sunt cultu latriæ adorare: quemadmodum tu illis obiicis dicens, inuentum esse ex supernaturali philosophia ligneam statuam eadem adoratione adorari, qua adoratur ęterna trias, quod demonstrauimus falsissimum &

calũniosissimũ esse. Hęc autẽ questio est an gentes culpandę fuerint ob id quod idola & simulacra coluerint, cui tamen satisfacere cum nõ sit multũ difficile non grauabor & illi respondere. Ad quod agendum primũ dicam non detestandas fuisse gentes idolatras, eo ꝙ numini quod mẽte concipebant, simulacra cõstituerent illud referentia, cum nulla lege id eis inhiberetur: non quidẽ naturæ. Nam hoc ratio ipsa naturalis non dictat, nec ex principiis ipsius colligi potest nõ licere, nec conuenire rem inuisibilẽ & ipsum numen incorporeum, specie aliqua sensibili repręsentare: sed cõtrarium colligitur. Pariter nec vlla lege scripta illis vetitũ fuit. Constat enim hoc non interdictum fuisse ante legem per Moysen traditam ad quam & tantum populus Israel obstrictus fuit. Etenim prioribus hoc inhibitum fuisse, nusq̃ legitur nec verisimile est, q̃uis veri dei cultum haberẽt. Ex quo conuincitur non idem esse idolatrare, quod simulacra habere & venerari. Quocirca & consentaneũ est, cum omnipotens dominus pluries se ipsis patribus sub sensibili specie indicasset ad conseruãdam memoriam visionis & facti, illos quędam signa sibi constituisse illam referentia: pręsertim cum nec eo tempore adhuc literarum characteribus & scriptura res memorię mandarẽtur. Nihil enim scriptum fuisse legimus ante legem Moysi traditã. Non igitur culpantur gentes propter id quod simulacra fecerint, nec idolatrę dicendę sunt. Si enĩ id esset, oporteret illos qui solem, lunam aut stellas, cęlumve aut æthera aliasve partes vniuersi adorabãt, vel nunc colunt absq; omni simulacro, quibus non egebãt eo ꝙ corporea sunt & ex se sensibus repręsentẽtur idolatras nõ esse nec detestãdos.

F Cum igitur vt his rationibus demonstratũ est gentes, nõ sint dicendę idolatrę eo ꝙ imagines & simulacra fecerint numinibus: aliã oportet assignare rationem illorũ culpę tam acriter & seuere in scripturis condẽnatę. Illã autem exprimit Apostolus primo ad Rom. inquiẽs, Reuelatur enim ira dei super omnẽ impietatem & iniustitiã hominũ, qui veritatẽ dei in iniustitia detinẽt, quia quod notũ est dei, deus illis manifestauit. Inuisibilia enĩ ipsius per ea quę facta sunt intellecta cõspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles, quia cũ cognouissent deũ nõ sicut deũ glorificauerũt, sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorũ, dicẽtesq; se esse sapiẽtes stulti facti sunt, & mutauerũt gloriã incorruptibilis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs & volucrũ, & quadrupedũ & serpẽtũ: cõmutãtes veritatẽ dei in mẽdaciũ, coluerũt & seruierũt creaturę poti⁹ q̃ creatori q̃ est benedict⁹ in secula propter quod tradidit illos deus in reprobũ sensum & in passiones ignominię &c. His nẽpe Apost. apertissime declarat quo in primis idolatria cõstet: simulq; aperit causã, propter quã mortales in tã execrabilẽ errorẽ ꝓlapsi sint, q̃a scilicet mutarunt gloriã incorruptibilis dei, in corruptilẽ creaturã, & veritatẽ eius in mẽdaciũ, seruiẽtes creaturę potius q̃ creatori: illã existimãtes esse deũ & adorãtes tãq̃ ipsum: verũ aũt deũ quẽ naturaliter cognouerãt, colere reliquerũt. cui impietati nulla potest esse par, posthabere inquã creatorẽ & pro illo adorare creaturã. cuius infandi sceleris nec pręteriit Apost. pœnã a dño illis inflictã referre, inquis, Propter hanc iniquitatẽ traditos fuisse in reprobũ sensum, & in passiones ignominię, recẽsens turpia & enormia, in quę probabili ꝑmissi sunt. Causam aũt ipsius tã execrãdi erroris expressit, cũ dixit, Quia cũ cognouissent veritatẽ dei sempiter

naq; eius diuinitaté illá in iniustitia detinuerũt euanescẽtes in cogitationibus
suis. Propter quod obscurarũ fuit insipiẽs cor eorũ & stulti facti sũt, cũ puta-
rũt se eẽ sapiẽtes. Nã q̃ potest eẽ maior amẽtia q̃ creaturã credere esse deũ, &
verũ ceatorẽ cõtẽnere, illãq; ꝓ deo adorare? Quó aũt detinuerũt veritatẽ in
iniustitia? prane inquã viuẽtes & cõtra legẽ naturę, cũ tamẽ haberẽt verã dei
notitiã. Idolatrę igitur sũt (ipsiꝰ Apost. sẽtẽtia) q veritatẽ dei i mẽdaciũ cõuer
tũt, & q potiꝰ seruire volũt ceaturę q̃ creatori. Illi aũt in hũc errorẽ prolapsi
sũt, q deũ naturaliter agnoscẽtes illũ nõ glorificauerũt vt par erat, nec gratias
egerũt illi se subdẽtes, sed aduersꝰ legẽ naturę sibi inditã iique viuẽtes supbia
elati vana a cordibꝰ eorũ excogitata adorare cœperũt. Quãobrẽ illud animad
uertendũ, ꝓpterea quod agnoscẽtes deũ nõ illũ glorificauerũt viuẽtes secũdũ
legẽ ab illo eis inditã, i idolatriã delapsos esse, & ꝓpter idolatrię etimẽ i paſ-
siones ignominię &c. Culpãdę igitur gẽtes & idolatrę dicẽdę qa falsas opi-
niones de deo quẽ naturaliter cognouerãt induerũt, mutãtes veritatẽ dei i mẽ
daciũ, creaturę potiꝰ q̃ creatori seruiẽtes, i iisq; cõsistit idolatria, nõ aũt i simu-
lacrorũ cõstructiõe: q̃ si vero deo ab eiꝰ cultu nõ recedẽtes erexissẽt, nõ eqdem
idolatrassẽt illa colẽdo. At qa illa vel mortalibꝰ extruxerũt, vel dęmoniis, aut
i tãtã demẽtiã deuenere, vt ipsas res corporeas & manufactas putarẽt effectos
veros deos idolatriã cõmisere, nõ satis disquirẽtes quõ lapis aut lignũ & emor
tuę res deꝰ effici potuerit, vel qbusdã supstitionibꝰ vanisq; ritibꝰ pactis vt cum
demoniis (de qbꝰ Trismegistꝰ i Pimãdro) id fieri posse credẽtes lapidẽ aut li-
gnũ effigiatũ tãq̃ numẽ aiatũ & viuũ adorauerũt. Permisitq; oĩpotẽs, vt tãtę
vanitatis pœnas darẽt, ipsos falli ac ludibrio haberi a fallacibꝰ spiritibꝰ q locis
qbusdã assidẽtes ipsis idolis & statuis, vt in Delpho apud Apollinẽ, in arenis
Libyę apud Iouẽ Hãmonẽ, i Antiochia apud Daphnidẽ, i Epidauro apd̃ Aescu
lapiũ, & alii aliis locis respõsa aut ꝑ sõnia aut voce darẽt, falsa tamẽ vt plurimũ
vel ambagibꝰ expssa & mille inuolucris referta rebꝰ ve leuibꝰ & icõstãtibꝰ descri
pta (vt poeta iqt) Cumęa Sibylla Horrẽdas canit ãbages ãttoq; remugit, Ob
scuris vera inuoluẽs. Et lati ducũt aditꝰ cẽtũ ostia cẽtũ, Vnde ruũt totidẽ voces
rñsa Sibyllę. Et illd̃ Aeneę ad ipsã Sibyllã, Hic ego nãq; tuas sortes arcanaq;
fata, Dicta meę gẽti ponã: foliis ne noia mãda, Ne turbata volẽt rapidis ludi
bria vẽtis. Ipsa canas oro &c. Nãq; his modis mortales per respõsa ludificabã
tur, quẽadmodũ euenit Epirotarũ Regi eo respõso qd̃ sic versũ, Aio te Aeacida
Romanos vicere posse. & Cręso, Cręsꝰ trãsgressꝰ hali maxima regna ꝑdet. Nec
mirũ ipos dęmones ãbigua respõdisse, cũ ipi futura & cordis secretiora neq̃q̃
certo agnoscere possẽt. & si q̃ vera ꝑdicerẽt vel ex cõiecturis aut ex causis illa
idicare valẽtib, ꝰaut alio mõ dño qñq; id ꝑmittẽte, illorũ cognitionẽ accepissẽt,
q̃ tñ vera cũ sẽp fallẽdi cupidine detinerẽt, mille inuolucris obtenebrata refere
bãt, frequentissie tñ æditũorũ opa & fallacia ꝑstigiis qbusdã videbãt ab ido-
lis rñsa dari, q̃ tñ cõmẽtitie ab illis tradebãt: sed hę oẽs fallacię qualescũq; es
sẽt, siue dęmoniorũ siue hoim sublatę sũt bñficio aduẽtꝰ dñi Iesu: q pricipẽ hu
ius mũdi deiiciẽs foras, eis fallẽdi mortales hoc sẽsibili gñe ꝑ respõsa videli-
cet facultatẽ ademit. Nã respõsa ab idolis dari iãdiu cessarũt. his enim modis
idolatratur, cum de creatura sentit quod tñ de creatore sentiendum est: ipsiq;

rei creatę & sẽsibili tribuit̃ is honor q̃ soli rerũ oĩm creatori tribuẽd⁹ est. Quo circa & quodcũq; simulacrũ fieret ad verũ deũ referẽdũ, quisq̃s putaret illud simulacrũ ꝓprie reprę̃sentare deũ vti deus est, videlicet propriã ei⁹ substantiã siue dicas essentiã aut naturã, & ob hoc illud coleret, procul dubio idolatraret, Quomodo enĩ quod inuisibile ẽ incorporeũ, infinitũ & immẽsũ, quãobrẽ & incircũscriptibile ꝓprie effigiari posset: & infigurabile figurari: & ineffabile exprimi: Quãobrẽ recte iquit beat⁹ pater Damasc. Insipiẽtię & extremæ impietatis ẽ diuinitatẽ velle figurare. id est scd̃m ꝓpriã rationẽ &c. At si fiat simulacrũ ad deũ solũ significatiue indicãdũ, quẽadmodũ & describũt̃ q̃dam literę ab Hebręis ad eius nomẽ tñ ostẽdẽdũ, nõ aũt exprimẽdũ vel ꝓferẽdũ, videlicet illę, qb⁹ nullũ nomẽ ꝓferri potest, nõ idolatrarent illud colẽtes. Gẽtes merito aũt sũt icrepãdę, sẽtiẽtes veri dei substãtiã ostẽdi posse alicui⁹ creaturę effigie, siue hoĩs, siue serpẽtũ, siue volucrũ, siue q̃drupedũ, aut alia q̃uis forma; vt Aegyptii sibi deos fingebãt horũ spẽ vel etiã cępe allei aut porri quos satyric⁹ poeta derisit his carmiĩb⁹, Quis nescit Volusi Bithynice qualia demẽs Aegypt⁹ portẽta colat: crocodilũ adorat Pars hęc, illa pauet saturã serpẽtib⁹ ibi, Effigies sacri nitet aurea cercopitechi. Oppida tota canẽ venerãt̃, nẽo Dianã, Porrũ & cæpe nefas violare ac frãgere morsu. O sãctas gẽtes &c. Qui nõ solũ i hoc culpabiles erãt, verũetiã q̃ plurimos eẽ deos credebãt diuersas potestates hñtes. & dęmões ac etiã hoĩes tãq̃ deos colebãt. Nãq; & Hadriani Cęsaris amasiũ i Nilo suffocatũ, vti deũ coluerũt, statuasq; & tẽpla ei dedicarũt. Pari mõ & alię gẽtes militiã cęli & dęmones ꝓ deo coluerunt, hoĩesq; mortales & impios, vt Iouẽ, Venerẽ, Mercuriũ, Martẽ, Saturnũ, & alios, de qb⁹ mira fabulamẽta & turpissima cõmẽti sũt & crediderũt. In quib⁹ colẽdis nõ minus obscenos coinqnatosq; ritus adhibebãt q̃ illi fuissent quib⁹ hęc tribuebãt. Aliĩ aũt vt dictũ est solẽ siue lunã aut astra summũ deũ esse putãtes: cõtra veras naturas ratiocinatiões diuinos illis honores tribuerũt. Aliĩ quosdã mortales exuperãtia affect⁹ amoris similiter tãq̃ deos coluere. His modis rationib⁹q; idolatratur impiissime nõ simulacra faciẽdo: quod & attestat̃ diu⁹ Aug. in simili ad Deogratias ita inquiẽs sup illud Pauli dictũ ad Corinth. Nolo vos fieri socios dęmoniorũ &c. Vnde satis intelligi potest nõ tã ipsã immolationẽ (nã vero deo prisci sãcti immolauerũt) sed q̃ diis falsis & impiis dęmoniis immolatur, reprehendi a vera religione in superstitionib⁹ gentiũ. Sicut enĩ veritas hortatur hoĩes fieri socios sanctorũ angelorũ, ita seducit impietas ad societatẽ dęmoniorũ &c. Sãctissim⁹ quoq; pater Hieron. eandẽ sententiã approbãs cõtra Vigilãtiũ inquit, Quę fiebãt ad cultũ idolorũ. ideo detestãda quia idolis ꝑstabantur quib⁹ nõ cõueniebãt: quę cum deo pręstantur vel sanctis cõmendanda sunt, q̃a illis debẽtur & cõueniunt. Culpãtur igitur gẽtiles q̃a vel dęmonia vel mortales aut res sensibiles corporeas ve latria colunt, nõ signis externis tñ, verum & interno animi iudicio, illosq; potestatẽ habere opinantur, qua sol⁹ deus prędit⁹ est: vel figuratum aliquod existimant veri dei propriam naturã repręsentare, & nõ tantũ significanter illum indicare: vel multos deos esse credẽtes se adinuicem quodam modo habẽtes vti genus humanum, pręter hoc quod illi immortales, hi autem mortales essent. Et in summa ratio idolatriæ in hoc

ſtat quod de aliqua creaturã vel pluribus ſentiatur, idem cultus tribuatur quod
de ſolo creatore ſentiendum, illiq; tribuendum eſt: non autem in effingẽdis ſimu
lacris quod & ſi in idolatris reprehenditur eſt propter adductas cauſas. Ex iis
perſpicuum, q̃uis gentes deteſtabiles & impię fuerint in excolẽdis idolis ſuis, nõ
tamen Chriſtianum populum in ſacris imaginibus venerãdis culpandũ eſſe, cũ
illi id agentes creaturam pro deo adorarẽt: hi autẽ pie verum ac omnipotẽtem
deum latria ſolũmodo colant. Si vero diceretur. Certe potius eſſet id prętermit
tere, ne quemadmodum illi ſimulacra ſua adorantes idolatrant, ita nos idem er-
ga noſtra facientes pariter idolatrare videremur. Reſpõſio in promptu eſt, nam
vt ait Auguſt. contra Fauſtum Manicheum, Etſi vſus quarũdam rerum nobis
ſimilis eſſe videtur cum gentibus, longe tamen aliter iiſdem rebus vtitur, qui ad
alium finem vſum illarum refert, q̃ ipſi habentes de deo falſas opiniones &c. Ex
quo ſequitur non reiicienda eſſe quæ praua non ſunt, ſed potius commoda. Licet
ſimilia ſint his, quæ ab impiis inique peraguntur: quod & Apoſt. edocuit, Cum
apud Athenienſes agens eorum delubra ciruiret inter aras dæmoniorum inuen
ta illa quæ dicata erat ignoto deo, non eam improbauit, ſed ſumpſit in argumẽ
tum prędicationis ſuę inquiens, Quem vos ignorantes colitis, hunc ego annun
cio vobis. Non enim prætermiſit quod verum ac commodum erat, ne & ipſe ido
latrare videretur. Qua de re ſcribens Auguſtinus contra Petilianũ ait, Hanc re-
gulam Apoſtolicam nobis traditam ſequentes, ſi quid recti in peruerſis inuene-
rimus, eorum peruerſitate correcta illud quod rectũ eſt, minime violamus &c.
In adoratione autem ſimulacrorum gentium, quod peruerſum erat, ſcilicer illa
colere, vt deos qui dii non erant, ſane reiecimus. Quod vero non iniquũ erat ſed
rectum, venerari inquam imagines inſtitutas ad referẽdum numina quæ crede-
bant (q̃uis in illis fallerentur) retinuimus, nec propter coniunctum eorrorem
& falſitatem, quod probum & verum eſt prętermittẽdum duximus.

Sed vt nihil quod ſcrupum afferre poſſit intactũ relinquamus, anſamq; ar- G
ripiendi tibi nulla occaſio ſuperſit calumniandi ritum Chriſtianorum in vene-
randis imaginibus, quem tam ſuſpirans improbaſti, non ſolum vti vanum & ſu
perſtitioſum, ſed vt ſacrilegum. Reſpondebimus ad id quod obiicere poſſes
dicens, Licet non idolatrarent Chriſtiani venerantes imagines: attamen non li-
cet conuenitve, nec decet nec expedit illas formare vel colere, horumq; primum
ita probares. Quod effingi nequit & incircunſcriptibile eſt, repræſentariq;
non valet ſenſibus (cum prorſus inſenſibile ſit) non effingendum, nec aliquo ſi-
mulacro repręſentandum. Talem eſſe omnipotentem deum manifeſtum, igitur
non formãda eius imago. Præterea quod nulla re ſenſibili magis exprimi repre-
ſentarive poteſt q̃ altera, effingẽdum non eſt, cum effigies non conſtituatur niſi
vt nos deducat in agnitionẽ effigiati. Summus autẽ deus huiuſmodi eſt. Nanq;
in eo pariter omnium rerum creatarum, Ideæ ſunt, quas omnes in ſe virtute ac
eminentia continet & cuncta optima, quæ perfectiones (vt aiunt) ſimpliciter
dicũtur. Igitur nulla effigie formandus: quacũq; enim formaueris, nõ magis il-
la eum repręſentabit q̃ altera, vtputa ſi terræ q̃ aquæ aut ignis, ſi ſolis lunæ
aut ſtellarum, q̃ cæli q̃ hęrbæ q̃ ſtirpis aut arboris, ſi auis q̃ quadrupedis, ſi
piſcis q̃ hominis. Omnium enim harum rerum formas & rationes proprias

æque in se continet. Quamobrem confusa semper erit ac indiscreta eius repręsentatio, quodcunq; ipsorum effictum fuerit ad eum ostendendum. Ad hæc, Nihil effingendum rebus eiusdem naturæ vel prorsus similibus, nec incongruis disconuenientibus vel contrariis. Primum colligitur ex hoc quod effigies non debet idem esse cum effigiato. Nam si eiusdem naturæ esset quo modo vnum potius esset effigies quàm alterum? essent enim eadem. Alterum pari ratione infertur, si enim duo sint prorsus adinuicem similia, neutrum eorum magis referre poterit aliud quàm alterum. Non est autem effigies nisi referat. Tertium autem probatur, cum enim imaginis ratione indicatio contineatur, incongruum autem vel contrarium non indicare valeat id cui aduersatur. Cum significatio omnis & repręsentatio per similitudinem quandam fiat, incongruo vel contrario nihil repręsentari posse manifestum est. Diuinitatem autem si effingenda esset aliquo ex his modis oporterer effingere. Primo autem neutiquam effingi posset. Nam nihil est eiusdẽ naturæ cum ipsa, nec per ipsamet illam effingere possumus, nec alio, quia nihil illi simile. Relinquitur igitur quod tertio tantum modo effingenda esset, videlicet per rem incongruam vel contrariam quod fieri non posse probatum est. Non enim dici potest effingi valere per rem partim similem partim diuersam, cum probatum sit nullam esse talem in rebus creatis, cum ex æquo omnia in eo contineantur. Quamobrem omnia creata pariter diuersa, & illius naturæ incongrua, etsi alia ratione aliquo modo similia. Nulla autem partim similis partim dissimilis, diuinitas igitur nullo pacto effigiari potest.

Alterum videlicet nec decere, similibus argumentis probari potest. Nam
H si decens opportunumq; fuisset (hęc enim ratio vtrunq; struere valet) omnipotens deus illud peragi lege nõ cauisset. Nam decẽtia & opportuna saluti humani generis nunq̃ prohibuit. Hoc autẽ lege Moysi expresse inhibuit in Exodo inquiens, Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem, quę est in cælo desuper, & quę in terra deorsum, neq; horũ quę sunt in aquis sub terra, Nõ adorabis ea neq; coles &c. Quod & in Deuteronomio repetitum est, nullaq; alia re dominus tam fuit vnq̃ iritatus, neq; seuerius vindicauit, q̃ per trangressionem huius pręcepti, de qua & per prophetas tã frequẽter conquestus est & dira cõminatus populo Israel illud trãsgrediẽti. Ad hęc probatur tertiũ alio argumẽto quod tamen pariter cõprobat & secundũ, Illud facere nõ expedit neq; decet, quod maiorem occasionẽ pręstare valet erroris, & delinquendi q̃ agnoscẽdæ veritatis, & pie agẽdi. Deniq; quod magis & pluribus valet esse incõmodũ q̃ cõmodũ, propter hoc nanq; Apost. vetat Corinthiis idolothyta mãducare, non q; ea ex sui natura praua sint, vt inquit August. cõtra Faustũ. Nam si ita vetuisset se ignorãtes id fecissent, quemadmodũ si scientes, neq; ex eo quod idolũ sit aliquid quod ipse Apost. asseruit esse nihil, sed propter conscientiã ne dęmoniis cõmunicasse viderẽtur. Qua de causa dixit idem Apost. Nolo vos fieri socios dęmoniorum &c. sed huiuscemodi est constructio imaginum ad referẽda diuina & cultus earum. perspicuum enim est plurimos tum ex gẽtibus tum ex Hebræis & ex nõnullis etiã Christianis earũ occasione idolatrasse. Nam cũ inter mortales plures sint rerum imperiti & socordes, pauci aũt cordati & sapiẽtes, vulgusq; cõmuniter, sit talis,

crassus inquam distinguendi & discernendi res inscius, facilius inducitur ad cre-
dendum illud numen esse quod videt, q̄ intelligendum quomodo ipsum refera-
tur. Si enim gentes nulla simulacra sibi constituissent, non tot nec tam frequen-
tes idolis sacrificassent, sed plurimi inditam naturę legem fuissent sequuti. Nec
Hebręi si Aegyptiorum simulacra non vidissent, ad ea adoranda fuissent indu-
cti. Idem dicendum & de rudioribus Christianis qui ipsas imagines tanq̄ numi
na coluerunt, igitur nec decens nec expediens earum vsus.

His argumētis si respōdebimus vt par est contrariū probātes cōclusionibus I
illorū, videlicet licere, ac cōuenire, opportunūq; esse, ac perutile imaginē oīpo-
tentē deum referentem formare & colere, abūde huic questioni satisfactū credi
derim. Ad qđ peragēdū hoc primū dicā, conclusionē quę inferri videtur ex argu
mētis probantibus nō licere talē imaginem facere, verā esse si recte intelligatur,
scilicet nō posse ac impiū esse conari effingere imaginē vllā quę propriā diuini-
tatis naturā exprimere & repręsentare valeat, vti superius dictū est. Sed hęc sen-
tētia nihil facit ad asserendū non licere vllam effigiē formare ad adorandū quæ
signāter indicare valeat ipsum numē diuinum, quod erroneū ac falsum esse de-
monstrabimus cū argumenta tua diluerimus. Primo igitur cū ais quod effingi
nequit nō est effingendū &c. Respondetur vera esse assumpta cū conclusione si
vtrobique iidem termini accipiātur. Nā & ratiocinatio est optima: secus autem
si diuersi, sic enim nihil colligi potest. Nā ratio ex quatuor terminis cōstaret. At
si tm̄ ex tribus, totum concedit videlicet q̄ effingi nequit, ita quod propria na
tura per ipsum demōstretur non est effingendum vt illius repręsentatiuum, vera
est & quę subsumitur, diuinum numen huiuscemodi esse q̄ per nullam rem pro-
pria eius substātia demonstrari possit: Quamobrem & verum quod colligitur,
non licere nec cōuenire illud effingere, vt huiuscemodi. Ad hęc conclusio tali sen
tentię in illo deseruit. Colligas enim oportet nullo pacto effingendum esse, siue
vt repręsentatiuū proprię substantię, siue vt indicatiuum vel significans quod ve
neretur. Id autē non sequitur ex illis assumptis, cum id quod repręsentari non po
test secundum propriam substātiam, aliquo tamen signo indicari valeat & signa
ri multis aliis rebus sensilibus videlicet scripto voce & imaginibus.

Alteri respondetur concedēdo tibi primā vti veram, licet nō ita nota sit quin K
multa circa illam dici possent eam limitando: sed quę subsumitur neganda est
videlicet summū deum non cōmodius repręsentari posse vna re sensibili q̄ alte-
ra & inducta probatio non efficit quod conatur, sed inanis est. Quis enim verū
sit in summo omnium rerum conditore contineri omnes virtutes, quas vocant
perfectiones simpliciter, omniumq; rerum quas produxit gignive possent pro-
prias rationes & ideas ex ęquo, cum nō magis hanc q̄ illam vel alteram, attamē
contenta non ex ęquo ei assimilantur: sed vti diuersa sunt entitate & natura nec
pares perfectione, sed longe dispares, ita illorum aliqua sunt propinquiora & si-
miliora, prout magis ad illud accedūt. Nemo enim negabit quod perfectius est,
perfectissimo propius accedere similiusq; esse imperfectiore. Constat autem
etiam naturali ratione ipsum omnipotentem deum primum ens esse: immo hoc
ipsum quod est incorporeū, naturęq; intelligentis, volentis ac decernētis optima,
esseq; ęternū, incommutabilem, semper viuentem, simplicissimuū, vnū sapientem

ac optimum,& cętera quæ vere de deo dicuntur. Quamobrem negari non potest quę in rebus creatis his quomodo magis participant plus illi assimilari & cōmodius illum referre cæteris rebus,quę iis dotibus carent:vti inquam supercælestes mentes & angelicos spiritus homine, ipsumq; hominem cum animal rationale sit q̃ bruta rationis expertia, & illa his quæ tantum vegetantur ipsa autem cæteris quę vita prorsus carent.Et deniq; omnia perfectiora minus perfectis.Quamobrem cum infers confusam semper fore ad indiscretam illius repręsentationem,quacunq; forma horum effingatur,si intelligis quantū ad exprimendam & ostendendam propriam diuinitatis naturam,verum est. Non enim magis repręsentabit,exprimetue propriam diuinitatis naturam imago piscis, q̃ cuiuscunq; alterius rei etiam sensu carentis, nec hominis q̃ cuiuslibet animalis, neq; solis aut stellarū q̃ rei tenebrosæ,cum sola per seipsam cognosci possit prout ipsa vult sese manifestare,quanuis vt dictum est,ex rerum creatarum generibus aliqua ad eam magis accedant & similiora sint,vtpote quæ sunt perfectiora.At ea similitudo ad eam proprie repręsentandam nihil cōferre potest.Si autē intelligis de effigie non repręsentante propriā naturam, sed indicante tantum & signante illam,falsum est.Nam aliqua re cōmodius indicari potest,& maiori ratione institui ad ipsum significandum q̃ altera vt probabitur.

L Ad postremum,cum argumentaris,nihil effingi posse rebus eiusdem naturæ prorsusve similibus incongruisve aut contrariis,falsum assumis.Licet enim verum sit nihil effingi posse primis duobus modis capiendo effectionē pro eo quod instituto aut similitudine indicatiuū est,non tamē verum de eo quod ex sui natura effigiatur.Nā teste Paulo,Filius ipse in diuinis imago est dei patris & figura substātię eius,& tamē est eiusdē naturę & substātię cum ipso diuino patre a quo exprimitur,& prorsus illi simillimus.Attamē & si prioribus modis capias,verum est qđ asseris.Tertium autem falsissimum esse testatur Aug.expressioribus verbis,ratione quoq; probabitur. Inquit enim ipse August. contra legis & propbetarum aduersariū,Relinquamus ipsum inania garrientē & nesciendo quid loquatur,quadā,si dici potest, imperita peritia de figurarū qualitate tractātē:qui cū dicit rebus cōgruis nō cōtrariis aliqd esse significandū,potest vanus dicere semper deū lucido auro nunq̃ nigro atramento scribi oportere,quoniā deus lux est & tenebrę in eo nō sunt vllę &c.Quid eñ prohibet re diuersa,nec aliquo modo simili q̃uis naturæ nō cōgruāt,sed prorsus diuersę sint & quodāmodo cōtrarię aliam rem signare & referre?Nihil sane,sic eñ characteres & voces variis linguis signāt non solū res ipsas,verū & mētis nostrę cōceptus,& vmbrę indicant corporis luminosi pręsentiā & accidētia rerum substantias.Quæ autē non tñ ex instituto sed per qualitatē cōmunem vtrisq; signantur,oportet aliquo modo esse similia.Nam illam agnoscens non errabit quod diuersum est natura,attamen simili illa qualitate aliud referre,vt effigies ad viuum formata.De eo autem quod instituto aliud signat,cū idem pluribus modis signari possit simulq; dici valeat,non constat talis significatio inter homines nisi consensus accidat, quāobrem institutū requiritur:falsissimū,igitur est ꝙ rebus incōgruis & prorsus dissimilibus significari nō possint.Quinimo oportet id quod ad alterū indicādū & referēdū instituit̃,nō solū hoc mō sed etiā ꝑ similitudine quadā diuersū

sit natura & dissimile in multis ab eo quod referendum est ne in ipso q; similius esset sisteretur potius q̃ referretur ad alterum. Quocirca nec probãdum videtur quod a Socrate alioqui sapientissimo factum est, statuente potius iurandum esse per canes q̃ per simulacra deorum, eo q; canes viuerent ac sentirent: eaq; ratione diis magis similes essent q̃ eorum simulacra, quamobrem & magis illos referre valerent. Quoniam non ex communi instituto æque illos referebãt quẽadmodum simulacra ipsa, licet natura essent similiores. Si enim canes in mediũ adducerẽtur ad ipsos deos indicandos eo q; sensu prędití sint & similiores multi se in eis sisterent, putantes ipsosmet esse deos. Quemadmodum Aegyptii faciebant circa Apim, & alii idolatrę qui viua animalia colunt vt quidam, simiã, serpentẽ insignes ve arbores, & cętera huiuscemodi: falsum igitur q̃uis repręsentatio fiat per simile quoquomodo, per diuersum tñ & dissimile nihil posse signari. Licet verum sit nihil valere repręsentari & exprimi secundum propriam naturã per id quod prorsus incongruum est. Quo pacto nec diuinitatem repręsentari manifestum est, cũ nec simili referri posse, nec quouismodo conformi confessum & comprobatum sit, q̃uis indicari & signari valear vt declaratum est inter discutiendum argumenta.

M Quibus confutatis restat vt sententiam quam probare nituntur etiã scripturarum testimoniis ac exemplis, patrum quoq; authoritate refutemus, declarantes id quod fieri posse probauimus, etiam conuenire & licere. Nãq; nemo negabit id licere quod omnipotens exemplo, & verbis faciendum esse edocuit: ipse autem seipsum imagine non solum esse repręsentabilem testatus est, verum & semetipsum effigiens repręsentauit. In libro enim Geneseos ita scribitur, Ad imaginem dei fecit deus hominẽ: deus igitur imaginem habet, scilicet æternum verbum suũ filium: sed illa naturaliter repręsentans propriã essentiã, ad cuius imaginis similitudinem factus est homo. Itaq; ibi secundũ doctissimi Origenis sententiam duplicẽ est intelligere imaginem, vnã verbi repręsentantis dei patris diuinitatem, alterã hominis illam imaginem referentis, ita vt homo sit imago imaginis dei. Non autẽ ipsa prima imago: eaq; verba, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã, per subsequentia videlicet, ad imaginẽ dei fecit deus hominem, declarari. Vtrũq; autem verum est, scilicet verbum primã & naturalem esse imaginem. Hominem autem nõ sic illius esse imaginẽ, q̃uis & ipse vera imago dei sit: siue intelligẽda sint illa verba, vt vult ipse Origenes, siue absolute imaginem dei esse quemadmodum priora verba referunt. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Nãq; etsi sit imago imaginis, cũ illa imago sit verus deus, vere homo est imago & similitudo dei. Intelligentia enim cũ eo participat & arbitrii libertate, quod nulli alteri creaturę pręsertim materiali & corporeę tributum est. Rationis enim prorsus expertia sunt cętera animalia. Cũ igitur dominus testatus sit hominem esse factũ ad imaginem & similitudinem suã: manifestum est deum cõmode humana specie effigiari posse. Tali enim forma & seipsum Abrahæ ostendit in conualle Mambre, cũ tres viros vidit & vnũ adorauit. Præterea eadem specie seipsum per visum Danieli prophetæ ostendit (ita enim inquit Daniel) Aspiciebã donec throni positi sunt, & vetustus dierũ sedebat, & indumentum eius quasi nix album, & capillus capitis eius quasi lana

munda,& thronus eius flamma ignis:& mile milia deseruiebant ei,& dena milia denum milium assistebant ei &c. Audisti q̄ diligenter se depinxit summus deus & qua effigie,hominis inquam senis amicti vestimento albo,sedentis super thronum igneum. Hęc autem species referre primum illum genitorem & originale principium quē deū patrē appellamus demonstrat,& sequentia verba prophetę cōfirmant. Sequitur enim, Aspiciebam & ecce cū cęli nubibus quasi filius hominis erat & vsq; ad veterem dierum peruenit,& oblatus est ei & datus ipsi principatus honor & regnū,& omnes populi,tribus,& linguę ipsi seruiēt & potestas eius æterna &c. quę verba manifestissime cōstat referri non posse nisi ad ipsum dominū Iesum qui regnū accepit & potestatem ab ipso deo patre. Priora igitur vt & verba contestantur vetustus dierum &c. descripta sunt ad indicandum originis principiū quo pater filio prior est. Igitur ipse summus pater non tm̄ filius incarnatus sub forma sensibili humana seipsum ostendit q̄q̄ ipse naturam humanā nūq̄ assumpsit,qd̄ filius fecit. Quamobrē dici nequit ꝙ se sub specie humana effinxerit quia illam assumpturus esset cum deus pater,nunq̄ homine foret induendus nec ipse futurus homo,sed se semper inuisibilem & incorporeum sub specie tamen corporea & visibili effingere voluit: quod & beatus Augustinus testatur libro secundo de trinitate inquiens. Temerariū est dicere deū patrem nunq̄ patribus aut prophetis per aliquas visibiles formas apparuisse, visiones autem illis per creaturā commutabilem deo incōmutabili subditā factæ sunt non proprie sicuti est sed significatiue,ostendentes deū sicut pro rerū causis & tēporibus oportuit. Hocq; loco Danielis inducto prosequitur qui formare similitudinē corporis potest ad se significandū per visa somniantiū certe & potest formare ipsam corporeā creaturam ad se significandum oculis vigilātium. ipsum enim quod deus est licet corporaliter videri nō possit,per subiectā tamē creaturam non solū filium vel spiritum sanctū,sed etiam ipsum patrē corporali specie mortalibus sensibus significationē sui dare posse non dubitandū &c. Nō solum autem diuinum numen se effinxit Danieli sub sensibili specie & pręcipue hominis,verumetiā & aliis prophetis vt Ezechieli qui eius effigiem sibi ostēsam describens ita inquit, Vidi super similitudinem throni speciem habentis sapphiri similitudinem quasi a spectus hominis desuper speciem habentis electri: & a lumbis eius vsq; deorsum quasi speciem ignis splendentis in circuitu velut aspectum arcus cū fuerit in nube. Hęc visio similitudinis glorię domini &c. Ecce tā Ezechieli q̄ Danieli quomodo omnipotens se effinxerit repręsentandū sub sensili specie hominis testatur scriptura. Alias repręsentationes pręterea, cū his satis constet licere & conuenire ipsum diuinum numen imaginibus repræsentari cum dominus eisdē se repręsentauerit,non tm̄ verbis id referentibus, sed etiam ipsa apparēti effigie,sensiliq; pictura. Qua enim ratione si verbis & characteribus quę signa sunt,solum ex instituto cū prorsus ex se sint dissimilia licet diuina referre & significare, non licebit aliis imaginibus radio aut scalpello formatis aliquā similitudinem habētibus itidē facere? Nam effinge omnes homines surdastros esse quāobrem nec voce nec literis aliquid eos edoceri posse, quonāmodo illis diuinū quicquam indicabis si omne imaginū genus sustuleris? Nā plurimos esse liquet a natura mutos ac surdos quēadmodum & multos cęcos. Licet

bit autem cæcos voce inſtituere ad agnoſcendum dominũ & eius myſteria ſurdos non licebit:quia eorum viſui nihil pręſentari poterit,indicans illa eadẽ quæ per auditum oſtenſa ſunt cæcis:Longe igitur iniquior erit ſurdorũ cõditio q̃ cęcorum.Manifeſtum eſt ergo nõ ſolum authoritate ſcripturę exemplisq; diuinis, verum & ratione naturali licere ac cõuenire Deũ ipſum & diuina myſteria imaginibus repręſentari:quod primum erat ex his quę a nobis fuerant demõſtrãda.

Supereſt probare duo reliqua,videlicet idem decere & expedire quod pariter faciemus dilutis argumentis ad contrariũ probandum inductis. Ad aſſumptũ igitur primum, cum inquis decentia & opportuna omnipotens nunq̃ inhibuit, admittimus.Ad id quod ſubſumitur,videlicet hoc ipſum lege cauiſſe,reſpondetur totũ pręceptum non fuiſſe recitatũ ſed prętermiſſum id quod in eo p̃cipuũ eſt,ad quod & id quod dicitur de ſculptili eſt referendum.Præceptum autem ſic habet. Non habebis deos alienos coram me.Non facies tibi ſculptile &c.Priora q; verba declarant quare poſteriora ſubiũgãtur.Inhibet enim omnipotẽs illis ne adorent deos alienos vt tm̃ ipſum colant:& ſubiungit nõ facies tibi ſculptile ad ſimilitudinem cuiuſuis creaturę.Et ſequitur.Nõ adorabis ea,neq; coles.Quibus verbis manifeſte declarat nõ tã ſculptile fieri prohiberi q̃ illud adorari: ſenſumq; præcepti eſſe eiuſq; vim in hoc ſtare,creaturã nullã eſſe adorandã illũq; honorẽ ſoli deo tribuendũ.Quid enim erãt dii alieni qui primis verbis præcepti vetant venerari,niſi creatũ aliquod ſenſibile vel inſenſibile,prauũ vel bonũ,viuẽs vel mortuũ,re ipſa conſtans aut animi figmentũ:Nã & multi quod imaginantur & phãtaſmata propria quę ſibi cogitationis acie formãt tãq̃ numina adorãt. Præcepto igitur illo cauetur ne ſculptile fiat quod tãq̃ deus adoretur. Quãobrẽ cum dicitur,Nõ facies tibi ſculptile:animaduertenda eſt illa dictio tibi id eſt non facies ſculptile tibi pro deo.In ſculptili enim efformãdo nulla malitia eſt: ſed in illius adoratione,conſtituendo illud ſibi pro deo,ſtat omnis impietas. Eo autem tẽpore quo pręceptũ hoc datũ populo Iſrael humano genere corrupto & in omnem impietatẽ prolapſo,inductũ erat vt fere vnuſquiſq; proprios deos ſecundum vanitatẽ cordis ſui ſibi faceret:paucis veri dei cultũ retinẽtibus,age quęnã erat domus quę proprios penates nõ haberet:Sum pius Aeneas raptos qui ex hoſte penates Claſſe veho mecũ &c.Quis genium & lares nõ colebat:nonne & hęc ſcriptura refert:Laban inquã(vt in Geneſi legitur) propter id mirifice ſuccẽſus eſt cõtra Iacob, q͏̃ Rachel eius filia ſuſtuliſſet ſibi idola & proprios deos, ad quos perquirẽdos & vniuerſam ſupellectilẽ ipſius Iacob ſcrutatus eſt.Scribitur & in Iudicũ libro:cum nõ eſſet Rex in Iſrael ſed vnuſquiſq; faceret quod bonum ſibi videbatur in oculis ſuis Micham feciſſe ſibi deos & in propria domo. conſtituiſſe ſacerdotem qui eis ſacra faceret. Hęc inquã fieri lege Moyſi ꝓhibitũ eſt populo Iſraeli,non autẽ ſimpliciter fieri ſculptile vel imaginem qualẽcũq; referentem ipſum deum in cuius cõſpectu ipſe dominus coleretur.Quod quidẽ & ſcriptura ipſa manifeſtat.Mandauit nãq; dominus eidẽ Moyſi,cui & p̃ceptũ traditum eſt, tabernaculũ fieri in quo eſſet Arca ſuper quam propitiatoriũ cũ duobus Cherub illam complexis habentibus alas & figura formatis,ad quorũ ſimilitudinem & Salomon duo alia fecit in tẽplo:de quibus prophetæ perſępe mentionẽ faciunt & prę cęteris Ezechiel.Fecit quoq; Salomon duodecim boues

fusiles in tẽplo constitutos aeneum mare sustinentes. Hisq; dilucidum simpliciter & absolute sculptile ad diuina signanda & peragenda non fuisse inhibitũ, sed ne sculptile fieret quod pro deo adoraretur: totãq; vim ac ratiõe illius pcepti quod pluribus verbis explicatur in hoc stare. Quamobrẽ nec ex illo inferri potest indecens esse signa vel imagines facere ad diuina referenda.

O At aduersus hęc obiicere posses, Si pręcepto tñ hoc cauebatur, licuisset igitur populo Iudæorum formare effigiem aliquam quæ Deum repræsentaret puta humanam vel aliam quamuis, hoc tamen falsum, nũq̃ enim id eis permissum, sed pro ingenti piaculo tributum. Respondetur id eis non licuisse eo q nimis procliues essent ad idolatrãdum. quod & rabi Moyses fatetur, vir maximę apud ipsos authoritatis, & quidem perdoctus, asserens hac ratione interdicta illis fuisse simulacra. Sed quid opus est testimonio ipsius Rabbi, cum ex eorum gestis id in scriptura sit perspectissimum, & prophetæ omnes id toties deplorent: Nullis enim præceptis, nullis minis, nullis plagis, maximisve calamitatibus arceri potuerunt quin semper idolatrarent. Nempe natura ipsa siue institutis crassi erant prorsus & terreni, rebusq; sensilibus nimis dediti, & a spiritalibus alieni, duræq; ceruicis, & populus exasperans vt summus Deus sæpe cõquestus est. Quãobrem & non semel cogitauit eos delere, & totum genus perdere vt pluribus locis scripturæ refertur: quid tamen propter nominis sui gloriam & ad preces Moysi serui sui pluries eorum sceleribus pepercit. Nanque & in Aegypto degentes ritus & religiones Aegyptiorum didicerunt & eorum Deos coluere. Liberatiq; a sua ipsorum seruitute in deserto peragrantes vitulum conflatilem adorarunt dicentes, Isti sunt Dei tui Israel qui te eduxerunt de Aegypto: & similia semper fecerunt. Quod dominus exprobrat eis per Aseam prophetam. Nũquid hostias & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Quem locum enarrans beatus Hieronymus inquit, Omnes hostias & sacrificia quæ in deserto obtulerunt non Deo sed Molooch Regi suo cuius portauerunt tabernaculum & imaginem idolorum suorum venerati sunt, id est lucifero quẽ sarraceni hucusq; venerantur. Nanq; & si domino quædam eos obtulisse legitur, non id voluntate sed pœnarum fecerunt metu: dominus autem voluntatem respicit afferentium &c. Nec ab impietate cessarunt obtenta terra illis promissa, quamuis tot ingentia prodigia & miracula propriis oculis conspexissent. Nã id & cũ a iudicibus respublica administraretur & a sacerdotibus, cũ & ab ipsis regibus, vt ex libris quibus describũtur illorũ tempora, est videre. Primus enim ipsorum regum Saul & spiritũ Phitonissę consuluit & illius incãtationibus Samuelem coram se adduci voluit. Nec ingens sapientia Salomonis eum cõtinuit quin adoraret Astarthen De Sydoniorũ & Moloch idolũ Ammonitarũ. Quo mortuo & decem tribus Hieroboam idolatrę filio Nabath adhęserunt: de quo toties queritur scriptura, q peccare fecit Israel. Nã eius idola coluerunt & prophanos ritus obseruarunt sacrificantes in excelsis. At nec scisso regno Reges Iuda ab idolatria immunes fuere. Sed plurimi neglecto Dei cultu gentiũ impietates & scelera sequuti sunt. Nam & circa templum gymnasia sunt constituta & prostibula, & gẽtiũ turpitudines inductę & in Hierusalẽ adorarũt Baal & fana idolis construerunt, filiosq; suos igne signantes dęmoniis consecrarunt. Et mu-

lieres more gentiliũ Adonidẽ fleuerũt. Sed nec sacratissimo tẽplo pepercere, quin illud violarent: nã abhominatiões & idola in ipso inducta sunt, & profanata oia sacra. Inquit enim Ezechiel, Et adduxit me i Hierusalẽ in visiõe Dei, & iuxta ostium interius vidi statutum idolũ cęli ab aquilone portę altaris, & dixit ad me dominus, Fili hois putas ne vides abominationes magnas quas domus Israel hic facit vt procul recedã a sanctuario meo? Vide bis & maiores & ingressꝰ vidi. & ecce omnis similitudo reptiliũ & animaliũ, & vniuersa idola domus Israel. Depicta erãt in pariete in circuitu ꝑ totum &c. Propter quas iniquitates & ciuitas euersa, & tẽplũ solo æquatũ populusq; captiuꝰ in Babylonem perductus est. Sed nec ipsa captiuitas nec ærũnę quas perpessi fuerãt eos deterrere valuerũt quin in impietate ꝑseuerarẽt. Nã & exules semꝑ idolatrarunt vti & antea faciebãt. Prout etiã posteriꝰ fecerũt dei clemẽtia ad proprias terras restituti ꝑpetuo eisdẽ obruti scelerібꝰ vsq; ad vltimã desolationem. qua reliquię eorum per vniuersum terrarum orbem sunt dispersę. Ob id igitur ꝙ tã proni essent ad idolatrandum, & vndiq; idolatris sepri, quorũ exẽplis etiam maxime moueri poterant, pręsertim cęteris populis omnibus eis exceptis i vniuerso orbe in ipsam impietatem prolapsis, ad tollendã illis omnem occasionẽ quam arripere valerent, non est permissum vt simulacra constituerẽt. At quod eis vetitum bis rationibus & eo tempore, non simpliciter prohibitũ & vetitum cæteris hominibus, quamobrẽ & si decalogi præcepta cõmunia sunt oibꝰ hoibꝰ, eo ꝙ legi naturæ nõ solũ consentanea sed innixa sunt (non autem tãtũ quia pręcepta diuina, cum & cętera mandata legis Moysi diuina essent, quibꝰ tamen nulli erant obnoxii præter ipsum populum Israel) attamen hoc ꝙ pertinet ad sculptilis siue imaginis efformationem, ipsi legi naturæ innititur. de hoc enim nihil dictat nisi quantum ad eorum adorationẽ, sed potius contrariũ suadet. Quamobrẽ Christiano populo nequaquã id interdictum, quod tamen Iudæis concedimus non fuisse permissum. Quocirca ex illo præcepto compertum inferri non posse, indecentem esse vsum imaginum ad referenda diuina, quod erat argumenti conclusio.

Rationi postremę conanti probare tertium scilicet non expedire imaginum vsum, sed inutilem esse ac importunum, respondetur primũ assũptum verum P esse: quod aũt subsumitur, falsum, scilicet vsum sacrarũ imaginũ maiorẽ ꝑstare occasionẽ errori & delicto ꝗ veritati & pietati: & pluribꝰ esse incõmodũ ꝗ cõmodũ. Nã rei veritas secus habet. Licet eñ verũ sit iter mortales plures eẽ ingenio crassos ꝗ sapiẽtes, vulgusq; sit huiusmodi & ineptũ ad discernẽdas & lõge minꝰ ad intelligẽdũ quõ discernẽda sint: ob id tñ nõ sequit ipsum populum Christianũ ad idolatrandũ occasione imaginũ facilius induci posse ꝗ ad pie adorandũ omnipotẽtẽ: quod quia fit sub ipsis imaginibus, nõ oportet actu vt aiunt ipsas discernere distincteve intelligere, quomodo discernãtur, cũ satis sit pio animo in fide ecclesię implicita confuso quodam modo illud facere: quẽadmodũ eñ nec vulgus obstringitur oia dogmata quæ ad fidẽ ꝑtinent & religionẽ explicite cognoscere, & quibusdã communibus cognitis pręsertim ad redẽptionẽ nostrã pertinẽtibus sufficit, cętera implicite intelligar, cõsẽtiẽs omnibꝰ prout explicite ab ecclesia tenentur & prædicantur: ita nec oportet in

ritibus & deo colendo explicite vel distincte discernat quę sunt distinguēda: sed sat est propositū habeat id facere prout ecclesia sētit esse faciendū. In hoc aūt oēs catholici Christiani consentiunt, & id velut fidei fundamentum amplexantur, ex quo omnis ambiguitas & error in quē ex imperitia incidere possēt reiicitur. quod quidem fit manifestū in omnibus si rite & debito ordine interrogati fuerint, nam aliter in confuso hęc omnia tenent. Respondentes eñ quotquot sunt fatebuntur se non illam statuam siue pictam imaginem manufactā adorare, sed omnipotentem Deum sub illa effigie. Nemo enim tam rudis est quin edoctus sit vnum esse viuum immortalem deum, quod & prędicari audierunt. Vident autem statuam sine vita esse & manu artificis formatam, vt puta cum coram crucifixo adorant, non figurarum illud lignum colunt, sed ipsum dominum Iesum, quem prędicari audierunt, fuisse pro ipsorum salute crucifixum. Nā perquisiti semper fatebuntur illū vnū esse & viuere, nec amplius cruci affixū: ligneas aūt crucifixi imagines oculis vident esse innumeras & emortuas. Quamobrē licet gentibus ob eorum impietatē & scelera, quæ deū agnoscentes non illi gratias egerunt, nec vti deum glorificauerant, vt dixit Apostolus, fideq; vacuis frequentius idolatrandi simulacra occasionē pręstitissent pariter & iudeis ad id procliuioribus: non tamen hoc idē contingit Christianis, qui ob receptum fidei donum deum agnoscentes illū glorificāt, & illi gratias agunt, q̄uis peccarores & in prauos mores prolapsi. Cū retiuentes implicite fidei integritatem, & deum glorificare cognoscantur: quod gentes minime faciebant. Quamobrē quod illis inutile & incommodum forte fuit, Christiano populo commodū & vtile esse valet: quandoquidem & eadē medicina, idem alimētum, idē mos non omnibus vtilis & opportunus, nec omni tēpore, sed quibusdam commodus, aliis autē quandoq; incommodus. Quod autem pluribus cōmodum esse dignoscitur, nō reiiciendū ob paucorum incommodum, pręsertim eorum culpa proueniens. Et si quibusdam Christianis secus euenerit, dominus occulto suo iudicio id permisit ob peculiarem quandam eorum impietatē. Propter quam euanuerunt in cogitationib9 suis, & dati sunt in reprobum sensum: non imaginum causa, cum nulla res tam proba & sancta queat esse q̄ a prauis in occasionem peccandi arripi non possit.

Q Quod autē vsus imaginū Christiano populo sit vtilis & peropportun9 modo declarabitur, diluta iam ratione cōtrariū suadēte. Ex institutore inquam hoc probabitur, deinde ex ipsius instituti & moris vetustate: pręterea ex prodigiis & miraculis a dño peractis ipsis intercedētibus: insuper ex sentētiis patrum: quinto ratione & experētia: demū more & vsu authoritateq; ecclesię. Cōstat eñ omnipotētē deū illas effigiandi primū authorē fuisse, mandārē Moysi vt Cherubin imagines fabricaret. itidē & Salomoni q oīa q̄ i tēplo cōstituit iussu domini fecit. Simulacra aūt Cherubin aurea insensibiliū rerum effigies erāt, vtpote ordinis angelorū quorūdā: quarū imaginū vsus nisi opportunus fuisset, dominus illā neutiq̄ fieri cōstituisset. Omitto exēpla superi9 tacta, quibus instituisse dignoscitur id fieri esse opportunissimū, scilicet q ipse sub specie imaginis sensibilis se pluries ostenderit, & q hominē quē creauit imaginē esse suā dixerit. At & vnigenitū filiū suū sibi cōsubstātialē, verāq; sui imaginē

humana specie velãdum ad nos transmisit,qui & per euangelium retulit ipso ad iudicandum orbem venturo in maiestate & potestate magna signum filii hominis in cælo appariturum id est sanctissimam crucẽ.Quod enim esse potest aliud signum ipsius hominis ꝙ tropheum crucis in quo crudeliter moriens de hoste triumphauit,efficiens quod fuerat patibulum, immensæ maiestatis thronum: Crucis autem signum refert dominum Iesum crucifixum : qui vt sanctus pater Damascenus inquit libro quarto de fide orthodoxa, Abagaro Edessenorum regi cupidissimo videndi dominum Iesum vel saltem depictam eius effigiem, misso eius gratia pictore ad eum effingendum cum non valeret id perficere pre diuine illius faciei splendore,volens benignissimus dominus pio regis affectui satisfacere detersa sua facie impressam imaginem ei transferendam tradidit.Cuius regis meminit Eusebius Cęsariensis in sua historia referens ipsum grauissime ægrotantem audita fama prodigiorum domini Iesu misisse nuncios cum literis ad eum,obsecrans vt ad ipsum sanandum accederet:quem dominus responsione dignatus est,excusans se voto eius tũc satisfacere nõ posse ob mysteria q̃ erat peracturus,sed post mortem suam missurum aliquem ex suis ad eum sanandũ:quarum literarũ exempla recitat ipse Eusebius,referens Taddęum domini discipulum post eius mortem illum sanasse,vti dominus se facturũ promiserat. Ex his gloriosissimi creatoris præceptis & exemplis perspicuum est , valde opportunũ & vtile esse sacrarum imaginum institutum.

Quod pariter ex eius vetustate demonstrabitur.Exploratissimũ nãq̃ est illud R esse commendandũ quod ab apostolorũ vsq; temporibus a fidelibus fuit receptum & succedentibus temporibus adauctum ac perpetuo seruatum. Nã quod huiusmodi est ab Apostolis licet ex scriptura nõ constet esse deriuatũ,nõ est dubitandum Augustini testimonio superius citato. Cum patres illis proximi illud seruarint & posteri continuata serie pariter receperint : sacras autẽ imagines for matas ab eorũ vsq; tẽporibus expresse asserũt diuus Augustinus ,Eusebius Cęsariensis, sanctus Damascenus,tripartitę quoq; historię authores ,& alii cõplures.Refert enim Augustinus memorię proditum esse ꝙ Lucas euãgelista dominum nostrũ & sacratissimã eius matrem depinxerit astruens ex his imaginũ venerationẽ sumptã fuisse ex apostolicis traditionibus.Ita enĩ habet libro de doctrina Christiana, Nẽpe qui veneratur signũ diuinitus institutũ cuius vim & significationẽ intelligit nõ hoc veneratur quod videtur & transit,sed illud ad q̃d talia cũcta sunt referẽda &c.Quibus verbis subscribit eximius pater Damascenus libro quarto de fide orthodoxa inqu ens,Imaginis enim honor ad prototypum exemplar imaginisq; veritatẽ trãsfertur.Qui mos illas venerãdi, & si nõ in scriptura traditus sit,attamẽ vetustissim⁹ & ab apostolis deriuatus.Plurima enĩ sancti apostoli tradiderũt absq; scripto.Quamobrẽ Paulus gentiũ apostolus ad Thessalonicenses dixit,Ergo fratres state & tenete traditiones nostras quas edocti estis siue per sermonem siue per epistolam nostrã &c.& ad Corinthios, Laudo vos fratres quia per omnia mei meministis:& sicut tradidi vobis traditiones tenetis &c.Et rursus idẽ Damascenus,Imaginem crucifixionis Christi videntes in passionis eius memoriam redimus & procidentes adoramus,nõ materiã sed imagine representatam: quemadmodum neque materiam ex qua scriptum est

euangelium, sed quod typo figuraque exprimitur. Nihil enim refert crux a materia si non habet Christi repręsentationem &c. Eusebius quoq; suę historiæ libro septimo refert mulierem quam dominus sanguinis profluuio laborantem sanauit ciuitatis Cęsareę fuisse ciuem, pro foribusq; domus ipsius basim positam in qua mulieris prouolutę, palmasq; suppliciter tendētis imago ære expressa cōstabat: supra quam aderat alia statua pariter ære fusa habitu viri stola circundati & dextram mulieri porrigentis, efformata ad similitudinem domini Iesu: quā permansisse dicit vsq; ad sua tempora, & suis oculis conspectam: subiiciens hæc verba, nihilq; mirum si ii qui ex gentibus crediderant pro beneficiis a saluatore acceptis huiusmodi velut munus offerebant, cum videamus nunc etiam apostolorū Petri & Pauli & ipsius saluatoris imagines designari tabulisq; depingi &c. Cuius sacratissime statuę etiā meminit Socrates in historia tripertita sic dicens. Quum cognouisset Iulianus princeps in Cęsarea Phœnicię insigne Christi esse simulacrum, quod mulier illa hęmorrhoissa sanguinis liberata profluuio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocauit, quę violenter igne de cęlo cadēte circa eius pectus diuisa est & caput cum ceruice vna parte deiectum atq; in terra fixum, reliqua vero pars hactenus superfuit & fulminis indicium reseruauit: statuam vero Christi tunc quidam pagani trahentes confregerunt: postea vero Christiani colligentes in ecclesiam condiderunt vbi hactenus reseruatur &c. Animaduertisti verba Eusebii simulacra & tabellas pro munere solitas offerri & temporibus suis Iesu Christi intemeratęq; virginis & Apostolorum Petri & Pauli effigies efformari: His exemplis & testimoniis manifestum sacras imagines faciendi morem fuisse antiquissimum, ita vt etiam ante crucem domini Iesu habuerit initium. Quod quidem institutum a sanctis illis primęuis patribus & apostolicis viris receptum ac seruatum non fuisset nisi illud commendandum & vtile cognouissent.

Idem autem ex prodigiis etiam & miraculis quæ apud imagines facta sunt
S confirmatur. Siquidem refert grauissimus author Eusebius apud statuam illam saluatoris quæ in Cęsarea Phœniciæ constituta erat ex eius basi hærbam quādam non specie nasci solitam, quæ exorta & crescēs vsq; ad fimbriam stole illius cum illam contigisset vires inde ad depellendos omnes morbos languoresq; cōquireret. ita, vt quæcunq; illa fuisset infirmitas haustu exiguo madefactis salutaris graminis depelleret, nihil omnino virium gerens si anteq̄ æreæ fimbriæ summitatem crescendo contingeret, decerperetur. Cū igitur ex contactu statuæ hærba illa tantam vim & virtutem susciperet vt morbos quoscunq; depelleret, quis dubitare poterit simulacri illius constitutionem commodam & vtilē fuisse, idēq; censendum esse de similibus. Nam si detestandus esset vsus imaginum non tantum virtutis ab illa imagine prodiisset. Sed hoc priscū & a vetustissimo scriptore recitatum. At posterioribus seculis quot alia peracta fuerint prodigia apud sacras imagines diuersis terris ac regionibus. Si mihi manus centum oraq; cētum essent, illa scribere aut referre non valerem. Cum omnium temporum historiæ sint illis refertissimæ non vulgarium tm̄ scriptorum, sed & multæ dignitatis atq; authoritatis. Quot enim fuisse peracta recensentur a doctissimis sanctissimisq; patribus Chrysostomo, Augustino, Cypriano, Ambrosio, Hieronymo,

Georgio, Athanasio, apud martyrum & cōfessorū memorias basilicasq; eorū nominibus nūcupatas: in quibus eorū imagines ad illos ipsorūq; fortia facta literarū ignaris referēda nō minus fuisse efficta q̄ chartis descripta pro eruditis, monuméta ipsorū patrū testātur: quę his sunt refertissima. Vnū tantū locū citabo. Nam inter volumina diui Athanasii quidā libellus legitur Athanasii Episcopi Alexandrinę vrbis de passione imaginis dñi nostri Iesu Christi crucifixi a Iudæis in Beritho Syrię vrbe temporibus Cōstantini senioris: qui libellus recitatus est apud Cęsareā Cappadocię per beatissimū Petrū Nicomedię vrbis antistitem in consilio patrū ibi cōgregato: quo libello ingētia narrātur miracula quę ab illa icona prouenere: & pręter cętera sanguinē ex vulneribus ei illatis fluxisse: cuius aspersiōe paralyticos, cęcos, & aliis grauissimis morbis ęgrotātes sanatos esse: omnes inquā quocūq; detinerētur lāguore & plurima alia signa quę eodē narrātur libello. Hęc etiā p̄terita sed etiā seculis proximioribus & hoc nostro signa quotidie apud imagines fieri exploratissimū, pręsertim piētissimi restitutoris humanį generis superexcelsęq; parentis eius in vniuerso orbe Christiano. Nulla est enim regio, nulla prouincia, nullus populus, nulla ciuitas, qua afflicti grauissimis morbis aliisve calamitatibus cōfecti precātes apud aliquā taliū imaginum vel etiā cum absint ab illis corpore, fide tamen & mente sint pręsentes, beneficia nō recipiant & votorū cōpotes efficiātur. quod & si omnibus precātibus nō cōtingat, attamē illis euenit quorū precibus omnipotēti deo placet annuere. Quot enim est videre similia apud virginē Lauretanam cōtinue peragi? Quot Florentię apud imaginē virginis a Gabriele salutatę? Quot Romę variis in templis? Quot Assisii apud virginē de angelis nuncupatā? Quot Neapoli & aliis Italiæ ciuitatib9? Quot variis i locis in Christianissimo Frācię regno & Galliis? Quot in Hispania p̄sertim in Pyreneis apud virginē mōtis Serrati & insigni vrbe hispali aliisq; locis? Quot pariter locis apud Aritannos? Quot in magna Germania & Sarmatia? Quot apud Gręcos, Syros & Aethiopes? Quę cū tā multis locis apud tā varias nationes & diuersos populos cōprobentur, quisnā prudēs animiq; bene instituti, & si illa ipse oculis nō conspexerit, nec aliter expresse cognouerit, dubitare potest eorū plurima quę referūtur vera esse prodigia? Cū præter naturę ordinem & supra eius vires sanentur desperati a salute, restituātur & momento quidē ad pristinas vires mēbris omnibus debilitati ac etiā destituti, defendantur imbecilles a pluribus & valētibus oppressi, vulnerati, cōfossi, humiles a potentibus, res perditę & desperatę sola oratione recuperētur, & deniq; ab omni angustia & miseria eruātur, nō ope humana naturalive more sed tantum diuino munere: quorum si nulla vera essent quę tamē vt diximus vbiq; a plurimis fide dignis authoribus & aliis innumeris attestātur & celebrātur, talis mos & opinio ex tam diuturno tempore si fallax effictaq; esset proculdubio abolita foret. Sed quomodo negari potest quod oculis conspicitur, digitis cōtingitur, & sensu proprii corporis immutati experitur? Nam multi hęc expresse in aliis fieri vident, itidem multi aliis recipientes beneficia, in seipsis fieri sentiunt. Sed hæc quo ad eos qui beneficia receperunt.

Nec autem minora est cognoscere ex his qui sceleris luerūt pœnas ob sacras T
imagines violatas. Sequit enim diuina ira in multos qui id attentare præsumpse-

runt. Non enim tu Erasme primus imaginũ insectator nec noua audimus his
temporibus q̃ imagines nõ sint colendę: nã hęc cõtrouersia prisco tẽpore ab hę
reticis fuit inducta. Pluribus enim seculis de hoc acerrime disputatum sacrisq́
synodis definitum est, contendentibus magnis principibus, Cęsaribusq́ in hunc
errorem deductis vt imagines abolerentur: inter quos Philippicus imperator &
Leon Isaurus, Constantinus quoq́ eius filius patre scelestior: qui in tantã demen
tiam deuenere tantoq́ furore occęcati sunt, vt Constantinopolitanos episcopos
sede extruserint & ignominiose prius habitos excruciatos capite plexerint, Pon
tificemq́ maximum pariter obsistẽtem comprehendi iusserint promulgato sub
ingẽtibus pœnis edicto vt vbiq́ tollerentur. Nã & ipsorum tempore & alterius
Constantini Irenes filii, qui post piam matrem captiuatam in eundem furorem
conuersus est, pleriq́ eorum conatibus obsistentes crudelissimo martyrio coro
nati sunt, sed tam infandę impietatis & nequitię nõ effugerũt pœnas. Animad
uertens enim in eos omnipotens Deus ipsos variis plurimisq́ calamitatibus af
flixit, vti Græcorum ac Latinorum historiæ testantur. Non solum enim labefa
ctatum eorum temporibus imperium quod erat, & Romanum, barbaris vndi
q́ fines imperii ingressis omnia diripientibus & plurimas prouincias occupan
tibus, verum & ad Francos translatum, delecto in imperatorem Carolo Christia
nissimo Francorum Rege, iure optimo cognomento magno per Leonem ponti
ficem maximum scitu Populi Romani cleriq́ rogatu & totius Italiæ ac occiden
talium prouinciarum vocibus. Ipseq́ Constantinus Irenes, imperio spoliatus &
in exilium pulsus in Lesbon insulam, misertime vitam finiuit. In cuius regni prin
cipio ad reddendam ecclesiæ pacem templisq́ & imaginibus suum honorẽ, Ire
nes matris opera septima Nicena Synodus est celebrata contraq́ Iconoclastas
definitum. Ex his prodigiis & exemplis decretisq́ conuincitur sacrarum imagi
num vsum expedire & commodissimum esse, quod erat propositum. Idem quo
q́ demonstratur sanctorum patrum sententiis. Nẽpe q̃ hoc Augustinus astruat
ex superius dictis audisti. Audias nunc & patrem Chrysostomum. Hęc enim su
per Matthęum de signo crucis loquẽs ait. Neminem pudeat horum salutis no
stræ symbolorum atq́ signorum, sed veluti coronam sic læto animo Christi
crucem circunferamus. Omnia enim quæ ad salutem nostram conducunt per
ipsam cõsummãtur. Nam cum regeneramur, crux Christi adest: cũ sacratissimo
alimur cibo, cum in ordinem consecrandi statuimur, vbiq́ ac semper id victorię
signum nobis assistit. Quapropter & in penetralibus & in parietibus & in fene
stris, fronte quoq́ ac mẽte, magno studio Christi crucẽ inseramus &c. Intellexi
sti in parietibus & in fenestris & vbiq́ signũ sacratissimę crucis esse inserẽdum:
scilicet vt illã semper veneremur, vt a nobis colatur, nos commoueat & memo
res reddat ipsius Iesu Christi crucifixi. Expediens igitur & percommodũ, sacra
tissimũ crucis signum constituere & circunferre sententia Chrysostomi. Eadem
ratione intelligendum esse de cęteris ipsius saluatoris domini Iesu intemeratęq́
eius parentis & diuorũ conuincitur, q̃uis ipsius crucifixi signũ præcipuũ sit in
ter omnia, vtpote in quo cõsummata sunt oĩa mysteria redemptionis nostrę, affi
xumq́ chirographum quo deleta sunt crimina & debita nostra. Quãobrem &
propriũ vexillum Christiani populi gloriosissimumq́ est domini Iesu tropheum

Audisti Chrysostomum, accipe Damascenum q̃uis ex verbis eius superius recitatis expressam illius sentẽtiã audieris, attamen idẽ agens de sanctis venerãdis hoc idẽ astruit inquiens. Statuas illis erigamus, & visibiles imagines & nos ipsi animatę statuę ipsorũ virtutum imitatione efficiamur. Nam eorũ fortia facta cum a nobis conspecta fuerint pręparant nos ad virtutẽ & zelum & imitationem virtutis illorum & gloriã Dei &c. Non solum eius sententiã audisti de instituendis imaginibus, verum & vtilitatem quę exinde sequitur. Magnus quoq; Basilius idem astruens ita inquit. Imaginis honor ad exẽplaris trãsfertur honorem. Exemplat autẽ est quod imaginẽ efformat & ex quo quod deducitur fit. Cuius gratia & populus Israel tabernaculum in circuitu adorabat vt in exodo scribitur, imaginẽ & formã gerens cęlestiũ &c. Plura alia possem adducere sanctorum testimonia, sed in re aperta nõ est redundandũ. Quid enim plura desiderari possunt? Cum sententiã nostrã astruxerint Augustinus, Chrysostomus, Basilius, Damascenus, quorũ etiam alia dicta pręterii? Tamen & si plura vis, legere potes diuum Hieronymũ contra Vigilantiũ eandem sententiã asserentem. Nẽ si imaginum vsus nõ esset opportunus, magnus Gregorius non obiurgasset Serenum episcopum Massiliensem qui pio zelo occasione cuiusdam erroris imagines quasdam confregerat, cuius reprehensionis rationem asserẽs sanctissimus pontifex in epistola ad eũ inquit, Idcirco enĩ pictura in ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nesciunt saltem in parietibus vidẽdo legant quę legere in codicibus non valẽt: vnde scientiã historię colligere nõ possunt. Nõ itẽ imagines domini nostri Iesu, gloriosissimę virginis & apostolorũ Petri & Pauli trãsmisisset idem sanctus pontifex Secũdino pie illas ab eo petenti. ita enim habet, Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidiũ diaconẽ rogasti misimus, vnde valde nobis tua postulatio placuit. Quia illum toto corde diligis, cuius imaginem pręoculis habere desideras. Nõ ab re facimus si per visibilia inuisibilia demõstramus. Sic homo qui aliũ ardenter videre desiderat & paulo post, Scio quidẽ ꝙ imaginẽ saluatoris nõ ideo petis vt quasi Deũ colas sed ob recordationẽ in eius amore recalescas, & nos q̃dẽ nõ quasi ante diuinitatẽ ante illã prosternimur, sed illũ adoramus quem per imaginem aut natũ aut passum, sed in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriã filium dei reducit, animũ nostrum aut de resurrectione lętificat, aut de passione demulcet &c. Ex hoc autẽ cõstat vsum imaginũ & adorationẽ in ecclesiis cõmuniter fuisse obseruatam illis tẽporibus, cũ ipsemet põtifex maximus illas trãsmitteret, & testetur quod se ante imaginẽ prosternebat. Qz si earum vsus non fuisset commodus nõ illas in suis ecclesiis habuissent beatus pater Ambrosius, diuus Augustinus, Basilius, Chrysostomus & cęteri sanctissimi episcopi tũ Gręci tum Latini tũ aliarũ nationum, ipse autem Ambrosius nõ solum in sua Basilica domini Iesu crucifixi signum habuit & cæteras sacras imagines, verumetiam simulacrum serpentis ænei a Moyse in deserto constituti. Cuius cõspectu sanabãtur qui morsi fuerant a bestiis pestiferis: quod & collocauit e regione crucifixi cuius typum gesserat. His patrum sententiis euidentissime quod petebatur probatum est.

Superest idem demonstrare vsu experientia & ratione & demum sacrosanctę ecclesię authoritate. Siquidem nemo negare potest quod longior vsus & exper V

tientia docuit. Quis autẽ est tam frigide pius, modo nõ sit prorsus religionis cõ
temptor, qui se permoueri non sentiat quin experiatur vtilitatem sacrarũ imagi
num, cum illas piis oculis intuetur? Quis ad agendas gratias nõ prouocetur cõ
spiciens ipsis in imaginibus mysteria quę pegit perpessusq; fuit bonus ille Iesus
Dei viui filius pro salute nostra? qui contemplans ingentia beneficia ab illo rece
pta tãq; magnã ingratitudinem suã erga illorũ authorem animo nõ cõteratur,
doleat, pœniteat, & quãdoq; ad effundẽdas lachrymas non impellatur? Quis est
tam saxeo corde vel ex silice formatus, cuius pectus quandoq; nõ mollescat, hęc
cernens, & diuinã nõ imploret clemẽtiã? Quis tam gelatus etiam si frigidior ac
durior crystallo qui saltem non tepescat & demũ non liquescat vt fluant aquę?
Quis denicq; tam asper & inhumanus vacuusq; omni affectu qui conspiciẽs tã
beneficum, tã pium & sublimen regem suũ innocentissimũ, tam dira & ignomi
niosa in patibulo crucis pro sua salute perferentem ad eũ amandũ non accenda
tur? Qui pari modo cõspiciens eũ potenter a mortuis resurgentẽ, vel cęlorũ re
gna gloriosę petentẽ non hilarescat? Qui similiter videns sanctorum coronas &
supercęlestis aulę gaudia, & triumphos nõ in magnã spem & desideriũ eriga
tur tantorũ bonorũ fieri participẽ? Contra non horrescat totus, non cõtremiscat,
si intueatur dominũ in potestate magna & maiestate iudicantẽ sontiũ scelera, &
de eorũ pœnis decernentem, ad ęternasq; flãmas illos trãsmittentẽ? Quę omnia
imaginũ commoditate ea repręsentantiũ illis proueniunt. Nã quẽadmodũ hæc
eadẽ experiuntur & sentiunt cum illa aut perlegũt vocis organo auribusq; acci
piunt, nihil minus immo & in plurimis longe magis quando ea imaginibus ex
pressa intuentur, cũ interni affectus & pręsertim amoris magis moueãtur con
spectu q̃ auditu aut lectione: nã & cęteris in rebus rerum pulchritudo conspecta
magis delectat & permouet ad eã desiderãdã, q̃ lectio illã describens aut vox il
lam signans. Maxima quippe est vis intuitus magisq; hęrent visa q̃ audita. Præ
terea plura sunt quę nequaq̃ ita repręsentari possunt voce vel literarũ beneficio,
quẽadmodũ effigiatis imaginibus magis rerũ verarũ similitudinẽ referẽtibus,
eo q plus sensum afficiãt vt pote q̃a & magis sensibiles & rebus veris quas rep
sentãt cõformiores q̃ literarũ characteres aut vocis sonitus: q̃uis sint & multa q̃
effigiari nõ possunt, & tñ characterib9 aut voce indicari valẽt. Etenĩ cũ visus ma
gis afficiat q̃ auditus plus etiã oblectat, quãobrẽ & iteriores ai potẽtias magis
mouet. Vnico enĩ momẽto in ictu oculi imagines edocẽt, repsentãt, in memoriã
reuocãt citra laborẽ, q̃ nõ nisi cũ sudore & psępe animi tędio legẽtes vel audien
tes cognoscere aut meminisse valem9. Hęc aũt nemo negare poterit, nisi q ppriũ
sensus iudiciũ ptinacia denegare voluerit. Nã interiori aio nemo id facere põt, cu
ius sensuũ organa nõ fuerint vitiata. Cũ igit hęc in nobis ipis experiamur, valde
mirãdũ quõ dicere possit q̃s sacrarũ imaginũ institutũ nõ esse vtile nec opportu
nũ. Nec ista, quã dixim9, sola ab eis puenit vtilitas, verũ & alię cõplures quas pa
riter expimur. Etenĩ illis admonemur ad sectãdã virtutẽ sceleraq; fugiẽda cũ vi
demus illos ob eorũ egregia facta tali honore decoratos, vt pote q̃a vbiq; psentes
esse nõ valeãt, nec lõgo tẽpore pstare ad eorũ saltẽ memoriã cõseruãdã & pluri
bus in locis gloriã propagandã statuę illos repręsentãtes dedicatę sint. Nam &
virtuti eorũ talis honos debetur quamobrẽ ad illam imitãdam prouocamur.

Mos enī cōstituēdi imagines & statuas nō tantū ex desiderio defunctorū (vt X
quidā arbitrātur) inductus fuit, vt quos perennes & viuos habere nō possum⁹
saltē eorū imaginibus frueremur. Quandoquidē constat plurimis adhuc viuēti-
bus publico decreto statuas æneas vel marmoreas equestres aut pedestres etiā
inauratas locis celebrioribus fuisse cōstitutas ad testādū eorū virtutē & merita,
in priuatisq; domib⁹ idē honos a posteris tribuebatur eorū maioribus q clario-
res fuissent vti debitus, & vt superstites incitarētur ad æmulandā eorū virtutē:
qđ nō peragētes poeta in satyra taxat, his versibus, Stemmata quid faciunt? qd
prodest Pontice lōgo Sāguine cēseri, pictosq; ostēdere vultus Maiorū? Quis fru
ct⁹ generis tabula iactare capaci Fumosos eqtū cū dictatore magistros, Si corā
lepidis male viuit? effigies quo Tot bellatorū si ludit alea pernox &c. Si igit ex
prophanis imaginibus tātā vtilitatē ꝓuenire maiores cognouerūt, vt ꝓpter eā
talē morē induxerint: quanto maiorē ex sacris imaginibus & simulacris euenire
dignoscit? Nēpe tāto quāto diuoꝝ & sanctoꝝ virtus amplior & pstātior illorū
virtute fuit, & si illis huiuscemodi honor debebat, quāto iustius, quātoq; digni⁹
debet diuis nřis eorūq; memorię, vt nō solū chartis mādata seruaretur, verū etiā
oculis cōspiceret. Nā neq; ꝓfanis visum est satisfacere, glorię & memorię clarissi
moꝝ virorū eoꝝ insignia facta historiis describēdo, sed etiā signis imaginibus &
statuis illā cōseruādā esse statuerūt, rū vt multipliciter seruaret tū vt apud plu-
res frequētiorq; esset. Nāq; apud literarū ignaros & promiscuā populi multitu
dinē multorū honor & gloria periisset nisi statuarū & imaginū beneficio cōser
uata fuisset. Itidē cōtigisset diuis nostris quoꝝ memoria prorsus obliterata esset
apud rude vulgus, nisi eorū imaginibus aliqualis fuisset retēta. Nec hoc in di-
uis solū cōtingit, verūetiā & in gestis in mysteriis omnipotentis dei & seruatoris
nostri dñi Iesu Christi: quorū (vt superius attigimus) surdi a natiuitate vel saltē
ab infātia diuini numinis & ipsius dñi Iesu nullā habere possent agnitionē, ꝗuis
& ipsi sacris initiati sint lustricis. Quāobrem nō cōtingat aliqualē habere dei co
gnitionem & mysteriorū Iesu Christi, vt puta natiuitatis & mortis eius nisi effi
giem aliquam indicantē numē diuinū & ipsius domini Iesu nascentis crucifixive
ac resurgētis imagines cōspexissent: ad quę qualitercūq; agnoscēda conspectus
beneficio & aliis qbusdā signis induci possunt. Similiter accideret & multis, so-
cordibus, prorsusq; literarū ignaris, q nullā taliū mysteriorū haberēt agnitionē,
ꝗuis eis prędicaretur ob eorum crassitiem perpetuamue animi mobilitatem aut
nimiā tarditatē, nisi frequenti imaginū intuitu ea cognouissent: & tamē nō pau-
ci sunt in popello huiuscemodi. Quicūq; ergo fatebitur scripturę institutum lite
rarumq; & characterum inuentū vtile fuisse (nemo autem id mente sanus nega
bit) & imaginum instituendarum inuentum & morem vtilem fuisse fateri coge
tur. Nam pari ratione idem conuincitur, quinimo & magis faciente pro imagi-
nibus ꝗ pro literis & characteribus: cum illę quibusdam tantum commodita-
tem afferre valeant & paucis, vt pote tñ disciplinabilibus: Hæ autem omnibus
præterquam cæcis, scilicet tam rudibus & tardis ꝗ eruditis & ingenio prædi-
tis, ꝗuis his potius ad faciliorem reminiscentiam quam ad eruditionem: vtriq; au
tem generi magis ad mouendum affectum: quocirca quēadmodum qui sacros
libros aboleret, nemo negare potest quin magnum incommodum rei christianę

afferret, presertim viris studiosis & literatũ capacibus: ita qui sacrarum imaginum vsum tolleret, nemo non videt quin vniuersum populum Christianum maxima iactura & incommodo afficeret, præsertim imperitam multitudinẽ quæ innumerabilis est: literarum autem gnari perpauci. Sicuti enim tm̃ linguę Grecę periti iacturam facerent sublatis literis Græcis, nullam autem Latini & Barbari: ita in vniuersum sublatis characteribus literarum, soli ad literas cognoscendas habiles incommodum paterentur, populus autem rudis nullum. Ita sublatis sacris imaginibus maximam populus, exiguam autem eorum collatione eruditi. At plurium & publicę vtilitati consulendum est. Si autem diceretur literarum institutum fuisse diuinum, non autem sacratum imaginum: id superius demonstrauimus esse falsum pluribus diuinis exemplis & dictis. Q̃ si rursus quis obiiceret (vt supra tactum est) vsum earum vetitum fuisse populo Hebręo: preter id quod ibi responsum fuit, dicendum & illis tm̃ traditum fuisse vsum literarum & scripturæ: Igitur nobis non licere illis vti? Preterea dominum Iesum nunq̃ mandasse euangelium describi & chartis mandari, sed tantummodo voce prædicari, Ite inquit in vniuersum mundum & predicate euãgelium omni creaturę. Attamen postea ab apostolis & sanctis patribus ad cõmunẽ vtilitatẽ & magnũ ecclesię commodũ fuit conscriptũ ipso spiritu diuino suggerente, itidẽ contigisse dicendũ & in sacris imaginibus cõstituẽdis: ad publicã inquã commoditatẽ ipso diuino spiritu suggerente eũ morẽ fuisse inuectũ. Nã quis nisi mẽte captus dicere audebit licere diuina repręsentare exiguis characteribus & imbecillibus tãq̃ diuersi generis quot sunt idiomata, nõ autẽ magnis imaginibus & simulacris in quibus omnes nationes cuiuscũq; idiomatis solo naturali intuitu legere valerẽt: & varios libros diuinarum rerum facere decuisse, non autem vnũ qui omnibus valeret esse communis? Afferat his sciolus rationem cur magis liceat, vno modo q̃ altero. Q̃ si dixerit ex imaginibus induci posse Christianos ad idolatriã, iam supra responsum est: sed preter id dicetur pari modo idẽ accidere posse circa volumina sacrarũ literarũ: nã illę nũq̃ venerarẽtur nisi diuina repręsentarẽt. Cũ autem sacri codices idẽ efficiant, cur nõ pariter ad se adorandũ homines inducere valebunt? Nã & pie exosculatur & veneratur a Christianis sacrum volumẽ euãgelii & aliarũ scripturarũ quẽadmodũ & imagines venerant͛. At si adhuc diceres quia id similius idolatriæ gẽtiũ, nõ autẽ cõuenire Christianos gẽtilizare, vt ita dicã, ridiculũ, nã respõsio prõpta: si id facere nõ debẽt ne videant͛ gẽtilizare, eadẽ ratione probatur debere imagines colere ne videãtur iudaizare. Nã quẽadmodũ apud gẽtiles imagines erãt in vsu, ita Iudęis erãt prohibitę. Nõ minus autẽ dedecet videri iudaizare imo magis interdictũ q̃ gentilizare. Cõmoditas etiam vsus earũ pluribus exẽplis euidẽtissime dignoscit͛. Quot eñ videtur correpti ab imm̃ũdis spiritibus cõtremiscere, exclamare, trãsmutata humana facie in teterrimã speciẽ: spumãti ore trãslato corã ipsis presertim signo gloriosissimę crucis, fatẽtibus ipsis spiritib9 dire se torq̃ri, nec corã illo sistere posse, coactosq; esse recedere corpore qđ vexabãt? Ideq; frequẽter cõtingere cũ deducunt͛ ad cõspectũ aliarũ imaginũ, apđ quas signa & virtutes frequẽter ꝓdeũt. Q̃ pterea cõmodũ fuerit magno Cõstãtino signũ viuificę crucis potita victoria cõtra Maxẽtiũ tyrãnũ ad põtẽ miluiũ, vrbs ẽt a seruitute liberata declarauit: qđ signũ ei añ ostẽsũ

fuerat & triumphus de hoste promissus hisce verbis, In hoc signo Constantine vinces quo etiam potitus Romanę vrbis imperio tot barbaros populos tot efferas nationes profligauit atq; subegit. Quis negare audebit inuentionem sacratissimę crucis illius inquam proprię in qua dominus pependit fuisse vtilem & commodam religioni Christianę: diuinoq; opere sequutam sanctissimamq; Helenam ipsius Constantini parentem, peregrinationē illam ad id perficiendū non sine afflatu sancti spiritus suscepisse: quo in negocio tot admiranda prodigia cōtigere testata a tam grauibus & sanctis authoribus tēporiq; quo hęc gesta fuere proximis, beato inquam patre Ambrosio in oratione funebri de obitu Theodosii Imperatoris, & doctissimo sacerdote Ruffino Aquileiensi in decimo historię ecclesię libro. Qui Ambrosius ipsius sanctę fœminę factum celebrans testatus est sancto spiritu permotam id peregisse: & edocuit q̃ opportunū decensq; sit adorare ipsam sanctissimam crucem & nequaq̃ dici posse adoratores idolatrare inter cętera hęc inquiens, Inuenit ergo Helena titulum crucis & crucē adorauit: non lignum vtiq;, quia hic gentilis est error, sed Regem qui pependit in ligno scriptus in crucis titulo. Et paulo post, Misit filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, quas ferro innexas preciosior gemma crucis redemptionis diuinę connecteret. sapienter nāq; Helena egit quę crucem in capite regum leuauit & locauit vt crux Christi in regibus adoretur. Non insolentia est ista, sed pietas est cum defertur sacrę redemptioni &c. Erigere igitur sanctę crucis signum illudq; constituere, vsq; in diademata regum ac id efficere gestamen regiū quod fuerat damnatorum ignominiosissimum patibulum vtile & peropportunum. Quo conuincitur de aliis signis sacrisq; imaginibus similiter esse sentiendum. Nempe & q̃ proficuum fuerit hoc decorum gestamen signi gloriosissimæ crucis Heraclio imperatori in maximo bello, quod cum Cosdroa potentissimo Persarum Rege gessit, fœlicissimus belli euentus declarauit: opportunitas quoque eiusdem sacratissimi signi dignoscitur ex hoc q; omnia mysteria peragenda semper adhibetur, nullaq; res diuina peragitur quemadmodum & superius retulimus sententia diui Chrysostomi absq; signo Dominicę crucis, quod vbiq; transferendum, & inserendum esse censuit.

Reliquum est eandē opportunitatem sacrarū imaginū demōstrare ex vniuersalis ecclesię sacrosanctę authoritate, quę morem illas erigendi & venerādi non solū vsu & consuetudine perpetua vbiq; locorum recepta probauit, verū & faciendum esse definiuit & sanxit decretis, non summorum pontificum tm̄ sed etiā patrum sententiis in conciliis generalibus ad id definiendum coactis. Nulla em̄ natio est, nullus populus in Christiano orbe qui hoc institutum sacras imagines colendi non obseruet. Non solum enim Latini & Græci Barbari quoq; orthodoxi quascunq; regiones habitent, verū etiā & schismatici quocūq; nomine appellentur, vt Nestoriani, Iacobitę, Armeni, Cophti, Gorgiani, & cęteri huiuscemodi per orientem dispersi hoc idem pie faciunt. Reiecit vsum imaginum scelestissimus Mahumet Arabs in institutis suarum legum, vt etiam Iudęos in suas partes facilius traheret. Nam vt in Alchorano est videre, modo Iudæis applaudere studet, modo Christianis, sed hęreticis præsertim in varios errores lapsis vt Arrianis & cæteris, nunc etiam gentilibus siue paganis vt omnes alliceret Y

ad suam spurcissimam legem suscipiendam. Reiecerunt & imagines quidam alii
hęretici sed pauci, ad id inducti vel sensus penuria vel tumore & superbia, putãtes
se reddi insigniores nouos inducendo mores & diuersos a cętero Christianorum
cœtu catholicęq; ecclesię: alii omnes pie & diligenter illũ perpetuo seruarũt. Cũ
igitur tot efficacissimis rationibus constet inuectũ morem colendi sacras imagi
nes nõ solũmodo licitũ esse ac decentẽ, verũ etiã vtilissimũ & peropportunũ ve-
tustissimũq; esse institutũ, & a sanctis omnibus cõmendatũ ac obseruatum, sum
maq; authoritate vniuersalis ecclesię cõprobatũ, attamẽ tu interim audes dice-
re ad derogãdũ tã pio mori hoc tẽpore repertũ esse ex supnaturali philosophia li
gneã statuã eadẽ adoratiõe adorari qua adoratur æterna trias. Teq; pudere re-
ferre quãta superstitione, plerięq; istorũ obseruent has ceremoniolas ab homũcu-
lis institutas. Vere inquã Erasme ex supernaturali philosophia q̃ a ex sacra theolo
gia, ex institutis & exẽplis e scriptura acceptis, ex sanctorũ patrũ sententiis, ex sa
crosanctę ecclesię authoritate, nõ hodie sed vetustissime a tẽporibus vsq; ipsius
Christi & Apostolorum institutum hoc adorandi sacras imagines inductũ, non
quemadmodum adoratur æterna trias, vt tu vafre ac calumniosissime cõmẽta-
ris, quod superius declaratũ est, sed cultu conueniẽti & rationabili: non illũ hono
rem imaginibus tribuẽtes, nec in ipsis sistentes, sed ipsi numini ad quod refertur
imago: quod te puduisse debuerat dicere esse superstitiosum, ceremoniolasq; ab
homunculis cõstitutas. Nũ homunculos putas tu magnus Athlas Apostolicos
viros, tot sanctissimos ac doctissimos patres quos supra recensuimus, iudiciũq;
vniuersalis ecclesiæ: sed & Goliath homũculum & puerum existimauit esse Da
uid, quamobrem eum contempsit: cum tamen ille eum non hasta aut gladio, sed
simplici funda, non comminus sed eminus, non solum superarit sed & internicio
ni dederit. At tanta est tui ipsius persuasio, tantumq; studium contradicendi pa-
tribus, & calumniandi vniuersos mores ecclesiæ, vt omnia proprio sensu metiens
nec rationibus demonstrantibus cedas, nec patrum sententias reuerearis, sed &
ecclesiæ authoritatem contemnas. at qui nec credit patribus recte monentibus,
nec ecclesiam audire vult, eiusq; decretis acquiescere, sententia domini habendus
est tanq̃ ethnicus aut publicanus.

Z Cęterum existimauerim imaginũ vsum debere esse moderatũ, tãtaq; grauitate
& iudicio dispositũ, vt cõmode pręstet id ad quod inductus est, videlicet vt sum-
mũ deũ glorificet, pietatẽ excitet, mysteriorũ dñi ac virtutis sanctorũ nos memo
res reddat, ad eos imitãdos incitet: & deniq; ad glorificãdũ dñm mẽtẽ nostram
inflãmet. quod q̃dẽ nõ tã imaginũ multitudine fit q̃ quãdoq; confusionẽ gignet
ac derisum cõtẽptũq; parit: cũ multis in tẽplis plurimę inculcẽtur, magisq; ꝑter
omne decorũ q̃ si paucę locis aptis debita ratione & vero iudicio in tẽplis ipsis
collocẽtur. Nec quidẽ oĩa a diuis gesta sunt effingẽda. At quẽadmodũ nec in
comœdiis oĩa corã spectatoribus agũtur, sed q̃ reꝑsentare turpe indignũve es-
set ab illarũ actoribus ꝑtereũtur, tñ indicãtibus illa in penetralib9 dom9 fuisse
pacta, vel iterno sensui spectatoꝝ illa subintelligere ꝑmittẽtib9 ex his q̃ gesta spe
ctarũt: Ita quoq; in effingẽdis imaginib9 vt solũ ea effingãt q̃ vtilia cõmodave
futura sũt illa spectaturis, eorũq; aĩos ędificatura. nec etiã oĩa q̃ rite effingi possẽt
adinuicẽ infarciẽda sunt, sed cũcta rõne disponẽda vt videlicet ea q̃ cõnectant cõ

sentanea sint, nec se impediãt, cõspectũq; inspiciẽtiũ obruãt potiꝰ q̃ instruãt. Sicuti enĩ neq; scriptores probantur qui frequentiores sententias infarciunt, orationemq; ex eis tantummodo contexunt: ita pariter neq; pictores statuariive signa tabellasq; adinuicem coaceruantes quasi informes res essent: sed hi laudantur, qui conuenientia ordine congruo debitisq; componunt interuallis. Sunt enim effictores prorsus similes scriptoribus: tantum enim discrepant describendi genere. Nam vt illi rerum gestarum & naturæ opera characteribus quibusdam exprimunt chartisq; mandant: Ita pictores quæ fingi possunt parietibus & tabulis effigiebus res ipsas imitantibus exprimunt. Quamobrem & confusa illorum compositio ac exuperans frequẽtia pari modo improbatur. Vitruuius quippe scriptor egregius, rationes architecturæ describens, cum de ornandis ædificiorũ parietibus signis & picturis agit, edocet illos non esse ipsis obruendos, sed locis quibusdam aptis collocandas, quibus & illi insigniores aspicientium conspectui reddantur: ipsiq; parietes & tota constructio ornatior. Quemadmodum & mulieres magis cultæ aspectuq; gratiores sunt cum earum ornatus modicus, vtpote si tantummodo gemmatũ de collo pendet monile, ornaturq; frons inter flauos crines fulgenti lapide, quibus ad aures difluentibus micent ex ipsis preciosissimi vniones, pectus ve pyropo aut adamante tantum niteat, q̃ si vniuersum corpus contectum onustumve esset gemmis & auro. Neq; etiam manus ornatior si digiti singuli annulis adinuicem coaceruatis essent referti, q̃ si modici vtpote annularius pollexve aut index. Quod si hæc animaduertenda in domuũ aut corporũ ornatu cæterisq; rebus prophanis, quę tantummodo fiunt ad oculorũ voluptatem, quanto maiori diligentia seruanda hæc ratio in cultu templorum rebusq; diuinis repræsentandis? Cum in his ad vtilitatem spectantium altissimiq; & sanctorum eius honorem & gloriam. Quamobrem tales fieri par est imagines in templis, vt quod dictum est efficiant ad quod & institutæ sunt. Et hæc quantum ad præsens negocium dicta sufficiant.

DE SANCTORVM CVLTV ET RELIQVIARVM VENERATIONE.

Item de præconiis, titulis & innocentia Deiparæ virginis: & eorum ad catalogum sanctorũ adscriptione iuxta canonicam consuetudinem. Lib. IX.

VIDENDVM modo congrua ordinis ratione, quid de A
cultu diuorum, qui per imagines repręsentantur, reliquiarumq; ipsorũ veneratione & elogiis ac titulis quibus honorantur, scripseris. Non enim satis fuerat instituto tuo te insectatum fuisse cultum, qui eorum imaginibus pie impenditur, nisi etiam venerationi, quæ felicissimis eorum animabus a mortalibus tribuitur, impudentibus & derisoriis verbis, ne dicam sacrilegis derogasses. Quod plurimis in locis modo carptim arrepta quacunq; occasione, modo prolixiori oratione facis: & præ cæteris ex proposito in Enchiridio militis Christiani, & qui-

busdam familiaribus colloquiis. In Enchiridio enim ita inquis, Sunt qui certos diuos certis quibusdam colunt cęrimoniis: alius Christophorum singulis salutat diebus, sed non nisi conspecta eius imagine. Quo tandem spectans? Nempe huc q̧ sibi persuaserit sese eo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quędam adorat. Sed cur? q̧ illum credat pestem a corpore depellere. alius Barbaræ aut Georgio quasdam preculas admurmurat, ne in manus hostium veniat. Hic ieiunat Apollinæ ne doleant dentes: ille visit diui Iob simulacra, vt scabie careat. Hieronymi cęreolos accenditur, vt res quæ periit recipiatur. In summa ad hunc modum quot res sunt, quas vel timemus, vel cupimus totidem illis diuos præfecimus, qui & ipsi diuersis nationibus diuersi sunt, vt id apud Gallos valeat Paulus, quod apud nostrates Hieron: neque passim id valeant Iacobus & Ioannes, quod illo atque illo loco &c. Et in colloquio, quod inscribitur naufragium, ita inquis, Erat vnus qui polliceretur se aditurum diuum Iacobum, qui habitat Compostellæ nudis pedibus & capite, corpore tantum lorica ferrea tecto. Ridiculum, quasi diui non habitent in cælis. Vnum audiui qui clara voce ne non exaudiretur, polliceretur Christophoro, qui est Lutetiæ in summo templo, mons verius quàm statua, cæreum tantũ quantus ipse esset. Hæc cum sæpius inculcaret, qui proximus assistebat ei, cubito tetigit eum ac submonuit, vide quid pollicearis & cætera. Tum ille voce iam pressiore ne videlicet exaudiret Christophorus. Tace inquit fatue, An credis me ex animi sententia loqui? si semel attigero terram, non daturus sum illi candellam sebaceam &c. Et inferius, Quid tu interea, an implorabas alicuius diui præsidium? ne id quidem. Quamobrem autem? Quia spatiosum est cælum, si cui diuo commendauero salutem meam, puta sancto Petro, qui fortasse primus audiet, q̧ adstet ostio: priusquam ille conueniat deum, priusquam exponet causam ego iam periero. Quid igitur tu? Recta adibam ipsum patrem dicens, Pater noster. Nemo diuorum eo citius audit aut libentius donat quod petitur & cętera. Et paulo post subiungis, Interim exoritur quidam sacrificus senex, is abiectis vestibus, ocreis etiam & calceis poscit paremus nos ad natandum. Atq̧ stans in medio nauis concionatus est nobis ex Gersone quinque veritates de vtilitate confitendi, hortans omnes nos paratos esse vitæ & morti. Dominicano cuidam confessi sunt, qui volebant, ego autem tacite confessus sum deo. & rursus Cum iam nihil superesset ad arripiendum, quidam auulsit ligneam statuam virginis matris iam putrem atque excauatam a soricibus, eamq̧ complexus cœpit natare. Et inferius, Sed quanq̃ erant inuicem confessi in naui, tamen obliti nescio quid circunstantiarum, rursus ibi confitentur, & alter alteri manum imponit. Dominicanus autem nudus se commisit natationi inuocans dominicum, Thomam, Vincentium, & nescio quem Petrum. Sed in primis fidebat Catharinæ Senensi, Christus illi non veniebat in mentem. Certe melius enatasset, si non abiecisset sacram cuculam. Ea deposita qui potuit illum agnoscere Catharina Senensis? &c.

B Morosior fuit huius loci recitatio sed nihil ex his præteriri potuit declaraturo tuam sententiam, qua plurima & diuersa coaceruans, non sanctorum obseruationem tantum præstringis, verum etiam & sacram confessionem,

insinuans ipsi deo esse confitendum & promiscue licere laicis sibi inuicem manus imponere volentibus confiteri quemadmodum sacerdotibus: & sanctos inuocatos non agnoscere quis sit qui precetur, nisi ex amictus genere. Præterea & in dialogo de Peregrinatione religionis ergo, quot bone deus indigna profers? quo toto nil aliud agitur, nil aliud spectatur, quàm mouere risus, quàm ludificari gloriosam virginem cum cæteris sanctis, & cultum qui illis præstatur incessere. Nam quanto ludibrio diuos omnes & virginem habeas, formidet lingua referre. Quo loco nec præteris incessere religiosos ipsis diuis sacra peragentes, nec iis quidem parcens, quos te minus lacerare decebat, videlicet canonicis regularibus diuam virginem parathalassiam apud Britannos colentibus. Omitto cætera ad vitandum maius lectoris fastidium & vt tibi aliquantisper indulgeam, quædam condonans: cum hisce tuis testimoniis plusquam satis repressam esse tuam impudentiam constet, tam lata fronte denegantem, te nihil vnquam scripsisse quod honori sanctorum cultuique & pietati Christianorum eos venerantium detraheret. Nam quæ de eorum reliquiis, cultu Deiparæ virginis, & canonizatione sanctorum scripsisti inferius suo loco recitabimus. Alioqui enim loca illa bis recitare necessario cogeremur. At saltem Deiparæ virginis pepercisses honori, illam reueritus B
propter eum, quem nobis genuit seruatorem, si incomparabilis singularissimeque eius virtutis ac dignitatis nullam rationem voluisses habere, si cæteris sanctis maligno impetu animi ad id te impellentis indulgere non valuisses. O audaciam inauditam. Quisnam pietate tam frigidus esse potest, qui æquis auribus, qui patienti pectore tales risus, tam ludibriosa verba, tam calumniosa proferri de sanctis omnibus, de amicis dei, de ipsa superexcelsa intemerataque virgine dei parente ferre possit? Hæc autem persequeris: primum sanctos omnes in vniuersum vellicas, eorum honorem & cultum infectans. Postea ipsam gloriosissimam Mariam, quæ nobis eum edere meruit, qui vere per essentiam solus sanctus est, per cuius gratiam quotquot beati sunt, fuere sanctificati, derides, præstringis, illique infande derogans contendis iis ælogiis & titulis, quibus sanctum eius nomen colitur indigne celebrari, vtpote non ei conuenientibus: ac in summa plus honoris a mortalibus quàm liceat, deceatve illi præstari, in eaque insectanda eo vsque dementatus es, vt non formidaueris eius verbis effingere epistolam Glauco Pluto transcriptam, quam prophanæ gentes de Venere aut Vesta, effingere etiam ludentes grande piaculum duxissent. Tertio reliquiarum venerationem procacissime deridens, simul & eam pietatem fidelium detestaris. Postremo iis nondum satiatus, vt in dubium etiam reuoces, an ii vere sancti sint, qui pro sanctis coluntur, simul & ecclesiæ institutum condemnas, inductum morem referendi illos in diuorum album, siue (vt aiunt) canonizandi carpis, & quoad vales inuidiosissima oratione taxas. Quocirca non erit quod graueris, si & tu forte quædam male audies, quando tibi respondebitur, vt qui antea pios diuorum cultores tot & tanta male audire de diuis ipsis coegeris. Quis enim tam modestus esset, vt prorsus a verbis temperare posset, audiens tam pro-

taciter insultari heroibus nostris. Ecclesiæ catholicæ proceribus sanctorum omnium parenti, omnipotentisq; dei sponsæ & matri. Nanq; si omnes sancti mébra Christi sunt, virgo autem intemerata ipsius Christi mater, conuincitur & omnium sanctorum matrem esse.

C Quoniá vero tractantes quodcunq; negocium conuenit vt prius agant de eo quod commune est & vniuersalius, quàm ad particulare deueniant, tibi respondentes hunc ordinem seruabimus. Primo loco disseremus de sanctorum veneratione in communi ipsorumq; reliquiarum cultu: propter ipsos enim eorum monumenta & reliquias honoramus. Secundo de ipsa veneratione gloriosissimæ virginis omnibus sanctis superexaltatæ. Sic etenim debitum orationis progressum tenebimus, ab inferioribus ad potiora contendentes. Postremo & de ipso instituto canonizationis agemus, vniuersam disputationem huius argumenti absoluentes. Hoc autem in primis probabimus, beatissimas sanctorum animas venerandas esse & interpellandas, vt pro nobis communem dominum precentur, nobisq; opitulentur, facultatibus & gratiis eis a domino impensis ac distributis: hocq; tum rationibus, tum patrum exemplis & sententiis confirmabimus. Manifestum quippe illos venerandos esse & colendos, qui egregia virtute præ cæteris mortalibus præditi fuere, precandosq; vt nobis opem ferant, præsertim cum valeant & possint. Huiuscemodi autem esse di uos quotquot sunt exploratissimum. Nam omnes heroica virtute polluerunt, gratiaq; valent apud omnipotentem deum, quem præ cæteris rebus ex toto corde, tota mente, tota denique anima amauerunt suspexeruntq;: pro cuius amore tot & tanta incommoda perpessi sunt. Quocirca & nobis opitulari possunt, obq; charitatem communem, qua inflammati sunt, nobis bene volunt. Igitur sancti venerandi ac interpellandi. Quantum ad primam collectionis partem forte diceres te id non inficiari, sed contendere plus tribui honoris & cultus quàm liceat. Hanc enim sententiam tua verba exprimunt. Non autem simpliciter sanctos non esse venerandos. Alteram autem partem scilicet eos esse interpellandos ad opem ferendam negares, aut quia id præstare non valeant, aut quia ad deum omnipotentem sit recurrendum, illique soli supplicandum, vt petita & quæ nobis vsui sint præstare dignetur. Nam aperta est tua sententia in colloquio Naufragii ridens eos, qui sanctorum auxilia inuocabant, consiliumq; illius probans, qui tantum omnipotentem precabatur, orationem dominicam proferens. Quamobrem & argumento nostro respon deres falsum esse q̃d assumebat, videlicet sanctos vita functos, suis precibus aut concessis facultatibus nobis auxiliari posse: nec enim ex eo q̃ gratia valeant, apud summum deum id confici: grati nempe sunt altissimo, diceres: cum illius gloriosissimi regni effecti sint participes, ac domini Iesu filii eius cohæredes. At ex hoc non sequitur quòd valeant præstare cæteris opem, vt eorum felicitatis consortes efficiantur, vel eis alia beneficia conferre: sed deo deorum, domino dominorum, sancto sanctorum, soli hæc omnia esse reseruata. Si inquam hæc diceres conatus defendere tuam sententiam: respondendum primũ te cõtra ratioñe reluctari: præterea cõtra expressissimas sanctorũ omniũ

ſententias prorſus contrarium ſtatuentes. Contra rationem inquam. Non enim negabis ipſos ſanctos valuiſſe, dum in corpore mortali adhuc viuerent, dum adhuc (vt aiunt) viatores eſſent, cum adhuc peccare poſſent. Quinimmo & peccarent, incertiq; de propria ſalute adhuc eſſent, nondum Chriſto coniuncti per confirmatam gratiam ſuis orationibus nobis auxiliari facultatibus eis a domino tributis, nobis varia beneficia conferre, vt ſanare morbos, pellere nequiſſimos ſpiritus, & alia huiuſce generis admiranda: quorum tot teſtimonia, tot exempla recitantur in ſcriptura, tum veteris, tum noui teſtamenti. Tum quod ſuis precibus, tot impetrarunt a ſummo domino condonari nobis, tum quod ipſimet nobis præſtiterunt, ac præſertim Apoſtoli. Nam tanta prodibat virtus a Petro & Paulo, vt contacti eorum ſola vmbra, quocunque langore detinerentur, incolumes & ſani euaderent, vt Apoſtolorum Acta teſtantur. Cætera prætereo infinita, quæ & notiſſima ſunt. Si inquam viuentes hæc valuerunt, obſecro age quid commiſerint, quid perdiderint, poſteaquam angelorum conſortes effecti ſunt, poſteaquam ciues cæleſtis aulæ, domeſticiq; omnipotentis redditi ſunt? quibus talis facultas adempta, quam omnis ratio ſuadet fuiſſe adauctam. Quanto celſiores, perfectiores, & magis diuini effecti ſunt, quàm cum mortaliter viuerent. Vt enim inquit Hieronymus aduerſus Vigilantium, Si Apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando adhuc pro ſe debent eſſe ſolliciti: quanto magis poſt coronas, victorias & triumphos? Et rurſus idem ſanctiſſimus pater, ſuper illa verba Matthęi, Qui autem minor eſt in regno cælorum, Nos ſimpliciter intelligamus quòd omnis ſanctus, qui iam cum deo eſt, maior ſit illo, qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud enim eſt, coronam victorię poſſidere, aliud adhuc in acie pugnare. De delicto culpave nihil diſputandum. Conſtat enim eos poſt mortem cæleſtisq; aulæ ingreſſum nil peccaſſe. Diceres ne igitur quia corpus amiſerunt, ideo hanc vim & poteſtatem perdidiſſe? quod forte probabiliter dicere poſſes, ſi eorum virtus & merita in corpore potius fuiſſent ſita, quàm in ipſorum animis: ſi eorum ſtatus & conditio potior fuiſſet, cum iuncta eſſet terrenæ ac corruptibili carni, quàm nunc, cum per indiſſolubilem charitatem iuncti ſunt gloriæ ſummi creatoris. Cum autē res ſecus ſe habeat conuincitur, nihil ab eis demptū eſſe, quo præſtare minus poſſint, quicquid antea valebant: quinimmo omnia & ſi non maiora commodius, facilius & ſecurius. Si autem diceres id non valere, quia nec pro ſeipſis amplius mereri queant, cum merendi tempus iam pertranſierit: quamobrem quod pro ſeipſis nō poſſunt nil mirum, ſi nec pro aliis valeant. Reſponſio prompta eſt nullam aut inualidam prorſus illationem eſſe. quod enim pro ſeipſis hic meruerunt in caſtris decertantes, iam receperunt in ęterna pace triumphantes. vt autem adhuc pugnantibus nobis ſubſidia auxiliave ipſi ſancti regnantes ferre præualeant, non id in regno, ſed hic in acie militantes promeruerunt. Non enim hoc exigitur vt cum aliquid impetrant, illud tunc primum impetrare mereantur, ſed ſufficit illud meruerint, cum adhuc in ſtatu merendi eſſent conſtituti, quemadmodum & dixit beatus Auguſtinus decernēs quomodo preces & ſacrificia diuorum opitulari valeant defunctis pro quibus præſtantur. Ait enim vt in alio argumento recita-

uimus, illis prodesse qui dum viuerent meruerunt, vt eis illa auxiliari possent. Meruere siquidem sancti omnes benignissimo domino acceptante pia eorum opera formata fide peracta dum viuerent, vt etiam dissoluto corpore pro suis beneuolis impetrare petita valerent, iidemq; ipsi illis beneficia conferre.

D Quòd autem eis talis insit facultas, iisq; dotibus prædicti sint, prout ratione demonstratum est, sanctorum patrum testimoniis & exemplis, quemadmodum polliciti sumus plane demonstrabitur. In qua sententia cum omnes consentiant te illi refragari non posse manifestum est. Exemplis autem primum id agemus, quibus & sententia ipsa magis confirmabitur. Perspicuum sane quòd sancti patres & posteri eorum, qui antea decesserunt, nequaquam illos mortali vita functos interpellassent, vt pro ipsis orarent ac intercederent, nisi pro comperto habuissent, illos id præstare posse, doctissimus siquidem atque beatissimus pater Hieronymus diuam Paulam vita functam in Bethleem supplex rogauit, vt suis precibus ipsi propitium redderet dominum, vt in epitaphio ipsius descriptũ est hisce verbis. Vale o Paula, & cultoris tui vltimã senectutem orationibus iuua. Sanctissimus quoq; ac ingeniosissimus Augustinus (vt est videre plurimis in locis lucubrationum) eius, enixe rogauit sanctam matrem Monicham, vt sibi precibus suis præsto esset apud dominum. Idem quoque fecit erga beatum martyrem Cyprianum & alios diuos. Cum de eorum laudibus & gestis ageret: idem & grauissimus pater Ambrosius describens præclaræ virginis Agnetis martyriũ, ac virtutes ab illi⁹ Mausoleo ꝓdeũtes, & agẽs de inuentione martyrio ac prodigiis sanctorum martyrum Geruasii & Prothasii, Vitalis quoque & Agricolæ ac aliorum. Magnus item Gregorius plurimos sanctos interpellauit, vt in ipsius dialogo aliisque eius operibus, quibus de sanctis agit videre licet. Itidem factitasse & cæteros patres constat. Cum aliis suadeant eósque ad id faciendum prouocent. Inquit enim diuus Chrysostomus in sermone sanctorum martyrum, Maximi & Iuuentini, quòd illos non indignum fuerit columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & tauros simul appellare. Et paulo post, Iccirco sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites vulnera quæ in præliis fuere sibi inflicta Regi monstrantes fidenter loquuntur: ita & illi manibus abscecta capita gestantes & in medium afferentes, quæcunque voluerint apud Regem cælorũ impetrare possunt. Vis expressiora verba quàm dicere quæcunque voluerint apud Regem cælorum illos impetrare valere. Rursus idem eloquentissimus pater in Genesim, Quando enim quod ex nobis est simul afferimus, & intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. Et rursus in sermone beati Babilæ martyris, Tanta sanctorum vis est, vt dæmones cum viuunt, eorum vmbras & vestes ferre nequeant. Defunctorum autem & tumulos formident. Audisti Chrysostomum: modo audias & diuum Augustinũ libro enim meditationũ, ita habet, Felices sancti per vestrã charitatẽ, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis, ꝑ ipsũ vos rogo, q̃ vos elegit: estote iugiter memores nostri, subuenite nobis miseris q̃ adhuc in salo hu⁹ vitę agitamur ꝓcellis, date manũ & erigite,

iacentes intercedite & orate constanter & indefinenter pro nobis miseris peccatoribus, vt per vestras orationes sancto consortio vestro coniungamur, quia aliter salui esse non possumus. Sumus enim nimis fragiles & nullius virtutis homunciones, animalia ventris & carnis mancipia, per hoc mare magnum nauigantes vbi sunt reptilia, quorum non est numerus, vbi Scylla & Charybdis, vbi draco sæuissimus paratus ad deuorandum. Orate domini, orate piissimi, orate omnia agmina sanctorum & vniuersi cœtus beatorum. Et in libro de spiritu & anima sic legitur, Vos qui meruistis consortes fieri supernorum ciuium & perfrui æternæ claritatis gloria, orate pro me ad dominum. Item quoque in psalmum octogesimum octauum si ait, Natalitia sanctorum cum sobrietate celebrate, vt eos imitemini qui præcesserunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis, vt benedictio domini maneat inæternum super vos, fiat fiat. Præterea idem in Ioannem, Ideo sanctos martyres ad ipsam domini mensam non sic commemoramus quemadmodum & alios, qui in pace requiescunt, vt etiã pro eis oremus, sed vt ipsi orent pro nobis, & cætera. Et beatus Damascenus de fide orthodoxa, inquit, Honorare decet sanctos, vt amicos Christi, vt filios & hæredes dei: quemadmodum ait deiloquus Ioannes Euangelista, Quicunque autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri: igitur & hæredes, Et dominus in euangelio, Vos, inquit, amici mei estis. Et paulo post, Reges, domini, ac dii sunt sancti, non natura sed gratia: quod ipse summus deus est natura. Quomodo igitur non honorandi sunt, nam honor erga gratos & benignos conseruos, beneuolentię erga communem dominum indicium est. Promptuarium enim domini & pura habitacula facti sunt. Quomodo igitur non sunt honoranda animata templa dei? viuentes enim in fiducia, deo assistunt. Et paulo post, Adiutores ergo totius generis deo pro nobis supplicationes porrigentes, certe honorandi sunt, & in primis Deipara virgo & cætera. Beatus quoque Hieronymus in Ezechielem hæc inquit, Legimus Aaron aduersum ignem, Israelis populum deuorãtem, occurrisse & stetisse medium, opposuisseq; se murum pro salute populi. Hieremiæ quoque dicitur ne occurrat domino, neque stet contra iram eius orationis perseuerantia. Sicuti enim murus hosti opponitur, etiam aduersario occurri solet ex aduerso contraq; venienti: ita dei sententia sanctorum precibus frangitur. Vnde & Mosi dicitur, Dimitte me & delebo populum istum, & cætera. Magnus quoque Basilius in sermone quadraginta martyrum ita scribit, Beneficium hoc fratres, gratiam hanc minime deficientem, ac sine inuidia ex deo obtinemus, vt paratum sit nobis & ecclesię per hos martyres auxiliũ. Vbi enim sunt isti, quis dubitet deum esse præsentem? Qui aliqua premitur angustia ad hos confugiat, qui rursus lætatur hos oret: hic vt a malis liberetur, ille vt duret in rebus lętis: hos mulier orans pro filiis, auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ęgrotanti salutẽ implorat. Cum his ergo martyribus nostras effundam⁹ preces &c. His tot tãtisq; clarissimorum patrum testimoniis, omnibus admuicẽ consentiẽtibus, aperte constat sanctorum beatissimis animis inesse facultatem precandi omnipotentem pro mortalium commodis, & petita vt plurimum impetrandi: illosq; fidenter esse interpellandos, vt nos tali officio non destituant, sed indefinenter

illud præstare velint ipsosq; magna veneratione a nobis esse colendos, & cumu latis honoribus semper prosequendos. At inquies non inficior esse venerandos, sed in eorum cultu excessum & redundantiam causor. Quod autem ad interpel landā eorum opem attinet, quam recitatæ patrum sententiæ afferre videntur, alia est quæstio, de qua posterius agetur.

E At si hoc astruis, par est vt proferas quibus rebus peccatur in sanctorum ve neratione & cultu: manifestum nempe eos nequaq̃ latriæ cultu, qui soli omnipo tenti debetur, illos coli, sed dulia tantū aut hyperdulia revereri ac suspici. In quo præstando si limes pertransitur, si debita mensura non seruatur, dicas oportet an hoc contingat cum illos precamur, vt pro nobis intercedant beneficiaq; secū dum mensuram gratiæ illis collatæ nobis conferant, aut cum illorum laudes & preconia decantamus, vel cum templa & basilicas eorū nominibus appellamus, statuas ve aut imagines ipsos referentes dedicamus. Aut cum eorum festos dies solenniter celebramus, vel cum intuitu & reuerentia honorem offerimus, & ali qua ad eorum decus erogamus, aut cum eorum tumulos ac reliquias venerabū di inuisimus & exosculamur. Nam extremo cultu iisce rebus sancti venerantur. Quod si declarauerimus in his nihil nimium fieri, nihil indecens, compertū erit de te iniuste hac de re conqueri solo calumniandi studio, non autem pietatis officio, quod prætendens persæpe ipsam veram pietatem infectaris. Primum autem (quia ad posteriorem quæstionem attinet) leuius attingam, nec multum in eo immorabor: hoc tantum dicam, cum diuis supplicamus, non id peragere, obtendētes illos solos aut propria virtute ea quæ petimus præstare posse, quod solius omnipotentis dei est. Nā nullā ex causis posterioribus aliquid efficere pos se, nisi ad id primo concurrat illa suprema qua nulla prior, a qua cæteræ omnes pendent, non solum fide tenemus, verum etiam recta naturali ratione sumus e docti: fide præterea. sumus instructi nullā naturam remve creatam aliquid pre stare posse virtute propria, sed tantummodo quantum permittit, siue vult glo riosus deus, quamuis in iis quæ ad naturales causas pertinent. Ita illas admini strat, vt proprios motus communi lege agere sinat. Ipsum autem tantummodo citra adminiculum cuiuscunq; creaturæ quicquid libuerit agere posse. Quam obrem cum supplicamus diuis, hoc ab eis petimus, vt vel aduocatos nobis agāt apud omnipotentem precātes, vt ea nobis præstet quæ desideramus, aut illi tri buāt quæ præstare dominus dedit facultatem. non autem vt ipsi propria vir tute illa efficiant: quod ex orationibus Ecclesiæ & obsecrationibus dignosci tur. In cuius fide rudis populus similiter precatur: implorans enim diuorum au xilia ita inquit, Sancta Maria mater dei ora pro nobis, Sancte Petre ora pro no bis, & sic de cæteris. Nō autem vt ipsi dent aut præstent, sed id ab omnipotenti deo tantum modo postulatur, vt videlicet intercedente diuinissima virgine, vel Apostolorum aliquibus, vel aliis diuis per dominum Iesum Christum illa quæ optamus cōcedat & præstet. Et si quandoq; a diuis ipsis quicq̃ peti contingat secundam expositam rationem illud ab eis posci intelligendum. scilicet vti mini stris dei, aut apud eū intercessoribus. Ex his constat in hac diuorū interpellatio ne nihil excedi aut delinqui. Pariter probabitur, nec in eorum efferendis laudi bus præconiisq; celebrādis quicq̃ excessu peccari. Tam sublimis enim fuit eorū

virtus, vt pótius illam admirari valeas, quàm condignis verbis exprimere: tot & tanta gesserunt præclara facinora, vt nequaquam verbis explicari possint, tanta gratia a summo deo eis fuit collata, tantisque dotibus insigniti fuere, & tam sublimes effecti, vtpote ex seruis filii dei & cohæredes Iesu Christi, tantæq; gloriæ effecti participes, vt verbis explicari non possit. Quinimo nec mente tantum concipi, quod Apostolus testatur inquiens, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit dominus diligentibus se. Age obsecro, quisnam honos, quæ reuerentia par, quæ laus tribui potest æqua tantæ virtuti, tanto decori, tantæ gratiæ, tot meritis, tantæ gloriæ, amicis inquam omnipotentis dei: quinimo filiis per adoptionem? Nulla sane: igitur æqua, si condigna præstari non potest. Quomodo in ea exhibenda excedi quis poterit, aut nimius esse, præsertim cum omnis sanctorum laus in eum qui eos sanctos effecit, redundet ac referatur? Quod spiritus sanctus per os sanctissimi Regis Dauid non solum approbat, sed etiam hortatur faciendum, dicentis in psalmo, Laudate dominum in sanctis eius, &c. & vt ait beatus Damascenus, Honor qui exhibetur benignis gratisq; conseruis, beneuolentiæ apud communem dominum indicium est. Quæso te, quid aliud est laudare dominum in sanctis eius, quàm eorum recensere virtutes & gloriosa facta recolere? ipsosq; cumulatis honoribus reuereri glorificantes dominum, qui eos tam admirabiles tamque diuinos effecit, vt omni laude ac honore sint prosequendi? Quod scriptura edocuit inquiens, Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum, Quorum virtutes & gesta gentium Apostolus celebrans in hæc verba prorupit, Sancti per fidem vicerũt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonũ, extinxerunt impetũ ignis, effugerunt aciem gladii, cõualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, & cætera. Alii vero lubibria & verba experti insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cauernis terræ. Omnia Pauli verba recensere volui, vt manifestarium esset q̃ sublimibus elogiis, quantis præconiis sanctos ipsos sanctissimus Apostolus dignos esse censuerit, illa ipse celebrans & decantans. Quod agnoscens magnus pater Basilius in sermone Gorgonii martyris ita scripsit, Ineptum sane fuerit, si sanctis qui res orbis vniuersas contempserunt nostris opus esse commendationibus putemus. Non enim nostris indigent laudibus ornari, sed nos ipsorum vitæ historia & commemoratione indigemus. Quemadmodum enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque præstanti diffunditur odor: sic e sanctorum commemoratione gestorum omnis prouenit vtilitas. Diuus quoque Hieronymus eandem approbans sententiam in Aggeum ita scribit, Quotidie nominatur in ecclesia, quotidie magnificatur nomen sanctorum, non quòd ipsis prosit a nobis in ecclesia nominari, sed quòd nos magnificantes nomen eorum, consequamur salutem. Gloriatur quippe dominus in athletis suis, & cætera. Auditis autem his tam expressis patrum sententiis, de

sanctorum cultu & celebrandis laudibus aliisq; q̄plurimis quas præterii, quæ tamen omnia tibi nota sunt: profecto nimis admirandum te nihilominus statuisse illos plus venerari quàm deceat, quod vti his duobus capitibus demonstratum est esse falsissimum, ita in reliquis speramus nos esse facturos. Non enim hoc dicere vales propterea quòd templa quædam eorum nominibus nuncupemus statuasq; & imagines ipsos referentes, ad eorum honorem erigamus. Quod enim ad imagines attinet, perspicuum te nihil tale dicere posse. Ex his quæ in libello de imaginibus dicta sunt, nisi dicere esset animus illis non conuenire imagines institui, ex auro aliave preciosa materia, quemadmodum omnipotenti deo & domino Iesu Christo, quod ineptum & puerile nimis esset, eo quòd ob materiam non veneremur imaginem, sed propter illum quem repræsentat, quod æque fit, qualicunque materia illa formata fuerit. Præterea & si eisdem characteribus atramento figuratis, æque sanctos quemadmodum omnipotentem deum signare possumus, pariter ex eadem materia instituere imagines licebit illos etiam designantes. Nam si materia propria secundum dignitatem illorum, quæ referuntur, ipsa subseruiente omnibus assignanda esset, nequaquam beatus Augustinus legis & prophetarum aduersarium, congruis tantum rebus, res debere repræsentari afferentem rideret, minimeq; licere summum patrem atramento designari, cum ille sit lux, illud autem tenebræ. Non igitur circa hoc longius insistendum. Quod autem ad nomina templorum attinet, manifestum quidem soli omnipotenti deo templa construi & dedicari: id enim ad latriæ cultum pertinet. Quid autem mali est si templum creatori dicatum (cum multa sint templa) ad illud nomine distinguendum appellemus nomine alicuius sancti, cuius corporis reliquiæ, aut in eo conditæ sint, aut tanquam peculiaris patronus interpellatus ab his, qui templum condiderunt, vt pro illis & cæteris inibi oraturis apud omnipotentem, aduocatum agat: Nam certe hoc decuit & conuenit, quod quidem testatur beatus pater Damascenus his verbis, Templa a nobis deo erigenda sunt, in sanctorum nomine fructus afferendi illorum memoriam venerantibus, & in ipsis lætantibus spiritu, vt propria inuocantium lætitia fiat, ne nos non colere tentati, ediuerso ipsos iritemus. Nanque imagines iisdem nominibus appellare solemus, ad cuius typum illæ effigiatæ sunt, quamuis tantum illius effigiem repræsentant, substantia autem & natura prorsus diuersæ res sunt, quod apertissime testatur Augustinus ad Simplicianum. Omnia quæ pinguntur ac finguntur ex aliqua parte materiæ metalli aut ligni, vel cuiuscunque rei aptæ ad opera huiuscemodi, quæque etiam videntur in somniis, & omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Non igitur absonum ad distinguendum vel indicandum aliquid, quod cognitu sit opportunū, & seruandā memoriā rei inibi gestę, locum nomenclatura patroni ipsius loci, vel rei ibidem peractę nūcupare, vt si quis domum aliquam diu aut perpetuo inhabitaret, cuius tamen ille non esset dominus, indicare volens eam domum, diceret, vade ad talem vel etiam ad domum. talis enim loquēdi modus, nec habitatoris facit domum esse propriā, nec quicq̄ iuris detrahit vero illius domino.

Minus etiam redundare in festis eorum diebus solenniter celebrandis perspicuum. In quibus & si res sacra lætius ac honoratius celebretur cæteris diebus, templaq; aut basilicæ eorum nominibus appellatæ, ad eorum honorem ornentur, non tamen illis immolatur vel offertur sacrificium, precesq; & supplicationes ad illos diriguntur. Sed hæc omnia soli omnipotenti deo, cui & peculiares gratię aguntur, q̃ hunc aut illũ in ciuem supernę ciuitatis Hierusalẽ cooptauerit: tanto honore ac gloria dignatus, vt etiam pro iis, qui illum reuerentur & pie colunt, quorum nominibus & ipse obsecratur, intercedere valeat, votorum compotes efficiantur, & illis ipsimet domino annuente beneficia conferre. Quocirca & solenniori ritu decantantur hymni diuini, interpositis etiam quibusdam eorum laudibus maiori lætitia & iubilo. Nam vt ait Damascenus, iis a quibus deus colitur, & eius serui delectantur: & quos despicit deus, & eius despiciunt clientes. In psalmis igitur & hymnis, odis spiritalibus sanctos veneremur. Cum misericordia & compunctione indigeamus, hocq; institutum solenniter celebrandi festos eorum dies vetustissimum fuisse, & ab antiquissimis patribus commendatum & seruatum declarauimus, cum de diebus festis supra ageremus: quod & testantur plurimæ orationes generis demonstratiui sanctorum patrum, Basilii, Chrysostomi, Nazianzeni, beati patris Ambrosii, sancti Augustini, magni Gregorii, & aliorum in festis ipsorum inter solennia ad dei gloriam honoremq; diuorum, & eorum nominis commendationem habitæ. F

Quod autem ad ea quæ offerimus ad illos honorandos, vel ipsorum gratia aliis erigamus debitæ eorum venerationis limitem transgredi putare fatuum nimis esset, si enim necessarii amici cuiuscunq; causa, aut alterius, quem suspiciamus interpellati nomine illius interposito petita tribuere, modo honesta sint, non solum decet, verum & valde commendandum est: quomodo dedecebit aut non erit laudandum, si stipem pauperi alicuius diui reuerentia & amore, quem nominauerit, aut acceptam iniuriam condonauerimus. Si diuis ipsis preces & orationes offerre, illisq; supplicare decebit, & faciendum a sanctis patribus comprobatur. Cur alia exteriora munera ad eorum honorem offerre indecens fuerit, dedicamentaq; vlla appendere decora? G

Superest declaremus in sacris eorum reliquiis venerandis, nullum indebite honorem impendi, nihilq; præstari quod nimium sit, quo peracto conuictum erit falsissimam esse tuam sententiam, sanctorum videlicet cultui longe plus tribui q̃ deceat, & excessu delinqui. De earum enim veneratione, in scholiis in Hieronymum, ita inquis, Nunc sanctorum strophiolũ & calceos ostentamus, sacrilegiiq; genus habent, parum reuerenter attrectare sanctorum reliquias puta annulum Annæ, Georgii pectinem aut calceum Thomæ: hæc quoque venerabũdi exosculamur. Et in colloqo de Peregrinatione religionis ergo. Quid sibi volũt hę pecudes, vt osculemur calceos omniũ bonorũ virorũ? qn eadẽ opera porrigũt osculãdũ sputũ & alia corpis excremẽta &c. Et paulo post si calceos soleasq; seruarent, vt argumentũ frugalis vitę nõ improbarẽ &c. Cęterũ ipudẽs est, soleas, caligas, & subligaria osculanda obtrudere. Pręstabat ista non fieri ne quid dissimulẽ, &c. Decentissimum autẽ esse illas venerari, eumq; morem rite H

inoluisse in ecclesia perspicuũ est. Quandoquidem cum illas reuerenter conspici mus, ac exosculamur, eorum virtutis memores efficimur, & felicissimas ipsorum animas colimus, illis admonitis quo ritu & protestamur omnipotentem deum præ cæteris colere ac venerari, dum illius gratia exiguis etiam seruorum eius monumentis honorem impendimus. Præterea cum sacra omnia veneranda sint, cuncta autem quæ deo dicantur, aliquo pacto sacra efficiantur, quamobrem nec liceat illa ad prophanos vsus conuertere. Sequitur sanctorum reliquias valde esse honorandas, eo quòd sanctificatæ sint. Ea enim de causa veneramur sacra vasa, vestes, lapides, templa, & cætera ad diuinum cultum præscripta. Quanto igitur magis sanctorum reliquiæ colendæ, quibus felicissimi eorum animi iuncti fuere? quas & decet honoris esse participes, vti & gloriæ futuræ sunt consortes, sicuti nec laborum fuere expertes. Quod autem sanctificentur res diuino cultui mancipatæ, testatur scriptura pluribus in locis, Dixit nanque Iacob patriarcha cum vidisset visionem illam admirabilem, Vere locus iste sanctus est, & ego nesciebam, accepitque lapidem & infundens desuper oleum consecrauit illum domino. Dictum & Moysi a domino, Ne appropinques huc, solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Scribit & Marcus Euangelista seruatorem nostrum dominum Iesum tanto in honore habuisse templum, vt nec permitteret, vel vas transferri per ipsum. Quod templum quàm sanctum, quamq; verendum esset, etiam ostendit, eiectis vendentibus columbas & mensis nummulariorum euersis. Si igitur lapides sancti, terra sancta, quam nec licet contingere calceatis pedibus, quia a domino consecrata est, quanto magis & diuorum reliquiæ sanctæ erunt? Quamobrem & reuerentissime attrectandæ, in quas diuinus spiritus inhabitauit? Nescitis enim (inquit Apostolus) quia corpora vestra templum sunt dei per spiritum sanctum, qui in vobis habitat? Si terram ipsam, si lapides sacros venerabundi exosculamur, cur non venerabundi exosculabimur ossa & cætera sanctorum monimenta? Attigit Oza ligneam arcam domini, ne videlicet ipsa e curru, quo vehebatur, decideret: affectu sane pio, attamen ausi mox pœnas dedit morte mulctatus, quia sanctum contigerat quod ei non licebat. Cum igitur tam sanctum effectum fuerit lignum, quia deo dicatum, vt nec attingi a prophano liceret, nonne edocemur sanctorum reliquias, & monumenta domino sanctificata reuerenti cultu esse veneranda? Indicium quippe vehementis amoris est, Erasme cara & preciosa habere monimenta illorum, quos ardenter amauimus & coluimus: quamobrem & cariores magisq; dulces eorum exuuiæ, quos dileximus, cum a nobis recesserunt. Hoc pii filii erga parentes faciunt, patres erga filios, & denique omnes, quos inter necessitudo non vulgaris intercessit. Immensi enim amoris exemplum est quæcunque fuerunt vsui his quos dileximus aut amauimus, cara habere, frequenter inspicere, reuerenter attrectare, exosculari, & denique diligenter seruare. Iuxta illud, Quid referam, quoties do vestibus oscula, quas tu Hellespontiaca ponis iturus aqua? Tanto autem ea diligentius seruantur, quanto illis fuere ant sunt gratiora. Hocq; omnes veri amatores faciũt, in defunctorum supellectili, modo desiderium illius

quem amiserunt, ferre possint, quod apud aliquos ex monimentorum inspectione ita adaugescit, vt dolorem sustinere nequeant: non quòd solatium inde accipere possint. Secus autem aliis accidit. At hos nihil ad sanctos, sed commune omnibus diligentibus & obseruantibus, amare & quouismodo venerari quæcunque fuerint intimiora iis, quos valde dilexerunt. Quamobrem & qui sanctis maiori affectu addicti sunt, illosq; magis obseruant eorum monimenta & reliquias maiori veneratione & ardentiori affectu prosequuntur. Quanti enim fecerit diuus Antonius tunicam palmeam, Pauli anachoritæ, testatur diuus Hieronymus, in illius vita scribens eum diebus solennibus solitum fuisse illa amiciri. Quanti & ipse Hieronymus illam existimauerit, ipse testatur referens, optione sibi data, se illam prælaturam cunctis Crœsi diuitiis. Faciunt quippe Erasme huiusmodi monimenta & reuerentia, quæ illis exhibetur ad pietatem. Excitant enim animos ad glorificandum dominum, modo rite, caste, grauiter, non ad quæstum, non ad hypocrisim fiant, nec præpostere sanctis rebus vtamur. Non igitur pecudes, vt ais, qui calceos sanctorum virorum, aut strophiolum ostendunt: neq; oues stolidæ, qui illa venerabundi exosculantur, sed oues innocentissimas, simplicitate Christiana insignes in agnoscendo suspiciendoq; pastore sapientes, & si cæteris in rebus simplices & crassæ. At id longe præstat optare, quàm sapientia huius mundi nimiaque proprii sensus existimatione protinus desipere, prout tu hoc loco apertius videris facere. Quis enim tam inconsideratus, tam modice pius, aut denique tam insanus, qui de sanctorum reliquiis eorúmque monimentis agens (etiam si illa non reuerenda esse censeret, sed vilem puluerem, vt furiosus & a diabolo arreptus Dormitantius censebat) non veritus esset cum immundis sputis, cæterisq; spurcis corporum excrementis conferre? Neque enim hoc facere vnquam ausus est, non in tantam prorupit impietatem ille scelestus. Attamen si horum discrimen quæris, quanuis responsione indignus sis. Illud tibi declarabo. Varia enim esse excrementorum corporis genera constat. Nam quædam sunt quæ ex necessitate materiæ proueniunt, & vti superuacanea naturamq; impedientia eiiciuntur. Nec quouis modo ad costitutionem corporis pertinent, vt ossa, cutis, caro, sanguis, & cætera huiuscemodi, nec illi vtilia vsuive sunt. sed tantummodo per ipsum transeunt cum reiiciuntur, quandoquidem in ipsum ex alimoniis congesta sunt. Gignuntur enim & in nostris corporibus parua quædam animalia ex supputante materia, quæ tamen nostra esse non dicuntur, vt exquisitissime in problematibus docet Aristoteles. Alia autem sunt, quę & si ab exuperante & indomita materia proueniãt, tamẽ studio naturę vtilitatẽ nansciscẽtis ex quacũq; re potest ad corporis commodum deducuntur, vt pili, vngues, vngulæ, & cornua in brutis animalibus, cæteraq; huiuscemodi. Ex quo genere & seruantur quædam, quæ sanctorum fuerunt, vt pili, vnguis, & similia, quæ corpori commoda fuerunt, nec immunda aut spurca sunt, quemadmodum & seruantur calceolea, vestimenta, vasa & alia q̃plurima. Illa autem iis tanto magis veneranda, quanto sacris corporibus fuere adactiora.

Licet & ab illis externis solo contactu prodigia & virtutes persæpe pro- I

diisse non solum sanctorum, sed scripturæ testimoniis sit exploratissimum. Percussæ enim Iordanis aquæ pallio Heliæ diuisæ sunt, pertransiitq; alueum Heliseus sicco pede. Quid dicendum, & de ferro securis, quod in Iordanie absorptum solo præcisi ligni contactu, ab ipso propheta ad superiora enatauit? Misit quoque idem Heliseus baculum suum per Giezi, ad suscitandum Sunamitidis filium, quamuis dominus illud tunc perfici non permiserit, volens vt ipsemet Eliseus ad id agendum pergeret. At prophetæ fides in monimento ipsius baculi agnoscitur. Quot & per virgas Moysi & Aaron edita fuerint miracula, tum in Aegypto, tum in populi peregrinatione, eadem scriptura pluribus in locis refert. Nam virga dracones a Magis Pharaonis producti deuorati sunt, fluminaq; & stagna Aegyptiorum in sanguinem versa, inductusq; vrens ventus super terram, agminaq; locustarum immissa sunt, omnem fructum terræ erodentia. Mareq; rubrum solo virgæ contactu in partes diuisum, ita vt siccis pedibus populus illud pertransiret. Aquarum gurgites e duris silicibus ad sitim Israel extinguendam educti. Quot pariter prodierint virtutes & magnalia ex rebus externis Apostolorum Lucas Euangelista in eorum Actibus refert. Quot etiam ex solo contactu ligni sanctissimæ crucis, de qua dominus pependit prouenerint miracula mortui ad vitam reuocati, & plurima alia quæ a sanctis patribus in illius inuentione referũtur contigisse, satis attestantur. Quot ex tunica & vestibus diui Martini prodierint virtutes, Seuerus Sulpitius illius vitam describens recitat, Quot pariter ex monumentis beati Hilarionis fuerint peracta miracula, ex eius vita, a diuo Hieronymo descripta cognoscitur. Quot ex sacco diui Hieronymi vita functi prodierint, vitæ illius scriptores memoriæ mandauerunt. Sed quid his referendis moror, cum infinita sint? quæ ab externis sanctorum monimentis prodiisse a grauibus authoribus testibusque fide dignis scriptum legimus: quibus & præsertim recitatis scripturæ locis, quæ nequaquam refutari possunt, conuincitur illa religiose seruanda esse ac veneranda, non autem (vt tu facis) ridenda aut contemnenda. Ad hæc de monimentis externis: quæ si vt probauimus veneranda & colenda sunt, vtpote ex quibus tot prodierint virtutes, quanto magis omni ratione colligitur, circa ipsorum corpora & reliquias id esse faciendum, quod pariter & sanctorum patrum sententiis confirmatur & decernitur, testantibus tot ingentia prodigia, tot admirabiles virtutes, & signa quæ dominus per ea ostendere voluit. Vt autem a potioribus & magis vetustis exordium sumam. Constat nempe ossa sancti Ioseph patriarchæ, iam pridem vita functi prophetasse. Ita enim scribitur in ecclesiastico, Et Ioseph, qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, stabilimentum populi, & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Quid referam de ossibus & reliquiis Helisei, quorum solo cõtactu, defunctus casu in eius tumulũ iniectus vitæ est restitutus? Ita enĩ habetur libro quarto Reg. Quia autẽ sepeliẽtes hominem viderũt latrunculos & proiecerũt in sepulcrũ Helisęi, & reuixit homo & stetit supra pedes suos. Nũquid & pręterũndũ corpus sanctissimi Helię, siue meliori loco decessurũ, siue vsq; ad aduẽtũ dñi superuicturũ, curru igneo ad ethereas sedes fuisse euectũ?

Pari modo & sanctissimũ Enoch, in corpore ad beatiores domos vel in cælũ fuisse translatum? Cum igitur sanctorũ corpora dominus ad sublimia æternaq; regna euexerit, vel in aliis felicissimis sedibus collocarit, tantoq; honore dignatus sit, sanctorũ corpora & reliquias: nos marmoreo sepulcro loculisve ornatioribus argenteis vel aureis, indigne aut indecenter recõdi dicere audebimus, & impensius q̃ conueniat venerari? Nonne edocuit ipse dominus his exemplis, non solum animas, sed & corpora ipsa sanctorum reuerentissime esse colẽda? Omitto q; & beatissimam virginem pie tenetur corpore & anima, ad cęlestia regna fuisse assumptam, cum id scriptura nõ constet, quanuis Augustinus multa ratione tenendum esse contẽdat. Similiter quod & pie creditur de dilecto domini Ioanne Euangelista, qui vt a grauibus autboribus refertur, semet viuens in sepulcrum condidit, quo deinde breui reserato sanctissimum corpus nequaquam repertum est, sed mausoleum quasi manna oppletum. Hæc de scripturis, nunc ad sanctorũ sententias & testimonia veniamus. Inquit enim Augustinus de dogmatibus ecclesiasticis, Sanctorum corpora, & præcipue beatorum martyrum reliquias perinde ac Christi membra sincerissima honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu pio & deuotione adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiamvenerit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus credetur. Beatus quoque Chrysostomus in sermone beati Babilæ martyris inquit, Verum vt deus misericorditer multas salutis occasiones præstat: ita cum aliis etiam hanc nobis parauit, vt sanctorum reliquiæ nos ad virtutem excitent, cum illas veneramur. Etenim post cõcionandi munus tumbæ solus aspectus plurimum iuuat. Loculis enim illis astantes eorum virtutem sentiunt, &c.

Beatus præterea pater Ambrosius in passione beatę Agnetis martyris, refer- K
re ad eius mausoleum mirabiles ac diuinas visiones fuisse a domino multis ostẽsas, signaq; innumera & virtutes prodiisse. E cuius verbis hæc pauca referam, Igitur dum multi assiduis pernoctationibus inuigilarent, ad Agnes tumulum in medio noctis silentio vident exercitum virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutę, cum ingenti lumine præteribant. Inter quas Agnen beatissimam agnoscunt, ad cuius dexteram agnum vident niue candidiorem: quibus illa inquit, Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed congratulamini, quia cum his lucidas sedes accepi, & illi sum iuncta in cælis, quem in terris posita toto animo dilexi. Et paulopost, Constantia virgo regina Constantini filia erat, ita obsessa vulneribus, vt a capite vsque ad pedes nulla membrorum pars libera remansisset. Ea autem accepto consilio spei recuperandæ salutis, venit ad tumulum martyris nocte, licet pagana tamen credula, preces fideliter fundens. Quod dum faceret repentina somni suauitate corripitur, & vidit beatissimam Agnen, quæ illam admonuit, si crederet in dominum Iesum dei filium, mox sanaretur. Ad quam vocem Constantia sana euigilat, & sic sana vt nec signum alicuius vulneris in eius corpore remaneret. Reuersa igitur ad palatium, gandium magnum patri Augusto & fratribus Imperatoribus fit, coronaturq; tota ciuitas ob lætitiam. Currit deinde hæc opinio ad omnes, & quotquot credentes ad eius tumulum aduenissent sa-

nabantur,quacunq; fuissent infirmitate detẽti,& cætera.Scribit & idem in Apo
phoretis suis ad virgines,quanta celebritate & honore effossę fuerint,ac delatæ
sanctorum martyrum Vitalis & Agricolę reliquię in ciuitate Bononiæ,his ver
bis, Illic igitur martyris exuuias requirebamus,tanquam inter spinas rosam le
gentes,cunque illæ eueherentur, aderat populus cum plausu magno & lętitia.
Detuli ergo vobis munera quæ meis legi manibus,id est crucis trophæa,cuius
gratiã in operibus agnoscitis.Certe & ipsi dæmones confitebãtur.munera itaq;
gratiæ accipite,quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur.Diuus quoq; Hie
ronymus ita scribit aduersus maledicum Vigilantium.

L Et audes dicere illud,nescio quid,quod in modico vasculo pretioso lintea
mine circundato transferendo colitis.Quid est illud, nescio quid. Expone mani
festius,vt tota libertate blasphemes. Puluisculum inquam ais, Dolet iniquus
martyrum reliquias precioso operiri velamine,& non vel pannis,vel cilicio col
ligari vel proiici in sterquilinium, sacrilegosq; decernit esse eos,qui honorifice
illas contegunt,& reuerebundi solenni cultu transferunt. Sacrilegus fuit Con
stantinus Imperator,qui sanctas reliquias Andreæ Lucæ & Timothei transtu
lit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt,& inhabitatores Vigilan
tii se sentire presentiã confitentur.Sacrilegus & nunc Augustus Archadius,qui
ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudęa transtulit in Thraciam. Item
omnes Episcopi nõ solum sacrilegi,sed & fatui iudicandi,qui rem vilissimã & ci
neres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt:stulti omnium ecclesiarum
populi,qui occurrerunt sanctis reliquiis tanta lætitia & plausu, quasi viuentem
prophetam cernerent, vt de Palęstina vsque Calcedonem iungerentur,populorũ
examina,& in Christi laudem vna voce resonarent. Audisti sanctissimum pa
trem Hieronymum,externi tamẽ cultus, vt videtur quibusdam in locis nõ mul
tum diligentem, attamen hic acerrime pugnantem aduersus blasphemũ Vigi
lantium sanctarum reliquiarũ honori detrahentẽ,illasq; colentes oppugnantem
contendere ac probare illas preciosis & aureis vasculis recõdi esse decentissimũ.
Antiquissimoq; ritu a sanctis Episcopis,a maximis & piis principibus, a popu
lis & nationibus Christianis semper obseruatũ.Sed quid plura recensenda sunt
testimonia? Nam labor superuacaneus esset, nec minus afferret legenti fasti
dium,q̃ laborem mihi perscribenti: cum iam recitatis quod petebatur lúculen
tissime & plus q̃ res posceret sit demonstratum. Nam si omnia sanctorum di
cta,quę consulto præterii,hęc asserentia colligere voluissem,in his recesendis vo
lumen modum omnem excederet.Quot enim refert diuus Chrysostomus pro
diisse miracula ex sancti Babilę martyris reliquiis? in quem oraculũ Daphnidis
mutũ effectũ,vastissimũ templũ igne absumptũ,pulsum dęmonẽ,sanatos ęgros,
tum animorũ,tum corporũ,quę omnia pretermisi.Quot pariter & referuntur a
grauibus historię tripertitę authoribus, quot a diuo Gregorio & cæteris scri
ptoribus rerum diuinarum,quot a Nazianzeno & Basilio? Non enim dies, sed
nec annus ad ea describenda sufficeret. Pręter tamẽ scriptorũ testimonia quę ta
lia referũt,nõne manifestissimũ quãti sit meriti reliqas sãctorũ colere & venerari
vel ex hoc solo,q tot tãtiq; digni effecti sint palma martyrii,ex hoc q sanctorũ
martyrum corpora discerpta & truncata colentes,propriiq; capitis poenam con

temnentes illa colligebant & q̃ honorificentissime poterant recondebant sepulchris. Quos diuus Chrysostomus in sermone superius citato viuos martyres appellat ita inquiens, Habet enim & sanctorum sanguis suam vocem quę non per aures auditu, sed occidentium conscientiam inuadit & perstringit. Post beatam enim illam cędem quidam cũ salutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi iam martyres vt illorum reliquias curarent decenter. Nam q̃uis non occiderint, optabant tamen mori potius q̃ vt corpora illa relinquerent: ita ad venerationem eorum festinabant &c. Innumeros autem ea sola de causa fuisse effectos martyres, qui eorum gesta & triumphos chartis memorię mãdarunt, testãtur. His euidentissime demonstratum esse postremum illud quod supererat scilicet nec in reliquiis sanctorum venerandis quicq̃ excedi: ita ꝙ dici possit sanctos ipsos coli plusq̃ oporteat aut deceat, confido. Quid igitur latras eos nimiũ & lõge magis q̃ pertineat honorari quasi id gloriæ Christi detraheret, cum hæc tibi lectori tam indefesso qui nihil legendum prętereas perspicua esse deberent: nec tamen quę refers vllo testimonio aut argumento saltem probabili confirmas. Quid igitur nobis Eunomium iam diuturnis flammis absumptum tuis næniis ab orco reuocas? Quid & Vigilãtium e baratri infernis faucibus excitas, eorum insana & impia placita iam tot seculis abolita restituere contendens? quæ si tibi placebant prout placuisse sententiæ tuæ indicant, nihil enim sensu intimiori discrepare perspicienti diligentius agnoscuntur, sed verbis tantum differre vtpote temperatioribus & callidiori modo a te conscriptis, tum ad vitandam maiorem inuidiam & horum temporum periculum, quod ab expressis illorum hæreticis non erat formidandum, tum vt commodius persuadeant hæreantq; quãto maiori cum modestia & arte prolata fuerint: quæ placita inquam si tibi applaudebant sat tibi esse debuisset ea in pectore tuo continere & in ipsis oblectari: non autem illa iam emortua apud promiscuum vulgus denuo suscitare ea præsertim puerilibus dialogis prædicans.

At illud non prætereundum, quo non tantum detestaris aut derides cultum qui in venerandis diuis tribuitur, quantum ꝙ varii variisq; in locis interpellẽtur ad munera diuersa impetranda. ita enim ais in Enchiridio, In summa ad hũc modum, quot res sunt quas vel timemus vel cupimus, totidem illis diuos præfecimus, qui & ipsi diuersis in nationibus diuersi sunt &c. Hæc autem (vt euangelicis verbis vtar) ex te dicis, an alii tibi dixerunt? Si ex te ipso, oportebat rationẽ afferres, quę te ad id statuendum induxisset, vel quoquo modo apparenti argumento probares: sed nuda prorsus illa & omni destituta ratione protulisti. Si autem aliorum relatu, testimonia erant afferenda. Verum eam sententiã nullus vnq̃ sanctorum patrum asseruit, nec grauis scriptor protulit. Quamobrẽ calumniose a te fuisse confictam solo male dicendi studio manifestũ est. Age obsecro, quonam modo potuerunt mortales, diuersos præficere diuos rebus quas timẽt aut optant, cum illis datum non sit, agnoscere illos his virtutibus fuisse præditos? Sed reuelatione tantum diuina aut scripturarum testimonio. Quod si altero horum modorum q̃uis in idem recidant, agnouisse cõtingat, rebus illis, quas optarent aut timerent, ipsos constat non prefecisse. Sed ipsum dominum cuius solius est conferre talem potestatem, suisq; seruis & amicis virtutes distribuere, quę M

admodum ei placuerit, quod & fecisse testatur Apostolus inquiẽs, Diuisiones vero gratiarum sunt, & diuisiones ministrationum, & diuisiones operationum: idẽ autem Deus, idem dominus, idem spiritus, qui operatur omnia in omnibus: vnicuiq; autem datur manifestatio ad vtilitatem, alii quidem per spiritum, sermo sapientię, alteri scientię, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutũ &c. Hęc autem operatur vnus & idem spiritus diuidens singulis prout vult. Cum igitur negari non possit dominũ distribuisse dona sua, inter quę & ab Apostolo recensetur donum sanitatũ, & virtutes faciendi, nec omnia vni aut quibusdam tribuisse, sed quibus voluit & quando voluit, nec simul eisdem omnia pręstitisse constet euangelii testimoniis. Vocatis enim duodecim (vt inquit Matthęus) cũ illos misit ad prędicandum, dedit eis potestatẽ spirituum immundorũ, vt eiicerent eos, & curarent omnes langores, & infirmitates, quod idem & refert Marcus, authoritatẽ tamen dimittẽdi peccata nõ dedit, nisi postq̃ a mortuis surrexerat, & sensum intelligendi scripturas. Donũ autẽ linguarum, cum aliis plerisq; muneribus, tãtummodo Pentecostes die, quãdo misit paracletum. Cũ igitur ita res se habeat, non est videre quamobrem absonum iudicantes, diuersos implorari diuos ad diuersa munera impetranda. Nã quemadmodum gratia sanitatũ non omnibus cõcessa, nec ipsa concessa, cuiuscũq; generis morborum sanandi facultatẽ ipsis eisdem tributã fuisse oportet, sed huic vnius morbi, alii alterius: veluti nec eisdem angelicis spiritibus ad eadem munera peragenda vsus est ministerio dominus, Michaelis enim, ad opem ferendã populo Israel in bello, Gabrielis ad sacratissimum filii sui incarnationis mysteriũ nunciandum, Raphaelis ad sanandos ęgrotos, comitandosq; pios peregrinãtes, vt ex Tobię libro dignoscitur: eadẽ opera vtitur omnipotens sanctorum ministerio variis in officiis, & diuersorũ in diuersis. Quod cum cognitum fuerit a mortalibus, quare illos nominatim inuocare, & illorũ ope vti non conueniet, quibus dominus eam voluit conferre potestatẽ? quod si nec id perspectum esset, vanũ tamen aut indecẽs dici nequeat, si quis potius vnum diuorum q̃ aliũ inuocaret, vt pote erga quẽ pio affectu magis esset deditus: quocirca & maiorem fiduciã in eo haberet, quod si diceres, vndenã constat hęc distributio virtutum, & quonam pacto agnoscitur? De distributione ex Paulo constat. quantũ ad alteram partem existimandũ, de quibusdam facta reuelatione diuina aliquibus piis hominibus, vel per angelos vel inspiratione, vel alio modo qui id aliis tradiderũt, & sic per manus propagatũ. In aliis autẽ experieotia rerũ magistra, vel casu vel ex proposito id edocuisse, inuocatis quibusdã diuis ad id potius negocium q̃ ad aliud. nã cõsentaneũ vt quẽadmodũ sanitatis donũ a cęteris distinguitur, morborũq; genera sunt plura: ita diuersis sanctis datũ esse illis opitulari posse: quẽadmodũ etiã a variis medicis diuersa morborum genera diuersis pharmacis curantur. Q autem non vnus tantum sanctus omnibus in locis eidẽ morbo mederi valeat easdemq; perficere virtutes, sed plures, & alii in aliis regionibus & apud diuersas nationes eadẽ operentur, hoc ex immensa domini bonitate & munificẽtia contingit, qui nationũ omniũ ac gẽtiũ commodis prospiciens nõ vnum tñ qui illis opem ferat, sed plures & varios cõstituit: ob idq; tãto ingentiores illi debentur gratię. Male etenim cũ humano genere ageretur si vnus solũ medicus in vniuerso cõstitutus esset, quẽ multis in lo-

cis contingeret esse ignotum. Cum autem omnipotens dominus cuiusq; nationis rationem habere volens proprios quosdam illius indigetes sanctificauerit, honoreq; & gloria esse voluerit percelebres: illis etiã conferendi dona & virtutes faciendi ea in regione potius q̃ in alia potestatem contulit, vt pote quia in ea magis sunt cogniti. Et in quibus ab his populis vberior fiducia collocata, citra quã fidem viuidam vt plurimum nec a poscentibus dona impetrantur, ipsi autem diui illa conferentes apud illos clariores euadunt qui forte obscuri delitescerent licet multa virtute & meritis pollerent, curæ siquidem est beneficentissimo domino quosdam ex amicis suis non solum in cælestibus regnis gloria claros esse verumetiam & in terris apud mortales voluit elucescere, & ab illis celebrari. Sicut enim & cæterę dotes tum animi tũ corporis quæ a Neotericis gratię gratis datę nuncupantur, sub quarum genere gratia & sanitatũ & faciendi virtutes connumeranda, a domino ad ornandos mortales distribuũtur: absq; enim illius gratia nihil agere possidereve quicq̃ decorũ possunt, quę tamen & si partim natura partim industria concurrẽte ipsa diuina gratia fiant, ita & hęc dona ad reddendos clariores in hoc seculo varie dispensatione diuina apud omnes nationes sanctis impenduntur, prout bene placitum est domino. Quod & his verbis testatur Augustinus ad Clerum scribens, Verũetiam ad ista quę hominibus visibiliter nota sunt quis potest Dei iudiciũ de his perscrutari? Quare in aliis locis miracula fiant in aliis non fiant. Multis enim notissima est sanctitas loci vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum est: quo volui vt pergerent quidam nostri vt inde facilius fideliusq; scribi posset quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nouimus Mediolani apud memorias sanctorum vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur furem quendam qui ad eum locum venerat vt falsum iurando deciperet compulsum fuisse fateri furtum & quod abstulit reddere. Non tamen hoc fit apud omnes sanctos. Sicut enim Apostolus dicit, Nõ omnes sancti habent dona curationum nec diiudicationem spirituum: ita nec in omnibus memoriis sanctorum ista fieri voluit ille qui diuidit propria vnicuiq; prout vult. Nil igitur est q̃ carpas aut cõdemnes Anglos eadem apud diuum Thomam Cãturiensem aut alium quempiam diuum ibi percelebrem poscẽtes quę Lutetiani ciues apud diuos Dionysium aut Genouefam: & apud eosdem varios eiusdem generis prodigia fieri. Ex his patet Erasme hæc carpenda non esse, sed pie accipiẽda, & q̃ populorũ fides est erigenda non deterrenda his nugis & verbulis tuis pręter omnem rationem inductis. Nam omnis cultus & veneratio sanctis tributa quibuscunq; in terris & spes in illos collata in gloriam Iesu Christi referuntur, qui sanctos suos tali honore dignos effecit vt etiam pie poscentibus conferendi munera copiam fecerit, præsentesq; virtute nonnunquam esse a quibus loco plurimum distant. Quid igitur respondendum mihi sit locorum tuorum neniis quibus tam procaciter tam arroganter hæc omnia carpsisti ac improbasti pręterea quę dicta sunt non video, cum valida ratione scripturis & tot sanctorum patrum dictis sententia quam nullis argumẽtis confirmatam illę asserunt improbata sit. Quamobrem talia dissoluere non est opus. Nil igitur superest nisi par pari referendo risibus & iocis sycophãtias tuas deridere: nam qui supplicat huic aut alteri diuo sperans se impetraturũ

ab eo quod poscit magis q̃ ab altero, prudẽter agit, & pie agit. Pariter qui vouet se illi in eius honorẽ aliquid oblaturũ id multa ratiõe facit. Quid igit̃ blateras hũc salutare Christophorũ, aliũ Georgiũ vel Barbarã, aut Hieronẽ, vt eos a variis morbis impẽdẽtibus vel cęteris piculis imunes cõseruẽt? Quid & pdit̃ si ad indicãdũ Christophorũ fuisse corpore pceriori & plusq̃ iusto ab effictoribus gigãtea forma effingit̃? In quo & si excedit̃ nihil tñ mali inde puenit, licet nõ tã excedere magis cõueniret, sed pictoribus atq; poetis hoc cõcessum: nõ autẽ oĩa

N tam scrupulose taxanda quę potius fieri debent modo pietati non derogent.

Quod preterea ais ridiculum esse dicere Iacobum habitare Compostellę, quasi diui non habitarent in cęlis, ridicula sane verba profers quasi iidem diui ipso domino volente non valerẽt simul esse in cęlis & pluribus aliis locis vel animis in cęlo, ossibus autẽ & corpore in terris. Quod autem ais de illo qui se daturum cęreum ad illius mensuram pollicebatur, non daturus candelam sebaceam: nihil mirum te illa proferre cum vouendi institutum non probes, nec illius violationem pertimescendam ducas. Similiter quod subiicis Apostolorum principẽ ludificatus quod astet ostio, recta adeundum esse ipsum patrem quo nemo diuorũ citius audit aut libentius donat, insinuans eos non esse inuocandos sed ipsum tñ dominum, non minus ridendum est, quasi dominus (& si citius & libentius quibus addere debuisses & potentius quod petitur pręstat) velit per seipsum solũ potius petita concedere q̃ intercedentibus aduocatis. Tanta apud illum gratia valentibus vt in peculiares filios adoptauerit, & quasi qui ipsos precantur vt petita impetrent non in primis spectant ac supplicent ipsi domino. Præterea quod ais de quinq; vtilitatibus confitendi a Gersone recitatis nouum non est quod irrideas sacrum cõfessionis morem illiq; detrahas, sed de his inferius agemus, sed quid tempus perdo in reiiciendis omnibus verbulis ac dictis tuis tã ineptis prorsus indignis respõsione: cętera igitur pretereo accedẽs ad reliqua quorum illud vnũ est nõ solũ omnipotẽtẽ Deũ esse rogãdũ vt optata nobis tribuat, licet solus sit adorãdus verũetiã sanctos ipsos interpellandos, quod q̃uis iam probatum sit attamen quãtũ ad primam partem nõ fuit plene discussum quicquid in contrarium a proteruiẽtibus obiici posset tot sanctorum authoritati sententiisq; nõ cedentibus, qui dicerent Deo Deorum ac domino dominorũ soli hoc esse seruatũ cõferẽdi beneficia mortalibus, & illi tãtũ supplicari esse conueniens, etiam si sancti ob quandã reuerentiã & humilitatem, quasi intercessores inuocari possent, nihil tamen eos impetrare posse ac minus quicq̃ conferre. Et ad euadenda sanctorum dicta contrariũ asserentia pariter dicerent, quoniã vt plurimum qui inuocãtur intercessores esse solent, sancti patres sentientes illã reuerentiam ac humilitatem nostram in sanctis inuocandis non ingratam fore domino, cõmunem loquẽdi vsum, sequuti eos intercessores nostros & auxiliatores esse dixerũt nominibus abutentes, non tamen q̃ sentirent eos quicquam intercedere aut nobis opitulari valere, quod & superuacaneum esset cum omnipotens Deus longe magis sit propitius precantibus eum q̃ cæteri sancti, vtpote quia longe benignior magis beneficus ac liberalior, & qui nos multo plus diligit maiorıq; charitate amplectitur. Propter quos nec proprio filio pepercit, sed in mortem ignominiosam tradidit. Quapropter & in sanctis superuacua esset talis facultas

imprecandi & ad illam reuerentes essent fatui. Quandoquidem stultum esset quempiam cui pateret aditus ad principem benignissimũ & facilẽ illius conuenire ministrum vt intercessorem ageret securus se plus diligi a principe quàm a ministro. Præterea cum ab omnipotente Deo constitutus sit nobis aduocatus:& quisnam? Filius inquam vnigenitus dominus Iesus, cui data est omnis potestas in cælo & in terra:& qui iuxta Paulũ, cõpatitur infirmitatibus nostris, continue interpellans pro nobis:qui & nos tam vehementer dilexit, vt propriæ animę non pepercerit, sed vna cum preciosissimo sanguine profuderit, vt nos a morte erueret. Cum igitur talis sit nobis aduocatus, q̃ indecens, q̃ absonum interpellare alios illo tam inferiores, & ipsum velut quodammodo relinquere? qui enim alios patronos quærit q̃ proprium, declarat se illi non prorsus fidere. Cur igitur inuocabimus sanctos intercessores, cum habeamus dominum Iesum? Forte putamus eum egere auxiliatoribus in præstando officio, aut de eius voluntate ambigimus, an illud præstare velit? Neutrum certe dici existimarive potest. Quocirca manifeste delirum ac impium esse, alios conuenire intercessores, sed vt Paulus docet, adeundum cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiã consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ad hæc ex scripturis dignosci, nullum sanctorum patrum veteris testamenti cuipiam angelorum ministrorumve Dei supplicasse, vel solum poposcisse, vt pro seipsis orarent: sed recta ipsosmet solum dominum precatos esse, vt postulata tribueret. Hoc magnũ patriarcham Abrahã minime fecisse, hoc posteros eius patriarchas, hoc sanctũ Melchisedech, sanctum Mosen, hoc magnum ducem Iosue, hoc gratissimum deo & sanctissimũ Dauid, hoc Heliam, Samuelem, Heliseum, & quotquot fuerunt prophetæ, ex scripturis perspicuum euadit: q̃uis persæpe cum angelis versarentur, illis mandata domini perferentibus. sed quod de angelis dico, pariter seruatum erga animas, e sanctorum corporibus solutas, nunq̃ filii Abrahæ parentis animam, precati sunt: non quisq̃ populi Israel, Moysen vita functum: non Heliseus Heliam, postq̃ in cęlos raptus fuerat: sed tantum cum illos conscenderet: nec alius quispiam alium. Præterea nec in nouo testamento vspiam legi, aliquem Apostolorum, alium quempiam sanctum precibus interpellasse, qui eos ad possidendã æternam gloriam præcessissent. Quibus exemplis colligitur, id facere nec licere, nec decere, proinde nec a cæteris faciendum. Adhuc alia ratione idem probatur, sanctos videlicet non esse interpellandos, licet enim daretur illos precari licere, eosq; exorare posse quæsita a domino, attamẽ id facere adhuc superuacuum foret. Illos siquidem constat tanta charitate nobis esse iunctos, vt quicquid opis ferre nobis possint, ex sese illud præstare & nullum pręterire officium, quod saluti nostrę ac commodis conferre valeat. Non enim mouentur vti mortales affectibus, aut precibus: sed vti perfecti, quicquid agunt, ex officio agunt: quemadmodum angeli quorum socii sunt effecti. Vanum igitur esset illos precari.

His forte scapulas tibi pruriẽtes scabere volui, nõ est tñ quod gaudeas, nequaq̃ enim efficiunt huiuscemodi argumenta quod prima fronte protendunt, sed futilia plane, nulliusq; sunt momenti, vti me declaraturum confido. Primum cũ dicitur omnipotenti Deo hoc esse reseruatum, vt beneficia cõferat, quamobrem &

illi soli supplicandum. Respondeo id falsissimum esse, quod nec ratione, nec vl-
la scripturæ authoritate probari potest. Hoc enim omnipotenti propriũ, quod
solus & beneficia conferre, & omnia agere valet, nullius egens adminiculo: at-
tamen post primam rerum omnium, totiusq; orbis creationem, cũcta fere inter
cedentibus causis & ministris, quos ipse condiderat, peragere voluit. Res enim
quas edidit ita administrat, vt illis motus proprios agere sinat. Nãq; & ignem
calefacere & vrere: aquam, frigefacere & humectare: solem, illuminare: semina
tum plantarum, tum animalium, gignere, & reliquas corporum operationes,
nisi quandoq; ex causa prodigio aliquo eas impediat, vt cum inflammatam for-
nacem inhibuit tres pueros adurere. Ista vero non frequenter facit, sed cau-
sas permittit agere suas operationes, quæ solæ, hoc est, non concurren-
te operatione diuina, nihil efficere possunt. Quamobrem nec in earum fa-
cultate, prorsus continetur tota res quæ efficitur, ob idq; partiales causæ dicun
tur. hoc itaq; (vt dictum est) proprium omnipotentis Dei, posse omnia sine
aliis, cætera autem sine eo nihil posse. Si igitur verum esset assumptum, Deũ
hoc sibi seruasse, videlicet, efficere res & illas tribuere, sequeretur ignẽ nõ calefa-
re, nec solem illuminare, nec cætera corpora naturalia suas proprias agere ope
rationes: sed Deum solum omnia facere. Quamobrem dicendum esset cum
ignis adurit, cum animal generat, nihil ipsa efficere, sed Deum tantum esse,
qui adurit & generat. quo nihil absurdius, dementius ve sentiri aut dici posset.
Falsum ergo est dominum hoc sibi seruasse. Quocirca falsum est & id quod se-
quitur, propter id ipsum, solum orandum, & sanctos nihil impetrare posse, nec
beneficia conferre. Quod autem ad sanctorum sententias euadendas dicebatur,
pariter falsum est & erroneum: nunquam enim sancti id sentire potuerũt, quod
præter ipsorum iam adducta expressa testimonia, etiam ratione demonstra-
bitur. dictum est nanq; licere sanctos precari, nec domino id displicere, ob re-
uerentiam & humilitatem precantium. Attamen illos nec orare posse, nec quic-
q̃ impetrare vel efficere. sed sanctos verbis abusos fuisse, eo ꝙ qui precantur in-
tercessores appellari soleant, ꝙ prorsus omni rationi aduersatur. frustra enim
ab aliquo petitur quippiam quod scitur ab eo non posse præstari. Ad quid igi-
tur orandi sancti vt precentur dominum pro nobis, si id facere non possunt? di-
ceres ad indicandam humilitatem, sed fatua hæc humilitas esset: nam rideri po
tius viderentur sancti, q̃ honorari. Si autem diceretur, ad id euadendum, eos pro
nobis precari posse, at nequaquam intercedere: vana pariter esset huiuscemodi
facultas, nam nemo sanus aliquid precatur, quod se exoratutum desperat. sed ad
quid quæso dominus eis dedisset precandi facultatem, si sustulisset impetran-
di gratiam? Non enim alicui tribuitur quicq̃ vti donum, quod nulli vsui esse
potest. Si rursus diceretur ad fugitandum illis hanc præstitam facultatem, qua
vtentes officium perficerent. Sed cuinam hoc officium vtile esset? sanctis ipsis
neutiquam, mereri enim non possunt, cum ad metam peruenerint. Non oranti-
bus, non illos interpellantibus, cum nihil eorum gratia impetrare valerent: igi-
tur illud complere prorsus vanum. Tantę igitur stoliditatis fuerit dicere, san-
ctos precari pro nobis non posse, attamen orandos, vt precentur omnipotentem
cum nihil impetrare possint. Non igitur detorqueri possunt dicta sanctorũ ad

hunc sensum,qui si tale sensissent certe longe aliter fuissent prolocutę.No equi-
dem dixissent venerandos esse sanctos,& interpellandos vt pro nobis omnipo-
tentem deprecentur intercedantq;,& nobis beneficia conferāt,sed venerādos qđ
summo deo placeat hęc humilitas,vt nō solū ipsum adoremus,verūetiam ipsius
seruos & amicos,eius gratia veneremur.Hocq; saltē aliquis ipsorū patrū expres-
sisset,hoc declarasset.Quod autem subiungitur superuacaneum etiā fuisse san-
ctos habere hāc facultatē,cū omnipotens Deus precātibus eū lōge sit benignior
q̄ omnes sancti,quia liberalior,munificētior,& magis propitius,quāobrē super-
uacuum fuisset diuos hāc habere facultatem,& fatui censendi essent illā implo-
rantes,cū apud dominū facilius ipsimet precātes impetrare possent &c. Huius
inquā rationis imbecillitas ex eo dignoscitur,ꝙ sequeretur ex ea si quicq̄ effice-
ret.Nēpe pariter irritū fuisse colligeretur mortales precādi pro se inuicē habuis-
se facultatē,& fatuos esse,petētes eos,vt hoc illis officium pręstent.Quapropter
stolidissimus fuisset Paulus Apostolus qui vbiq; suis in epistolis(nulla enim fe-
re est in qua nō petat,non flagitet,vt pro se orationes fundātur altissimo)multa
solicitudine precatur,vt est illud ad Ephesios,Orate om̄i tēpore,in spiritu,in ipso
vigilantes,in omni instantia,& in obsecratione pro omnibus sanctis,& pro me,
vt detur mihi sermo cū fidutia notum facere mysterium euangelii,ita vt in ipso
audeam(prout me decet)loqui.Et illud,obsecro vos fratres,per dominū Iesum
Christū,& per charitatē sancti spūs,vt adiuuetis me in orationibus ad Deū, vt
liberer ab infidelib9,q sunt in Iudęa,vt obsequii mei oblatio accepta fiat sanctis
in Hierusalē,vt veniā ad vos in gaudio per volūtatē Dei, vt refrigerer vobiscū.
Et rursus,Oratiōi instate,vigilātes in ea,in gratiarū actione,orātes simul & pro
nobis,vt Deus aperiat nobis ostiū sermonis,ad loquēdū mysteriū Christi vt ma-
nifestē illud ita vt oportet me loqui.Et illud , De cętero fratres orate pro nobis,
vt sermo Dei currat,& clarificet,vt liberemur ab importunis & malis homini-
bus.Sed ad qđ tā anxie petebat apostolus id ab hoibus ꝓmiscue fieri:nūqd for-
te diceretur, ad hæc petēda,illi obseratum fuisse ostiū pergēdi ad dn̄m?Si enim
omnipotēs qa magis ꝓpitius,& cūctis sanctis benignior,ideo recta p̄cibus im-
plorādus,nec sanctorū auxiliū inuocādū.Si sanctis benignior,quāto magis mor-
talibus nōdū sanctificatis,ipsis etiā peccatoribus?Si ideo ipse solus rogādus, qa
nos lōge plus diligat,q̄ omnes sancti,pfecta nobis charitate cōiūcti,quāto ma-
gis ipse solus implorādus ꝙ nos vehemētius amet,q̄ mortales omneis nōdū so-
lida ac ꝑpetua charitate nobis addictos?Attamen tot scripturę testimoniis tum
veteris tū noui testamēti, quibus refragari nemini licet,id faciendum esse edoce-
mur.Nā idē ipse Apostolus q hoc toties pro se fieri,vt dictū est, petiit, pro aliis
etiam fieri debere instituit,inquiens,Obsecro igitur omnium primū fieri obsecra-
tiones,postulationes,gratiarum actiones,pro omnibus hominibus,pro regibus,
& omnibus q in sublimitate cōstituti sunt,vt quietā & trāquillā vitā agamus in
omni pietate.Hoc eñ bonū est,& acceptū corā saluatore dn̄o Deo.Cū ergo ar-
gumētat',Deus magis est ꝓpitius nobis,facilior,benignior oibus sanctis,plusq;
nos diligit q̄ sancti oēs faciāt,& solus oia p̄stare pōt,q̄ petunt',ad p̄stādūq; prō-
ptissimus est:quāobrē fidēter ipse recta cōueniēdus,hęc oia vti vera cōcedēda.cū
autē ex his infertur,igitur sancti si facultatem haberent precandi pro nobis, illa

esset superuacanea, & fatui essent censendi, qui illam implorarent, vti falsissimũ & erroneum prorsus est negandum, cum ex datis (vt declaratũ est) nullo pacto sequatur. Verum autē esse posset, si omnipotens inuidia duceretur, aut omnia ex sese peragere vellet, sine cuiuscunq; ministerio: quod in rebus naturalibus falsum esse perspicuum est: concurrentibus etenim illis ipsa perficiũtur, quod & in cęteris pariter verũ non esse declarabimus. Etsi enim omnipotens nullius egeat ministerio, solusq; omnia possit. (Solo enim verbo suo vniuersum orbem condidit, inquit enim scriptura, Dixit Deus fiat lux, & facta est lux, ita & de cęteris rebus creatis). Attamen deinde per ministros, vt plurimum egit quæcũq; operari decreuerat, quo more se esse dominum Sabaoth declarauit, cui omnis creatura pareret, & immensitati maiestatis eius magis conueniebat iussa per ministros, iã conditos agere q̄ seipsum deiicere ad humilia quęq; perficienda. quod & opportunius erat iis cum quibus agebat, quorum imbecillitas perferre non potuisset, ipsam infinitam potestatem operantem. Quę & indigna erat, propria manu domini castigari. Quamobrem id semper per angelos fecisse scriptura testatur. Idē quoq; vsu veniebat peccantibus, cum leuius delinquerent coram ministro domini, q̄ pręsente ipsa diuina maiestate. Q(uis enim immensitate sua vbiq; præsens sit, attamen peculiari quodam modo alicubi esse dicitur, quo alibi non dicitur: vt cum aliquo loco sese magis insinuat aut ostendit, vel vbi magis eius operatio conspicitur: quo pacto & magis dicimus illum in cęlo esse & in tēplo, grauiusq; peccare delinquentes in templis, q̄ in locis prophanis. quamobrē dictũ est Moysi a domino in Exodo, Mittam angelum meũ antecedentē populum istũ, nec ego ero in medio populi huius, ne deleã ipsum. scio enim populum durę ceruicis esse &c. Imbecillitatem autem quotũdam tantam esse, vt non possit ne sermonē domini quidem ferre ibidem declaratur. Populus enim dicebat Moysi, Nequaq̄ loquatur dominus nobiscũ, ne moriamur: sed tu accedas ad dominũ, & deferas nobis verba eius &c. His rationibus & aliis potioribus reconditis in diuinę maiestatis arcanis (Quis enim cognouit sensum domini, aut consiliarius eius fuit?) plurima agere voluit per ministros, quę tamē ęque solo nutu perficere potuisset. quod manifestum est ex his quę fecisse legitur in scriptura tã veteris q̄ noui testamenti, quæ plurima sunt. Per angelos enim multa egit cum Abraham, Isaac, & Iacob, cęterisq; patriarchis vt in Genesi legitur. Similiter & quãdoq; cũ Moyse Helia cęterisq; prophetis. Manu quoq; angeli interfecit primogenita Aegyptiorũ & seruatis domibus Iudęorum illesis. Angelũ posuit inter currus Aegyptiorum & populũ Israel mare traiicientem ad euertēdos eorũ currus, & quadrigas, omnemq; exercitum delendum. manu quoq; angeli septuaginta milia ex populo Israel interfecit, cum Dauid Rex populũ recenseri iussisset, vt lib. secundo Regum scribitur. Pariter angelica manu centũ octogintaquinq; milia de exercitu Sennacherib vna nocte deleuit. Misit & angelum itineris comitem Thobię filio, cuius opera & restitutus parēti visus. Plurima alia sunt veteris testamēti exempla quę omitto, in quo & legitur multa humano peregisse ministerio, vt per Moysen, Aaron, Iosue, & alios prophetas: sed nec pauciora in tempore legis gratię peregit per ministros. Angelus enim primum apparuit Zachariæ intra sancta sanctorum incensum adolenti. Archangelus Gabriel missus ad Mariam

virginem nuncius illius superexcelsi & diuinissimi mysterii. Angeli ad pastores
missi nunciãtes Christum natum iidē ad iubilanter canendū, Gloria in excelsis
Deo &c. Missus quoq; ad Ioseph in somniis admonēs ne timeret accipere Mariā
coniugem suam & vt puerum iam natū in Aegyptum transferret ob Herodis
sęuitiā. missi non semel & ad magos angeli: missiq; ad ipsum dominū Iesum vt ei
ministrarent post superatā Satanę tentationē. Tum ad eū consolandū cū in mō-
te Olueti in Angonia positus frequētius oraret, vt pote imminēte dolorifica tor
mentorum hora angeli missi ad nunciandū resurrectionis dominicę triumphū.
Angelus eduxit e carcere Petrum. Velut autem vtitur angelorū opera quos di-
uersis ecclesiis & regnis pręfecit nationibusve & populis, vt in Daniele scribitur
de principe Persarū & de Michaele misso in adiutorium populi Israel. Et in Apo
calypsi de angelis pręfectis Asię ecclesiis &c. Ita & ope hominum vtitur prout
ei libuerit. Emergente enim lege gratię misit Ioannem Baptistam cuius ope-
ra vsus est ad annunciandum Christum venturum, pręd icandum pœniten-
tiam & futuri baptismi Christi typum gerendum. Vsus est pręterea ope-
ra Apostolorum, martyrum, sacerdotum, doctorum, & confessorum: per quos
tamen omnes mirabilia fecit vno quoq; eorum peculiari quodā munere insigni-
to, vti & in veteri testamento vsus fuerat opera Abrahæ, Moysi, Aaron, & aliorū.
Cum igitur hæc ita se habeant, iisq; scripturæ exemplis tam manifeste constet
omnipotentem dominum per seruos suos vt plurimum operari prout ipse vult,
nec se solū omnia facere velle: quid mirum si idē in exaudiendis mortalium votis
facere statuerit, volens intercedente illorū opera & precibus ipsis dona concede-
re: sanctisq; tradere facultatē vti suis ministris impertiendi illis beneficia: quē-
admodū plerisq; in rebus angelis & vtriusq; testamēti sanctis vt ex modo dictis
patet impertitus est. Pręsertim cū id nihil illius infinitę maiestati detrahat, sed ad
eius accedat gloriā magis manifestandam. Multa enim decentius & maiori cum
decore a regibus & principibus per ministros suos fiunt ꝗ̃ si illa ipsimet perage
rent. Quinimo prorsus essent indecētia, vt si Rex ipse promulgādi sui edicti pre-
conem ageret. Præterea supplicatio illa quæ omnipotenti fit intercedētibus ami
corum eius precibus gratior est. Tum quia illos plurimum diligit, quamobrem
& honorari ab aliis gaudet, tum ꝗ laudat subiectionem illam & humilitatem
quam precatio illa præ se fert, & quæ in orando primum exigitur. indicat enim
illa interpellatio facta sanctis ipsos mortales se indignos existimare recta adire
dominum, vel quicꝗ̃ ab illo impetrare, & eapropter mediatores interpellate q̃d
domino valde est acceptum. Quemadmodum enim & si cui ad Regem pareret
aditus, attamen se indignum censens eos precaretur quos apud ipsum authori-
tate & gratia valere cognosceret vt illum ad Regis conspectum introducerent,
vel potius Regis magnitudinem veritisuam agnoscentes imbecillitatem ipsos
rogarent vt preces suas regi deferrent eum pro se ipsis Regem obsecrātes, gra-
tius foret Regi eos talem seruasse modestiam ꝗ̃ si ausu quodam temerario illum
ipsimet conuenissent, licet nihilominus postulata concessisset: ita & omnipoten-
ti Deo gratiores sunt preces quę per sanctos suos interpellatos ipsi deferuntur.
Nanq; scripturæ testimonio id sæpius per angelos fieri constat. Dixit enim an-
gelus Thobiæ, Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, ego ob-

tuli orationem tuam domino. Ego enim Raphael angelus & cætera in Apocalypſi quoque ſcribitur. Et alius angelus venit & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum quod eſt ante thronum, & aſcendir fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram Deo & cætera quod & atteſtatur Auguſtinus ad Honoratum his verbis ſuper illud, Annunciabitur domino generatio ventura. Non eſt accipiendum tanquam neſciente vt ſciat, ſed ſicut annunciant angeli non ſolum nobis beneficia Dei, verumetiam illi preces noſtras. Quod idem confirmat ad Probam verba illa enarrans, Poſtulationes veſtræ innoteſcant apud Deum: intelligendum aut angelis innoteſcere vt eas offerant Deo, & quod ille iuſſerit euidenter vel latenter apportent. Dixit enim angelus homini, Dum oratis, obtuli orationem veſtram in conſpectu claritatis Dei & cætera. Et rurſus idem ſuper Geneſin, Non propter inferiorum ſcientiam nunciis indiget Deus, habet tamen nuncios angelos propter nos & propter ipſos. Origenes quoque in Geneſin, Angeli in cælo lætantur ſuper vno peccatore pœnitente, & de profectibus hominum gloriantur. Ipſi enim velut procurationem animarum noſtrarum tenent, quibus dum adhuc paruuli ſumus velut tutoribus & actoribus committimur: Deo tamen ſoli cognitum eſt propoſitum mentis. Quamobrem niſi ex operibus angelus non valet dicere, nunc cognoui ꝙ tu times Deum. Idem rurſus ſuper Numeros, Et ipſi Apoſtoli angelis vtuntur adiutoribus in muneribus ſuis explendis, & alius erat Petri, & alius Pauli, ſic & cæterorum. Nam in Actis ſcribitur, quod angelus Petri eſſet qui pulſaret ad oſtium & cæter. Si igitur proferre preces noſtras omnipotenti, angelis datum, noſtrique procurationem habere tanquam paruulorum auxilio egentium, ac pro nobis precari: nulla ratio eſt ſanctorum animis qui ſimiles angelis effecti ſunt, quique magis compati poſſunt infirmitatibus noſtris vt eiuſdem naturæ conſortibus, eſſe denegatum: præſertim cum id adhuc in mortali vita conſtituti facere valuerint. Quid ab eis ſublatum quod nunc idem non poſſint? Si placet domino per angelos acceptare orationes mortalium, & plurima illis conferre eorum miniſterio: quare eadem per ſanctorum ſuorum orationes non acceptabit & conferet? Qui enim ſubliminores effecti auctoritate, ac dignitate potiores euaſerunt, facultatibus eorum naturæ & ſtatui non incongruis fieri certe non potuit vt deteriores redderentur. Et qui talia ſentiunt ſomniate ac delirare credendi ſunt. His puto ſatiſfactum eſſe primo argumento cum aperte ſatis declaratum ſit dominum qui licet ſolus præſtare omnia & efficere poſſit non tamen id voluiſſe: ſed plurimum intercedente miniſtrorum opera. Quamobrem non eſſe indecens nec ſuperuacaneum per eoſdem miniſtros ſuos ad illum accedere vota impetraturos. Quinimo id perſæpe gratius domino ob maioris humilitatis indicinm. Oſtenſum pariter ac demonſtratum eſt ſanctos ipſos & miniſtros Dei referendi preces noſtras habere facultatem & tanquam miniſtros dona & quæ dñs per ipſos nobis tribuit beneficia conferendi. Quod & euangelium confirmat dicente domino, Angelos paruulorum ſemper videre

faciem patris cælestis: qui ideo sunt eorum angeli quòd eos custodiunt & preces ad Deum perferunt. Neque vero cum a sanctis quicquam petimus in ipsis stamus, sed in dominum omnia referimus qui talem amicis suis potestatem dederit. Modo reliquum est aliis respondere. Cum ergo dicebatur a P glorioso Deo dominum Iesum constitutum esse nostrum aduocatum illumque ob id recta conueniendum, & non sanctos & cæter. Respondetur omnia quæ ibi assumuntur esse vera videlicet ipsum esse aduocatum nostrum eundemque pientissimum nihil non potestatis habentem, diligentem nos plusquam omnes sancti, ob idque causæ ipsum esse adeundum. Attamen sequelam nil valere ac falsum esse quod concluditur. (Ex veris autem nil nisi verum sequitur) videlicet indecens & absonum sanctos adire. Enimuero perspicuum satis si non indecens nec absonum adire peccatores, & eosdem orare vt pro nobis summum Deum ipsumque dominum Iesum Christum precentur: nec indecorum etiam aut vllo quouis modo dissonum esse sanctos interpellare. Decere autem & commodum esse eos mortalium orationes perferre, quamuis nobis sit aduocatus dominus Iesus supra plusquam fere iustum esset edocuimus, igitur & cæter. Nonne in quam Pauli gentium Apostoli dominus Iesus erat aduocatus, qui tamen omnibus ecclesiis supplicabat vt pro se ipso populariter dominum deprecarentur? Quænam ratio prohibet, licet apud patrem omnipotentem Iesus Christus sit patronus, interpellare & alios vt idem præstent officium, intercessoresque sint pro nostris votis consequendis? Nemo sane accedit ad summum patrem nisi per filium. Præsertim cum ipse aduocatus cum ipso patre eiusdem naturæ sit eiusdemque diuinitatis ac maiestatis. Quocirca æque verendus ac suspiciendus, cui & in precibus nostris humilitas æque exigitur quæ in sanctorum interpellatione quos ipse amicos suos appellauit demonstratur. Modus igitur huius argumenti eadem qua & superius acu dissoluitur. Interpellandi quippe sunt sancti vt apud ipsum dominum lesum pro nobis tanquam actores & procuratores agant: interpellandi ad maiorem humilitatem: interpellandi quia illorum preces ipsi gratiores sunt quam nostræ, vtpote tanquam ab amicis & fratribus per adoptionem effectis: interpellandi quòd per domesticos & ministros suos reddere mortales votorum compotes placeat. Nihil enim creatoris nostri honori detrahit conuenire amiços eius illos venerari & colere, sed id ad suam ipsius gloriam concedit.

Alteri argumento cuius vis in hoc stat, quòd in scriptura nec veteri neque noua legatur id a sanctis prophetis vel Apostolis factitatum. At hoc quidem valde imbecillum est. Non enim omnia quę ab antiquis patribus vel Apostolis gesta sunt scripta fuere: Consentaneum tamen id factum fuisse quamuis scriptum non sit. Quandoquidem si homines adhuc in mortali vita constitutos precabantur vt pro ipsis orarent, quanto magis conueniebat vt idem facerent cum ad immortalem peruenissent? Quod si diceretur, quinimo quia mortui sunt vel saltem mortuorũ speciem gerentes dormiunt, respondendum dormire Q

corpore non quoad precandum indigebant. Viuere autem animo & spiritu vegetiores & magis quam antea alacres & vita immortali. dicit enim scriptura, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, non autem Deus mortuorum, sed viuentium. Si igitur mortales homines precabantur (manifestum autem quod id fecerint. Nam Moyses viuens persæpe pro populo dominum precatus est. Precati sunt Reges & alii prophetas vt ad dominum pro eis orarent) valde probabile itidem fecisse cum mortali vita soluti immortalitate essent donati. Neq; enim pertinebat hęc in scriptura referri, sed ea solum quæ ad mysteria spectabant, quæ dominus peragebat, vt pote cum angelum ad aliquid denunciandum, aut peragendum mittebat & quid dominus mandasset, & quid is respondisset egissetve, cui nuncius missus fuerat. Non autem quæ ille priuatim cum nuncio egisset. Videlicet quòd se illi commendauerit, vel vt eius preces ad dominum deferret, quod ex superioribus angelos fecisse constat. Præterea quantum ad ea quæ ad testamentum vetus pertinent responderi potest, quòd si etiam condonetur nullum patrum orasse sanctos mortali vita solutos, vt pro eis dominum precarentur, hoc tamen nihil efficere quod nunc minime orandi sint: cum vt in argumento de imaginibus dictum est, Non omnia omni tempore nec omnibus conueniunt. Tempore siquidem antiquæ legis constat vniuersum fere orbem in idolatriam fuisse prolapsum multosque sibi Deo constituisse & proprios vnumquenque populum adorasse, vniusque veri Dei cultum fuisse abolitum, in domo tantum Abrahæ seruatum, cuius omne studium fuit illum instaurare ac mortales ab idolatria reuocare: legemque hac maxime de causa per Mosen fuisse traditam. Quàobrem nihil in ea permittendum fuit aut faciendum quod ei quod primum spectabatur officere posset. Valde etenim offecisset si quempiam mortali vita functum precati fuissent. Nam rudis ille populus & in idolatriam procliuis, cum tanquam Deum adorasset. Ad quod vitandum conueniebat vt neminem præter illum vnum Deum omnipotentem adorarent qui per Mosen illis fuerat declaratus. Ad idq; ptęcautum ipsis quoque inhibitum fuit facere sculptile vel effigiem vt superius ample satis dictum est. Nullaq; mentio in heptaplo Geneseos de angelorum creatione facta est: licet de illis sub humana specie apparentibus habeatur. Eadem ratione & duos Cherub super propitiatorium arcæ testimonii constitutos non vnum, ne crassus populus vnum tantum videns verum esse Deum sibi a Mose prædicatum putaret. Quapropter ex hoc quòd illi sanctos non fuissent precati, nequaquam inferri potest itidem a nobis esse faciendum. Quod autem ad nouum testamentum attinet, facilis est responsio. Nam in eo nil nisi quę ad redemptionis nostræ mysteria pertinent describitur, & pauca quædam de gestis Apostolorum ptęcipuisq; euangelicæ legis institutis, & de præcauendis erroribus ac morum bonestate seruanda, & hoc tantum Paulus. Quid autem pertinebat euangelistas Christum nunciantes quicquam de sanctis, hoc est mortali vita solutis agere aut referre, vel etiam de viuentibus, nisi quantum negocio euangelico deseruiebat. Spectabat etenim tantum declarare dominum Iesum verum messiam esse, prenunciatum, promissum per prophetas, Dei viui vnigenitum filium, qui carnem

assumpserat mortemq; crucis vt humanum redimeret genus subierat:eaq; recitare que ad hoc mysterium peragendum gesserat,& quid faciendum esse dixerat ab his qui supercęlestis vitę volebant esse participes. Nec tamen hęc omnia sed solum potiora,& deniq; aliam esse vitam perfectiorem,de qua soliciti esse debemus,quam ante Christum nemo pręscierat. Qũ igitur indecens importunũve fuisset ad hoc negocium sperantes de sanctorum precationibus tractare,pręsertim cum nullus ante necem domini Iesu perfecte sanctus fuisset. Obseratum enim erat ostium regni priusq̃ illud ipse reseraret. Captiuiq; patres apud inferos ad quos cõsummato crucis mysterio descendit vt inde illos erueret. At cognito iam Christo,& propagato per Apostolos euãgelio in plurimas vniuersi partes, mox per apostolicos viros apostolorum successores interpellatos fuisse sanctos testantur dicta vetustissimorum patrum a nobis recitata,& alia quę pretermisimus innumera. Et omnes pene historię qđ ꝑpetua serie semper vbiq; apud Christianos seruatũ est,& vt indubie credo ad consummationem vsq; seculi seruabitur. Non enim putandum dominum esse mutaturum sententiam & illi decretorum contrarium quam hucusq; probauit:hanc autem probasse, scilicet mortales precari sanctos.sibiq; esse acceptũ & gratum declarauit eos efficiens votorũ compotes qui sanctos precibus interpellauerant:quod frequentissime fecisse & adhuc quotidie facere omnes sancti patres,vt iam visum est,testãtur. Quãobrẽ hac sola ratione sanctos esse rogandos euidentissime conuinceretur siue ipsi orationes nostras audirent facultatemq; haberent orandi pro nobis,& vt plurimũ impetrandi petita,siue his omnibus essent destituti. Quid enim refert desideranti quicq̃ impetrare a Rege siue intercessores quos interpellat illum audiãt opitularive possint necne,modo assequatur ab ipso quod petit? Sat enim ei est quod ita faciens voti compos efficiatur. Beneplacitum enim Regis esse cognoscit vt iis mediis ad consequendum optatum incedat:quod agnoscit ex ipsius rei euentu,quia sic agens cupita consequitur, nec ad rem illius pertinet sciat vtrum id possint quos interposuit mediatores an non possint.& minus quo pacto si valẽt. His conuincitur sanctos simpliciter interpellandos etiam si certum esset eos nobis nihil opis ferre posse,cum perspectum sit ita agentes nobis ipsis opitulari, ex fœlici ita precantium successu. Proinde quanto magis faciendum conuincitur vtrunq; agnoscentes scilicet id nobis prodesse ex beneplacito diuino & ipsos diuos intercedere posse?

Superest respondere postremo argumento cui tamẽ virtualiter,vt aiunt iã pene responsum est,quod omnibus aliis est multo futilius. Si enim id cui innititur verum esset,sequeretur nec orandum esse Christum nec summum patrem nec ipsum diuinum spiritum cum liqueat nos ab eis longe plus diligi q̃ a sanctis ipsis & maiori charitate complecti: quicquid prętstant liberalius ac benignius condonare elementioresq; esse & ad indulgendum promptiores. Attamen nemo inficiaret rogandũ esse omnipotẽtẽ deũ ac dominũ Iesum eumq; velle sibi supplicari quis precibus nostris non moueatur:nostra tamen precatione lętari,licet vltro sola sua bonitate & misericordia plurima beneficia conferat mortalibus. Nempe etiã dominos lętari exploratissimum cum a libertis & amicis quidpiã petẽtibus rogarẽtur quis ob suã ipsorũ beneficentiã vltro etiã illud tribuissent. R.

Attamen alacrius & maiori quadam voluptate petentium videntes affectum & summissionem id concedunt. Itidem & parentes agunt erga filios: gaudent enim omnes illa precantium cupiditate & subiectione supplicationi coniunctis, nullus siquidem precatur qui non valde cupiat, seq; in precando demittat supplicemq; faciat. Quapropter licet sancti (vt assumptum fuit) ex officio & charitate omnem suam operam mortalibus etiam non rogati vltro præstarent: attamen ipsorum mortalium officii esset illos precari, illis supplicare. Reiectis igitur & confutatis argumentis & cauillis supra inductis ad veram sententiam quæ iã comprobata fuerat infirmandam deueniamus: scilicet sanctos esse interpellandos illisq; supplicandum & eosdem posse apud omnipotentem Deum pro facultate eis concessa pro nobis precari & intercedere ac domino concurrente beneficia conferre, de quo valde admirandum quenquam dubitare posse si ad ea tantum respiciat quæ modo referemus scripturarum testimonia. quibus solis asserta sententia conuincitur. Ait nempe primum dominus per Hieremiam, Si steterint Moses & Samuel coram me, non est animæ meæ ad populum istum. Quid quæso per illud steterint coram me, intelligi potest aliud quàm vt aduocati & intercessores, quemadmodum omnes sancti verba illa interpretantur? Quod si facere non possent nec solerent sancti, illud nequaquam dominus induxisset ad ostendendam indignationem conceptam erga populum cum nihil faceret ad propositum. Præterea nonne & in Apocalypsi scribitur, vigintiquatuor seniores amictos vestimentis albis & corona aurea decoratos singulos eorum habere citharas & phialas aureas plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum? Quid illis viginti quatuor senioribus indicatur nisi sanctorum vniuersitas? Quomodo & intelligenda verba illa, habebant phialas & citharas plenas odoramentis quæ sunt orationes sanctorum, nisi quod preces fidelium offerebant altissimo precantes vt petita concederet? Nil enim aliud indicare valent, & ita patres omnes loca illa enarrant. Rursus q̃ expressum & illud quod scribitur in Iob. Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertam. Quę verba licet ad arguendum Iob ab Elipha Temmanite assumantur: attamen declarant id fieri solitum & conuenire, vt ab afflictis & ope egentibus sancti inuocentur, & ad eorum aliquem qui opem ferat animum deflectant. Nec aliter inductum argumentum ad conuincendum Iob vllam vim haberet. Porro quis dubitare possit sanctos audire preces nostras, & vota agnoscere, vel ambigere, an opitulari valeãt sinteq; supplicandi, qui animaduerterit verba euangelii referentis Epulonis & Lazari mendici historiam? sic enim habet, Factum est autem vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & diues & sepultus est in inferno: eleuans autem oculos cum esset in tormentis vidit Abraham a longe & Lazarum in sinu eius & ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili recordare quod recepisti bona in vita tua. Prætereo quæ non faciunt ad rem. Et paulo post, Rogo ergo te pater vt mittas illum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres vt

testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum &c. Nequaquam certe singulæ partes assertæ sententiæ expressius declarari potuissent. Primum emortuus existens in tormentis Lazarum in sinu Abrahæ receptum conspicit precaturq; Abraham illum mittat ad eius linguam refrigerendam. Audit ille & respondet. Quis autem iste Abraham nisi sanctus ille Abraham existens in lymbo beatorum? A quo rogatur? ab Epulone in tormentis cruciato. Quid petit? Opem ad suos non tantum leniendos dolores, sed etiam pro fratribus adhuc viuentibus precatur. Itaq; sancti nunc in cęlo existentes precibus interpellati audiunt non tantum viuentes, sed & mortuos respondent interpellantibus & opem ferre possunt. Hęc enim omnia ex verbis narrationis illius rei gestę colliguntur. Nanq; Epulo Abraham in lymbo considentem precatur, ille audit, respondet. Ecquid inquā flagitauit Epulo? opem. illā igitur præstare posse ac solere inuocatos sanctos sciebat: alioqui eam minime implorasset. Vnde sole clarius demonstratur ipsis diuis supplicandum esse. Si autem ad hæc diceretur neutrum tamen impetrauit Epulo: responsio foret parata. Primum non fuisse cōcessum qa ille in inferno sepultus erat. Quibus sanctos nihil opitulari posse manifestatum est ex illo. Siue ceciderit lignum ad austrum, siue ad aquilonem ibi erit. Non autem discernebat Epulo quantum interesset inter purgatorium quod vocant & infernum, eo q; forte vnus & idem vtrorunq; sit locus. Sed infernus dicatur pro his qui perpetuo inibi sint cruciandi, purgatorium autem eorum ratione qui tantum ad expiationem suorum scelerum torquentur. Altero nec est potitus quia factu importunum, cum illius fratres Mosen & prophetas dictis suis eos admonentes haberent. At hoc aliud est ab eo quod quæritur. Nam illud manifestissimum quod hoc loco petebamus, scilicet sanctos precantium orationes nec viuorum tantum, sed vita functorum audire posse, & illis auxiliari valere: nec tantum intercedentes apud dominum, verumetiam pro facultate illis concessa cum ipso concurrere ad beneficia præstanda. Nam Epulo rogabat patrem Abraham vt Lazarum mitteret, non autem vt tantum domino supplicaret illum mitteret verum vt etiam ipsemet. Quocirca efflagitandos esse sanctos irrefragabiliter conuincitur. Vnus tantum euellendus restat scrupus vt si forte quis diceret hęc parabolice dicta esse, non autem vti vere rei gestę narrationem. At nihil refert quocunq; modo scripta sint, verba tamen euāgelii de parabola nihil prorsus habent, sed potius rem gestā indicant, moris enim euangelistarum est, cū parabolice quicq̄ agitur dicere, Dixit Iesus parabolam hāc, Simile est regnum &c. Hic autem tale nihil, cum tamen paulo superius multas parabolas expressisset euangelista Lucas. Attamē & si daretur esse parabolice dictū, idem sequeretur, cum quę recitantur porabolice & non per apologos oporteat vt veritatis similitudinem retineāt, rerum per parabolā significatarū Secus non efficerent quod petunt. Hæc igitur siue res gesta fuerit siue parabolice inducta, hoc certe cōpertū, rem verisimilē, & quę fieri possit, esse descriptā. quod si fieri nō potuisset, illā nō induxisset dominus. Ipsum enim risissent quibus suadere volebat quid per eos ex tali parabola esset agendū: quę cū apologus nō esset oportebat res veras ac verisimiles esse potuisse quę per illam narrabantur. Postremo ex transfigurationis dominicę mysterio idem demonstratur. Cū Apostolis

tranſſiguratus apparuerit inter Moſem & Heliam ipſi colloquentes indicauit.
nempe tranſſiguratio illa ipſum eſſe poſt mortem glorificandum. Quamobrem
ſecum hos præcipuos propheras iam mortali vita functos habere voluit, ſed ad
quid hoc? vt ſanctos ſuos ſecum futuros eiuſdem gloriæ participes declara-
ret. Sed & quid colloquium illud prętenderat? Familiaritatem ſane cum ſanctis
ſuis domeſticam habere. Et quid loquebatur? Dicit enim euangelium, loquentes
cum illo non ꝙ cum eis ipſe loqueretur. Quid autem dicebant? Non profecto vt
eos beatos efficeret cum iam certa ſpe eſſent nec reſerabant quæ neſciret. Nil
igitur aliud agere poterant q̃ ſupplicare pro ſalute generis humani, itaqꝫ ſanctos
pro mortalibus dominum ſupplicare manifeſtum. Qua quidem viſione territi
diſcipuli ſuauitateqꝫ & gandio repleti eos videntes dominum tanto honore di-
gnatos, vt vnum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram glorioſos & ſublimes lo-
carit, dixit Petrus, Domine bonum eſt nos hic eſſe. Id autem ſignificat volu-
ptatem illam ſpiritalem quam ex viſione conceperant. Deinde ſubiungit, Facia-
mus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moſi vnum, & Helię vnum. Sed cur Petre
tantũ honoris tribuis Helię, & Moſi, vt eos quodãmodo æquare domino videa-
ris? Illis tabernacula quẽadmodũ & ipſi dño cõſtitui cupiẽs? Quia illos (forte re
ſpõdeat) a nobis colẽdos agnoui quos dñs nobis tãto decore ornatos oſtẽdit, vt
illius ſocii videãtur. Quos igit̃ ipſe decorauit & tãto affecit honore, nos nõ vene
rabimur? Quid ergo nõne his ſanctos plurimũ eſſe venerãdos manifeſte cõuinci
tur ac precibus interpellãdos vti domeſticos dñi Ieſu & quodãmodo ſocios vt il
lũ pro nobis precẽtur & exorẽt: quod facto dñs probat. Eoqꝫ edoctũ Petrũ itidẽ
ſenſiſſe ꝙ exploratiſſimum eſt. Et hęc quantum ad ſanctos in communi.

S

Supereſt videre & quãtũ ſcriptis tuis ſuperexcelſę virginis deiparę honori &
innocẽtię detraxeris. Primũ quidẽ in dialogo q̨ dicit̃ naufragiũ ita ſcribis, Nau-
tę cãtãtes Salue regina implorabãt Mariã virginẽ appellãtes eã ſtellã maris, re
ginam cęli, dominã mũdi, portũ ſalutis, aliiſqꝫ multis titulis illi blãdientes quos
nũq̃ illi tribuũt ſacrę literę. Quid illi cũ mari q̃ nũq̃ opinor nauigauit? In Anno-
tationibus autẽ inq̨s, Cęterũ cultui beatiſſimę Marię aut hodie vulgus pio quo
dã fauore plus ſatis tribuit, aut parũ tribuit Chryſoſtomus explanãs locũ illum
Matthęi. xii. Dixit autẽ ei q̨dã, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtãt q̃rẽtes te al
loqui. Ait enĩ ambitiõe quadã ac oſtẽtatione cõmoti foras eũ in p̃ſentia omnium
vocauerũt. Idẽ enarrãs euãgeliũ Ioannis de nuptiali miraculo tribuit Marię affe
ctũ aliquẽ ambitioneqꝫ glorię humanę. Auguſtinus quoqꝫ videt̃ tribuere nõni-
hil diffidẽtię: nos eã ꝓrſus a peccato originali facimus immunẽ: at hic videt̃ ali-
q̨d peccatũ actuale vt nõnulli aiũt tribuere. Propterea ĩ Ichthyophagia inq̨s, Q̃
multi ſunt q̨ magis fidũt p̃ſidio virginis matris aut Chriſtophori q̃ ipſius Chri
ſti? Matrẽ colũt imaginibus candelis & cantiunculis: Chriſtũ impia vita fortiter
offendũt, & virginẽ ſe credũt habere propitiã ꝙ illi ſub noctẽ cantiũculã nõ in-
tellectã canũt Salue regina &c. Eodẽ quoqꝫ libello carpis cõſuetudinẽ a cõcio-
natoribus inductã inuocãdi auxiliũ beatę virginis in cõcionibus. Q̃ p̃terea indi
gna ſit epiſtola quã cõfingis a virgine deipara Glaucopluto ſcriptã i dialogo de
peregrinatione religionis ergò q̃ procax q̃ indecora vt a tã p̃celſa & reuerẽda vir
gine proferatur: cuius initiũ eſt, Maria mater Ieſu Glaucopluto ſalutem. Quod

Lutherum ſecutus ſtrenue ſuades ſuperuacaneum eſſe inuocare diuos, a me quidem iſto nomine magnam iniſti gratiam ſcito &c. Tu ipſe legens omiſſa Philautia iudicato, ſi aliorum iudicio ſtare nolueris. Prætereo illam recitare, eo ꝙ prolixior ſit, & ne mihi rurſus ſtomachum faciat. Sed quid cauſor? epiſtolam cum vniuerſo dialogo nil aliud agatur, nil aliud ſpectetur, q̃ mouere riſus & ludificari virginem ac ſanctos omnes? Quibus reſponſurus continere nõ poſſum, quin noſtrorum temporum calamitatem defleam, quibus ſuperexcelſæ virgini Deiparæ, non ſolum illudere ac detrahere, verum & crimen impingere impune liceat. O mores, o leges, o zelus, o pietas. Quonã abiiſtis? Quid fieri poteſt, vt ab his principibus, ab eccleſiæ proceribus, hęc ſurdis auribus diſſimulanter prætereantur? Stomachantur ſane & ingemiſcunt pii ac cordati omnes, & tanto zelo concitantur, vt quodammodo vitæ pigeat, malintq; deſiiſſe viuere q̃ hęc audire. Quiſnã malus genius te tam corripuit Eraſme, vt illa deriſoria verba proferre de glorioſa virgine impulerit, quam cum implorarent naufragi. Quid illi cum mari, quæ nunq̃ opinor nauigauit, ſcomma quidem aptũ ad riſum pueris mouendum, & forſan non incommode dictum, ſi quapiã in comedia ad voluptatem apta, de Diana nemorũ cultrice aut Veſta dictum eſſet: de diua autem virgine, de parente creatoris ac redemptoris noſtri indecentiſſimum ac ſacrilegum. Pudet me inquam, pudet tui talia referentis, ſacerdotis nẽpe ætate prouecti, alioqui viri inſignis ac celeberrimi. Sed ecquid hæc cum his quæ ſubiicis ipſi virgini ambitionis ac oſtentationis notam impingens vanæq; gloriæ cupiditatem, & erga filium diffidentiam? Quæ vt magis recipiantur, ſanctorum Chryſoſtomi & Auguſtini teſtimoniis confirmare niteris: non veritus talibus tantisq; patribus tantam imponere calumniam, vt tuæ non minus inſanę q̃ impiæ ſententiæ aliquid authoritatis accederet. Ex qua corollarie infers, ipſam innocentiſſimam virginem non tantũ peccato originali fuiſſe obnoxiã, verũ etiã & actuali, quod neminẽ catholicũ pręter te dicere credo vnq̃ fuiſſe auſum. Quod malum deus? perpetuo ne anticomaritæ inſurgent aduerſus tam innocentiſſimam virginem, aduerſus matrem tuam? ſed ſemper calũniis & maledictis inſectabuntur? cui ſaltem ob tui reuerentiã peperciſſent. ſed de hoc inferius cum his tuis locis reſpondebitur. Nunc ad illud irriſoriũ redeo. Quid illi, inquis, cum mari, quę nunq̃ opinor nauigauit? Quid? quæris. plurimũ enimuero non tamen eo modo, quo Citherea tua, quam ex maris ſpuma genitam poetæ effingunt, vel ea ſola ratione, quia maris authorẽ aquarum rerumq; omniũ cõditorem genuerit. Eum, inquam, qui calcatis vndis ſicco pede proſiliit: qui mare rubrum in duas partes diſcidit, qui aquas Iordanis in duas tanq̃ mõtes non ſemel ſeparauit, qui Petro ſuper ipſas maris aquas incedere dedit. Qui in orbis conſtitutione ferebatur ſuper aquas: quibus diuiſis in earum firmamentum collocauit. Illum quia ipſius matris ſuffragio aquam in vinum cõmutauit, qui imperauit ventis & mari tempeſtatibusq; ſonoris, quanuis ſali gurgites rate nũq̃ ſulcauerit. Hocq; ſcommate cęteros titulos, qui intemeratę virgini, a piis mortalibus illam venerantibus tribuuntur, vt indecentes pariter infeciſti. Nec eos tñ quos verbis expreſſiſti, vt reginam cęli, dominam mundi, portumq; ſalutis: verũ & alios multos. ſic enim habent tua verba, Præterea multis aliis illi blandiebã-

tur, quos illi nunq̃ tribuunt sacræ literæ. Videntur tibi Erasme hi sublimiores tituli, quam Deiparæ virgini conueniant: elogiisq; tam magnificis non esse celebrandam, vt quę illi sacræ literæ non tribuant? Vnde falso niteris colligere non esse tribuenda. Sed ai quę sponsa dei est an ne iure, Regina cæli dicetur, quę regis vniuersi mater est, iniuria mũdi domina vocabit? Quę salutis authorem nobis edidit, qui fluctibus agitatos, qui imo demersos erigeret, qui nos fluctibus & procellis ereptos in tutissima littora cõferret, portus salutis per translationem indigne nuncupabitur? Maiora nempe ac magis pręclara, longeq; celsiora conueniunt elogia tantæ virginis dignitati. At non tanta mortalis ingenii vis, vt paria ac decentia ad eam celebrandam inuenire possit. Quęnã lingua, quæ mens ad eius celsitudinem explicandam digne valeat accedere? quæve illius virtutem celebrare dignis laudibus queat, illiusq; decora prædicare? Imbecilla tamen mortalitas, pio affectu illa ei tribuit elogia, ad quæ contingere potest, non autem quæ vellet, eiq; iusto debentur. Verba deficiunt, eloquentia obmutescit, stupet mens, donorum magnitudine territa, multiplicitate dotium fastigii celsitudine, in quo collocata est Maria, solus diuinus spiritus, qui illam tot decoribus ornauerat, sublimemq; effecerat, titulos Mariæ congruos exprimere potuit. Quid? quæ iure mater dei dicitur, iniuria regina cæli nuncupabitur? Quæ ab omnipotente plenitudinis gratiæ titulo insignitur, stella maris, portusq; salutis indigne vocabitur? Quę ab archangelo Gabriele celebratur, q̃ dominus sit cum ipsa (Et quis dominus? Omnipotẽs inquam de quo scribitur, Deus misericordiarum tu es) mater misericordię perperam dicetur? Et quomodo dominus cum ipsa? Per gratiæ plenitudinẽ. Inquit enim Gabriel illam salutãs, Aue gratia plena. Quo elogio quidnã possit esse celsi9? quid sublimi9? quid deniq; gloriosi9 vel saltẽ par: cũ dignitas oĩs a sola diuina gratia ꝓueniat? solus enĩ oĩpotens quicquid est, per gratiam non est, sed per naturam. Quamobrem nec plenus gratiæ dicitur, sed rationali creaturę, quam condidit, gratiam suam impertitur. Quid autem maius præstare potest, q̃ suę gratię plenitudinem? Testatur enim ipsius summi dei internuncius verbis dominicis illi tributam fuisse, nec hoc solo titulo decoratam. Audias & alium, prosequitur dominus tecum. Quid hoc beatius? quid celsius? quid magis gloriosum, q̃ q̃ omnipotens perpetuo sit cum ipsa: cum puella inquam virgine humili & paupere. Qꝫ etiam animaduertendum verbum illud, dominus tecum? quódq; minime dixerit, Tu es cum domino per gratiam, vel es in gratia domini, sed tecum dominus? Nonne cum illa dominus, quem gestatura erat in vtero, qui & tunc ipso salutante angelo in corde erat per gratiam? Prosequitur & angelus accumulans elogia elogiis dicens, Benedicta tu in mulieribus, hoc est prę cęteris mulieribus. Quid felicius? ac magis illustre hac singulari benedictione? Deinde sic pergit archangelus. Virtus altissimi obũbrabit tibi, & quod ex te nascetur vocabitur filius dei. Quid hęc sibi volũt, nisi q̃ mater filii dei sit futura. O triumphale, o gloriosissimũ & superexcelsum elogiũ, ea decora cõtinens, hos titulos, quibus pares nec similes vnq̃ tributi fuere, neq; in futurum tribuentur: quibus etiam nec maiores, saltem excogitari possent, tantum abest vt pares. Quidnam simile aut æquum dici potest huic, mater filii dei es? Non dixit archangelus mater, vnius angeli,

vel sancti hominis es futura, sed filii dei viui. & quomodo? Inquit, Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obũbrabit tibi. His inquã titulis oipotens Mariã ornauit κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί. Confer modo hos titulos mortalibus qui Mariæ tribuuntur, & quoscunq; alios potiores qui tribui possent cum his, & agnosces q̃ vilescant, quanto interuallo ab illis distent, q̃q; humiles & abiecti sint. Cum igitur dominus illam iis tam insignibus præconiis ornauerit, dicere tamen audes ima illi & abiecta tribui, quibus illam mortales celebrant ei blandientes: quod nec aliud est dicere q̃ immodicos esse, & propterea non conuenire. Si enim a blandientibus tribuuntur nõ ex vero, non iure impẽdũtur. At non his tantummodo titulis virgo purissima ex scripturis ornatur, sed aliis q̃plurimis. Non enim in nouo solum testamento de Maria agitur, verumetiam & in veteri per spiritum propheticum celebratur. In Canticis siquidem spiritus domini plures illius titulos decantat eã, sponsam domini vocans, amicam, sororem, immaculatam, pulcherrimam, ac coronandam. Nec his contentus metaphoricos etiam titulos tribuit. Eamq; columbam domini nuncupat, decoram, vt hierusalem quam viderũt filiæ sion & beatissimam prædicauerunt, & quam laudauerunt reginæ. Insuper fontem hortorum, terribilem vt aciem castrorum ordinatam. Rursum idem spiritus, Quæ est ista quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Q̃ꝫ autem hæc mystice scripta ad ipsam referantur (Licet etiam ad Ecclesiam referri possint metaphorica, nanq; locutio plura indicare potest.) sancti patres loca illa enarrãtes declararũt. Inter quos audi Hieronymum. ita enim inquit, Canitur in Cãticis de Maria, Ortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus. Ortus deliciarum in quo sunt consita vniuersa florum genera & odoramenta virtutum: sicq; signatus vt nesciat violari vllis insidiis fraudibꝰ ve diaboli: fons itaq; signatus sigillo totius trinitatis &c. Illud quoq; quod in psalmis scribitur ad Mariam referẽdum, licet etiam ad Ecclesiam deduci queat. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Q̃ꝫ autem hi magnifici sint tituli insignes, præclari, estimare possunt qui illos legerint. Regina appellatur, soror, sponsa, amica, perfecta, columba domini, fons viuus, puteus aquarum scaturientium, ortus conclusus, & aliis. Auroræ deniq; ac soli comparatur, quæ omnia in primis quadrant virtuti gratiæ illiusq; pulchritudini. Sed forte inquies quid hoc refert? causor ego hos titulos qui nunc ei tribuuntur a mortalibus in sacris litteris nequaq̃ tribui, alia autem non tribuẽda sunt ab his quæ inibi scribuntur. Præterea dico sacras literas cum illius mentionem habent, nullis eam insignire titulis, sed simplicissime Mariã virginẽ vel matrẽ Iesu appellare. Q̃d ad primum attinet, quid tum & si sacræ literæ titulos mortalium illi non tribuunt, cum eam longe splendidioribus ac potioribus decorarint? Absonum enĩ fuisset hec humilia cum his tam sublimibus componere. Porro nimis ineptum et stolidum est id verum existimare quod a nouiciis horum temporum hæreticis asseritur, scilicet nihil agendum in his quæ ad religionem pertinent, nisi in sacris literis comperiatur expressum.

1. Cum sole sit clarius non omnia ad religionem attinentia chartarum monumentis fuisse mandata, sed plurima verbotenus tradita, quod plurimis locis

Pauli verba teſtantur,Inquit enim ad Theſſalonicenſes,Itaq; fratres ſtate & te-
nete traditiones,quas didiciſtis , ſiue per ſermonē , ſiue per epiſtolam noſtram.
Idem ad Corinthios , Laudo vos fratres ꝗ per omnia memores mei eſtis,&
ſicut tradidi vobis præcepta mea . & rurſus ad eoſdem , Cætera diſponam
cum venero ad vos &c.Diuinus quoq; Euangeliſta Iohannes his verbis idem
teſtatur,Mulra alia dixit,& fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc:quæ ſi
ſcriberentur &c.Præterea in ſcriptura multa fieri commendantur. Alia tamen
quæ commendata non fuere peracta inueniuntur.Ait dominus,Cum oratis di-
cite Pater noſter &c. Scriptura tamen refert,tū ipſum,tum apoſtolos alia lōge
ꝓlixiori oratione vſos fuiſſe , multaq; precatos ꝑter illa quæ dominica oratio-
ne continentur.Reſq; tam manifeſta & aperta eſt , vt teſtimoniis vllisue argu-
mentis nequaꝗ̄ egeat.ita ꝗ nemo ſenſu pręditus,vel corde,vel animo de illa du-
bitare poſſit:ſed verbis tantum cōtendere,aliud animo ſentiens ab eo quod vo-
ce profert,& proteruire deſiderās:attamen hoc idē omnium patrum ſententiis
omnibus inter ſe conſentientibus confirmatur.Sed quid opus aliis teſtimoniis
cum Ioannem apoſtolum,& Paulum habeamus?Qꝫ igitur ſtolidum ac inſanū
illud aſſerere quod omniū argumentorū eius potiſſimū eſt fundamentū? At di-
ceret quis,& ſi id eſſet quomodo illa diſcernerentur?Recte inquā inſtitutorum
vetuſtate,quę cōmuni authoritate Eccleſiæ,& ſanctorū patrū teſtimoniis rece-
pta ſunt. Quod enim cōmuniter inductum eſt in Eccleſiis temporibus illis pri-
mis ac vicinis apoſtolorum ſeculo, aut Eccleſiæ conſtitutis, ac more receptum
ſanctorumq; patrum ſententiis ac teſtimoniis commendatum ab apoſtolis,aut
apoſtolicis viris fuiſſe profectum,non eſt dubitandum.

Peruerſo aūt iſtorū placito q̄dā pueriliter nimis ac ridicule innixi,plurima ex
ſacris ſymbolis reiiciūt,vti ſacramētalē cōfeſſionē . Cōfirmationē ſacros ordi-
nes & alia pluria, vt ſacerdotū celibatū ſc̄tī quadrageſimalis ieiunii obſeruatio
nē ſc̄tōrū cultū,imaginū vſū, feſtorū celebritates,& mille alia huiuſce generis:
quo fundamēto oīa ſtudēt innouare,& aliā cōſtituere Eccleſiā:ab apoſtolica &
catholica recedētes,q̄ mille & quingētis annis hos mores & hęc decreta obſer-
uans ꝑſeuerauit: hoc tantū innixi ꝓloquio,vt peruerſo ſic & iſano,hęc videlicet
in ſacris literis pręcepta aut cōmēdata nō inueniūtur,igitur reiiciēda vel negli-
genda.Non aīaduertentes verbo ꝓmulgatas traditiones,nec ea quę ſcripta ſūt
pariter eſſe expreſſa,ac eodē modo cōmendata. Quāobrē nec quę ex illis ſequā-
tur colligiue poſſint vel per ſequelā neceſſariā exēplis ve aut ſimilitudine. Qua
ꝓpter cū ſimilib⁹ argumētis vtūtur māmona iniq̄tatis iuſſit domin⁹ diſtri-
bui in pauperes:iuſſit vt iter nos diligerem⁹,vt mutuā ſeruarem⁹ charitatē:nō
aūt vt tēpla ędificarem⁹:vt ꝓ inimicis ꝑcaremur:nō vt auricularia cōfeſſionē
ſacerdoti facerem⁹,nullū ieiuniū inſtituiſſe: nullū delectū ciborū ꝑcepiſſe,nihil
etiam de ſacerdotū celibatu & aliis . Reſpōderi pōt fateor ipſum hęc mādaſſe
vel præcepiſſe quæ dicitis:at nūquid illa alia inhibuit? Hoc ſane dicere nō po-
teſtis cū nihil in eccleſia fiat quod in ſcripturis ꝓhibeatur.Si igit̄ per ſcripturā
nō reprehendūtur,& ratione recta bona eſſe cognoſcuntur: quare illa reprehē-
ditis & tollere conamini? Non enim dominus ad humillima queq; inſtituenda
deſcendit,ſed potiora tantū cōſtituit. Cætera ſuis tēporibus partim diſponēda

relinquens afflatu sancti spiritus Ecclesiam gubernantis, partim rationis naturalis iudicio, quod non in vanum nobis tradidit. Quocirca de his quæ per scripturas non sunt constituta, nec mala esse dignoscuntur standum est Ecclesiæ decretis. In ceteris rationis iudicio. Q̃r igitur insulsum q̃ vanum dicere, dominus non præcepit sanctos esse orandos: igitur non sunt orandi? Non dixit, cum datis Eleemosynam dicite, ora deum pro me: ergo non debemus dicere pauperibus, aliisve vt pro nobis precentur? Non dixit veneremini sanctos: igitur nō sunt venerandi? Non iussit offerri munera in templis, & similia huiusce generis innumera: ergo non sunt facienda? At multa etiam dominus virtualiter, vt aiūt, iussit quæ verbis expressis mandata non inueniuntur: multa item exemplis quę verbis non præcepit, multa similitudine & specie quadam non autem eiusdem naturę proprietate vel forma. In huiusmodi itaq; non solum considerandum, an ea quæ in Ecclesiā inducta sunt in scriptura verbis expressis contineantur, aut sequela necessaria ex eis colligātur, sed an natura praua sint an proba, commoda an incommoda, consentaneaq; sint his quæ in scriptura commendantur, an dissona, similia an dissimilia sententiis vel exemplis in scriptura contentis de illis post hæc iudicandum. ꝙ si proba & similia esse dignoscuntur recipienda sunt. Siquid autem vitii in illis sit coniunctum illud castigandum & mouendum, vt tollatur, & quod probum est relinquendum. Non enim quod probum est & bonum ob id ꝙ ei aliquid prauum annexum fuerit reiiciendum est. Id enim ratio concludit, & sanctorum patrum sententiæ attestantur: quarū nōnullę a nobis superioribus libellis recitatæ sunt. Sed de his hactenus. Q̃r igitur stultum est dicere, Maria cum in scriptura nominatur, nullis nisi virginitatis epithetis & elogiis honoratur, sed simpliciter nuncupatur. Inquit enim Lucas Missus est angelus Gabriel ad Mariam virginem. & Ioannes, Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Et rursus Lucas alibi, Maria seruabat hæc omnia, & conferebat in corde suo. Idem Lucas in Actis, Erant discipuli cum Maria matre Iesu & cæteris mulieribus perseuerantes in oratione &c. Ergo non est præconiis & titulis præsertimq; sublimibus in Ecclesia a fidelibus inuocanda. Esto namq; verum esset quod assumitur, nullis videlicet eā titulis in scripturis decoratam, quod tamen falsissimum esse ostendimus: colligeretur ne ipsam præter honorifica epitheta a nobis nuncupandam? Sed quamobrem? inquis. quia scripturæ illam his non honestāt. Quid tum? An cogimur his vti verbis vel elogiis tantummodo quibus scripturæ vsæ sunt? minime quidem.

Videndum præterea an ea epitheta quæ illi tribuuntur ei conueniant, deceantve: an merito laudanda sit, eiusq; nomē celebrandum nec ne. si non laudanda, si non veneranda, si immodica sunt epitheta, vtpote eius virtutem, ac dignitatem excedentia, soliq; omnipotenti deo dominoq; Iesu Christo tribuenda, perspicuum est illam his non esse insigniēdam. At si nullis tam honorificis elogiis celebrari potest, quin illi potiora & sublimiora debeātur, q̃uis scripturæ in illa nominanda, nec his nec maioribus similibusue vsæ fuissent, sed simpliciter vt plurimum fecere illam nominassent, nequaq̃ tamen sit debitis laudibus a nobis defraudanda, aut simplici nomenclatura compellanda. cum longe alia ratio sit scripturarum in diuinis rebus recensendis a nostra in illis recolendis. X

Quid enim simplicius ipso etiã omnipotente vnq̃ nominauit preter omne elogium citra omne epithetum Mose rerum exordium conscribens? In principio, inquit, creauit deus cælum & terrã &c. Authores nãq; scripturarũ breuitati studẽtes res gestas nudo tñ & simplici sermone retulerunt, prætereuntes omnia quæ ad rem necessaria non faciebant affectataq; videri potuissent. Quãobrem nec mirum si euangelistæ in Mariæ titulis ac epithetis cum de ea facere mentionem contingebat non sint immorati, nec vlla tribuerint domino Iesu illum simplicissime nomina̅tes: vt est illud, Dixit Iesus turbis: vel, Hoc signũ fecit Iesus &c. Verum ad prosequendam potius narrationem rei gestæ, prætermissis omnibus gloriosis titulis, contenderunt, illã simplicissime annu̅ciantes. nullo enim verborum boatu resonantiq; & eleborata ratione declarandus erat Christus, sed pura simplici ac plena virtute & spiritu, ne vi humanæ sapientiæ eloquentiæq; magnitudine orationis ve suauitate persuadere magis viderentur quę spectabãt, q̃ veritate inuitati & virtute spirit⁹. Quocirca vniuersam scripturam rudi oratione ac simplicissimis verbis prout conueniebat dignoscitur fuisse conscriptam, non autem in sublimitate sermonis (vt inquit Paulus) nec quicq̃ in ea exaggeratũ esse conspicitur, sed omnia potius verbis extenuata, sobrieq; & aride expressa, quo magis diuini spiritus cuncta perficientis virtus elucesceret. Si igitur dominus Iesus nullis in scriptura elogiis celebratur, quãto minus cõgruebat celebrari Mariam? Cum euangelico negocio nihil conduceret: sed tñ de ipsa illa erant celebranda quæ ad texandam Christi historiam faciebant: qui quidem erat euangelistarum scopus. annunciare inquam Christum a prophetisq; promissum aduenisse, & referre quomodo ab omnipotenti deo ad humanum genus recuperandum missus fuerit ipso diuino verbo ex Maria virgine naturam humanam assumente. Quid etiam denuncians euangelium regni fecerit, & quomodo tandem cruci fuerit affixus in eaq; animam emiserit: Deinde resurrexerit, cælos conscenderit, iterum venturus &c. Ipsum namq; Iesum Christum euangelizabant non beatissimam virginem ex cuius epithetis & præconiis nil gloriæ Christi accedere poterat: cum quicquid ipsi virgini esset dignitatis ac gloriæ, ab illius gratia prouenisset: nec etiam ad beneficia explicanda facere potuissent, quæ in nos ille contulerat. Quapropter in Maria non erat immorandum. Per Christum namq; redempti sumus, per Christum restituti gratię ex filiis iræ, per Christum a durissima Sathanę seruitute liberati, & per eius adoptionem cælestis regni effecti participes. Etenim Christ⁹ ipse pro nobis in crucis patibulo affixus acerbissime & ignominiose mortuus debita nostra persoluit. Iniquitates nostras ipse portauit, non Maria. De illo igitur agendum erat: mysteria illius ab euangelistis erant referanda non Mariæ: gesta aut laudes exaggerendæ. Ille inquã a nobis imprimis colendus celebrandus & solus adorandus, vt qui ab illo cuncta beneficia acceperimus non a Maria. Ille optimus & maximus deus, quis & verus homo. Ob idq; causæ & frater noster est effectus, licet etiã genitor & creator esset. Ipse idem dominus indulgentissimus, idem amicus, ide̅ rex beneficentissimus, iudex clementissimus, salus nostra, gloria nostra, vita nostra: citra quem nec Maria virgo gloriosissima quicq̃ fuisset: quæ tametsi mater est gratia, natura tamen serua est & pura

creatura. Quicquid enim in illa gestum est, totum diuinæ gratiæ opificiũ fuit: quemadmodum & ipsa spiritu sancto repleta visitans cognatam Elizabeth his verbis protestatur. Magnificat anima mea dominum: et exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Quapropter de illa in scripturis tantum erant referenda quæ ad seruatoris aduentum, carnis assumptionem, natiuitatem & progressum illius historię pertinebat. Si enim quicquid in Maria laude dignum est, quicquid decoris ac maiestatis, ex filio pendet: profecto non tñ cõueniebat, sed etiam oportebat antea eius filiũ agnosci ac celebrari q̃ Mariæ nomen laudibus efferri. His rationibus in euangelio non frequens de Maria habetur mentio, pauca etiam referuntur. Ex his tamen non sequitur, quin illa sit a nobis diligentissime colenda, celebranda, epithetisq; ac elogiis honoranda.

Qz si diceres, non inficior venerandã esse, sed eã plus laudari dãno, honoresq; tribui ingẽtiores q̃ deceat. Id enĩ pſæpe causaris, vt in Ichthyophagia tua verba sic testantur. Quàm multi sunt qui magis fidunt præsidio virginis matris, q̃ ipsius Christi: matrem colunt imaginibus, candellis, & cantiunculis, sub noctẽ enim illã salutãtes ipsi canũt, Salue regina non intellectum: Christũ autẽ impia vita fortiter offendũt. In quo libello & carpis cõsuetudinẽ a cõcionatoribus inductã inuocãdi a deo auxilii p intercessionẽ ipius. Cũ sint cõcionaturi, inquiẽs, & hi qui sacras literas e suggesto interpretãtur, malũt inuocare virginis matris auxiliũ, q̃ ipsius Christi aduersus veterẽ (vt ais) cõsuetudinẽ, vt Origenis, Basilii, Chrysostomi, Ambrosii, & aliorũ. Quibus ad manũ est respõsio. Fateor enĩ tibi videri virginẽ coli impẽsius q̃ deceat, piis autẽ omnibus cultorib⁹ lõge minus q̃ cõueniat, tñ abest vt satis: cũ vt sanctus pater Damascenus inquit, Omnis honor qui in Deiparã virginẽ impẽditur, in illũ, qui ex ea est reuocetur. videre enĩ non est quempiã mẽte sanũ, qui plus honoris tribuat Marię q̃ Christo, sed ista solo calumniandi studio cõfingis ac prædicas. illã salutari repræhẽdens sub noctis initio, quasi ex hoc illud quod protuleras sequeretur, videlicet eam plus coli q̃ filium, & cum ipsam colimus precantes, vt pro nobis apud filium intercedat sic precemur, ac si non in primis ille colatur. A

Sed ai, nunquid tibi videtur indecens eam salutare in noctis crepusculo, qua hora ab angelo fuisse salutatam creditur? Profecto mirari satis non possum, quomodo tibi omnia in vsum ab ecclesia promiscue inducta displiceant tam optima, quibus calumniandis nullus est locus, quam non æque probata, quibus cauillandis aliqua occasio arripi posset. Sed quid habes quod reprehendas, censor grauissime in more salutandi virginem a sacris cõcionatoribus pie inducto? Animaduerte & dicas quæso concionatorum nonne munus est euangelium prędicare? Est quidem dices: quapropter & contendo Christum inuocandum non Mariam. At certe non negabis ante prædicatum euangelium Mariam virginem ab angelo Gabriele fuisse salutatã. Si igitur hoc idem faciunt concionatores, vt prius Mariam salutent q̃ euangelium anunciẽt, perperam facere dici possunt? cum morem angeli imitantes simul & ordinẽ rei gestæ obseruent? preterea quid in ipsa salutatione contineatur perpendendũ. B

Prolatis quippe salutationis euãgelicæ verbis celebratoq; ac benedicto sub ipsius ventris fructus nomine sanctissimo domino inquã Iesu dicit sancta Maria mater dei, ora pro nobis peccatoribus &c. Interpellatur ergo, vt apud filium aduocatam agat, non vt ipsa nobis gratiam impertiatur: quod & ipsi concionatores ante salutationem palam protestantur dicentes, Inuocemus beatam virginem, vt apud dominum nos ea dicere impetret, quæ ad gloriam illius faciãt, & salutaria nobis sint. At dicis hoc non faciebant sancti patres, sed Christum recta inuocabãt. Esto, & hoc fortasse hisce nostris presertim temporibus magis probandum. Nam humilior est precatio, quæ per intermedium fit, vt supra declaratũ est, & hisce seculis talis meo iudicio videtur accõmodatior, licet patrũ cõsuetudo illo tum seculo forte fuerit opportunior, quo bona pars populorum nondum Christo crediderat, sed in paganis ritibus persistebat: quorum plurimi promiscue in Basilicas fidelium frequenter conueniebant ad audiendas patrum conciones, quibus modis Christus insinuãdus, & eorum pectoribus erat inferendus. Christum igitur in concionũ initiis recta inuocare conueniebat, nõ Mariã quę nec adbuc illis vllo pacto cognita erat. Taleq; salutationem potius risissent, q̃ ipsa electi ad induendũ Christum deuenissent. Qua ratione Paulum euangelium prædicantem, tam frequenter sanctissimum nomen Iesu in ore habuisse crediderim. At euangelio vndiq; propagato: reiectisq; gentium erroribus cum iam domini Iesu nomen matris apud omnes gloriosum & celeberrimum effectum esset, ac quoq; illius glorificandæ ratio habenda fuit: quid vt magis agnosceretur, ipsiusq; nomen celebrius euaderet, & quo magis glorificaretur Christus in maternis laudibus, fuit conueniens in agendis concionibus, ad quas frequentissime conueniũt populi illam salutare, & vti aduocatam interpellare, vt ipsa apud Christum filium suum pro nobis intercederet. Hacq; de causa morem hunc fuisse inductum, valide consentaneum. Alia quoq; ad obsistendum inquam hęreticis sanctissimæ virgini detrahẽtibus, hostes nempe semper habuit innocentissima virgo, quemadmodum eius filius. qui enim Christum negabant veram ex Maria assumpsisse carnem, maternum decus illi detrahebant. Qui autem ab eo diuinitatem eripiebant, eam Θεοτόκον esse negabant. Qui vero eam plures asserebãt sustulisse filios insigni virginitatis corona eam spoliabãt: quorum vt occurreretur blasphemiis, forte introductum est, vt in concionum exordio salutaretur, auxiliumq; ab illa peteretur, vt inde populus tanto magis ad eam venerandam succenderetur ad veritatẽq; agnoscendam facilius induceretur, contemptis hæreticorum ineptiis.

C Cæterum si qui tam vecordes mentisq; inopes essent, qui plus intemeratę virgini affectu quodam immodico tribuerent, q̃ gloriosissimo eius filio, quo & a cultu dñi Iesu diuerterẽtur in ipsa virgine insistẽtes, tales ab Ecclesiarũ propositis sacrisq; cõcionatorib9 admonẽdi essent, ac edocẽdi, vt virgini & cęteris sanctis illũ impẽderẽt honorẽ, qui eis cõuenit. Illũ aũt nequaq̃ qui soli oĩpotẽti deo & dño Iesu debet. Virginẽq; & sctõs ,ppter Christũ, & nõ ,ppter seipsos esse colendos: Ipsum autem dñm sui ipsius tantũ gr̃a, eumq; scopũ esse ad quẽ omnes nostrę operationes spectare debẽt. Ipsum nãq; super omnia amandũ, illi fidẽdũ, in eo spem oẽm reponandã. Deniq; virginẽ & sctõs omneis dñi gr̃a diligẽdos,

non autem dominum propter seruos. Quamobrem non tam impense esse colendos, nec tanto complectendos affectu vt id quicquã derogare possit dominico cultui, aut tantũ ab illius amore diuertere. Edocendi prȩterea ꝙ deipara virgo, licet domini mater sit, serua tamen est humillima, non natura mater, sed gratia, sancti quoq; omnes serui inutiles ex sese, per gratiam tamen domini sanctificati. Quicquid enim virtutis decoris & glorię in ipsis situm est, illius dono consecuti sunt. Quocirca omnis affectus, omnis honor qui illis tribuitur, propter dona quę in illis sunt, referēdus est in patrem luminum, a quo bona omnia procedũt. Ob idq; creaturam omnem vilissimum puluerem existimandam. Quid dico pulueremꝰ imo nihil esse, & si quid ipo nihilo minꝰ esse possit. Quaꝑpter illũ prorsus suspiciendum, glorificandum & amandum. Creaturas autem quanto ad ipsum per gratiam magis accedunt tanto diligendas magis & venerãdas. Cuius cum beatissima virgo prę cęteris omnibus fuerit effecta particeps (tantũ enim gratię illi fuit collatum, quantum mundissimũ atq; ideo capacissimũ vas illud capere potuit) illi post dominum Iesum (cui propter diuinitatem cum humanitate coniunctã verus latrię cultus debetur) illius quoq; naturę humanę, vt humana est in se consideratę summus honor & cultus citra latriam, tum quia anima illa beatissima non plenitudinem gratię quemadmodum Maria cõsecuta est scilicet quantum capax fuit, sed simpliciter summam, qua maior nec esse, nec tribui potest, tum ob ingẽtia q̃ beneficia nobis cõtulit. Illa enim prodidit vna cum sanguine ad sordes nostras detergendas, quo mysterio & nos a morte ad vitam reuocauit. Ille igitur in primis suspiciendus, post ipsumq; intemerata virgo super omnem aliam creaturam veneranda. Deinde cęteri sancti venerandi vel secundum eorum glorię & meritorum mensuram, aut quantum proprius affectus statuerit. Parum enim refert si plus vni sancto tribuatur honoris q̃ alteri. Sanctissimi tamen apostoli vna cum pręcursore domini post Mariam prę cæteris omnibus sanctis proculdubio videntur honorandi. In summa hoc seruãdũ esse in omnium sanctorũ cultu perspicuum est, vt quicquid laudis, quicquid honoris, quicquid glorię illis tribuitur, quicquid solenne illis impenditur, totum ad gloriam omnipotentis dei referatur, nihilq; agẽdum in eorum obsequio, siue ipsa deipara virgo fuerit, seu quicunq; alius diuorum, quod quouis modo ab omnipotentis dei dominiq; Iesu cultu nos diuertat, ab amore illius nos auocet, a cõtemplatione immensę maiestatis eius impediat. In Christo enim viuimus, membra Christi sumus non Marię, quę tamen exaltata est in cęlestibus regnis super choros angelorum, celsior apostolis, prophetis pręstantior, gloriosior martyribus, potentior confessoribus, illustrior cęteris virtutibus, ac deniq; reliquis sanctis omnibus sublimior. vtpote ordinum omnium ornamentis insignita. Nam & prophetarum & Apostolorum & martyrum, & confessorum, Maria virgo super omnes virgines, choro & catalogo merito ascribitur. Quis autẽ hæc rudi populo declaranda esse (vt dixi) nõ abnuerim, attamen vix quenquam esse tam crassum ex his etiam qui cultui beatę virginis impensius dediti sunt suspicor, qui putet illam filio potentiorem esse magisq; venerandam: quiq; illam colat ipsius tantum gratia, vel existimet citra deum pręstare beneficia, licet quando illam precatur aut colit, preces in deum actu non referat: quod nec oportet

cum satis sit, habitu (vt aiunt) in fide ecclesię precetur. Quocirca qui putāt qui-
busdam in his delinqui, ob idq; conuenire admonere & instituere populū id cir-
cūspecte magnaq; moderatione faciendum esse, toto cælo aberrāt: ne dum pau
cos ab errore auocare student immodice hoc agentes, plurimos in diuę virgi-
nis & aliorum sanctorum neglectum & contemptum inducant. At quemadmo
dum imperiti medici faciunt, qui leuem morbum pellere volētes, acrioribus im
portunisq; pharmacis non solum illum adaugent, sed aliis grauioribus mor-
bis ęgrotos obiiciunt: sic sobrie ac modice pro auditorum qualitate tractanda
sunt ista apud promiscuū vulgus: quod illius potius relinquēdū est simplicitati
in fide ecclesię ꝓcedenti, q̄ in labyrinthū quendā confusissimū illud detrudere.

D Iam reliquum est cæteris dictis tuis respondere, quibus gloriosam virginē,
non tantum peccato originali fuisse obnoxiam, verū & ab actuali non fuisse ex-
ortem contendis. Hoc asserens ex Chrysostomi & Augustini (vt ais) sententia,
quo nihil falsius est, vt in medium allatis eorū verbis aperte constabit. At prius
res ipsa, quantum patitur materia, ratione spectanda est: deinde sanctorum pa-
trum sententiis comprobanda. Quandoquidem illa quæ ex scripturis euidentis-
sime demonstrati non possunt, alia via tractari non datur, q̄ probabilibus argu
mentis & testium authoritate, cui refragari temere non liceat. Prius autem de
peccato actuali disputantes ad originale descendemus. Age igitur obsecro, quo
modo mater domini actualis peccati culpa sordidata esse potuit, si fuit plena
gratia? Cum peccatum omne quantumcunq; leue charitatem omnem, grati-
amq; ipsam refrigeret: quæ licet cum peccato, quod veniale vocant, stari possit,
cum tali plenitudine tamen gratię cōstare non posse manifestum est. Vbi enim
plenitudo ibi non est defectus nec virtutis remissio. Negari siquidē non potest
quin si nunq̄ peccasset vegetiorem, ampliorem q; in ea gratiam fuisse, q̄ si labe
peccati fuerit deturpata. Nullū eñ mai9 donū, nulla gratia maior rationali cre
aturę conferri potest, perfecta innocētia: ita vt illa omni crimine, omni peccato,
deniq; oñi culpa sit vacua & immunis. Nō ergo plena gratia si peccatū ꝓpria
culpa cōmisit. Secus autē de peccato ab origine ꝓpagato, quod culpa propria
non cōmittitur, sed aliena contrahitur. Mariam autem gratię plenam fuisse ar-
changelus Gabriel asseruit, non suo sed domini testimonio subiūgens eam be-
nedictam super omnes mulieres. At quomodo benedicta super cęteras, si pecca
to actuali maledicta quēadmodū & cęterę? quę tamē capitali peccato nunq̄ fue
rūt obnoxię. Quomodo dominus cū illa? Nō more communi, vt dicitur esse cū
cæteris, qui eius gratia prorsus vacui nō sunt, sed singulari priuilegio videlicet
cū plenitudine gratię. Vbi enim dñs ęternę lucis cū plenitudine gratię inhabi-
tat, ibi nullę sordes, nullę tenebrę esse possūt. Radius nēpe solaris cū aliquo in-
greditur, non solum tenebras omnes pellit, sed & parietes illustrat, licet eos non
peruadat ob opacitatis naturam. diaphanū autem splendidissimū reddit, & o-
mni purgatū caligine. Nō aūt solaris radius in Mariā ingressus vel increatæ
lucis splēdor, sed ipsa lux diuina increata eam integris nouem mensibus inhabi
tauit. Et tamen dicemus eam non illustrasse, & si quæ tenebrę aut sordes in ea
fuissent, non omnes abegisse? Absit absit tanta infamia. Itaq; tabernaculū illud
caliginea rubigine qui potuit esse deturpatum? dissonum nimis & naturali ra-

tione contrariũ, dominũ nanq; omnium habitaculũ nitidissimũ ac ornatissimũ delegisse. inhabitandum omnino decuit, quod & facere potuit. Quid dico inhabitandum? immo ex quo humanũ corpus sibi assumeret? Conueniebat igitur, conueniebat, vt ex mundissimo & illustri corpore purissimum sacratissimũq; corpus formaretur, in hypostasis vnitate iungẽdo cum ęterni verbi diuinitate. Expers igitur virgo sacratissima prorsus inquã expers omnis culpæ, omnisq; sceleris. Quod enim peccato coinquinatum est, pœnę obnoxium est. Quomodo autem plena gratię si obnoxia pœnę, si rea culpę? Qui nanq; in peccato est integer amicus, amicus dei esse nequit, sed potius inimicus censendus, quia trãsgressor, & dominicę voluntati cõtrarius. Quomodo autẽ dominus cum illo in plenitudine gratiæ, qui illius hostis quodãmodo est? Semper autẽ dominus cũ Maria fuit, quã ab ęterno in sponsam delegit, in matrẽ, in nutricẽ: siue eñ ab originali pręseruata fuerit, vt potius creditur siue nõ: in vtero tñ sanctificatam esse nemo dubitat. Nã si Hieremias propheta, si baptista Ioannes teste scriptura, Iacobus quoq; frater domini & alii in visceribus maternis constituti fuere sanctificati: quis hoc idẽ detrahet Marię? quę si sanctificata fuit antea q̃ in lucẽ ederetur, qui peccare potuit in lucẽ edita? Sanctificare eñ nil aliud est q̃ a peccãdo & omni culpa immunem reddere. Quamobrem neq; mortales dũ viuũt, quantũuis pfecti sint, sanctificati dicuntur, vt qui adhuc peccare possunt. Si igitur Maria sãctificata, si canonizata anteq̃ fuerit genita, vel postq̃ fuit cõcepta, oportet nũq̃ actuali peccato fuisse deturpatã: Nã canonizati sancti peccare nõ possũt. Quis autẽ negabit eã canonizatã, cũ in sponsam dei, in matrẽ domini delecta fuerit, vel cũ ab angelo Gabriele salutata sanctificataq;, cuius nũcio annuens deũ concepit? Attamẽ iniqua mẽte illi peccatũ tribuis, non solũ post genitũ dominũ, verũ cum dñs iã adoleuisset Euangeliũq; prędicaret. Quis hoc diceret nisi mente captus aut Mariæ inimicus, vt saltẽ dominus ei tantã gratiã suo aduẽtu nõ contulerit, vt deinceps a peccando foret immunis, licet antea peccasse daretẽ? quod erroneũ nimis & omni rationi prorsus contrariũ, vt sanctotũ patrũ sentẽtiis doctrina & iudicio clarissimis authoritate & sanctitate cõspicuis liquide cõprobatur. Origenes eñ de beatissima virgine in Matthęũ ita scribit, Maria mater immaculata, mater intacta: quæ si peccatrix, nõ vtiq; immaculata. Et prosequitur, O magna admirationis gratia, o inenarrabilis suauitas, o ineffabile sacramẽtũ ipsa eademq; virgo, ipsa & mater domini, genitrix eius, plasmatio eius: ipsa eius ancilla, nemo vnq̃ talia audiuit aut tantũ cogitare potuit. Et paulo post, Vnigeniti dei dicitur & mater & virgo maria, digna digni, sancta sancti, immaculata immaculati, vnica vnici, &c. quę verba non solũ illam ab actuali peccato immunem fuisse statuunt, verum & ab originali fuisse pręseruatã ostendunt. Rursus idem paulo post Ioseph agnoscens illius sanctitatis excellentiã iuste humilians sese timebat, sibi ipsi tantæ sanctitatatis coniunctionem dicens. Maior est enim illius dignitas, superexcellit eius sanctitas, nec meæ congruit indignitati. Cui angelus, Accipe eam Ioseph sicut commendatũ celestem thesaurũ, veritatis diuitias, perfectã iustitiam, vnigeniti mansionẽ, honorabile templũ, sicut domũ dei sicut creatoris omnium propriam, sicut cælestis Regis domum immaculatam & cætera. Audisti quot quantaq; præconia gloriosissimæ virgini sapien-

tissim9 Orig. tribuerit. quã plenissimã sanctitatẽ & perfectã vocat iustitiã. Nõ ergo peccatis erat obnoxia. Rursus idẽ, Audite oẽs filię Euę, q̃ hereditatẽ doloris ex illi9 cõdẽnatiõe sũpsistis, ꝙ virgo in vtero accipiet, nõ ex desiderio ꝑtũ suscipiẽs, q̃ neq; ꝑsuasione serpẽtis decepta est, neq; ei9 venenosis afflatib9 infecta, &c. Hoc dictũ eã nõ solũ ab oi actuali peccato imunẽ reddit, sed & ab originali pariter ꝓrsus abstergit. Si eñ serpẽtis ꝑsuasiõe nõ fuit decepta, nec poenę subiectã fuisse conuincitur, quę quidẽ ex ea persuasione seruata est, quã peccatũ originale fuisse liquet. Accepisti Origenem, nunc & Augustinum expressime loquentẽ audias: sic enim ait contra Pelagianos de natura & gratia Excepta itaq; sancta virgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agit̃, haberi volo quęstionem. Inde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatũ, ꝙ cõ cipere ac parere meruit, quem constat nullũ habuisse peccatũ. Idem quoq; pater in Sermonibus, Quis eñ dicere potest, sine peccato sũ natus, aut mũdatus ab oñi iniquitate, nisi virgo illa prudẽtissima, animatũ templũ dei excelsi, quã deus sic elegit & ꝑelegit ante mũdi constitutionẽ, vt sancta & immaculata mater dei ab eterno pręseruata incorrupta ab omni labe peccati. Et idẽ pręterea Charitas effecit vt non solũ Maria peccarit, sed nec peccatũ cogitare potuerit, & super cunctos pręseruata est ab oñi labe peccati. Et idẽ, Pręterea Charitas effecit vt nõ solum Maria non peccarit, sed nec peccatum cogitare potuerit: & super cunctos reseruata est ab omni labe peccati. Rursus idem, O marer domini sicuti in prima foemina abundauit delictũ, ita & in te superabũdauit plenitudo gratię. ideo & super oñes ignara delicti. Beatus quoq; Cyrillus Alexãdrinus ita scribit, Temerariũ in Maria virgine ponere culpã aliquã aut peccatũ. Sanctus vero Hilari9 Pictauensis sic inquit, O virgo benedicta super omnes foeminas, quę angelos vincis puritate, quę sanctos oñes superas pietate. Quę quidẽ si puritate vincit angelos, istius sanctissimi ac doctissimi patris senrẽtia, q̃d blateras Erasme actualẽ ei impingẽs culpã? Sanctus autẽ Ambrosius de illa hęc profert, Hæc est virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.

E Cũ ergo tã expressa sint hęc sanctoꝝ patrũ testimonia gloriosã virginẽ oñi culpa fuisse imunẽ asserẽtia, tu tñ ausus es illi tribuere, nõ solũ originali labe fuisse infectã, verũ & actuale cõmisisse peccatũ, ambitiosamq; ac diffidentẽ fuisse ausu quodã sacrilego Chrysostomi & Augustini sentẽtia asserere nõ erubuisti: qui si hęc dixissent, sibiipsis ꝓtulissent aduersantia. At neuter sane eorũ suis verbis virgini Deiparæ tribuisse peccatũ vsq̃ inuenietur, vel actuale vel tñ originale. Licet eñ hęc vox ambitio in malã partẽ, vt plurimũ sumatur, non perperã tamẽ pro magno quodã affectu, studioq; diligẽtiori rei cuipiã peragẽdæ nõnũq̃ accipitur. Dicitur eñ ab eo quod est ambire, idq; nil aliud est q̃ circũire. Inde apud Latinos sumptũ nomẽ ambitionis, eo ꝙ petẽtes honores ac magistratus, in repub. ciuiũ classes circũibãt, suffragia precibus preciove sibi cõparãtes. Ad quod inhibendũ lata fuit lex de ambitu, hinc dicta ambitio, & ꝓpterea in malã partẽ vsupata, nõ ꝙ ambire prauũ esset, sed quia ambiẽtes praue agerẽt vota emẽtes ac vitiãtes comitia. Honores autẽ appetere & cętera, quę sui natura cõmoda sunt, nequaq̃ autem praua nec interdicta citra peccatum appeti possunt, modo id non immodice fiat. Quandoquidẽ quod bonũ est naturaliter appetĩ-

Quis igitur Chrysostomus dixerit q ambitione ac ostentatione commoti di-
scipuli eum foras in præsentia omnium vocauerũt, & enarrans euangelium Io-
annis de nuptiali miraculo, Mariæ affectum aliquem ambitionemq; glorię hu-
manæ (vt ais) tribuisset (quod tamen falsum est) ex his non cõuinceretur Ma
riam, vel ipsos etiam discipulos peccasse. cum, vt dictum est, in desideriis natu-
ralibus (modo non exuperent, sed rationi subiiciantur) aliquod esse peccatum
nõ contingit. Eoq; ambitionis nomine illud honoris desideriũ sit intelligẽdum.
Chrysostomus tamen hos affectus illi absolute non tribuit, sed dicit fortassis
quod tu prætermisisti. Inquit enim in Ioannem loco a te citato. Et forte huma-
no aliquo afficiebatur affectu. Quia autem fortasse dicit, nihil asserit. sed esto af
firmasset nihil ad rem tuam, cum multos contingat esse affectus humanos in
mortalibus, citra tamen omne peccatum: quemadmodum & multa ignorari ci
tra culpam possunt. Affectus enim maternus erga filios laudandus est, non cul
pandus, modo metam non excedat. quod si concedas, vt fateri quodãmodo vi-
deris, cur infers Chrysostomi & Augustini sententia actuale peccatum Mariæ
tribui? Ais enim in Annotationibus, Cęterum cultui beatissimę Mariæ, aut ho
die vulgus pio quodam fauore plus satis tribuit, aut parum tribuit Chrysosto-
mus, qui explanans illa verba, Ecce mater tua &c. ambitionem quandam ac o-
stentationis studium illi tribuit & gloriæ humanæ cupiditatem.

Augustinus pariter videtur tribuere nonnihil diffidentiæ. Nos autem eam F
a peccato originali prorsus facimus immunem. At hic videtur aliquod pecca-
tum actuale tribuere, quanuis Augustinus illum locum enarrans de his tra-
ctans affectibus, gloriosam virginem excipiat, & in discipulos censeat esse refe-
rendos. Tu tamen id audaci fronte protulisti. Ita autem, inquit, in libro de natu-
ra & gratia. Sed quicquid dicatur de fratribus, de sancta virgine Maria propter
honorem Christi nullam haberi volo quæstionem. Inde enim scimus q ei plus
gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatũ &c. At non solum
August. sed & ipse Chrysostomus hãc in fratres importunitatem potius refert,
q in ipsam virginem, quod nec tu in alia editione negas matri parcens. Sed tã-
tum de importunitate sentiẽs ambitionem retices, quę longe peius sonat. Cum
importunus sit qui non apte, nõ suo tempore aliquid agit, quod ex inscitia excu
sabili prouenire potest. Ambitio autẽ non nisi ex affectu. In eo autẽ facto, fratrũ
& matris fuisse importunitatem testatur Euangelista dicens, Adhuc ipso loquẽ
te ad turbas, dixit ei quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quęrentes
te alloqui &c. Importunum sane erat adhuc euangelizãtem dominum interpel
lare. Quod autem hos affectus cupiditatis, glorię vel ambitionis in fratres refe
rat Chrysostomus, & non in virginem illius verba declarant. Ait enim, Vnde
patet inani gloria illos commotos fuisse nihil magni de ipso cogitantes, quod
apertius significauit Ioannes dicens, Quia neq; fratres eius credebant in eum.
Animaduertisti. Primum dicit illos commotos fuisse: quod nihil ad virginem.
Præterea nil magni de ipso cogitantes, quia neq; fratres eius credebant in eum:
hocq; ad virginem minus referri potest. nõ enim frater erat, sed mater, in fide de
filio semper solida. Quomodo enim non potuisset illa in filium credere, nec ali-
quid magni de ipso cogitare, quę se ab archãgelo Gabriele salutatam nouerat?

ab eodemq; audierat. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit il-
li dominus deus sedē Dauid patris eius &c. Quę absq; viri cōmercio, sed spiritu
sancto obumbrante se cōcepisse senserat vt ei ab archangelo fuerat denunciatū.
Quæ cognatam Elizabet prophetātem audierat. Vnde hoc mihi vt veniat ma
ter domini mei ad me? Nam vt facta est vox tua in auribus meis exultauit in-
fans in vtero. Cuius & illa in spiritu, Magnificat anima mea dominū &c. Quæ
inquā attestata fuerat sibi magna fecisse dominū per conceptū filiū, nihil ma-
gni de eo credebat? Quę per pastores angelū dñi venisse de cælis cognouerat
& dixisse ad eos, Ecce ego euangelizo vobis gaudiū magnū, quia natus est ho
die saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid, & cū eo angelos mili
tiæ concinuisse cęlestis, Gloria in excelsis deo &c. Quæ eosdē viderat illū ado-
rantes. Itidem facientes magos, stellam, Herodem, Symeonemq; iustum inter
complexus pueri prædicantem, Nunc dimittis seruū tuum tuum domine &c.
Annā quoq; prophetissam de illo mirabilia dicentem, quę nondū puberē cum
doctoribus disputantem viderat. Quę inquā tanta eum fecisse miracula cogno
uerat, eumq; induxerat, aquam in vinum conuertere summa fiducia dicens mi-
nistris, Facite quęcūq; vobis dixerit, in ipsum nō credebat, nec magni quicq̃ de
illo existimabat? Credidit sane virgo illa benedicta in filium, magnaq; omnia
de illo semper existimauit, postq̃ a Gabriele fuit salutata, quod & cognata Eli-
zabet his verbis protestata est, Beata quę credidisti, quoniam in te perficientur,
quæ dicta sunt tibi a domino. Sed quorsum spectat, si nō omnia quę de ipso fu
tura erant agnouisset vtpote ei nondū reuelata quę nec ipso initio cognoscere
erat opus, vt quęcunq; miracula facturus esset, & alia quę ad redemptionis no
strę mysteria pertinebant. At certe perpetuo credidit quę ab angelo nunciata
fuerāt. Alia quoq; quę viderat & cognouerat, omnia vt euangeliū refert seruās
& conferens in corde suo. Quamobrē cōuincitur magna & maxima semper de
ipso cogitasse. Ad Mariam ergo verba illa referri non possunt. Quomodo enī
in eum credere non potuisset, aut humilia tm̄ de illo cogitare si nō credidisset?
Archangeloq; Gabrieli respondisset, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundū ver
bum tuum. Diuinū verbū ex eius purissimo sanguine nunq̃ corpus assumpsis-
set ni credidisset. Sed quomodo potuit nō credere quę erat prophetis? Inqt e[illegible]
Hieronymus in Esaiā, Quidā prophetissam sanctam Mariā interpretātur, quā
prophetē fuisse non dubiū est. Si autem Anna prophetissa Marię filiū agno-
uit, si Symeon, si cæteri priores prophetæ illa quæ & mater & prophetis noti
cognouisset? Si cognouit, ergo credidit in illum, ac de illo magna omnia
cogitauit. Igitur quæ Chrysostomus protulit ad fratres & Apostolos tan-
tum referuntur, qui tardius diuinitatem domini agnouerunt. Viuente autem
domino eū agnouit & confessus est Petrus, Tu es, inquit, filius dei viui. & ne-
gabimus Mariam illū cognouisse? Præterea Chrysostomus eadē homilia enar
rās verba respōsionis Christi, ita inqt. Nūc vero nō tm̄ honoris ei cōferre videt,
q̃ fratrum, qui nudum hominē esse, censebāt inanem ambitionem eiicere stude-
bat. Itaq; acerbius non ad contumeliam, sed ad emendationē eorū respōdit. Tu
vero noli verba tm̄ ꝑpendere, quę mediocrē acrimoniā continēt, aut fratrū im-
portunitatem, verum etiam audaciam considera &c. Audis? Nulla sit matris

mentio, sed audaciȩ fratrum, quam dominus retundere voluit. Quamobrem & superiora verba ad eosdem sunt referenda. Quoniam enim illa fuerat cū fratribus ad interpellandum eum, vt refert Euangelista, Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui stant foris, & quærunt te alloqui &c. Consentaneum quippe est ipsam, vt satisfaceret cognatis, qui illam rogauerant, vel proprio affectu motam, vel fiducia maiori in filium priores sibi partes in eo interpellando vendicasse importuno tempore, vtpote filio docente turbas & diuinum agente negocium. Quamobrem nec responsum non mite recepisse, nec & talis importunitas vllum arguit in ea peccatum, vt dictum est: præsertim cum verisimile sit illam non cognouisse filium tunc euangelizare. Quod si cognouisset certe non illum interpellasset, sed expectasset donec dicendi finem faceret. Quocirca & responsio in discipulos referēda. Nam pręter iam dicta Chrysostomus, Hoc etiam (inquit) non recitat Euangelista ipsorum verba, non paruæ plena dementiæ, quia magno studio illum Hierosolymam trahebant, vt a signis illius aliquam gloriam consequerentur. Nam tu qui hæc facis (aiebant) ostende te ipsum mundo. Hæc autem verba discipulorum fuisse refert Euangelista non matris. igitur ad ipsos etiam superiora referenda. Non enim consentaneum dominum matri reuerentissimum, licet etiam illa quodam affectu permota & fiducia materna intempestiue cum cognatis illum interpellasset, nescia illum euangelizare, verbis minus placidis respondisse. Erat enim subditus illi, vt inquit Lucas. Illam enim nunquam neglexisset, sed perpetuo mirifice obseruasset. Manifestum etiam tum quia res id poscebat. Nunquid enim sanctissimam matrem parui fecisset, quæ lege constituta cæteris pręceperat parentes venerari? Tum ipsius facto, quod scriptura recensere non prætermisit, quanuis alia plurima præterierit pauca referens de Maria. Nanque cum cruci affixus sanctissimam esset exhalaturus animam, neque dolorum sæuitia, neque imminentis mortis horror efficere potuerunt, vt ipsius obliuisceretur, esset ve minus solicitus: quin illam enixissime cōmēdaret amatissimo Apostolo. Et quibus verbis? Ecce mater tua, illam tibi in parentem do, illius curam suscipe, quam filius de optima & dulcissima parente suscipere tenetur. Adillamque in quoddam solatium acerbissimi illius cruciatus sic locutus est, Mulier ecce filius tuus. Num credendum est mitissimum dominum aliquod vnquam verbum acerbum minus ve placidum aut irreuerēs matri protulisse? Nequaq̄ nequaq̄ vel tantum dubitandum, quod nec Chrysostomus, nec Augustinus, vt tu illis falso obiicis, vnq̄ protulere, ac longe minus sanctissimus pater Hieronymus, qui responsionem illam domini, quæ tamen nec fuit irreuerens nec quicquam materno detrahebat honori, quinimo nec cognatis, sed eo tempore factæ interpellationi conueniens, vult referendam esse, non in illos sed in nuncium, qui tentans dominum & ei nunciauerat. Inquit enim, Videtur mihi iste, qui nūciat non fortuito aut simpliciter nunciare, sed insidias obtendere, vtrū spirituali operi carnē & sanguinē præferat. Vnde dominus nō q̄ matrem negaret & fratres, exire contempsit, sed quo responderet insidianti & cętera. A qua sententia nec dissentit Chrysostomus. dicit enim, Adhuc ipso loquente dixit quidam ei, Mater tua & fratres tui quærunt te. Cui Christus, Qui

fecerit voluntatem patris mei &c. Ad nunciantem sane respondit, non ad eos quos nunciauerat quærere eum. At hoc parum refert cuicunque responderit, cum responsio ut est manifestum minime acerba fuerit, sed operi quod peragebat conuenientissima. Quid enim ad eos ædificandos, quos edocebat, melius respondere potuisset quàm se non moueri sanguinis cognatione vel affectu humano, ita ut obsequium diuinum dimitteret, & demandatum sibi officium interrumperet, ut ad propinquos accederet. Sed sibi parentem esse ac cognatos charissimos quicunq; facerent voluntatem summi patris qui in cælest, respondit: illos quidem propinquos esse secundum spiritum, a quibus autem interpellabatur secundum carnem.

G Nullam pariter acerbitatem vel irreuerentiam habuisse responsum illud gloriosissimæ virgini factum in negocio nuptiali declaratur ipsa dicente, Fili vinum non habent. Eoq; respondente, Quid mihi & tibi mulier: nondum venit hora mea. Quidam verbum illud mulier animaduertentes, q͏ꝙ matrem non appellauerit, id dictum fuisse, quasi ad reprimendam illius importunitatem suspicati sunt. Miror tamen eos ea de re talem sumpsisse opinionem, cum in cruce pendēs simili nomine cōpellauerit. Dicendū itaq; est eum quādoque solitum fuisse appellare matrem, quandoque mulierem, quod nomen ad matres & alias quasuis fœminas facit. Filios nanque nominibus appellatiuis parentes non semper nominant, sed propriis persæpe. Quinimo & quibusdam in terris & vrbibus tantum propriis. Nunq̄ autē filii parentes nominant ꝓpriis nominibus, sed tantum appellatiuis. Animaduertendum præterea ꝙ in scriptura nullibi reperitur dominum illam matrem appellasse, sed id euangelistæ semper, ad eam explicandam & denotandam. Non igitur ex eo verbo sinistri quicq̄ suspicari potest. Minus autē ex sequentibus nondum venit hora mea. Illa quidem interpellabat, ut conuiuis virtute prodigia faciendi, qua pollebat vinum subministraret. Ipse autem nondum euangelizare cœperat, nec miracula facere. Inquit enim diuus Ioannes, Hoc fuit initium signorum quæ fecit Iesus in Cana Galileæ: quapropter respondit dominus, Nondum venit hora mea, id est faciēdi prodigia, quis instaret. Attamen ne quid denegaret matri, illam ve tristem redderet, effecit quod petebat, quod illa ipsum facturum confidebat. Quamobrem illa responsione nihil territa vel mutata dixit ministris, Quæcunque vobis dixerit facite. Quibus ille ait, Implete hydrias aqua. Quibus omnibus quod superius diximus confirmatur, scilicet beatam virginem in Christum credidisse, & omnia magna de ipso cogitasse. Si enim credidisset ipsum non habere potestatem faciendi ab eo non petisset, ut in nuptiali conuiuio de vino prouideret. Augustinus præterea hunc locum interpretatur, eam non esse appellatam mulierem in matris cōtemptum ita inquiens, Vel ideo sic dixit, quia dñs noster secundū ꝙ deus erat, matrē nō habebat, secundū ꝙ homo erat habebat. Miraculū aūt quod facturus erat, secundū diuinitatē facturus erat, nō secundū infirmitatē humanā. Miraculū autē exigebat mater, at ille non tanq̄ agnoscēs viscera humana operatur, facta diuina dixit. Quid mihi & tibi mulier: tanq̄ dicat, quod in me facit miraculū nō tu genuisti, diuinitatē videlicet meā. Cū igitur hęc ita se habeāt ꝙ Chrysostomus siue Augustinus nullā peccati labem

beatæ virgini tribuant nec affectum vllum humanum qui citra peccatum esse
non posset. Quinimo Augustinus illam prorsus ab his immunem faciat quę co
gnatis domini discipulis vtpote minus perfectis attribui possent vt superius dif
fuse satis declaratum est. Quęnam igitur tanta temeritas ad hęc te inducere po
tuit vt diceris, vel vulgus hodie beatæ Mariæ plus satis tribuit aut parum tri-
buit Chrysostomus explanans illum locum &c. Ambitionem quandã ostenta-
tionisq; affectum & glorię humanę cupiditatem illi tribuẽs. Augustinus quoq;
nonnihil diffidentię quę cũ peccata actualia esse videãtur: nos tamen eã prorsus
a peccato originali facimus immunẽ? Argutaris hoc loco a minus verisimili ad
magis hoc fere modo. Si id quod minus inesse videtur id tamen inest, igitur &
quod magis: sed minus videretur illam peccasse originali peccato q̃ actuali, hoc
autem illi tribuunt sancti: ergo & originali subiecta fuit. Vtramq; autẽ partem
subsumpti falsam esse declaratum est, cum plurimis illorum dictis & irrefraga-
bilibus sententiis ab omni prorsus tum actuali tum quauis alia labe sancti illi
cæteriq; illã immunẽ reddãt: nec aliqd asserãt vnde vel originali fuisse obnoxiã
côuinci possit. Quod vt spero quantum materia patitur euidẽter declarabimus.

Hactenus opus suum relegit & recognouit author ipse Alber-
tus Pius: sequentia immatura morte pręuentus, recognoscere nõ
potuit: omnia tamen scripsit, & ab eius familiaribus fideli soler- H
tia ex Archetypo exscripta nobis sic tradita sunt.

Vt autem nullum supersit hulcus ex morsibus tuis impressum, cutem super-
inducere non curemus. eis quoq; respondebimus quæ in Apotheosi Capnionis
intulisti morem ecclesię taxans in referẽdis inter diuos mortalibus quibusdam,
qui heroica virtute claruerunt. Ais enim, Quis canonizauit Diuum Hierony-
mum? Quis Paulum? Quis virginem matrem? vtrorum memoria sanctior apud
pios omnes, an Catherinę senensis quam in diuorum numerum retulisse fertur
Pius secundus in gratiam ordinis & vrbis? &c. Declarans vnico huius exemplo
ita & de ceteris canonizatis esse sentiendũ. Fateor equidem morem hunc canoni-
zandi eo ritu ceremoniisq; quibus nunc agitur non fuisse priscum: sed vti hoc ti-
bi do, ita contendo rem ipsam esse vetustissimam. Siquidem compertissimũ erat
in primęua Ecclesia ex pollicitis domini Iesu eos qui fide ĩtegra innocẽtissimaq;
vita decessissent ad cælestia regna euolare. Quamobrem & censebãtur inter di-
uos esse relati. Responderat enim dominus discipulis perquirentibus quid ipsis
futurum esset qui reliquerant omnia sua & secuti fuerant eum, Cẽtuplum acci-
pietis & vitam æternam possidebitis, & in regeneratione mecum corregnabitis
&c. patremq; rogauerat morti proximus vt vbi futurus erat ipse & ipsi essent, vi
delicet in cælorum regno, de quo toties apud eos fecerat verba, pluribus parabo
lis & similitudinibus illud insinuans: in pręsentiq; nihil quod eos allicere posset
promiserat, sed potius quę terrerent videlicet pressuram esse passuros, e synago
gis eiiciendos & persecutiones subituros. dixerat enim, Si me persecuti sunt &
vos persequentur. Et alibi, Eiicient vos & occident & eritis odio omnibus homi-
nibus propter nomen meum. Et rursus, Veniet tempus quo omnis qui occiderit
vos arbitrabitur se obsequium præstare Deo: sed tunc beati eritis cum maledi-
xerint vobis homines & fecerint vobis omne malum propter me. tunc gaude-

re & exultate quia merces vestra copiosa est in cælo. mercedem quippe certam promittit non in hoc seculo sed in futura vita. Quanta sit autem illa Paulus edocuit dicens. Nec oculus vidit, nec auris audiuit &c. quę dominus præparauit diligentibus se. Eos igitur qui ad æternam illam gloriam migrauerāt, sine dubio diuos esse effectos prisca tenebat ecclesia, & vti sanctos hoc est gloriæ domini effectos participes venerabatur. Itaq; in primis hoc honore glorificata est pręexcelsa virgo deipara, hoc Apostoli cæteriq; patres ecclesiæ columnæ. Quorum vita & mors ipsos commēdauit & inter diuos esse relatos comprobauit. Quo honore etiam primis illis temporibus martyres dignabantur. Cū ipsa sanguinis atq; animæ effusione in nouissimo vitę momēto testati essent sese perfecta fide ardētiq; charitate summum Deum prosecutos fuisse. Securi enim de promissis domini alacres & læti non solum tormenta & sęuissimos cruciatus, sed & ipsam mortem, quæ terribilium supremum est, subibant viuida spe futurorum: non ipsam interitum putantes, sed dormitionem ad tempus in qua sorte mutata ad longe meliora transferrentur. isq; honor quia mortalibus ipsis pręstabatur post triumphū martyrii prisca fuit canonizatio siue inter diuos relatio: de quo tot referunt Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius de martyribus agentes. Primęua enim ecclesia hoc pacto quotquot pro Christi gloria & nominis eius confessione occubuissent vti diuos ac sanctos venerabatur: & a fidelibus eorum reliquiæ & sepulchra fideliter obseruabantur, arisq; super ipsa constitutis sacratissima mysteria peragebantur, quasi acceptiora domino futura quæ ipsis interpellatis vti intercessoribus peragerentur. Quamobrē & sacella in ipsis locis constituebantur eorum nominibus commendata memoriæq; martyrum appellabantur, de quibus sæpe meminit Diuus Augustinus, Ambrosius & cæteri patres. Quibus in locis innumeræ virtutes & insignia prodibant miracula, hocq; primū. Deinde is etiā mos inoluit vt non martyres tm̄ verumetiam alii quidam quorum vita singularis dum vixerant spectara fuisset, subsecutaq; mors sanctissima eiusdem honoris velut hęroes quidam consortes efficerentur. Præsertim si ab ipsis interpellatis virtutes & signa quædam prodiissent. Cum superatis cunctis affectibus propter Christum contemptisq; rebus terrenis omnibus ac vitæ illecebris veluti strennuissimi milites aduersus Satanam depugnassent. Hos enim omnes qui in fide syncera decesserunt constabat euolasse ad cælestia regna, quamobrem & inter diuos recensebantur, hiq; ad martyrum discrimen cōfessores dicti sunt. eo q͏̄ verbo & opere viuentes & morientes Christum confessi essent. Neq; enim dominus Iesus omnes voluit esse martyres, sed quosdam testes euāgelii sanguine, alios moribus præcipuis & vita singulari. Quāobrē & Petrus de prædilecto discipulo Ioanne quid futurum esset percunctans cum de se audisset, Cum senueris extendes manus tuas & alius cinget te & ducet quo non vis, audiuit, Sic eum volo manere donec veniam quid ad te? Tu me sequere. Quapropter nec per martyrium decessit diuus Ioannes. Et tamen nemo eum sanctissimum & inter diuos relatum negare audebit: ex quo genere multi alii iure optimo fuere referēdi, vt illi sanctissimi veriq; heroes, Basilius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius, Antonius, Gregorius & cæteri huiusce generis vitę, innocentia & charitate clarissimi: quorum numerus vix recenseri

posset, cum ecclesia perpetuo multis grauida super foetet & seriatim plurimos
pariat. Quorum tanta est multitudo vt non omnes innotescere possint. Quam-
obrē & si inter diuos sint collocati, nō tamē inter sanctos ab hominib⁹ recēsent:
sed tñ hi qui clarissimi fuere vel signis & virtutibus præ cęteris innotuerunt.
Qui & si confessores dicuntur non martyres, eo q̄ non violenta sed natura- I
li morte obierint, attamen si martyr dicendus est quicunq; Iesu Christi amo-
re tormenta, pœnas, dolores, & cruciatus pertulit, quis negabit illos esse mar-
tyres qui tota vita cum propria carne, cum affectibus humanis inuisibi-
liq; hoste Satana, perpetuo sunt digladiati? Si quis enim rem diligenter ex-
pendat, agnoscet christianam vitam perpetuum esse martyrium: quod te-
status est dominus cum dixit regnum cælorum vim patitur & violenti ra-
piunt illud. Constitutum enim est vt ad cælorum regna perueniatur labo-
ribus, sudore, pressuris, angustiis & conatu maximo: quasi oporteat illud sub-
ituros portas illius antea fortissime expugnare. vnde & magnus Grego-
rius inquit, Ad magna præmia perueniri non potest nisi per magnos la-
bores. Milites quippe imperatoris fortissimi sunt omnes Christiani quos
oportet fortes ac strenuos esse si ab Imperatore sint commendandi, segnes
enim, timidos ac effœminatos contemnit. Quamobrem nec illos coronabit,
sed qui strenue pugnauerint. Strenui autem militis vita durissima, quę & mar-
tyrium quoddam dici potest si quis ea quę patitur attendat, spe tamen contēpti-
bilis exilisq; pręmii semper alacrior illam perfert. Quanto autem magis in Chri-
sti milite hoc idem exigitur cuius prēmium immarcescibile ac perpetuum tā in-
gens tantęq; glorię, vt nec lingua exprimi possit nec sensu concipi?

Cum igitur his heroibus dictis confessoribus hunc honorem tribui cœptum K
est, vt sicut martyres honorarentur, forte cōtigit, quod in cæteris humanis rebus
impellentibus affectibus fieri assolet, vt sensim ab illa recta regula discederetur:
& quod rectissime institutum cœptumq; fuerat, a quibusdam in abusum verte-
retur. Christianis enim in immensum adauctis euangelioq; per vniuersum orbē
propagato, vsu venit vt plurimi hoc cultu colerentur prout amor hominū erga
quosdā necessarios fuerat ardētior, quo & mouebanť ad opinādū eos inter diuos
esse relatos & sanctorū honore esse venerādos: vnde eueniebat vt solēni ritu hic
parenti, ille filio, alius fratri, alius amico sacra faceret. Quæ res non solum am-
biguitatem, sed & confusionē quandam in ecclesia pariebat, cum idem a quibus-
dam vti sanctus coleretur ab aliisq; contemneretur ac rideretur. Contingebat
enim simile ei quod in Sapientię libro legitur. De idolatrię origine quę ab affe-
ctu humano & desiderio superstitum eorū qui decesserant euenit. Qua occasio-
ne forte fuit vsurpatum illud tritum prouerbium. Multa corpora sanctorū ve-
nerantur in terra, quorum animę cruciātur in inferno. Ad eam igitur ambigui-
tatē cōfusionēq; tollendā ex qua multa offendicula ꝓueniebāt, solicita ac ꝓuida
sancta mater ecclesia sanxit vt nemo diuorū honoribus publice coleretur, nisi cū
solenni ritu & maturo iudicio diligēti examine prēmisso & comprobatis rebus
tum de vita tū de signis & prodigiis ipsa inter diuos recēsuisset. Priuatāq; id fa-
ciendi licentiam quā sibi arrogauerant homines coercuit. Quod quidem ab eccle-
sia consultissime ac sapientissime (vti & cætera) factum est. Quo constituto

mos iste inductus inter diuos recensendi ritu ac cerimoniis quibusdam quæ nunc seruantur, quo & diuis honor adauctus est, & mortalibus de eorum gloria certitudo & scandalorum deniq; omnium occasio sublata: quod tamen tu derides, ac virio das inquiens, Nonne gloriosa virgo & diuus Hieronymus inter sanctos recensentur cum tamen canonizati non fuerint? Nonne ipsis plus honoris tribuitur q̃ Catherinę Senensi? Non erat opus Erasme superexcelsam virginẽ canonizare, nec ecclesię decreto inter diuas recensere aut referre, quam constat sanctam fuisse anteq̃ nasceretur, quinimo & sanctam genitam, & a diuino spiritu canonizatã scriptura referẽte, Spiritus sanctus superueniet in te &c. Apostoli quoq; & primęui patres illo more de quo dictum est inter diuos relati sunt, non hoc postremo, qui nondum erat institutus vt postea fuit causis exigẽtibus. Quo sublata est facultas sciolis ac superbis saltem palam ridendi sanctos vel eorum gloriæ derogandi. At pro more tuo facis, qui omnia ecclesiæ constitura carpere & deprimere constituisti. Sed heus tu vndenam tibi constat diuam Catherinam Senensem in gratiam ordinis siue vrbis inter diuas fuisse relatam? Cum enim ciuis Senensis esset, quid illi erat cum vrbe commune? quam gratiam ob id Pius secundus apud Romanos erat initurus? Si per vrbem, Senas intelligis, improprie loqueris. Pręterea nonne his verbis insinuas summos pontifices & ecclesiam potius in gratiam hominum canonizare sanctos, q̃ ob eorũ merita? quo & duos parietes eadem dealbas fidelia: cum simul sanctis deroges & ecclesiam cõdemnes. Verum quidem est rogari quandoq; pontifices a principibus ac populis vt quẽpiam probatum virum signisq; & virtute apud illos clarum inter diuos referãt. Quorum precibus quandoq; annuit ecclesia. cum prius ei constiterit re diligenter pensata & examinata merito esse referendum. Si autem secus apud iudices, quibus negocium demandatum est, actum fuerit q̃ precibus efflagitatum erat, hoc est si non fuerint probata quę narrabãtur, abnuit ecclesia: quę nihil temere nihil in hominum gratiã decernit in his quę ad religionẽ diuinũq; pertinẽt cultũ, in quibus nec aberrare potest cũ a diuino spiritu dirigatur. Sed de his hactenus. Oportet enim & alia, quæ subsequuntur argumenta, percurramus.

DE NOVICIIS THEOLOGIS ET Scholastica theologia. Lib. X.

L HIs autem absolutis par est ad ea excutienda veniamus quę de scholastica theologia nouiciisq; theologis & philosophia scripsisti: nec singula loca quibus hęc omnia oppugnas in medium adducam, quandoquidem tanta sunt vt vix immensum volumen foret illorum capax: ea autẽ tantum recitabo per quę facile dignosci possit quid de illis sentias. Primum autẽ de theologis in scholiis tomi primi in Hieronymũ ita inquis, Episcopi & theologi libros virorum, qui ecclesię lumina fuerunt, fidei proceres & antesignani &c. intercidere passi sunt, vt hoc sordidum scriptorũ genus succederet

ſententiariorum ſummulariorum faſciculariorum ſpeculariorum & o Deum im mortalem quorum vel recordatio nauſeam moueat generoſis ac bene natis inge niis &c. De theologia autem in ſcholiis Tomi ſecundi ita inquis. Ea quæ nunc paſſim tractatur in ſcholis theologia ſic Ariſtotelicis eſt diſtenta decretis, ſic ſophiſticis nugis ne dicam ſomniis contaminata eſt, ſic inanium quæſtiuncu larum inuolucra labyrinthis, vt ſi ipſe reuiuiſcat Hieronymus aut etiam Pau lus nihil theologię ſcire viderentur. In tertio autem Tomo rurſus de theologis inquis. Hæc lege theologe qui nihil niſi Ariſtotelem crepas. Et rurſus ibidem. Hieronymus ſignificat omnes hereſes e philoſophorum literis eſſe natas, & pu ritatem Chriſtianæ ſapientiæ doctrina illorum non adiuuari, ſed conſpurcari. At modo iſti quidam theologi nihil putant intelligi in diuinis literis niſi bo nam vitæ partem in Ariſtotele contriueris. Et in Tomo quarto. Non dubito quin ſi Hieronymus hanc vidiſſet theologiam Ariſtotelicis ſententiis ac legi bus vndiq; contaminatam vel potius obrutam, tota libertate in rem tam indi gnam detonuiſſet. Et in methodo theologiæ ita ais. In libris ſcholaſticorum theologorum audis hominum commenta quæ quo propius inſpicias hoc ma gis ſimilia in ſomniis euaneſcunt. Et in Enchiridio. Noſtri (inquis) theologi noſtro Ariſtotele contenti Platonicos & Pythagoricos arcent a ludis. Allego riam aut aſpernantur aut oppidoq; frigide tractant. Item in Annotationibus. Proinde nobis quoque cauendum eſt ne ſic ſectemur theologiam, vt in matheo logiam incidamus. Quorſum enim attinet quot modis accipiatur peccatum, priuatio ne an macula ſit inhærens animæ &c. Omitto enim cæteras queſtio nes quas recitas & alia quæ ſubiungis damnans theologiam admiſceri phi loſophiæ. Qua de re demum hæc verba profers. Et in hac theologia tam non ſimplici vitam omnem conſumunt qui ſimplicem & apoſtolicam profitentur vitam, & qui ipſo etiam cognomine ſummam modeſtiam profitentur. Hu iuſmodiq; philoſophiæ profeſſione tollunt criſtas & nihil crepant niſi Auer roem, & Ariſtotelem: horrent pecuniæ contactus & in blaſphemi philoſophi li bris tota ducitur ætas. Et deinde Ioannem Scotum impudentiſſime taxans ais. Huiuſmodi labyrinthis, Baſilides, Valentinus, & Marcion captabant ani mos ſimplicium. Et rurſus in eiſdem. Nam mos eſt ſcholas vocare diatribas ſi ue q̈ ſicut ſcabioſæ oues dum affricant ſeſe morbo implent & ſanas, ita iſti quoq; dum aliis affricant ſe, corrumpunt alios. Præterea in præfatione in Hila rium ais. Atq; hac in re adeo modum neſciere quidam, vt poſteaquam nihil non definierant de rebus diuinis, noua etiam in his, quæ nihil aliud ſunt quàm bo minum, theothita commenti ſunt, quæ atroces tumultus excitarunt orbi. Sed pudet rabbinos alicubi non habere quod reſpondeant. In Enchiridio quoq; poſt quam ad ſatietatem aduerſus eos ipſos debacchatus es his verbis orationem claudis. Vtinam aliquando expergiſcatur Chriſtus & hoc Iudaiſmo atq; hac tyrannide liberet populum ſuum: niſi forte ideo nos redemit ſuo ſanguine vt huiuſmodi portentis ſeruiamus. Cętera prætermitto quæ in theologos & theo logiam protuliſti. Diuum Thomam ac Ioannem Scotum ita tractans, vt ſi pe cudes aut motiones fuiſſent. His enim ſatis declaratur quale ſit iudicium tuum quidve de his ſentias.

M Ad hęc autem tanto minori negocio tibi respondere possum quanto superius
de his quæ in Moria dixisti agens plura ad hoc argumentum pertinentia
differuerim,quæ repetenda non sunt. Nunc igitur hoc potissimum declarare
curabo non dedecere philosophiam theologiæ admisceri vti tu ipse autumas
& docere conatis:sed vel plurimum conuenire opportunumq; fuisse & necessa-
rium.Quod cum esset faciendum philosophiaq; vti a variis authoribus ita diuer
sis methodis pro ingeniorum varietate nobis fuerit tradita,prudentissime illam
quę ab Aristotele prodita est prę cęteris fuisse delectã.At quia hoc philosophiæ
nomen plerisq; est odiosum, multis etiam suspectum,putantibus philosophiam
rem quandam abstrusam esse aut commentum miris portẽtis ambagibusq; in-
extricabilibus conflatum,disputationem aggredientes nomẽ ipsum & authores
reiiciamus,remq; tm̃ perpendentes discutiamus an res theologica cum philoso-
phica pugnet,aut tam difformes sint vt indignum sit vnam alteri adiungi famu
larive. Primum autem res ipsas pinguiori quadam Mineruа finiamus,vt illis
præscriptis disputatio nostra rectius procedat certiorq; & dilucidior euadat.Di
camusq; theologiam notitiam esse cum aliquali ratione rerum in primis diuina-
rum cęterarumq; nobis non euidentium sed diuinitus reuelatarum: illud autem
cum ratione apposuimus vt theologicum habitum ab eo qui est tantum fidei di
stinguamus.Similiter & philosophiam euidẽtem esse aut probabilem notitiam
rerum cum diuinarum tum naturalium ac humanarum ratione partim vi men
tis suo innato lumine,partim ex sensibus conquisitam.Quandoquidem circa hęc
omnia versatur philosophia in vniuersum.Nihil enim est quod subterfugiat phi
losophię contemplationem.Cum nulla res sit quæ ab intellectu menteve aliquo
modo attingi non valeat. Distinguitur autem a theologia per hoc ꝙ diximus
euidentem esse aut solum probabilem notitiam & naturaliter cõquisitam a sen-
suum autem simplicium cognitione per hoc ꝙ est ratiõe parta.Ex quibus liquet
non incongruam esse ipsius philosophiæ, diffinitionem . Non enim eam hic,in
partes speciesve partimur suas , vt in speculatiuam practicam,metaphysicam,
mathematicamve aut naturalem scientiam,sed ipsum genus commune tm̃ diffi
nimus. Qua quidem omnes homines mentis compotes aliquantisper partici-
pant plus minusve pro ingenii facultate aut studii diligentia.Nemo enim sanæ
mentis rerum omnium causarumq; suarum prorsus cognitione caret, philoso-
phiæq; est expers : sed ea sola quæ inanima sunt:aut si animata , ratione tamen
carent , philosophiæ incapacia sunt : vti prima rerum elementa , lapides stir-
pes ac bruta animalia. Propria est igitur homini philosophia illiq; communis.
Cum igitur res ita se habeat,manifestarium est cognitionem hanc nequaq̃ face
re theologię repugnare,vtraq; enim cognitio est.At vna vtpote theologia reue-
lationi insistit,nec vi propria acquiri potest.Altera naturę & rebus ipsis agnosci
bilibus innititur,& indagatione naturalis virtutis perscrutationisq; diligentia
paratur.Vtraq; a Deo proueniens:at theologia immediate:philosophia autẽ me
diante natura nobis ab ipso datur.Non igitur pugnãt hę cognitiones siue habi
tus quin idem vtriusq; valeat esse possessor. Verum quemadmodum humana
subiiciunt̃ diuinis vti minora potiorib⁹:ita cognitio humanit⁹ acquisita,reuela-
ta ac infirmior est illiq; subiecta.Cũ tamen in multis opitulari potest:quẽadmo-

dum & serui ministrive opitulantur vtilesq; sunt domino. Etenim quæ in lumine naturali agnoscimus nobis euidentiora sunt his q̃ in fidei lumine recepimus, nõ tñ absolute sunt certiora: cũ nulla veritas certior esse valeat ea q̃ ab ipsa diuina veritate prodita est. Attamen cum non omnia credenda expresse reuelata sint, sed multa ex reuelatis consequantur: nec ipsa reuelata sint æque dilucida sed plurima egeant interpretatione, hæcq; non peragantur nisi perscrutatione & industria intellectus nobis inditi, ratiocinantis ac conferentis & ex his quæ sibi naturaliter cognita sunt explicãtis ea quæ in theologia minus explicata sunt, manifestum est facultatem ipsam humanam notitiamq; ab illa partam opitulari, & deseruire ipsi habitui sacræ theologiæ. Quinimo ipsum vel tenuissime & crassissimo modo percipi non posse, nisi omnipotens suo spiritu supplere velit functiones ac studia humanæ industriæ & virtuti, vti in quibusdam sanctis patribus fecit, quos illapsu suo ex rudibus & idiotis homunculis mox sapientissimos theologos effecit, vt Apostolorum principem Petrum, tonitruiq; filium Ioannem, & alios Apostolos quos ex sordidis piscatoribus summos doctores in tẽporis momento reddidit. Sed hæc vti miraculo ita & raro cõtingũt. Non eñ omnipotẽs mortalibus theologiã tradidit velut impressã insculptãve in lapide aut alia quauis materia, sed mentibus hominum illam reuelauit. Non omnino explicitam & patentem, sed in plurimis inuolutam & abstrusam, permittens humanæ industriæ illam explicare. Nam & in scripturis multa prodita sunt quæ inter se pugnare absonaq; esse videntur. Quæ tamen beneficio studioq; cognitionis humanitus inuentæ excutiuntur & inter se conciliantur. Si enim lapides aut stipites essemus ad theologiam capescendam siue recipiendam, nulla humanę rationis ope efficeremur idonei: vti lapides illi in quibus decalogi pręcepta insculpta fuerunt. Licet enim theologica continerent non tamen contenta capiebant. Homo autem conditus rationis est particeps vt ea facultate vtatur tum ad reuelata cognoscenda quantum materia ipsa patitur, tum ad alia percipienda: quorum adminiculo & reuelata perfectius distinctiusq; ꝑcipiat, tueatur, & de ipsis poscẽti rationem reddere valeat. Vtilis igitur ac necessaria illa res quæ philosophia dicitur ad theologiam tractandam.

Quinimo absq; illa recte exacteve tractari nequit: quod & sanctissimi doctores prisci animaduertentes non Neoterici tñ licet illi non eadem methodo qua isti, at certe alia via illam tractarunt. Absq; enim philosophia nunquam Augustinus libros de trinitate scripsisset, nunquam Hilarius, nunquam Ambrosius tot volumina ad conuincendos hæreticos edidissent: in quibus rationantes ex his scripturis quas illi admittebant, subsumptis aliis naturaliter notis quę negare non valebant, illos redarguebant conuincebantq;. Citra philosophiam Origenes non tanta tamq; docta volumina edidisset. Non item Gregorius Nazianzenus, nõ Chrysostomus tot scripturarum mysteria explicassent: nec etiam peritissimus linguarum Hieronymus. N

At dices, sed Aristotelem nunq̃ citant. Ridiculũ, perinde acsi Aristoteles nunq̃ natus fuisset philosophia careremus. Philosophia quidẽ ab orbe cõdito semp fuit, & si nõ æque omni tẽpore pfecta: ppetuoq; erit dũ hoĩes rationis erũt cõpotes. Cum autem multi illius studiosiores fuerint cupidioresq;, vt homines q̃plurimi O

illius participes redderentur: cum mortales partim ſegnitie partim rebus aliis
impediti aut voluptatibus ſeruientes erga illam negligentiores ſint quidam
illam tradere & ſcriptis promulgare ſtuduerunt. Inter quos (vt cęteros omit-
tam) Pythagoras Platoq; & Ariſtoteles bonam operam nauauerunt. At Pytha-
goras numeris & figuris rem tractauit. Plato autem alia via progreſſus, meta-
phoris & ęnigmatibus: At maximus ac prope diuinus Ariſtoteles omnes illius
partes complexus, verbis propriis dictioneq; perbreui, & quodam modo abſtru-
ſa (ne tanta res prophanaretur, ſed pręclaris ingeniis eſſet reſeruata) ordine ad-
mirabili illam tractauit. Hinc contigit vt prę cęteris illius doctrinam homines
complexi fuerint & ad deſeruiendum theologię illam traduxerint. Sed finge tu
qui Ariſtotelis nomini tam infenſus es ea quę ab Ariſtotele prodita ſunt non ab
ipſo ſed a Plauto Priſcianove aut Diomede fuiſſe ꝑfecta, ſiue mauis a quopiã ſan-
ctorum, aut ſi magis placet diuinitus tradita: An nephas eſſet in theologicis tra-
ctandis authorẽ eorum dogmatum citare ad prolixitatem vitandam? Nõ enim
omnia primum ita nota ſunt cum proferuntur vt fidem faciant, ſed illa ex his cõ-
probare oportet quę euidentia ſunt. Quod non niſi ratiocinationis negocio pro-
lixaq; oratione peragi poteſt, aut auctorẽ inducere, cuius tanta ſit authoritas vt
veluti comprobatum accipiat quodcunq; ipſe dixerit. Nam hac de cauſa citãtur
authores. Cum autem iam circiter duo annorum milia Ariſtotelis volumina ita
diſcuſſa & cribrata fuerint, vt nullus mortalium adhuc illum carpere auſus ſit,
ipſiusq; doctrina nõ minus a Barbaris q̃ a Gręcis & Latinis & ab omnibus gẽ-
tibus nationibusq; ſit recepta vti oraculum, quid mirum, quid abſonũ ſi in his,
quę tractantur partim innixa reuelatis partim placitis naturaliter notis, perſępe
citetur Ariſtotelis authoritas? Cui vti regulę legive ſtandum eſſe cenſetur ab o-
mnibus doctiſſimis viris in his quę ad naturalem cognitionem pertinent: cũ ipſe
nihil prodiderit quod aut non ſit euidenter notum aut efficaciſſima ratione cer-
ta vel probabili munitũ. Fuit quippe Ariſtoteles omnium iudicio quoddã ſingu-
lare naturę miraculum: Tu autem illum blaſphemum philoſophum appellas.
Quo manifeſte oſtendis te parum in eius doctrina fuiſſe verſatum. Profer locum
ſi vales in quo Ariſtoteles blaſphemet, aut quidpiam proferat aduerſans noſtrę
religionis dogmatibus. De diuinis quippe pauca tractauit, cũ rationem a natu-
ra inditam tranſcendant a qua ipſe non recedit. Dices forte, At mundum ęternũ
eſſe contendit, quod quidem falſum eſt: contendit quidem non eſſe factum, at nõ
negat eſſe creatum. Quinimo vnum quoddam & primum eſſe rerum omnium
conditorem & finem naturali ratione demonſtrat: tantumq; abeſt Ariſtoteles a
blaſphemia, quantũ tu ab eius doctrina: in qua ſi maiorem operam impendiſſes,
multa certe ſubticuiſſes quę effudiſti, & tibi ipſi magis conſtares. Ex his puto ſa-
tis declaratum eſſe philoſophiam & Ariſtotelis dogmata non indecenter ſed op-
portune & neceſſario dogmatibus theologicis quęſtionibusq; tractandis fuiſſe
admixta: quod & longe magis pręſtat q̃ in illis explicandis admiſcere fabulas,
apologos, dicteria, adagia, vel ad grammaticam facientia: quod tamen tu abſq;
diſcrimine paſſim facis. Et qui Ariſtotelẽ citare tanq̃ piaculũ ducis, nõ abhorres
Aeſopum, Lucianũ & poetarũ figmẽta in mediũ adducere theologica tractans.
p. Sed hęc iam miſſa faciamus. Dices autem forte, Nõ tam damno philoſophiã

admiſcēri Theologi, q̃ tractādi methodū a Neotericis repertā, ab iſtis videlicet ſententiariis qui ſpinoſis & anxiis queſtionibus omnia cōplectuntur. Genus quippe iſtud tractādi theologica prorſus alienū & diuerſum ab eo quo vſi ſūt priſci patres. Ad quod tibi reſpondeo nihil eſſe q̃ methodum reprehēdas. Cū accōmodiſſima ſit ad res breuius explicādas veritatēq; comperiendā & dubitationes tollendas. Quid eñ cōmodius eſſe poteſt cōpendioſiusve q̃ re propoſita de qua queritur proferre hinc & inde rationes dubitationesq; ſublata omni verborꝫ circuitione & ambagibus rhetoricisq; coloribus rē paucis vti ſe habet definire & explicare? Tam nempe vtilis eſt hæc via, vt putem eam ad tollendas hæreſes diuinitus inſpiratam fuiſſe. Hæc enim eſt theologia quædam loricata, galeata, clypeum & haſtam tenens: clypeum ad tela hoſtium reiiciendā, haſtam ad eos impetendos, eorūq; erroneas opiniones expugnandas. Aliud autē theologiæ genus placidius quidem eſt vt pote inerme, quod nec in campum deſcenderet cum hoſte decertaturum. Vtiliſſimū tamen his qui illud admittunt, ædificat enim, inſtruit, edocet, ac inflammat fideles, ſed ipſis tantummodo commodum, Ethnicis autem ſacras ſcripturas non recipientibus contemptibile, cum ſola authoritate ſcripturæ nitatur: quam ipſi deſpiciūt ſi nuda probabilibusq; rationibus ſit deſtituta, hisq; principiis in quibus omnes cōſentiunt ipſiq; innituntur vacua illis vti teſtimonium proponatur vel ad refellendas eorum inſanias aut ad noſtra dogmata perſuadenda. Quapropter opus fuit, tum ad eorum dogmata conuincenda, tum ad noſtra placita commodius perſuadenda, philoſophiam optimasq; diſciplinas ſacris literis commiſcere. Quod quidem facere, ſi tñ cum fidelibus & orthodoxis res eſſet, nō ita fuiſſet neceſſarium, et ſi tamē vtile. Nam vt Apoſtolus inquit ad Corinthios, Linguæ in ſigna ſunt non fidelibus ſed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus ſed fidelibus &c. Intelligens per prophetias ſacrorum dogmatum interpretationem. Etidem alibi ad Romanos teſtatur ſcripturarum ſtudium fidelibus tñ eſſe proficuum, cum ait, Quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtram notitiam ſcripta ſunt, vt per conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus &c. Ad noſtram ait doctrinam fidelium videlicet non Ethnicorum ſpe carentium. Non autem valet ſpes eſſe in his qui fide ſunt vacui. Dicit enim ſpem habentium. Proinde nihil illis ſcripturæ opitulari poſſunt. Quotquot enim illarum teſtimonia ad quicquam improbandum in medium illis proferrentur quanto efficaciora eſſent, tanto magis ab illis riderētur, & interpretationes quaſi ſomnia vel deliria quædam procaciter illuderent, niſi ſale rationum naturalium forent cōdita. Ex quo eſt videre quàm opportunum q̃q; neceſſarium ſit hoc exactum Theologiæ genus quod ſcholaſticū vocāt, modo ſincerum ſit nec adulteretur. Tantoq; altero placidiore validius eſſe & potius, quanto vir armatus præſtat inermi, fortis imbelli, & is qui poteſt reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide dogmata ſua defendens & confirmans aduerſariaque refellens, eo qui iſthæc præſtare non valet. Qꝫ ſi vtrunque genus coniunxeris conſummatiſſimum efficies Theologum, videlicet ſi tum in diſciplinis, tum in ſcripturis apprime fuerit exercitatus. Quod quidem genus doctrinæ etiam in diſciplinis ingenio naturæ & induſtria adinuentis longe præſtat alteri generi,

vtpote hebetiori ac infirmiori.Nã in oĩ doctrina hęc duo genera cõperiũtur:
vnũ exquisitius & alacre,alterũ crassius magisq̃ tardũ . Nemo eñ sanę mẽtis
cõferre auderet naturalẽ doctrinã Plinii,Senecę,aut similiũ,qui de philosophia
& rebus naturalibus tractarũt, cũ naturali Aristotelis philosophia.In his dico
in quibus de iisdem rebus tã illi agunt q̃ ipse.Quod si quis faceret sine dubio
protinus deliraret:quod indicare volentes prisci illi sapiẽtes Ethnici omnia na
turę secretiora & scitu digniora imaginibus quibusdã & ambagibus potius
insinuãtes indicarũt q̃ expresserũt. Sapiẽtię numen qđ Pallada appellarũt sine
matre natũ casside & thorace ac phramea armatũ effinxerũt . Sed nec omnia
possumus omnes . Quãobrẽ si nequeas illud absolutissimũ vtrũq̃ cõplectẽdo
adipisci.Illud quod vtilius est prosequẽdũ.Ipsum autẽ proculdubio esse videt̃
quod cõplexa, summa notitia placitorũ religionis,quę magis ad fidei essentiã
pertinẽt e scripturis excerpta illa exquisitius intelligit,tueriq̃ ipsa & cõfirmare
valet ac aduersantia impugnare.Nã pręstat exactius pauca cognoscere q̃ mul-
ta crasse & dormitanter, in quibus & plurima sint quę vtrũ sciantur an igno-
rẽtur,nõ multũ refert: cõmodiusq̃ est illa paucula edocere posse vt animis hę-
Q reãt,q̃ multa & illa nõ persuadere. Esse autẽ in scripturis plurima quę co-
gnoscere non multũ referat et si scitu dignissima sint & valde opportuna mo-
do recte capiãtur,vtpote minus ad fidei substãtiã faciẽtia perspectissimum est,
vti sunt plurimę res gestę,quę inibi narrant̃,necnõ & multa prophetarũ dicta
aliaq̃ similia.Quãobrẽ non negãdũ eũ Theologi nomine posse vocari qui illa
vniuersa nõ legerit modo potiora diligẽtius cõprehẽderit.Et si absolutus per-
fectusq̃ theologus iure dici nõ possit. Pari modo nec theologi titulo indignũ
eẽ fuerim eũ qui vacuus cęteris disciplinis scripturarũ tãtum notitiã habuerit.
Verum is theologus vt dictũ est fidelibus tñ vtilis esse valebit. Alter autẽ tã
Ethnicis q̃ fidelibus:sed de theologia loqmur studio ac humana industria per-
quisita.Non de illa quæ diuinitus infunditur,& citra oẽm literarũ cognitionẽ
sola spiritus virtute exquisitissime difficillima quęq̃ intelligere facit: datq̃ bo-
stes prosternere,vera dignoscere & falsa confutare.Sed non frequenter diuinũ
hoc munus condonatur. Vult enim dominus (vt plurimũ) mortales insudare
facultatibus animi sibi inditis ad indagandum & consequẽdum sapientiæ ha-
bitum,quod faciẽtibus nec denegat suam opem cum illorũ mẽtibus sæpissime
illabatur.Hincq̃ theologiã in duo genera partiti sumus.Non tamen putandũ
qualẽcũq̃ dogmatum religionis notitiã efficere habitum theologicum. Quẽ-
admodum enim inter habitum fidei & theologicum plurimũ interest: Ita sim-
plex articulorũ fidei notitia vel aliorũ quorũdã dogmatũ lõge distat ab habitu
theologico . Qđ si secus esset sequeretur cerdones,coquos,rusticos, & mulier-
culas modo sacris Christi initiati ac imbuti essent,quinimo promiscue vniuer-
sum populum Christianũ theologi nomine appellari debere . quod nemo sa-
nus diceret. non enim tam late theologiæ nomen proprie extenditur.

Qꝫ autẽ genus illud exquisitius sit,quod Philosophię studio & cęterarum
R bonarũ artiũ commercio cũ scripturis cõflatur,pręstet illi altero Pauli Apostoli
doctrina (qui gẽtiũ id est Ethnicorũ Apostolus fuit nõ Iudęorũ tãtũ)testatur.
In qua quãdoq̃ & testimonia sentẽtięq̃ Ethnicorũ inserũtur.Quo etiã doctri-

na & apud Atheniéses cũ Academicis & Stoicis (vt acta testãtur) subtilissime disputauit. erroribusq; Gentiliũ pluries cõfutatis multos variis in regionibus & pſertim Grecia & Italia in qb9 tũ ingenia tũ studia florebãt, ad fidẽ Christi recipiẽdã cõuertit: cũ illis autẽ differere nõ valuisset scripturis tñ innixus que apud illos nullius erãt ponderis nec authoritatis. Ex quo cõuincitur Paulũ cũ illis disputãtẽ vsum fuisse placitis philosophicis naturalibusq; principiis cum scripturisq; philosophiã ipsam cõmiscuisse. Cuius exẽplũ & secuti sunt posteriores patres tũ Greci tũ Latini cũ hereticis aut Ethnicis differẽtes vt ex Augustini & Origenis, aliorũq; lucubrationibus est videre, de qbus superius egimus. Quãuis alia Methodo ab ea que tunc scholastica dicit̃ vsi fuerint. Ita eñ eorũ tẽpus exigere videbatur, in quo rhetorice potius omnia tractabãtur q̃ dialectice. Quapropter vt domũ reuertar dicere ausim quãdoq; in vna questiuncula exacte tractata non minus succi, non minus theologicæ doctrine cõtineri q̃ in aliquo iusto & integro priscorum doctorum volumine.

Qḋ autẽ ais questiones ipsas spinosas esse, & inter spinas scis quidem rosas S nasci, plurimosq; preciosos fructus & semina legi. Si quidẽ perfecte res exacte & ad viuũ tractari nõ possunt absq; labore & difficultate. Crasse nẽpe ac pinguiori Minerua de rebus differere & sicco pede scrobes saltando pertrãsire facillimũ. at id nõ est exacte docere aut scire. At inquies, sed multe harũ questionũ inutiles sunt & sophisticis importunitatibus redũdãtes. Fateor quidẽ non oẽs esse vtiles, hoc est pertinẽtes ad rẽ de qua agitur. attamen & multe vtilissime sunt que tibi inutiles & superuacanee videntur, vt exẽpli gratia illa quã attigisti quot modis accipiatur peccatũ, priuatio ne an macula sit inherẽs anime. Nisi eñ hoc fuerit definitũ, quomodo cognoscetur peccatũ originis in nos esse traductũ? Quomodo preterito actu quo admissum est facinus, quod tamẽ in nobis maneat peccatũ, siue vt aiũt reatus peccati? Quomodo cõdonata culpa obnoxii adhuc poene simus? ita est & de pluribus aliis, quæ inexercitatis vel ad pauca respiciẽtibus inepta & vana esse vidẽtur. At quasdã questiones inutiles esse & importunas fatemur & Sophisticis importunitatibus distentas. At hoc nõ est methodo tribuẽdũ, sed vitio scriptorũ illa abutentiũ. Cum eñ non onerosum sit exercitatis in cõcertatoriis disputationibus scribere q̃stiones plurimi questiunculas scripsere ineptas & absq; iudicio. Quinimo & probati huiuis generis scriptores magna quãdoq; ingenii vbertate & rerũ occurrẽtiũ affluentia a proposito recedũt & a re theologica quãdoq; ad logicã questionẽ diuertunt: quod nequaq̃ probauerim. Ita eñ agentes declarãt se aut parũ Aristotelis doctrinã imbibisse, aut tunc illius immemores esse: Cũ ipse innumeris pene locis doceat vnãquãq; rem suo loco tractandã, nec disciplinarũ dogmata esse confundenda. Et si enim liceat nonnunq̃ obiter & per transgressum aliquantisper digredi, non tamen ita immorandum, vt a proposito videatur recedi. In rebus enim differendis, et si primũ ex cõmunibus quibusdam agatur ad rẽ introducendã & dubitationes attingendas, attamen de propriis rei de qua geritur demũ agendum & definiendũ est. sed vt superius diximus, nullius artis præcepta ita exacte seruantur, quin multa ab illa tractantibus in diuersum admittantur. Nam & quandoq; bonus dormitat Homerus. Neq; nos errores abusuſq; de-

fendimus quos tolli cuperemus,sed methodũ ipsam tuemur. Hac itaq; dispu-
tatiuncula ni fallor abunde responsum est locis tuis,non solum his quæ citaui-
mus verum & prętermissis,quibus ipsam scholasticam theologiam damnas.

T Quapropter neq; verũ est id qđ dixisti Episcoporum Theologorũve culpa
veterũ theologoꝝ monumẽta periisse,vt hoc sordidũ sententiarioꝝ genus suc-
cederet. Periere eñi volumina tũ tẽpoꝝ vicissitudine & diuturnitate,tũ belloꝝ
iniquitate & barbaroꝝ illuuionibus. Nec sordidũ sentẽtiarioꝝ genus successit,
sed absolutũ & exactũ,quãtũ ad res quas tractãt attinet. Et si quãtũ ad sermo-
nis proprietatẽ minus latinũ vel politum . Quod et si reuiuisceret Paulus aut
Hieronym9 nequaq̃ improbarẽt,sed industriã admirarent̃ gauderẽtq; metho-
dũ inuẽtã esse qua paucis absolute & dogmata nostra defendi possent ab Eth-
nicis vel hęreticis illa impugnãribus,illosq; refellere & ꝓprio mucrone iugu-
lare,quęstionesq; difficil limas exacte tractare & explicare. Quasquidẽ attin-
gere nõ abhorruit,vt diximus Paulus longe diuersus a tua sentẽtia,q supuaca-

V neum putas in illis explicãdis insudare. Superest vni loco respõdere,qui tñ
magis attinet ad theologos scholasticos q̃ ad ipsam methodũ & theologiam
quo ais in Annotatiõib9 sup nouũ testamẽtũ, Vtinã aliqñ expergiscat̃ Christus
& hoc Iudaismo atq; hac tyrãnide liberet populũ suũ : nisi forte ideo nos rede-
mit vt hmõi portẽtis seruiamus &c. Quibus verbis exulceratissimũ in eos ani-
mũ impotẽsq; odiũ minus patefecisti. Quid eñi atrocius,quid immanius in ho-
stes truculẽtissimos,in pestes humani generis dici optariq; posset: q̃ vniuersum
qđ insectaris genus aboleri & e medio tolli,& tu ipsum theologoꝝ genus in-
nocuũ verendũ tũ professionis dignitate,tũ vitę innocẽtia pessundari optas,qđ
tñ te & ornauit,& in collegiũ suũ cooptauit. Qz si non vererer te offendere,di-
cerẽ magis forte eoꝝ humanitate facilitateq; q̃ tuis meritis. Sed tibi hoc pecu-
liare magis eos insectari,inter quos nomen dedisti : optas vt theologoꝝ ordo
perdatur a Christo, vt scilicet hęreticis licẽtiosius debacchãdi adsit facultas,vt
arrogãtibus & temerariis liberũ sit scribere quęcũq; eis ad buccã veniũt, dũ-
modo dicacitatẽ aliquã calleant tãq; dę rebus sacris & diuinis quas nõ intelli-
gũt q̃ de profanis nec extẽt idonei q in cõsiliũ vocẽtur ad ea examinãda & co-
gnoscẽda ac ad decernẽdũ statuẽdũve de illis quę.s.probãda reiiciẽdave sint,vt
pote aduersantia dogmatib9 & decretis religionis. Quęso te sublatis theologis
quinã rogabũtur in huiuscemodi cõciliis cũ de fide aut religione q̃stio versat̃?
Nunqd cerdones aut coqui aberrant dicere volui. Nunqd grãmatici aut rhe-
tores? At quomodo statuẽt de his q̃ nõ intelligũt? Eoꝝ q̃ norit vnusquisq; opti-
mus est iudex,inqt Sapiens. Iustius optasses Erasme vt Christus expergisceret̃
& liberaret populũ piũ suo preciosissimo sanguine redẽptũ a supbis hæreticis
a temerariis scriptoribus,scrupulos,lolia & zizanias dissẽminãtibus. Rabinos
vocas theologos qa prodigiosa mõstra ferre non possunt: Quia cũ lupos aut
vulpes caulis aut chortib9 domini insidiãtes vidẽt,clamitãt & in illos insiliũt:
neq; fures clãculũ domũ subeũtes perferre possunt:tyrãnidẽ exercẽt,qa in reb9
religionis cẽsurã agunt,quã (liceat & mihi optare) vtinã diligẽtius fortiori
pectore amplioriq; facultate exercuissent & nũc exercerẽt forte:nõ tã audacter
grassarẽt̃ ac insultarẽt hęretici in populũ sanctũ dñi. Sed iã de his plus q̃ satis.

DE SACRIS SCRIPTVRIS ET EARVM AVTHORITATE.

LIB. XI.

HIs auté subiiciemus & quę de sacris scripturis quibusdã A
eorũq; authoribus in titulo prænotatis derogãdo illoꝝ
authoritati scripseris. de nonnullis quidem in methodo
primum ita scribis, Apud me certe plus habet ponderis
Esaias q̃ Iudith aut Hester: plus euangelium Matthęi, q̃
Apocalypsis inscripta Ioãni: plus epistolę Pauli ad Ro-
manos & ad Corinthios, q̃ ad Hebręos. Post hęc in pri-
mis pono symbolum in cõcilio Niceno editũ, qđ vulgo
dicitur Apostolorũ. Item in scholiis in Hieronymũ, Viuo Hieronymo Romę
nõ recipiebãt epistolã ad Hebręos, nec Ioãnis Apocalypsim Gręci. Et in Sup-
putationibus. Ego nullũ arbitror schismatis periculũ si fateter me de Epĺę ad
Hebręos authore dubitare. Et rursus ibidẽ, Arbitror omnib⁹ seculis fuisse do-
ctos q de Epĺę ad Hebręos authore dubitarint: & ipse (vt ingenue fateat) ad-
huc dubito: dubitaturus donec exp̃ssũ sup̃ hac re iudiciũ ecclesię videro. Neq;
enĩ Nicenũ cõciliũ aut Carthaginẽse ex sese obligabat vniuersam ecclesiã, Ad
hęc in Annotationib⁹ super nouũ testamẽtũ inq̃s. Quosdã eruditissimos viros
multis cõuiciis insectatos totũ Apocalypseos argumentũ seu fictum, & quasi
nihil haberet Apostolicę grauitatis: nec in sentẽtiis esse qđ Apostolico maiesta
te dignũ videat. Pręterea & alias esse cõiecturas ꝙ scilicet reuelationes scribẽs
tã solicite suũ nomẽ inculcat. Quasi syngraphã scriberet nõ librũ pręter morẽ
alioꝝ apostoloꝝ & suũ, qui in Euãgelio authorẽ tãtũ indicat nomẽ subticens,
Discipulus ille &c. Ad hęc in Gręcis codicibus quos tu vidisti non esse titulũ
Ioannis Euãgelistę, sed Ioannis theologi. Adhuc & stilũ dissonũ esse ab eo q est
in euãgelio & epistola. Et subiũgis, Hęc me mouerẽt quo min⁹ crederem esse
Ioannis nisi cõsensus orbis & authoritas ecclesię alio me vocarẽt. Si tamẽ hoc
opus ecclesia hoc animo cõprobat, vt Ioãnis Euangelistę velit haberi, & paris
esse ponderis cũ cęteris canonicis libris: certe Dorotheus martyr de euãgelio
Ioãnis scribẽs de Apocalypsi nullã facit mẽtionẽ: nec Anastasi⁹ in suo catalogo
affirmat esse Ioãnis, nec Dionysius Alexandrinus: & si cõtẽdat non esse Che-
rinthi hęretici, Deinde multis verbis negociũ prosequens studes persuadere
non esse Ioãnis. citasq; Caium, vt ais authorẽ orthodoxũ, tribuẽtem hoc opus
Cherintho hęretico, & Eusebiũ suspicantẽ esse cuiusdã Ioannis presbyteri. Prę-
terea in Supputationibus de Iacobo Apostolo & eius epistola ita scribis, Iaco-
bus qui primũ inter Catholicos scripsit epistolam, non fuit vnus ex duodecim
apĺis: nec Iudas Iacobi fuit Christi cognatus. In Annotatiõib⁹ quoq; sup̃ nouũ
testamẽtũ ita ais. De hac epĺa dubitatũ est olim cuius esset. Neq; enim referre
videtur maiestatẽ illam & grauitatẽ apostolicã, nec Hebraismi tantũ quãtũ a
Iacobo qui fuit episcopus Hierosolymitanus expectaret. Et ipse in titulo epĺę
non appellat sese apostolũ, quod cognomen Apostoli adiectũ est in nostris: sed
reclamãtibus magno cõsensu Gręcoꝝ exẽplaribus. & subiicis huius nominis

Iacobi multos fuisse discipulos, conarisq; pluribus aliis verbis suadere nõ esse Iacobi apl'i. & ita sensisse Hieronymũ. De epl'is vero canonicis Petro & Ioãni apl'is inscriptis ita scribis in scholiis in Hieronymũ tomi quarti, nũ Petri sint, quæ Petri noĩe ferunt̃ epl'ę, videt̃ dubitare Hieronymus. Nã altero in loco negat alterã esse Petri ob stilũ diuersum. Itẽ in Annotationib9 in nouũ testamẽtũ declarare studes ipsam secũdã epl'am nõ esse Petri, & postremo ais, Illud cõstãt euidẽs esse stili discrimẽ inter hãc & priorẽ. Et rursus in scholiis i Hieronymũ, Nõ sine causa addidit Hieronymus idẽ apl's & euãgelista, ꝑtim q̃ nõ oẽs epl'ę Ioãnis sunt Ioãnis apl'i & euãgelistę. De euãgelio quoq; Matthęi multis locis cõtẽdis ip̃m nõ scriptũ fuisse Hebraico sermone ab ipso Euangelista aduersus sentẽtiã Hieronymi aliorũq; patrũ vetustiorũ. Nõ refero disputationẽ, quoniã ꝓlixior est, his breuibus verbis tãtũ recitatis q̃ in Annotationibus scripsisti. Ita eñ habes, Vt donem9 Matthęi Hebraice scriptũ euãgeliũ, qđ ip̃m nõ mihi fit verisimile: cũ nemo sat idoneis testimoniis testet̃ se vidisse vllũ Hebraici voluminis vestigiũ. Proinde mihi videt̃ ꝓbabilius hoc euãgeliũ eadẽ lingua fuisse scriptũ qua cęteri scripserũt. De euãgelio quoq; Marci ita scribis in eisdẽ Annotationibus. At Marcus qui Matthęũ redegit in compẽdiũ aliquãto etiã obscurius id facit. In scholiis etiã tomi secũdi in Hieronymũ scribis Euangeliũ Marci posse dici Petri: cum illud eo dictante, scripserit. Hęc sufficiant ex multis quæ de scripturis quas in dubium reuocas scripsisti.

Quid aũt de ipsis scripturarũ authoribus sentias ex tuis etiã verbis animaduertamus. Primũ de Apl'o Paulo, in scholiis tomi secũdi ita inqs, Multa Paulus torquet, nõ nihil aduersus Iudęorũ pertinaciã cũ aliud nõnũq̃ sentiat q̃ eloquatur, verũ tẽpori seruit. Itẽ in Supputationib9, Pia fuit vafrities, qua Paulus apđ Athenienses titulũ Arę dęmonibus inscriptę torsit ad argumẽtũ euãgelii, idq; repetis trecẽtis aliis locis verba inscriptionis recitãs. Pręterea in Annotatiõib9 inqs. Est aũt Pauli peculiare, nihil nõ torquere ad euãgelii negocium pia Christianaq; vafritie. Et paulo post, Liquet igit̃ Paulũ hic nõ exclusisse diuortiũ, sed suũ agit negociũ dissimulãs id qđ ad p̃sentẽ causam nõ faciebat. Et demũ subiũgis, Pręsertim in Paulo q̃ lubricus est in disputãdo nũc huc se ꝓripiẽs nũc illuc. Et ibidem alio loco ais, Apl'os in scripturis sacris testimoniisq; recẽsendis nõnunq̃ potuisse memoria esse lapsos. Et in prologo Supputationũ, de domino Iesu Christo ita inquis, Christus discipulis respõdit, Nec angelos nec filiũ scire diẽ iudicii: passusq; est illos ad tẽpus errare vt crederent ipsũ sic ignorare diẽ quemadmodum ignorãt homines. Item in Methodo, Christus aliquoties fallit suos ad tempus, allegoriarum ænigmatibus. Et ibidẽ, Haud scio quo consilio visum est æternæ sapientię adumbratis simulacris & insinuare se piis mẽtibus & profanis (vt ita dicã) imponere. Pręter mitto quę de Augustino, Hieronymo, cęterisq; priscis patrib9 petulãter scribas, illos cõtemnẽs eorũq; sentẽtias reiiciẽs. Cũ in illis solis recẽsendis propriũ & ingens volumen non sufficeret.

C At ex his quę magis referebãt citatis compertissimũ est quantũ authoritati dignitati maiestatiq; scripturarũ detraxeris. Et profecto mirũ quid est te tanti ingenii virũ tãq; varię doctrinę & lectionis cũcta nullo habito discrimine quę legis, quę tractas, siue diuina sint, siue profana, seria seu ludicra eadẽ lance pẽ-

fare, videlicet humani sensus, ꝓpriiq; iudicii tui. Sed cũ diuina cõmunẽ sensum trãscendãt nec tuæ mentis angustiis coarctetur: quomodo audes sensu tuo iudicare omnes scripturas diuinas nõ esse eiusdẽ ponderis: licet ad id sentiendũ probabilibus rationibus id est sensui tuo accõmodatis adducaris? Cũ ipsa diuinorũ ratio lexq; decernãt omnes eiusdẽ põderis authoritatisq; esse oportere, eo ꝙ ab eodẽ authore, diuino inquam spiritu, qui nec falli nec fallere potest, ad nostrã doctrinã proditę sint. Si eñ vsq̃ hęsitare fas esset de earũ pondere ac veritate, pari ratione & de cęteris cibus in locis vacillare & ambigere possem⁹. Quamobrẽ qui vel de vno tantũ scripturę verbulo dubitat, vniuersam ipsam infirmã esse profitetur. Quomodo igitur apud te plus habet ponderis Esaias q̃ Hester & Iudith? cũ Hester in vetustissimo canonicarũ scripturarũ catalogo recẽseatur: Iudith quoq; historia inter sacras ab ecclesia recepta sit. Quomodo plus Euãgeliũ Matthęi q̃ Ioãnis Apocalypsis, Epistolę Pauli ad Romanos & Corinthios, q̃ ad Hebręos: cũ omnia hęc inter scripturas sacras ab Ecclesia recẽseãtur? Quid refert si de aliqua quondã fuerit dubitatũ: cũ verisimile sit de singulis apud quosdã fuisse dubiũ? Nulla eñ res tã explorata, tã manifesta est, quin aliquãdo de ipsa a scrupulosioribus & cõtẽtiosis fuerit disceptatum. Sed tũc cũ dubitabatur res quę erat in cõtrouersia vnicuiq; liberũ erat ambigere. Verũ re definita & extra cõtrouersum posita, dubitare impiũ & nũc illa referre quę saltẽ infirmiorib⁹ offendiculo esse possunt, scripturisq; illis authoritatẽ imminuere, nõ inutile solũ sed nocuũ nulliq; rei deseruiẽs ꝑter q̃ vanę ostẽtatiõi. Attamẽ ipse diuinarũ scripturarũ censor infirmare nõ vereris ex ipsis canonicis quę sensui tuo minus accõmodantur. Subinde & de Symbolo sic ais.

Post hęc in primis pono symbolũ in cõcilio Niceno habitũ qđ vulgo dicit Apostolorũ: de quo alibi dubitas an ab Apostolis fuerit proditũ, licet fatearis D
omnino ab Apostolicis viris fuisse profectũ. nec Augustini iudicio in hoc cedas attestãtis ab ipsis Apostolis fuisse traditũ, quẽ ais impẽse credulum fuisse & hac in re abusum nõ impia vulgi opinione. Nullã tñ affers sentẽtię tuę rationẽ qua mouearis ad dissentiẽdũ ab eo cęterisq; grauissimis authoribus idẽ sentiẽtibus eã ob rẽ fuisse editũ, cũ videlicet Apostoli dispergendi essent per varias regiones ad prędicãdũ euãgeliũ, vt expressam regulã fidei haberent, in qua oẽs cõuenirẽt. Quod qdẽ longe ante cõciliũ Nicenũ factũ est, quod Constãtini tẽpore ad abolendã Arrii blasphemiã constat fuisse coactum. In ipsoq; aliud promulgatum, quo expressis verbis impia Arrii dogmata damnãtur vt illud videlicet: Deum de deo lumen de lumine, & deum verũ de deo vero. Genitũ nõ factũ consubstantialẽ patri &c. illudq; symbolum Nicenum dicitur, quod & ab illis tẽporibus in ecclesiis perpetuo decãtatur, nõ autẽ illud quod Apostolorũ dicitur. Quod quidẽ & in synodis q̃ ante Nicenã fuere habitę, non tñ recitatum fuerat, licet repetitum in Nicena, vti primęuus canon ab Apostolis proditus, cui posteriora omnia inniterẽtur. At tu magis illud amplecti videris, quod non reprehenderẽ, si ad authores ipsos Apostolos respiceres: verum id negas. Si autem eo ꝙ minus in eo explicẽtur mysteria sacratissimę & diuinissimę triadis, & homusion illud quod Arrianam hęresim prorsus tollit, quã & ipse tueri studes vt inferius declarabimus, nullo pacto probandum.

E Futilis autẽ minus & ille locus quo passim veteris ad plurima receptorum dogmatũ infringenda, hoc in scripturis non est proditũ, hoc sacrarũ literarum testimonio non est comprobatũ: igitur incertũ, infirmũ, de ipsoq; ambigere licet. Nullum certe testimoniũ grauius solidiusq; esse potest eo quod est cõmunis cõsensus omnũ Christianorum, & totius ecclesiæ, non vnius tm̃ ætatis, sed & plurium seculorum. Potissime cũ dogma deriuatũ sit ab his qui vel eo tempore fuerũt vel proximo, quo res de qua testãtur acta fuerit. Si enim duorum aut triũ testimonio stetur, quanto magis staodum totius populi in eo consentiẽtis? Cum id probabile sit quod videtur omnibus aut plurimis magisq; idoneis de illa re statuere. Cũ igitur citra controuersiã compertum sit plurima ad religionẽ pertinẽtia ore tenus fuisse prodita, nec omnia literis tradita, sed multa per manus quæ & a populo Christiano recepta sunt. Arrogãs nimis & temerariũ est aduersus patriũ sentẽtias populiq; cõsensum de illis ambigere aut quicq̃ io contrariũ statuere. Quapropter & si non constet scripto Apostolorũ symbolũ ab ipsis apostolis fuisse traditũ, cũ tamẽ id asserat Augustious illorũ tẽporibus satis propinquus, cæteriq; patres & illud perpetuo senserit vniuersus populus Christianus, id nũc io dubium reuocare studiosi potius in placido & tranquillo excitare fluctus q̃ tranquillitatis & pacis argumentũ est. Pariter & imbecillis est ille alius locus tibi plurimũ familiaris, videlicet, Phrasis est diuersa, igitur opus non est eiusdẽ authoris. Constat enim eloquentissimos viros pariter & sapientes pro rei argumento varia phrasi vsos fuisse, verbaq; accommodasse rebus nõ res verbis. Pręterea nec eosdẽ eadem de re agentes, dictione semper sibi constitisse: sed nonnũq̃ depressisse aut extulisse, fuisseq; oblectatos modo humili, modo elata, nũc arcta & emũcta, nũc diffusa & profluenti oratione. Multa possent huius rei testimooia recenseri grauiũ scriptorum, sed illa oĩa tibi sunt exploratissima. Quamobrẽ ea omitto. Sed & si nulla essent, tibi satis esse deberet vnus Cicero aut Aristoteles: hic sapientiæ, ille eloquentiæ vel citra controuersiam princeps. Et si vterq; & sapientissimus simul & eloquentissimus. Non enim eadẽ vtitur dictione. Aristoteles io his quæ scripsit ad sapiẽtiam & sciẽtiam pertinẽtia, & in extrariis sermonibus. Quinimo diuersa in his quæ de natura aut vltra naturã tractauit, ab his quæ de moribus humanis rebusq; publicis & legibus disseruit. Nec idẽ Cicero io Epistolis quas familiares vocant, & ad Pomponiũ Atticũ, vel in orationibus, & in his quæ ad philosophiam & artẽ dicendi spectant. Quod & de operibus Horatianis multo manifestius est. Quapropter ex sola phrasis varietate solido argumento non conuincitur aliquod opus oon esse authoris cui inscriptũ est. Proinde elumbi argumento probas Apocalysim oon esse Ioannis Apostoli & Euangelistæ, ob stili diuersitatẽ. Poscebãt reuelationes diuersa dictione ab Euangelio scribi, nomẽq; ipsius sępius citari cũ ipsi soli illa reuelarẽtur. Eiusq; nomiois repetitio ampliorem fidem & authoritatẽ reuelationi pręstat: efficitq; vt diligẽtius excipiatur magisq; hominũ animis hęreat. Euaogeliũ autẽ scribẽti cũ res gestas Seruatoris oarraret, historiãq; texeret non conueniebat authoris nomen ioculcare.

F Nec illud detrahit Apocalypseos authoritati q; primęuis temporibus non fuerit recepta, sed de ipsa fuerit dubitatũ. Quinimo id maiorẽ illi fidẽ pręstat,

Cum enim Ioannes nouũ scribendi genus exorsus esset, resq; futuras scriberet,
non gestas vt alii sacri scriptores noui testamenti fecerant, rei nouitas admira-
tioni & ambiguitati ansam pręstitit primis illis. Eaq; dubitatio cessit ad maio-
rem operis fidem: cum non nisi re diligenter exagitata & discussa volumen in
sacrorum ordinem receptum fuerit. Referunt enim peruetusti Hebręorum do-
ctores Salomonis opuscula in Canonem sacrorum voluminum non fuisse re-
cepta præter controuersiam. Quinimmo diu an essent, inter illa recensenda di-
sceptatum est, apud seniores & synagogæ principes, donec prophetę testimo-
nio certiores facti fuissent illa a diuino oraculo fuisse prodita. Nec tamen ob
id q; de ipsis aliquando fuerit dubitatum minoris postea authoritatis fuere, q̃
alia. de omnibus enim licuit (vt diximus) dubitare anteq̃ esset definitum, illa
esse sacra.

Idemq; pariter dicendum ad ea, quæ de secunda Epistola Petri, Pauli ad He- G
bræos, Ioannisq; & Iudæ Apostolorum protulisti. Eandem enim sententiam,
quam de Epistola Iacobi Apostoli refers videlicet non sapere maiestatẽ, & gra
uitatem Apostolicam, memini me alias in Lutheri scriptis legisse. At si vobis
non videtur spiritum apostolicum præ se ferre? Secus certe visum Augustino,
Hieronymo, Chrysostomo, & cæteris patribus tum vetustis, tum neotericis.
Secus etiam visum ecclesiæ orthodoxæ, quæ illam plenam spiritu doctrina ca-
tholicaq; eruditione iudicauit. At bonorum operum insectatoribus præ cæte-
ris displicet, eo q; ipsa expressius bona opera probet, et fidem absq; illis emor-
tuam esse prædicet. In summa igitur ac in vniuersum tibi respõsum velim scri
pturas omnes de quibus olim dubitatum est, eiusdem esse ponderis et autho-
ritatis, postq̃ fuere receptæ, cuius & sunt hæ de quibus certum est nunq̃ fuis-
se hæsitatum: cum scripturarum omnium põdus, & fides ex authoritate eccle-
siæ pendeat comprobantis illas diuinitus esse proditas. Quapropter neq; tibi
fas ambigere de authore epistolæ ad Hebræos. & si quondam apud doctos
de hoc fuerit dubitatum, cum ecclesia illam inter Paulinas recenseat. Si enim
Nicenum concilium de hac re definire non poterat, ita vt obligaret vniuersam
ecclesiam (vt inquis) ad id sentiẽdum, idem dicere & de cæteris quæ definiuit
cogeris. Ex quo sequitur Christianos, nullo niceni concilii decreto obstringi:
quod q̃ absurdum sit, nõ opus est verbis exaggerare, cum omnia posteriora cõ-
cilia illi innitãtur. Omnisq; orthodoxæ fidei disciplina ex illis quatuor primæ-
uis fere profecta sit. Quibus diuus Gregorius non minorem fidem adhibendũ
esse censet, q̃ euangeliis labefactatis. nanq; aut infirmatis illius concilii decre-
tis Arriana impietas prorsus reuiuisceret. Cui tu plus æquo verbis et si forte
non sensu (vt inferius explicabimus) fauere videris.

An autem Matthæus Hebraice euangelium scripserit, nihil est q; disputem. H
non enim singula persequi licet ad finem properanti. Verum cum illa sit cõ-
munis patrum sententia, diuusq; Hieronymus in his indagandis diligentissi-
mus id asseueret: tu autem nihil in contrarium afferas, nisi q; nemo sat idoneis
argumentis testetur se vidisse vllum illius vestigium, puto magis consenta-
neum esse rationi sentire cum Hieronymo, & communi opinione q̃ cum Eras-
mo. Vero enim similius si Hebraici nullum extet exemplum, Iudæorum stu-

dio & rabie apud quos scripsit, illa periisse, q̃ ipsum Matthæum quod ad Hebręos scribebat Gręco sermone scripsisse. Valdeq; absonum fuisset cum multi Iudæorum Christi fidem & euãgelium recepissent, ad eorum vsum patria lingua nullum ipsius Euangelii monumentm literis fuisse proditum.

I Sed & perq̃ male quadrat quod ais Marcum redegisse in compẽdiũ ipsum Matthęi Euãgelium: cum eo quod alibi scribis ipsum Marci Euangeliũ posse dici Petri: eo ꝙ ipso dictãte illud scripserit. Si eñ Amanuensis Petri fuit Marcus in Euangelio scribendo, sane non licuit ei propria industria Matthęũ in cõpendium redigere. Ad illa autẽ quæ ais in scripturis esse detorta, vel ab ipsorũ authoribus interpretibusue: demirarer te illa proferre nisi inconsultius de domino Iesu fere eadẽ protulisses. At primũ illud discutiamus quo ais Apostolos in scripturis recensendis nõnũq̃ potuisse memoria esse lapsos. Si eñ Apostoli sancto spiritu afflati scripturas exararunt, nihilq; ex sensu proprio illis interseruerũt, sed tãtũmodo quę spiritus suggerebat scripserũt, ore ac manu illi ministrãtes, quomodo potuerũt in illis recẽsendis memoria labi: nisi dicas ipm spiritũ lapsum fuisse: quo q d absurdius dici excogitarive possit, tu ipse videris.

K Q̃ pręterea incõsulta praua & erronea sint illa verba: Apostolum Paulum multa torquere vel in Iudęorum pertinaciã vel in fauorẽ Euangeliũ, ipsiq; hoc peculiare esse & nõnũq̃ aliud sentire q̃ eloquatur, tẽpori & causę seruire, lubricum esse in disputando, pia vafricie vti, dissimulare, & alia huiuscemodi: quę q̃ male sonẽt q̃ piorũ mentes offendant, aliis verbis explicare non opus est, cum ipsa verba plus nimio sese explicẽt. Si eñ hęc oĩa agit Paulus, fatearis oportet cum ipse ex diuini spiritus bucca, cuius tãtũmodo pręco est, illa eloquatur, diuinũ spiritũ vafrũ, lubricũ, mendacẽ, tortorem scripturarum, dissimulatorẽq; esse: quod tamen vel dũtaxat cogitare blasphemũ est. Cum igitur tãtũ ab his diuinus spiritus abhorrear, nec Paulo illius oracula propalanti vllo pacto tribuẽda sunt: num enim egebat diuina sapiẽtia ad Euangeliũ promulgandum istiusmodi technis, calliditate, humanave vafritie? Num ipsi quicq̃ torquendũ erat lubriciterq; agendũ, vt suũ perageret negociũ? Num adminiculis astu repertis & ope artis ad fallendũ inuẽtę illã oportebat muniri? Insinuauit quidẽ & expressit diuina sapientia ex arcanis suis profundissimis, quæ a mortalibus cognosci statuit. admirando incõprehensibiliq; consilio abyssi suę maiestatis, simplicibus verbis, sincera oratione, nihil falsi, nihil fucati, nihil simulati aut ficti continente. Aperta quidẽ & nitida cute, grauida tamen sensibus, fœcunda mysteriis, profunda spiritu, nihil tortũ, nihil vafrũ, nihil obliquũ aut lubricum, sed recta omnia synceraq; habẽte. Et si enim multa insunt alte abstrusa, tantũmodo ab eodẽ spiritu explicãda qui primo illa insinuauit, nullũ tamen in scripturis mendaciũ, nulla vafrities, nulla fraus, nihilq; ad fallẽdũ inductũ. Q̃uis eñ quodã loco totũ id non exprimitur quod sentit, vel quia res de qua agitur id nõ poscat, vel ꝙ locus ratione id suadente non patiatur: non tamen vlla id vafricie fit, sed prudentia. Tu autẽ ad imminuẽdam verborũ quibus licentius vteris prauitatẽ, aliquod epitheton aut verbulũ illis adiũgis, magis pugnãs q̃ accõmodatũ, vt cũ vafriciam piam dicis: quod ita cõuenit ac si diceres asperitatẽ lenẽ, saxa mollia, tẽpestatẽ serenã, & similia. Et si authorẽ proferas Poetam

qui non accipiat illam in malam partē periodc ac si liceat te in soluta oratione
vti aduersus communem authorum vsum, quod poetis pangendi carminis li-
centia permittitur. Erroneum est ergo dicere apostolum pia vafritie vti aut tor
quere quicq̄, cū torquere sit in diuersam partem trahere ab eo ad quod institu-
tum est: quod nihil aliud est, q̄ illo mendaciter vti. Qui enim torquet verba
mendax est in verbis, vti qui diuersum sentit ab eo q̄ eloquitur. quis em̄ alia
sentire possit præter ea quæ profert citra mendacium cum quispiam loquitur.
(Non enim omnia quæ sentit tenetur exprimere) ac etiā diuersa cū vtatur cō
cessis ab aduersario contra quem decertat: semper tamen mendax est cū quicq̄
docet contrarium ab eo quod sentit. Tu autem non obhorres mendacem face-
re apostolum cum dicas eum aliud sentire q̄ eloquatur. Rem enim non immu-
tas, licet verba commutans rem ipsam deliuire videaris.

Falsum quoq; est & illud apostolū vafritie vsum fuisse apud Athenienses di- L
centem se inuenisse arā prætereundo simulacra eorum, in qua scriptum erat
Ignoto deo &c. Et si is fuisset titulus quē tu recitas Asiæ & Aphricę diis igno
tis. Si enim ignoti erant nullum eorū simulacrū in ara extare poterat. Vere igi
tur dixit Paulus de illa ara q̄ eius titulus fuerat ignoto deo. Simulacri enim
absentia proprium illius aræ titulum indicabat, q̄ videlicet ignoto deo esset di
cata, proinde & simulacro careret. Et si titulus exprimebatur literis pluralitatē
deorum significantibus, eo q̄ communi sensu deorum turbam semper auspica-
rētur. Cum autem nec præscriptum numerū nec nomina contineret, manifestū
est ipsum titulū indicare voluisse aram illā numini incognito esse dicatā, siue id
vnū esset, siue plura. Preterea licet demus pluralitatē deorū tātūmodo expres-
sisse, ob id tamē Paulus nullo astu, nullaq; arte vsus fuisset dicēs, Ignoto deo. q
em̄ plures dicit deos nō negat & vnū deū. Hūc igitur pręcipuū deū inquit Pau
lus quē vos ignorātes colitis, qui fecit mūdū & omnia q̄ in eo sunt &c. annūcio
vobis. Explicat em̄ de quo ignoto deo loquatur, cui & illa ara dicata erat, licet
vt ipsi putabāt cōmunis & multis aliis, vti & nūc quoq; dicūtur multę arę dica
tæ pluribus diuis. Nemo tamē mētiet vel subdole aget, si affirmauerit aliquē
ex his vni eorū esse dicatā. Magna igitur prudētia cōmode & veraciter vsus est
Paulus verba illa pferēs ad argumētū euāgelii: nulla aūt vafritia aut violētia.

Sed & quāto magis impiū est quod de ipso diuino verbo de Iesu Christo ve- M
ritatis authore quinimo de ipsa increata veritate ptul sti inquiēs, Christū passū
esse discipulos suos ad tēpus errare vt crederēt ipsum sic ignorare diē iudicii,
quēadmodū ignorāt hoīes. Cū illis interrogātibus de ipso respōdit, nec ange-
los nec filiū scire ipsum diē. Si em̄ hæc tua sententia vera esset mētitus fuisset do
minus Iesus & de industria fefellisset ipsos discipulos. Qui em̄ falsum profert
sciens id falsum esse, & satagit illud probari & pro vero recipi ab his cū qui-
bus agit, is proculdubio & mētitur & illis imponit. Quare nihil absurdius au-
diri potest q̄ æternā veritatē mentiri, & de industria fefellisse quos docebat.
Exploratissimū autē ipsi filio diem iudicii esse perspectū est, quēadmodū & pa-
tri, cum ipse patris sit sapientia. Si igitur negasset se id scire Christus petens ea
negatione vt apostoli crederent ipsum sic ignorare diem quemadmodū igno-
rant homines, illos proculdubio fefellisset. Non ergo is eorum verborū sensus

sed alius quē sancti patres ostēderūt ea verba interpretātes, videlicet ipm filiū inquātū hominē ex sese illū ignorare, quēadmodū faciūt. Quāobrē nec conuenisse illos petere, vt eū noscerent: arrogantiāq; curiosę ipsorū inqsitionis ea responsione castigasse, quasi diceret, Si angeli vobis perfectiores, si ipse dei fili9 vt homo hoc ignorat, quę quantaq; est vestra temeritas velle diem illū scire? vel aliter, cū dies ille non sit notus angelis nec ipsi dei filio vti arcanorū diuinę sapientiæ promulgatori, quomodo audetis vos de illo interrogare? his estote cōtēti quę mea vobis liberalitate reseraui, quorū vos participes feci: hoc ex illis mysteriis est quę sibi reseruauit pater quę ardentiora sunt q̃ vt vos deceat illa cognoscere. hocq; sensu & eos solatus est & monuit ne magis curiosi essent q̃ eorū cōditioni cōueniret. Quomodo enī negasset se illū diē scire vt putarent se ignorare diē iudicii, quēadmodū ignorant homines quę illis insinuauerat, expresserat, declarauerat se verū esse filium dei viui: vt pdixerat, Ego in patre & pater in me est. Et, Ego & pater vnū sum9. &, Qui videt me videt & patrē meū. Et, Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et, Nemo nouit patrē nisi filius, neq; filium nisi pater, & cui voluerit filius reuelare. Pręterea cui Apostoli dixerant, Nouimus quoniam scis omnia, & nō opus est tibi vt quis te intertoget: in hoc credimus qp a deo existi. Nam ex his apertissime sequitur quęcunq; patri nota fuissent pariter & filio esse nota: neq; quicq̃ posse latere filiū quod patri esset apertū. Rectus igitur sensus sanctorū doctorū & cęteris scripturis cōsentaneus non repugnans vti tuus. Verba enim pręfers quibus mirū in modū piæ aures offenduntur: quæ neutiq̃ audire possunt Apostolos aut Christum dominū vti vafritie, fallere, imponere: quādoquidem hęc omnia, circulatorū & pręstigiatorū sunt, a quibus prorsus abhorruerunt viri apostolici ipsaq; diuina veritas & filius abhorret qui de seipso testatus est se esse viam, veritatem & vitā. Attamen inter ea ais, Christus aliquoties fallit suos ad tēpus allegoriarū ænigmatibus, Et haud scio quo consilio visum est æternæ sapiētię adumbratis simulacris insinuare piis mētibus, & profanis, vt ita dicā, imponete. Nec illud (vt ita dicā) quod adiecisti ad vitandam verbi inuidiā imminuit ipsius sensus & verbi atrocitatē: Cū prorsus hoc absit a diuina sapientia, nihilq; magis aspernetur q̃ vlla ratione similitudineve quęq̃ decipere. Licet enim allegoriarum tropis parabolisq; & ænigmatibus multa agat plurima exprimat, tū quia natura earū rerū de quibus agitur ita poscebat, tum quia decebat eos cum quibus agebat ita edoceri: nō tamen id genus orationis doctrinęve natura sua ad fallendum vel imponendum institutū est: sed ad docēdos mortales cōmodissimū. Præsertim cum de ipsis rebus agitur quarū eos minus capaces esse constat. Neuave aut his maiora sunt quibus assueuerūt vel potius indigni sunt vt eis mysteria apertius panderētur: manuducit enī humana mens illis exemplaribus simulacrisq; sibi notioribus ad euectiora quoquo modo agnoscenda. Gliscitq; & gaudet animus, cū ex his quę sibi familaria sunt & perspecta deducitur ad perfectiorū cognitionem. Quo fit vt quæ sic percepta sunt, magis ipsi insideāt hęreantq;.

N His de causis (pręter eam quæ summa est, quia scilicet sic visum in arcanis diuinę sapientiæ consiliis) arbitrari possumus plurima diuinorum mysteriorū esse in scripturis prodita metaphoris allegoriis & parabolis. Crassa enī nimis

& inepta ex se est humana mẽs non solum ad supercælestia & diuina capienda, verũ etiam ad lõge inferiora vt quæ naturæ sunt aut ad ipsius hominis mores pertinent exacte cognoscenda: ita vt erudienda pluribus egeat pędagogis illã ex his quę faciliora sunt & notiora, quibusq; humanus sensus aliquomodo oblectatur, quasi superadditis ad volandum aliis ab imis ad altiora euehatur. Hinc a cordatis iuris vetustissimis innenti sunt apologi, fabulæ, & cætera id genus ipsiusq; poesis bona pars. Quibus adminiculis humanus animus rudis laborisq; respuens se erudiri pateretur & aliquali voluptate allectus disciplinam susciperet. Quod cum ita sit quanto magis oportebat ad diuinam doctrinam capessendam, quæ tanto humana sublimior est quanto mens præstat corporeo sensui, quantoq; ipsa diuina humanis, illum pręparari, illius multa imaginibus quibusdam & parabolis insinuari atq; tradi: præsertim ne sancta ab impiis dilucidius prodita, vti proiectæ margaritæ ante porcos conculcarentur, prophanataq; & conspurcata a canibus discerperẽtur: a piis autem nondum bene pręparatis per gratiamq; & donum spiritus redditis idoneis nõ nisi labore & industria, quasi per transcennam conspicientibus tñ aliquo modo attingerẽtur: qua difficultate tanto magis agnoscerẽt rei maiestatẽ & propriã imbecillitatẽ: & se citra lumen diuinæ gratiæ ea capessere nõ valere. Impii autẽ ob prauitatẽ suã sic affecti essent vt videntes non viderẽt & audiẽtes non intelligerẽt. Illaq; traditione conuenit nos esse contentos nec vltra limites nostræ sortis, licet esse curiosos. Sat eñ est de diuinis æternisq; rebus nos agnoscere que dñs beneficẽtia sua voluit nobis reuelare. Eorũq; cognitionis reddi participes, ea methodo, eo dicẽdi genere quo placuit diuinæ maiestati illa nobis ꝓdere. Quę reuerẽtissime & tremẽter vti diuina oracula a nobis excipienda & tractãda sunt, nõ libra humani sensus pẽsanda, sed fidei & spiritus, prout sancti patres illa tractarũt & interpretati sunt: qui cũ Moise steterunt supra petrã, transeunteq; gloria domini ab ipso domino in foramine petræ positi & protecti dextera eius: & tamen eleuata manu domini tantum posteriora illius eis videre datum est: faciem autem domini nec ipse Moises nec sanctorum aliquis videre potuit.

Et si enim humanæ mentis portio (vt contendũt philosophi) quę potẽtia passibilis dicitur, etiã diuina intelligere queat, portione altera q̃ agẽs dicitur operãte cui tribuũt omnia intelligibilia facere posse actu intellecta fatẽtur, tamen ad ea intelligẽda se habere vti oculi nycticoracis ad lumẽ solis intuẽdũ, exileq; ac imbecillem esse omnẽ illius in diuinis rebus cognitionẽ, anteaquã intellectus fuerit perfectus cõiũctusq; agẽti per intimã & perfectã vnionẽ: quẽ quidẽ intellectũ adaptũ copulatiue nominãt. Quod quidã mysteriũ nõ plene intelligentes, sed tñ specie tenus quasi somniãtes, veritatem attigerũt: quã veluti balbutientes quouismodo expresserunt. Quod quidem reipsa nil aliud erat dicere q̃ ad illam increatam lucem ac lumen illius naturæ intellectualis quæ ab illa primum proficiscitur cognoscendam humanam mentem accedere non posse: nisi per gratiam illam illustrantem ei luci intime copulata fuerit. Ille enim vere est intellectus agens quo volente noster intellectus cognitionis diuinarum rerum redditur particeps: non is quem portionem mentis nostræ multi ex philosophis existimarunt, quem non inficiamur veram esse animi portionem ac po-

tiorem, cuius vt & facultate ea quę natura nobis cognita esse possunt, agnoscimus: sed negamus absolutum verũq; esse agentẽ. Cũ diuinã illius potestatem capessere non valeamus : sed illud ipsum esse a quo ipsa mens euecta absorbetur, & in illo beatissime cõquiescit. Tã enĩ ingens, tã immensum, tã sublime est fulgur glorię domini, vt a nulla creata mẽte, arrectis oculis intueri possit. Fumabat enĩ totus mons Sinay descẽdẽte domino deo sup eũ in igne, ascẽdebatq; fumus ex eo quasi de fornace, exaudiebãtur ingẽtia tonitrua, micabãt fulgura, & nubes densissima operiebat montem : eratq; omnis montis facies terribilis. Vocauitq; dominus Moysen in cacumen montis & pręcepit, vt descẽderet & cõtestaretur populũ ne forte transcẽdere velint terminos ad videndũ dominũ & pereant. Descenditq; Moyses ad populũ & deinde regressus est ad montem cum solo Aaron summo sacerdote. Populus autẽ cũ sacerdotibus nõ prætergressi sunt terminos circa montẽ: territusq; est populus audiẽs voces ac sonitũ buccinę & lampades vidẽs. Pauoreq; concussi steterũt procul petẽtes a Moyse vt ipse loqueretur eis, & abnuentes dominũ secũ loqui, cũ vocem illius perferre non valerent. Hęc in Exodo. Quibus edocemur q̃ humili spiritu, q̃ submissa mentis ceruice: q̃ verecũde, quãtoq; cũ tremore mysteria supcęlestia diuinosq; sermones haurire & tractare debeam⁹. Perinde enĩ ac si brutũ animal vltra sortis suę limites, pręter suę naturę conditionẽ vellet cognitionis humanę mentis fieri particeps in genere suo insaniret, & baculo esset plectendum: ita humana mens castigãda si genuini luminis tãto plus admitteret, quãto magis increatã lucem vi propria intueri cõtenderet: quod quo magis conatur, eo magis retũditur plusq; hebetescit, tantoq; minus quod petit assequitur, & tãdẽ obstinate pergens atteritur, prorsusq; absumitur. Et de his hactenus.

DE MYSTERIO TRINITATIS ET DOGMATE ARRII, QVOD DEFENDERE IN QVIBVSDAM VIDETVR ERASMVS.

LIB. XII.

P Ar est autẽ vt etiã videamus quæ ad Arrianum dogma defendendum aduersus nostrorũ sententiã exarasti. Cui ita fauere videris vt a noningẽtis annis ex quo Arrius damnatus est similẽ patronum habuisse non videatur. Inquis enĩ in scholiis Tomi tertii super Hieronymum, Arrianorũ error factio schismaq; verius erat q̃ hæresis: q; aduersarii nostris numero fere pares erãt, eloquentia doctrinaq; superiores. Quibus verbis primum oblitus esse videris eorũ quæ alio loco scripsisti, Videlicet, orthodoxos doctores vetustos fere omnes præter paucos fuisse eloquentissimos : contra hęreticos fuisse rudes & inelegantes. Nunc autem ais eos eloquentia doctrinaq; nostris fuisse superiores numeroq; fere pares: ex quo colligis factionẽ poti⁹ fuisse q̃ hęresim. Quasi hęresis potius numero constet paucorum aut multorũ ita sentiẽtium, q̃ pertinaci errorũ sententia. fieriq; non possit vt cũ hęresi sit factio & cũ factione

hæresis : vt cum ex pertinaci multorum errore res deuenit ad tumultum, vt iam anteactis annis contigit in Bohemia tumultuantibus hussitanis, tum aduersus catholicos tum ipsis inter se dissidentibus: quod sectarũ omniũ propriũ est. Et ne longe exempla petamus, etiam nũc in Germania contigit Lutheranorũ tumultibus. Quod si factionem non hæresim esse statuis, oportebit & te negare Lutheranũ errorem hæresim esse, sed factionem dicere : quo vitatur verbi hæreseos inuidia. Quamobrem forte cẽsuisti Arrianam impietatem factionem potius esse appellandam q̃ heresim. Sed falsissimum est illam ita inualuisse vt numero plures siue pares fere occuparit his qui in vera pietate perstitere. Et si enĩ complures Orientis regiones peruagata fuerit, non tamen occiduam plagã regionesq; illi superiacentes ita peruasit. Quinimmo & ipsius Orientis accolæ q̃ plurimi ab eius labe fuere immunes. Quod perspicuum est ex Nicena synodo in qua sexcẽti patres congregati fuere, fere omnes ciuitatum Orientis episcopi: qua Arrianum dogma damnatum est. Rursus autem eodem volumine, sed alio loco ita inquis.

Contra malum dogmatis Arrii in Originistis renatum certatum est acriter synodis & decretis & symbolis sexcẽtis, haudquaq̃ aptissimis meo iudicio presidiis ad hæresim opprimendam, nisi res ab authoritate pendeat. Alioqui quo plus est dogmatum, eo vberior hæreseon materia. Et nunq̃ fuit syncerior castiorq; christiana fides q̃ cũ breuissimo illo symbolo cõtẽtus esset orbis. Et rursus ibidem inquis super hoc Hieronymi verbo, verũ deũ hoc est a nullo creatum, quũ filius sit creatus a patre iuxta Arrianos, & spiritus sanctus creatus a creato filio. Tãetsi non video quid hic locus proprie faciat aduersus Arrianos qui non negabant dei filiũ esse deum, immo & magnũ deum fatebantur & benedictum super omnia deum: sed arbitrabantur patrem aliquo modo peculiari dici deum quo filius & spiritus sanctus non dicebantur. Nõ hic agit Paulus quid esset Christus sed qualẽ se gereret, videlicet nobis edens exẽplũ &c. Et in Annotationibus super nouũ testamentũ in prima epistola Ioannis, ais in codice Græco non haberi illa verba, Tres sunt qui testimonium dant in cælo pater verbum & spiritus sanctus & hi tres vnum sunt, sed tm̃ tres sunt qui testificantur spiritus aqua & sanguis: quem locum refers Hieronymũ asserere deprauatum fuisse ab hæreticis in illis codicibus: cuius sententiæ ipse refragaris pluri- Q
mis verbis: citasq; Cyrillum & Bedam epistolæ interpretes qui hunc locũ prætereire. Quamobrem ais cõsentaneum esse potius fuisse addita a nostris q̃ studiose prætermissa ab hereticis, vt sentit Hieronymus. quod etiam aliis argumentis comprobare niteris. Et quod ad Hieronymi authoritatẽ attinet, ita respondes, Sed vrgemur authoritate Hieronymi, q̃q̃ ille sepenumero violẽtus est parumq; pudens, sæpe varius parumq; sibi constans : & declarare vis eo loco Hieronymum ignorasse quæ sibi vellet: & prosequens negocium, paulo post ais, An putamus Arrianos tam stupidos futuros vt non idem hoc loco interpretentur de patre & filio & spiritu sancto ? referentes non ad eandem naturã sed ad consensum testimonii vti nos referimus aquam spiritum & sanguinem, vnum sunt, id est eadem de re testantur: hoc non est confirmare fidem sed suspectam reddere si nobis huiusmodi lemmatis blandiamur. Forte præstiterit hoc

piis studiis agere vti nos iidem reddamur cum deo q̄ curiosis studiis decertare
quomodo differat a patre filius & ab vtroq; spiritus. Certe ego quod negant
Arriani non video posse doceri nisi ratiocinatione ꝓsequeris multa pro Arria-
no dogmate disserēs. Et infirmare studēs illud Euāgelii in Ioāne, Ego & pater
vnū sumus. Et in sūma aperta insinuatione declaras, licet eiusdē substantię sint
pater & filius & spirit⁹ sanctus. Ex hoc tñ colligi nō posse ꝙ sit vnū indiuiduū
detorquēsq; scripturas aduersaris sentētię Augustini, Hieronymi, Chrysosto-
mi, cęterorūq; orthodoxorum id ex scripturis colligētium.

R In præfatione quoque in Hilarium hęc ais. Qui huc audacię prorupimus
vt non vereamur filio præscribere quibus modis debuerit honorare matrem
suam. Audemus autem spiritum sanctum appellare deū, quod veteres ausi non
sunt. Prolixaq; oratione pro Arrianis stas aduersus sententiam & volumen il-
lius authoris qui a te recognitus & castigatus emittebatur. Legat locum ora-
tione perpetua cuius nos sūmam retulimus quem laboris non pigebit: & pro-
pensum studium tuū in Arrianis defendēdis omni luce clarius perspiciet. Hęc
aūt tu cū multis aliis eiusdē sentētię: q̄ ptermitto, cū hęc plus nimio sufficiāt ad
attestādū qđ ꝓposuimus. At ꝑfecto vir eruditissime cōiectari nō valeo qd tibi
in mentē veniebat cū hoc scriberes. Si eñ vt defenderes dogma Arrianū eo ꝙ
verū illud putasses, lōge magis impius Luthero esses cēsendus, qnimo & sūme
blasphemus. Ipse eñ qđ mihi cōstet nūq̄ hucusq; ꝓlapsus est qđ protulerit dei
filiū, a patre esse creatū vel spiritū sanctū a creato filio: sed vnā esse essentiā di-
uinā totius triadis fatetur. Quāobrē te hoc nō ea scripsisse vix vnq̄ putarim. Si
aūt vt ostētares tātā esse ingenii tui acrimoniā vt etiā Arriū defendere valeas,
nō min⁹ temeraria & arrogās q̄ vana & periculosa est hęc ostētatio. Neq; pstas
qđ conaris, sed te in hmōi anfractus & labyrinthos ꝓtrudit philosophię & di-
sciplinarū seuerioꝝ cōtēptus. In qbus si æque versat⁹ esses vt in leuiorib⁹ fuisti,
& Aristotelē cōtēplari pernix ingeniū tuū nō refugisset nō ignorares necessa-
rio colligi filiū in diuinis nō esse creatū, si verū deum illū esse fateamur: & vnū
indiuiduū esse, si eiusdē sit substātię cū patre & spiritu sancto. Qđ eñ verus de⁹
est, natura essentiaq; deus est vt verus homo natura homo: sicut & verū aurum
essentia est aurū nō similitudine aut colore tñ. Non eñ filius verus deus nūcu-
paretur si tñ deus diceret eo pacto quo dicunt dii multi & domini multi: Sed
scriptura verū deū esse ꝑdicat. Igit essentia est deus. Non ergo creatus non fa-
ctus: nihil eñ seipsum facit aut creat, nec ab alio creatus esse potest qui natura
est deus. Quomodo enim substāntia deus si illa ab alio penderet, imo ille potius
deus esset a quo ipse pēderet. Si igitur verus deus non creatus, sed eiusdem na-
turæ cum patre, si eiusdem naturæ: igitur idem indiuiduum, q̄uis non eadem
persona, quæ tātū hypostasim superaddit: eo ꝙ diuina natura cū simplicissima
sit, pluribus indiuiduis communis esse non valeat. Et ita vnita sit ꝙ in plura

S indiuidua distributa esse non possit. Exinde sequit, verus deus est, ergo vnus
est: ipsum enim quod est & proprie vere est quod est, vnum tantum est: cætera
autē quę tātum eius participatione sunt quod sunt, nihil prohibet plura esse
cum ab ipso quod vnum est fluant, non ꝙ pars essentiæ illius sint. tum quia
illud partibus careat, tum quia ipsius naturæ immensitas partiri nequeat.

Verus igitur Deus ita vnus est q repugnat plures esse. Sicuti enim quod est natura id quod est repugnaret esse, id quod est participatione: ita quod natura vnũ est repugnat esse plurificatum. Quam naturam declarare volens nobis diuina scriptura qualis esset & q̃ singularis ait: Et si dixerint mihi quod est nomen eius quid dicam eis? Et respondit dominus. Ego sum qui sum: sicq dices ad eos. Qui est misit me ad vos. Preterea. Audi Israel dominus Deus tuus Deus vnus est. Et alibi. Ego sum principium & finis. Nec ab hac sententia discrepant philosophi a scripturis: sed scripturæ ipsæ aliquid vlterius expresserunt, ad quod lumen naturale attingere non valebat, videlicet ipsum summum Deum natura vnum indiuiduum, trinum esse in personis hypostasibus, quibus pater a filio distingui tur & spiritussanctus ab vtroq, manente tamen vnitate & simplicitate vnius Dei: quod de filii natura æternaq illa productione cum naturæ communicatione expressius protulit tonitrui filius cum illa verba intonuit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quibus verbis expresse conuincitur vt & optime colligit Augustinus, filium ipsum qui verbi nomine expressus est a Ioanne, non esse creatum. Si enim omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum est nihil quod factum est: certe ipse factus esse nõ potest. Non enĩ oia per ipsum facta essent si ipse factus esset: tũ nihil se ipsum efficiat. Si igitur Arriani non negabant (vt ais) Dei filium esse Deum immo & magnum Deum fatebantur, & benedictum, super omnia Deũ, quomodo arbitrari poterant filium esse creatum a patre & spiritum sanctum a creato filio? Si Dei nomine intelligebant illam primam naturam, illud primæuum creatarum rerum principium, quod est per essentiam id quod est: cum illud nec factum nec creatum esse possit, sed per ipsum facta sint omnia quæ facta sunt: aut igitur proprias voces ignorabant aut astu & vafricie ad vitandam inuidiam si negassent Dei filium esse quod omnes Christiani compertum habebant ex doctrina apostolica Dei nomine abutebantur fatentes ipsum esse Deum & magnum Deum & benedictum super omnia Deum. Re autem negabant esse Deum cum creatum profiterentur. Sed & quomodo benedictum super omnia Deum si creatum? Non enim magis benedictum ipso creatore qui ipsum creauit. At intelligebant diceres super omnia creata, sed nec hoc constare potest cum non sit magis benedictus se ipso. Ipse autem creatus sit iuxta illorum sententiam, sed super cætera creata dicis intelligendum. At hoc nil aliud est dicere quàm ipsum esse primæuam creaturã: ex quo sequitur non esse verum Deum, nec magnum Deum, nec benedictum super omnia Deum: nec dici posse patrem aliquo modo peculiari Deum, quo filius aut spiritus sanctus non diceretur, vt inquis Arrianos arbitratos fuisse: si filius & spiritussanctus vere esset Deus & magnus Deus. Non enim quia gignit spiratve est aliquo modo peculiari Deus: sed tantummodo quia gignit pater est. Et quia spiritum producit vna cum filio spirator est. Deus autem est suæ essentiæ diuinitate: quæ ex æquo communis est ipsis tribus. At si creatam vtramq personam profiteantur vt ipsi sentiebant, recte colligitur non solum patrem aliquo modo peculiari dici Deum, sed solum ipsum recte debere dici Deum, verumq esse Deum. Si au-

tem filium & spiritum sanctum verum esse Deum fateamur & a nullo esse creatum fateri oportet, vti Diuus Hieronymus optime collegit ex ipso Apostoli verbo non detorto vt inquis. Præterea videre non valeo qua ratione & ab ipso dissentias asserente in Epistola Ioannis locum fuisse deprauatum, & studiose omissa illa verba ab hæreticis, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater filius & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt: quæ verba testaris in codice Græco non esse, sed tm̃ inquis, tres sunt qui testificantur spiritus aqua & sanguis. Nec cur tibi probabilius videatur quæ Hieronymus ait dempta fuisse & edita a nostris q̃ studiose prætermissa ab hæreticis: quod tanta pertinacia suadere niteris vt non verearis ad authoritatem Hieronymi verbis imminuendam petulātissime eum insectari: non erubescens dicere illum sæpenumero violentum esse parumq; pudentem: sæpe varium parumq; sibi constantem. Tu inquam hæc de diuo Hieronymo profers eruditissimo atque sanctissimo, cui nec dignus esses vel matulam præbere vel soluere corrigiam calceamenti. Nam quę de te ipso verissime dici possunt illi impingis: quem & ais hoc in loco ignorasse quid sibi vellet. Imo hoc potissimum loco nouit quid sibi vellet & expressit. Sed tu Arriani dogmatis patronus videns hunc locum expressius illud dogma iugulare, Et hi tres vnum sunt, vis superadditum esse a nostris potius q̃ prætermissum studiose a fautoribus Arriani dogmatis in ipsis codicibus Gręcis: quorum forte obtigit Cirillum aut Bedam aliquod exemplar habuissetsi locum illum interpretari omiserunt. quem tamen Hieronymus cæteriq; eximii doctores interpretati sunt, & ecclesia illis codicibus vtitur in quibus ea verba conspiciuntur, quæ & cōsentiunt posterioribus, & ad amissum inter se quadrant. Vti enim tres sunt qui testimonium dant in cælo videlicet, Pater verbum & spiritus sanctus, & tamen hi tres vnum sunt: ita tres sunt qui testimoniū dant in terra spiritus aqua & sanguis, & hi tres vnū testificantur: q̃uis non sint vnū adinuicē, vti sunt illa quæ testantur in cælo. Ita vt sit similitudo quo ad vnitatem testimonii: non autem quo ad identitatem naturæ vt tu inquis, Arrianos non tam stupidos futuros quin hoc retulissent tātum ad consensum testimonii, non ad eandem naturam. At hoc licet concedatur nihil tamen derogat veritati dogmatis nostri quod expresse verba illa confirmant. Et si enim sufficiat ad veritatem testimonii consensus testantium qui similis sit in terra ei qui est in cælo. Non tamen hoc tollit quin scriptura exprimens consensum testimonii cęlestis declaret qualis sit ille & q̃ differat ab eo qui est in terra. Cum in cælesti illo non tantummodo tres sint qui idem testentur, sed ita illud vnum testantur q etiam inter se vnum sint: quod cum dicit vnum sunt manifeste declarat vnum esse natura & essentia. Sic enim loquimur, & assuetus enunciandi modus, quoniam aliqua esse eadem est substantia & natura cum dicimus illa esse vnum aut idem. Neutraliter aut substantiue accipiendo ipsum vnum vel idem nullo alio verbo adiecto distrahente aliquo pacto vnitatem aut identitatem in qua conueniunt illa quæ idem aut vnum esse dicuntur: vt si dicamus Erasmus & Albertus vnum sunt: intelligimus natura qua conueniūt. Nec enim congrue diceremus Bucephalum & Alexandrum vnum esse, cum essentia equi ab ea quæ est hominis dissentiat. At non incongrue diceremus Bucephalus & Alexander vnum erant albedine si ambo albi fuissent, vel vna est albedo ni-

uis & farinę:non tamen recte vnum sunt nix & farina. Cum igitur dicat scriptura, Pater:verbũ,& spiritus sanctus:& hi tres vnũ sunt:Indicatur vnũ esse natura: etsi natura,& indiuiduo vt superius deduximus. Si enĩ tãtũ ad cõsensum testimonij id referendum esset, scriptura nõ protulisset, Et hi tres vnum sunt:sed hi tres vnũ & idẽ testantur, vel hi tres vnũ & idẽ sunt testimonio. Nisi enĩ sic certis regulis proloquamur ex vsu loquentiũ vt plurimũ assumptis nihil verbo aut scripto prodi posset, cuius certus sensus haberetur. Detorqueri enĩ possent omnia & referri ad alia extraria vt ad accidẽs vel ad subiectũ. Et sic audiẽtẽ semp fallere. Violẽtia enim quadã fere omnia verba detorqueri possunt & sic nihil certi ex scripturę verbis accipi, vt Arriani faciebãt in illo Ioannis, Ego & pater vnũ sumus id est cõsensu volũtatis. Quę verba Ioannis cũ multis alijs eiusdẽ substantię(q̃ expressius in ipsius euãgelio recitant̃ q̃ a cęteris euãgelistis)homusion cõtẽtibus argumẽto esse possunt & in epistola etiã illa scripsisse. Nõ autẽ a nostris fuisse supaddita, vtpote cõsentiẽte epistola cũ euãgelio,& repetẽte id qđ p̃ cęteris petebat, & cuius causa potissimũ euãgeliũ scripserat, vt videlicet filij dei diuinitatẽ astrueret aduersꝰ Cerinthi & Ebionitarũ dogma:ita & dicẽdũ de alijs scripturę locis ad eos cõuincẽdos aptissimis nisi ad certã regulã illa accipiamꝰ.

Quid enim expressius & clarioribus verbis in scriptura proditũ est q̃ illa sacratissima verba quibus diuinum eucharistię sacramentũ cõficitur, videlicet hoc est corpus meum. Ea tamen infœlix Oecolampadius pro libidine interpretatus est, figurate esse intelligẽda, videlicet hoc signat corpus meum siue hic est typus vel figura corporis mei. Qr si hoc modo scripturas interpretari liceat periclitetur omnis eius doctrina & authoritas. Cuilibet enim liberum erit interpretari illam quoquo loco vt lubebit. Sumenda igitur sunt scripturę verba secũdum certam regulam vsitati sermonis & proprij sensus verborum, nisi vbi ex circunstantia aliqua cogimur intelligere alium sensum ab eo quem primo verba referunt. Hancq́ regulam seruarunt sanctissimi & doctissimi patres prisci tum Gręci tũ Latini qui scripturas tractarunt. At inquis præstiterit hoc pijs studijs agere vt nos idem reddamur cum Deo, q̃ curiosis studijs decertare quomodo differat a patre filius aut ab vtroq́ spiritus. Certe ego quod negant Arriani non video posse doceri nisi ratiocinatione &c. Aduersus quod certatũ est acriter synodis decretis & symbolis sexcentis haudquaq̃ aptissimis meo iudicio præsidijs ad hęresim opprimendam, nisi res ab authoritate pendeat. Alioqui quo plus est dogmatum hoc vberior hęreseon materia. Et nuq̃ fuit sincerior castiorq́ Christiana fides q̃ cum breuissimo illo symbolo contentus esset orbis. Atq́ tibi respondeo ab ipsis nouissimis verbis incipiẽs contentũ fuisse orbem illo breuissimo symbolo Apostolorũ cũ oẽs Christiani idẽ sentirẽt. Illoq́ ab Apostolicis viris interpretato intelligerẽt patrẽ filiũ & spiritũ sanctũ vnũ verũ Deũ esse nõdũ obortis hęresiarchis noua dogmata p̃dicãtibus, aut antiqua ꝓprio sensu interp̃tãtibus. Ad quorũ tollẽdos errores & primũ Cherinthi & Ebionitarũ coactus fuit Ioãnes Apostolus senio cõfectus, euãgeliũ scribere, vt p̃sertim æternã filij generationẽ, quã illi negabãt, essentięq́ indiuiduã vnitatẽ in diuinis ꝑsonis exprimeret. Veritas.n.ipa paucissimis verbis cõtẽta est, breuibꝰ ꝓdit̃. At iproborũ cõtumacia & supborũ obstinatio nõ nisi plurimis verbis cõuinci põt. Quinimo & deuicta cedere neqt.

Hinc plurimis ſynodis decretiſq; & nouis amplioribuſq; ſymbolis, quibus fidei
ſubſtãtia cõtineretur agere oportuit:nihil tamẽ de nouo adiũctũ ex his q̃ ad inte
gritatẽ fidei ꝑtinẽt,ſed magis q̃ antea expreſſum & explicatũ. Tũcq; ad oppri-
mendã hereticorũ arrogãtiã & ſciolorũ temeritatẽ ſcriptura ipſa abutẽtiũ & ꝑ
libidine interpretantiũ,oportuit ꝑter ſanctorũ patrũ volumina & diſputationes
authoritatẽ eccleſię definiẽtis ſtatuẽtiſq; q̃d ſentiẽdũ ſit ſuperinducere quę qui-
dem Ieſu ſaluatoris teſtimonio a recta ſentẽtia aberrare nõ poteſt. Hinc ſyno-
dalia decreta & maximorũ pontificũ definitiones. Ratiocinatione enim difficilli-
mũ eſt ita cõuincere aduerſariũ vt obmuteſcat,aut ingenue fateatᷣ ſe eſſe conui-
ctum:tũ quia vere demõſtrationes perraro & de difficili ſtruũtur. Tum ob ad-
uerſariorũ proteruiã,qui ne conuicti videãtur etiã quod demõſtratũ eſt cauillari
ſtudẽt,& calumnioſe aliqua ex aſſumptis interpretãtes quadã verborũ lubricita
te euadere conãtur. Quãobrem & in philoſophicis cõcertationibus quẽadmodũ
in ludis olympicis victori corona non dabatur cũ in illis nõ ita in aperto ſtet vi-
ctoria quẽadmodũ cũ corpore decertatur. Quapropter nec de facili iudices ido-
nei a quibus palma tradereᷣ reperiri potuiſſent. Nec victi qui cederẽt.verbis enĩ
non cedere facillimũ ſit verboſis & propriũ cõtẽtioſis. Quãobrẽ oportuit in his
quę magis ad rẽ pertinẽt & diſſidia tollẽda,ratiocinationibus ſuperaddi autho
ritatẽ,cui refragari nõ poſſis. ſed proh dolor ſuperborũ ac hæreticorũ tanta eſt
vecordia,tãta cõtumacia,vt nõ minus authoritatẽ cõtemnant q̃ ratiocinationes:
quas,licet firmiſſimæ ſint,& neruoſiſſimę, non verentur cauillis & ſophiſticis
importunitatibus eludere. Præſtat autẽ in primis pie credere & ſentire,de diui-
nis dogmatibus:deinde illis conformiter agere. Fides enim ianua eſt per quam
X omnes ad Deum accedentes ingredi oportet:quæ niſi ſincera puraq; fuerit ſu-
peruacanea erunt omnia agendi ſtudia. Quamobrem non poſſumus idem red
di cum Deo ſtudiis noſtris quod tu ais niſi vniuerſam fidem orthodoxam ſince-
re & pure tenuerimus implicite ſaltẽ,ac in illis explicite quorũ per eccleſiaſticã
traditionẽ & Apoſtolis deriuatam vti cõmunis regulę fidei omnes Chriſtianos
capaces aliquo mõ eſſe oportet inter q̃ primũ eſt vnũ eſſe deũ trinis perſonis diſ
tinctũ: Patre videlicet filio & ſpiritu ſancto. Quod quidẽ triadis myſteriũ nobis
reuelauit ac aperuit ipſe filius:qui venit ad regnum Dei euangelizandũ: miſitq;
diſcipulos ſuos ad euangelizandũ & baptizandũ in nomine patris & filii & ſpi-
ritus ſancti. Quod quidem myſteriũ nõ expreſſum fuerat in veteri ſcriptura. Si
igitur redẽptori placuit hoc dogma aperire,quomodo verũ eſt id quod ais quo
plus eſt dogmatum hoc vberior hęreſeon materia. Hoc enim dogma ipſe Ieſus
expreſſum eſſe voluit in nouo teſtamento vti & pleraq; alia quę in antiquo expli
cata non fuerãt:quod quidẽ triadis myſteriũ vt quoquomodo caperetur,quantũ
ab homine Deo reuelãte illud attingi poteſt,in nouo teſtamẽto variis modis ex-
primitur. In primiſq; a Ioanne qui in cœna requieuit ſuper pectus domini cũ di-
xit, In principio erat verbum &c. In eiuſq; prima epiſtola ab Apoſtolo Paulo plu
ribus locis Iacobo cæteriſque ſcriptoribus ab ipſoq; ſaluatoris in euangelio.
Quod cum varie exprimatur diuerſiſq; verbis ſanctiſſimi patres inſudarunt
modum aliquem inuenire humanæ rationi conſentaneum,quo mens noſtra in-
telligere poſſit quomodo cum vnitate indiuidua diuinæ naturæ ſtare poſſit

triadis personarum distinctio. Adinueneruntq; hypostases illas siue absoluti gradus quidam sint siue relationes, quibus aliquid redditur incommunicabile & ex his rebus quas in rebus creatis adinuenerunt & humana ratione nascũtur alios pariformes, sed proprios diuinis personis quibus ille constituerentur & abinuicem separarentur: quos tamen proprios gradus non agnoscit mens humana, nec curiose agnoscere perquirit: licet ex recepta fide fateatur illas tres diuinæ triadis personas re ipsa seiungi abinuicem, natura autem & indiuiduo esse idem. Nec decertarunt sancti patres quomodo differat a patre filius aut ab vtroq; spiritus propriis illis gradibus quos dignoscere non valebant, sed per similitudinem quandam declarare studuerunt aliquomodo re differre posse pręter vnitatis discrimen: modosq; explicarunt quibus differre non possint citra eius discrimen huiusq; rei possibilitatem: in eaq; nullam esse repugnantiam declarare conati sunt, Diuus Augustinus, Ambrosius, Hilarius, Seuerinus Boetius, & cæteri patres vtriusq; linguæ. Qua quidem in re non laborassent nisi Dei filius hoc diuinum & ingens mysterium reuelasset: nisi Ioannes & cæteri Apostoli in eo explicando operam nauassent. Non igitur sanctorum patrum hoc curiosum studium: sed necessarium ad explicandum diuinum mysterium a domino proditum. Q; si tibi displicet dogmatis explicatio, & displiceat oportet ipsius dogmatis promulgatio. At dominus illud promulgauit. Q; si probas dogmatum paucitatem quantum ad ea quæ sunt credenda, magis a te probabitur antiqua lex q̃ noua. In qua plurima promulgata sunt quæ in veteri latebant. Non enim dogmatum promulgatio, diuinarumq; rerum reuelatio præbet materiam hæresibus, sed extantes illas potius tollit & extirpat, præcauetq; ne nouæ oboriantur, cum & doceat & erudiat quid sentiendum sit. Iuxta illud, Omnis doctrina diuinitus reuelata vtilis est ad instruendum, ad docendum &c. Sed humana malitia, superbiaq; & proprii sensus fiducia, hæresibus præbet materiam & occasionem. Alioqui inscitia diuinorum esset eorum notitiæ præferenda: deusq; cum homine male egisset reuelando illi sua mysteria. Tu autem optas in Supputationibus copiosiorem explanationem in scripturis. Ais enim, Si blasphemus est qui desiderat copiosiorem explanationem in scripturis: ego nusquam fere non sum blasphemus. Nunc vero repræhendis explicationem dogmatis diuinæ triadis, qua summa Arrianorum blasphemia extruditur: putasq; quo plus est dogmatum explicatum, hoc vberiorem esse hęreseon materiam: probans breuissimum illud symbolum quo pauca erant explicita.

Qua sententia quis tam cæcus mentisve expers est qui non videat te nihil aliud his verbis optare q̃ vt Arrianorum error reuiuiscat? Cui & astipulantur ea quæ in præfatione in Hilarium scripsisti inquiens inter cætera. Qui huc audaciæ protupimus vt non vereamur præscribere filio quibus modis debuerit honorare matrem suam. Audemus spiritum sanctum appellare Deum quod veteres ausi non sunt. Quos veteres mihi narras? Orthodoxos ne & probatos autores? Cira vel vnum qui senserit spiritum sanctum non appellandum Deum, audaxq; facinus esse ita illum appellare. Nullum certe proferes. At ego plurimos tibi in medium adducere possum qui ipsum sic appellarunt, & reuerentissime ab omnibus appellandum censuerunt. Sed breuitati studens omitto cum Y

Græcos tum Latinos patres qui omnes consentientibus verbis illum sic appellarunt, vt Chrysostomum, Didimum, Ambrosium, Hilarium, Augustinum, & cęteros. Quisnam vetustior? quis maior? quis sublimior adduci potest Ioanne euāgelista? is autem epistola sua prima testatus est spiritum sanctum esse Deum, cū illa verba protulit de quibus modo tractauimus: quod si tu grauissimus & omnibus veterib9 doctior ac recentiorū doctissimus, q nec vel Ioāni nec Paulo nec ipsi Christo cedas, minorem fidem præstandam esse censes eo q in codice Græco non sint, adducam tibi aliud testimonium cui nihil refragari valebis. Ait enim pientissimus redemptor noster dominus Iesus discipulis suis. Ite &c. baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, cum autem ipse pater deus esset filiusq; cui coniungit & spiritum sanctum, satis declarat & ipsum Deum esse censendum. Non enim inuocanda creatura vti potestatem habens cum inuocatione creatoris. Ita vt in ipsius nomine conferatur gratia quæ tantummodo ab ipso creatore prouenit. Dicit autem in nomine patris & filii & spiritus sancti. Illaq; coniunctio, & æque iungit illa tria. Et cum dicat in nomine id quidem potestatem significat: vt cum quis dicitur facere aliquid nomine Regis declaratur in regia potestate facere. Cum igitur dicat in nomine patris & filii & spiritus sancti, declarat potestatem communem ipsorum trium. Non enim dicit in nomine patris tm̄ interpellatis filio & spiritu sancto vt intercessoribus aut ministris, sed in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ex quo sequitur cum potestas sit communis, si pater sit Deus, & filium esse Deum & spiritum sanctū esse Deum. Præterea & idem indicant illa verba Christi, Spiritus qui a patre procedit. Non enim dixit, qui a patre creatus aut factus est, sed procedit: ita q insinuat ei communicare suam diuinitatem. Et rursus illud, Alium paracletum dabit vobis. denotat enim illud alium similitudinis relationem. Quamobrem si ipse filius Deus, & ille alius paracletus a filio Deus. Non enim dixisset alium paracletum nisi is sibi natura similis esset: sed paracletum mittet vobis, si creaturam intellexisset. Cum autem diceret alium, declarauit ipsum non se minorem. Præterea ad eius diuinitatem declarandam multa reseruata sunt Apostolis aperienda quę filius aperire noluit inquiens eos incapaces esse illorum mysteriorum ante transmissum spiritum sanctum. Præterea & animaduersio tam seuera in eos qui eludere præsumpserunt spiritum sanctum, vt in Ananiam & Sapphiram vxorem eius quibus ait Petrus. Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto & cæter. Et rursus, Quid vtique conuenit vobis tentare spiritum domini. Et cum quis in spiritum sanctum peccauerit non dimittetur ei. Apertissime declarant spiritum sanctum esse Deum. Si enim Deus non esset, sed creatura, non vtiq; tam execrabiliter peccarent qui in ipsum minus reuerentes essent. Idem quoque confirmatur per illud Iohelis quod a Petro Apostolo citatum est dum concionem haberet ad multitudinem putantem Apostolos spiritu domini repletos ebrios esse &c. Et erit in nouissimis diebus dixit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. Sed & Apostolus Paulus cum dona spiritus & fructus recenset quid aliud vult q̄ declarare cum dei tm̄ sit ea dona tribuere, & ea spiritus sancti dona dicantur, ipsum spiritum sanctum Deum esse. Ad hæc forte diceres, quis hęc satis comprobarent spiritū sanctum diuinitatis esse

participem, ob id tamen non comprobari q appellandus sit Deus. Ridiculum si enim fatemur Deum esse, quare temerariũ sit ipsum appellare eo nomine quod vere est. Sed quid ago? rem ita diffuse prosequor quasi volumẽ de diuinitate spiritus sancti comprobanda conflarem. Negocii certe magnitudo, argumenti maiestas, verborumq tuorum indignitas longius prouexit orationem meam. Inquis enim. Huc audacie prorupimus vt audeamus &c. Cum audacia in malam partem accipiatur, & oratio tua declaret te illã accipere pro temeritate reprehendentem quod audeamus spiritum sanctum appellare Deum, quod veteres longe nobis præferendi non sunt ausi: hisq verbis non accuses tm̃ sententiarum magistrum, aut neotericos doctores & vniuersam ecclesiam, sed omnes orthodoxos ipsamq synodum Nicenam & cæteras, in quibus symbolum illud conditum est. Quo expressis verbis vti fidei articulus prædicatur ipsum esse verum Deum. Cantat enim symbolum. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem: Qui ex patre filioq procedit: Qui cum patre & filio, simul adoratur & conglorificatur. qđ & Athanasius suo symbolo ab ecclesia recepto explicat his verbis. Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus: & tamen non sunt tres dii, sed vnus est Deus. Quę sentẽtia q̃uis nõ ita expressis verbis, quia nec adhuc hæretici insurrexerant, in symbolo illo breuissimo, quod tu probas continetur. cum in illo scriptũ sit. Credo in spiritum sanctum. In solũ autẽ Deũ debeamus credere & non in creaturã, & tamen inquis veteres nõ ausos fuisse ipsum nominare Deum. Atqui eisq Arrianos filiũ, & si a patre creatũ contenderẽt, tamẽ fuisse fassos illum Deũ esse & magnũ Deum. Quod si filium, cur nõ pari ratione & spiritũ sanctũ, Deũ esse fatebantur: sed forte diceres, Quia ipse non immediate a Deo patre creatus est, sed a creato filio secundum ipsos. At hęc intercapedo non videtur tollere appellationẽ Dei, cum nec ea sublata appellatio illa cõueniat his quę immediate a patre creata sunt: Nõ enim cõuenit cęlo & terrę cęterisq rebus quas primo condidit. Si igitur appellatio Dei nõ repugnat naturę creatę qui tribuunt illã filio non dissonũ erit iuxta illorũ sentẽtiam tribuere illã spiritui sancto ab ipso filio creato. Sed de his plusq̃ satis. Non enim proposuimus librũ edere de deitate diuinę triadis, sed tm̃ his respõdere quę pro Arriano dogmate tuẽdo protulisti.

DE SACERDOTVM

ET EPISCOPORVM Authoritate, & ipsorũ functionibus. Lib. XIII.

Conuenit nempe post hæc vt videamus & quædam ex A
his quę de sacerdotibus ac episcopis scripsisti. Inquis eñi in scholiis quarti tomi operũ diui Hieron. Olim soli episcopi sacerdotes vocabãtur, & iidem episcopi. Deinde cũ plures esse cœpissent princeps omniũ sacerdos & episcopus vocabatur, cęteri presbyteri. Pręterea in Tomo tertio. Nõ, inqs, putat Hieronymus episcopũ quouis sacerdote pręstantiorẽ esse, nisi q ius habet ordinandi. Hæc olim fortasse vera nunc magna ex parte commutata.

In Annotationibus autem super nouum testamentum ita inquis. Hūc locū oportet annotare diligenter episcopos qui exigunt a suis suum honorem: cum nō curent ipsi præstare suum officium. Et rursus in eisdem. Vbi receptū est vt episcopi ditionem prophanam gerant? Et alio loco. Nihil nunc gratuitum in ecclesia ne sepultura quidem: cum Augustinus Epistola sexagesima quarta nolit vendi mortualia. Et rursus. Annotandus hic locus ab his qui tantis clamoribus tanta tyrānide plusquam decimas extorquent a pauperibus laicis. nec intelligunt legem vetare ne quis obliget os boui, sed triturāti inquit. Aliud quippe est laborare ore non infrenato: aliud explere scrinia sanguine pauperum. Et alio loco. At hodie quantum est onus ferre quosdam tyrannos potius quàm episcopos: quorum vt quisq; maximus est, ita populo fere grauissimus. Et rursus. Illud annotādum quo se demittat tantus Apostolus etiam apud illos qui peccauerunt: cum nunc lōge dissimiles huic, miro supercilio nihil nisi mandata; minas, excommunicatiōnes, & anathemata, crepent. Præterea in eisdem alio loco. O supellectilem apostolicam pœnulam, quę defendat ab hymbribus & libros aliquot haud dubie sacros: Nunc quantum est caballorum, quantum bombardarum, quantum aliarum rerum quas referre non libet? Item in eisdem aduersus sacerdotes ꝙ tributa non pendant ita inquis. Ille propter eximiam charitatem pro nobis & crucem sustinuit & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa nō reddimus, & quasi filii Regis a vectigalibus immunes sumus: quod Hieronymus arrogantiæ tribuere videtur. cum hodie summa pietas habeatur pro immunitate clericorum modis omnibus digladiari. Et rursus in eisdem. In omnibus aulis episcoporum oportebat inscribi præceptum Petri: Pascite (inquit) gregem, non opprimite, nō expilate, non dominātes more Regum &c. Nunc episcoporū vulgus nihil audit ab assentatoribus doctis nisi dominia, ditiones, claues, potestates. at hinc fastus quorundā plusq̄ regius, sęuitia plusq̄ tyrānica. Et in colloquio Lanii & salsamētarii ita scribis. Demirari nō possum in plerisq; rebus prępostera mortaliū iudicia, cęlū terrę miscemus si quid periculi suspicamur, ne quid decedat ponderis sacerdotū cōstitutionibus authoritatiq;: & dormitamus, cū imminet euidēs periculū ne tātū tribuamus hoim authoritat: vt diuinę min⁹ tribuat. Debet episcopis suus honor, qs negat? pſertim si agāt quod dicūt. sed impiū est honores soli Deo debitos homini tribuere: & dū impense reueremur hominem parū reueteri Deū. Et adhuc alio loco in Annotationibus. Carensis festiuiter exposuit. Turpis lucri idest secularis, quasi sit aliud genus quęstus ecclesiasticum honestum. Sensit opinor de captandis testamentis & auertendis ad se rebus male partis. De inuolan-
A dis religionis prętextu defendendę, alienis facultatibus. De inescādis sacerdotiis, de emulgendis deliris aniculis & compilandis crassis negociatoribus &c. Hæc ex plurimis quę scripsisti recitata proposito nostro sint satis.

B Quibus sane partim in episcoporū & sacerdotū mores inueheris, partim muneri ac dignitati eorū derogas, iusq; ac immunitates oppugnas. Quantū autem ad primum attinet multa prudens recitare prętermisi, quędam quia nimis prolixa, alia quia procaciora. Plus enim sexcentis in locis sacerdotibus ac episcopis detrahis, & eorū dignitatem pessundare conaris. Mitiora tantum quædā ac magis succincta attigi, quibus breuibus respondere conabor. Primumq; dicā me nō

iuficias ire,sed vltro fateri aliquos esse tum prę̨sules,tũ sacerdotes turpissimos,
tali honore prorsus indignos,rudes, ineptos, impuros, superbos, auarissimos,
quorum deus venter est aut marsupium,quod nec mirandum in tanta sacer do
tum multitudine.In magna enim domo iuxta Apostolum non solum sunt vasa
aurea & argentea,sed & lignea & fictilia.Et quędam quidem in honorem,quę-
dam autem in contemptum,nec difficilior adhuc forte longe plures esse huius
modi,q̃ ipsorum numerus ferre posse videatur, id autem ingemiscendum, nec
huius generis sacerdotes defendere est propositi mei,quos ab illis corrigi cupe
rem,quorum muneri id incumbit,sed tantummodo eorum gradum functionẽ
ordinisq; dignitatem & iura tueri conabor.Quãtum autem ad prauos spectat
probare,non possum tuam in eis taxandis arrogantiam,tantumq; illius veren
di ordinis contemptum,de quo beatus pater Hieronymus tam reuerenter lo-
quitur.Inquit enim ad Rusticum,Sancti sunt clerici & omnium vita laudabi-
lis.Et rursus,Non est humilitatis meæ neq; mensuræ iudicare de clericis & de
ministris ecclesiarum,aut sinistrum quippiam dicere.Preterea ad Heliodorum,
Sed de hoc gradu pulsus prouocabis ad clericos.An de his aliquid audeant di
cere?Absit vt de his quicq̃ sinistrum loquar,qui Apostolico gradui succeden-
tes Christi corpus ore sacro conficiunt,per quos & nos Christiani sumus. Qui
claues regni cælorum habentes,quodammodo ante iudicii diem iudicant.Qui
sponsam domini sobria castitate conseruant.Et rursus,Clerici pascunt oues,cæ
teri pascuntur ab illis.Laico ante presbyterum sedere nõ licet.Illi si peccauero,
licet tradere me Sathanæ,in interitum carnis,vt spiritus saluus sit,&c.

Diuus quoq; Paulus ad Timotheum scribens,inquit,Seniorem te ne incre- C
paueris,sed obsecra,vt patrem,&c.Maiori autem reuerentia, digni presbyteri,
senibus laicis,q̃uis & nomẽ ipsum presbyteri interpretatur senior.Et rursus ad
eundem,Argue,obsecra,increpa,in omni patientia & doctrina. Item ad Timo-
theum,Aduersus presbyterum accusationem cito ne receperis,&c. Tu autem
in ipsos sacerdotes ignita tela iacularis,illos diffamas,illis detrahis,nulla ordi-
nis dignitatisve habita ratione.Si aũt diceres,nulli detraho,neminem nomino.
Respondeo te longe magis ipsis officere ac detrahere in commune loquendo,
q̃ si vnum vel alterum nominatim carperes.Ita enim agẽs vniuersum ordinem
insectaris.Præsertim cũ ita scribas,vt indices,etsi non omnes,at certe plurimos
esse huiusmodi.Tantoq; magis noces,quanto maiori quadam specie pietatis il
la profers.Magnus autem Constantinus Cæsar præsentatis ei libellis, quibus
sacerdotes accusabantur,eos ne legere quidẽ voluit,sed comburendos igni tra-
didit.Tu autem non coram vno populo concionaris sacerdotes acerrime accu
sans,sed pluribus voluminum milibus apud vniuersum orbem illos diffamas
criminarisq;.hoc quidem non est pie monere sed lacerare, discerpere, cõfodere.
An ignorabas nihil tam facile esse,q̃ plebeculam indoctumq; populum conci
one,linguęq; volubilitate ad seditionem commouere ac decipere?quæ quo mi-
nus quid intelligit plus miratur.Nonne sciebas q̃ genus hominum maledicen
tia oblectatur, subditusq; populus gaudeat cũ suis principibus,pręsulibus ac
magistratibus derogatur?Noras quidem hæc omnia,sed nõ animaduertisti cũ
illa scribebas.Quid autem tum ex his,tum ex similibus maledictis subsecutũ

fuerit, abiecta reuerentia quæ præpositis habebatur, ipsa re iam plus nimio experti sumus. Hoc non fuit seruare præceptum Pauli, qui nec ab Episcopo vult subiectum increpari, sed tantum permittit obsecrari, vt parentem, modo ætate prouectior sit. Non fuit imitari diuum Hieronymum, qui non permittit vel tantum aliquid suspicari de clericis. Non est obsecrare aut increpare in omni patientia & doctrina, vt vult Paulus fieri erga subditos. Dicit & scriptura, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit. Tu autem contumeliosissime canino more artificiosa oratione ira vniuersum clerum, presbyteros Episcoposq; obiurgas & incessis, vt dici possit de te illud, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Illa enim quæ obiicis æque asseris, atque si oculis omnia conspexisses, quorum tamen plurima solo certe relatu accepisti. Monet autem Paulus aduersus presbyterum accusationem non esse de facili recipiendam. Quidam vero sunt qui cum cæteris detrahunt, & alios lacerent seipsos commendare videntur, viderique volunt cæteris maledicendo illis esse sanctiores. Verum vt inquit Hieronymus, accusamus sæpe quod facimus, & contra nosmetipsos diserti in nostra vitia inuehimur.

Nunc ad loca tua confutanda properemus. Et primum quod ais, Olim solos Episcopos presbyteros fuisse. Si, inquis, ad exequandos presbyteros sacerdotibus ac si velles dicere instituto diuino fuisse pares, tantum autem humano dispares, idq; indicari quod primitus ille idem qui Episcopus & presbyter erat, nullumq; propterea inter ipsos esse discrimem, falsissimum est. Preter enim Apostolos instituit dominus Iesus & alios septuaginta duos, quos misit ante se ad prædicandum. nec idem ordo Apostolicus & discipulorum. Si igitur discipuli fuere sacerdotes, Apostoli autem maiores illis, sequitur illos fuisse Episcopos. Cum nullus alius ordo in ecclesia constitutus sit supra episcopatum: quod & declarant munera & functiones, quas ipsi præ cæteris discipulis exercebant. Ipsi nanque sacerdotes constituebant & per manuum impositionem confirmabant baptizatos. Quæ quidem Episcoporum sunt functiones, non autem simplicium sacerdotum. In quibus muneribus peragẽdis perseuerarunt perpetua successione, qui eorum loco suffecti fuere. inquit enim Paulus ad Titum, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego disposui tibi. Et ad Timotheum, Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Idem quoque Paulus, Baptizatis duodecim Ephesi in nomine Iesu, qui prius baptizati fuerant baptismo Ioannis, imposuit illis manus & acceperunt spiritum sanctum. Ipsi quoque & Barnabæ, dum Antiochiæ essent, spiritusq; sanctus iussisset eos segregari ad opus, ad quod illos delegerat, manus imposuerunt iis qui Antiochiæ erant ante eorum discessum, & sacerdotes constituerunt. Præterea cum audissent Apostoli qui erant in Hierusalem, quòd Samaria per Philipum recepisset verbum dei, & multi baptizati essent in nomine domini Iesu, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui cum venissent orassentq; pro eis, & imposuissent manus, acceperunt spiritum sanctum. Ex his manifestum

est non omnibus discipulis fuisse potestatem imponendi manus. Inter quos tamen plurimi erant sacerdotes. Initiauerat enim dominus tali gradui cum illis dedit spiritum sanctum, potestatemq; a peccatis ligandi atque soluendi. Quamobrem & multi benedicebant ac frangebant panem, sublato domino in cælis, quod muneris est sacerdotum. Et tamen hi non imponebant manus, sed tantum qui illis maiores erant. Hi autem sunt Episcopi, quibus talis facultas fuerat tradita. Non igitur idem gradus episcopi & sacerdotis. quod & confirmatur ex sententia Hieronymi, quam adduxisti videlicet episcopum non esse præstantiorem sacerdote, nisi quod ius habet ordinandi. Si igitur hac facultate præstat cæteris sacerdotibus, oportet in eo aliquid plus esse quo id perficere valeat, quàm in simplicibus sacerdotibus. Falsum igitur est ac erroneum dicere ipsos instituto diuino pares & non maiores esse sacerdotibus. Præterfalsum est olim non fuisse diuersos, & si contigisset aliquando omnes sacerdotes decessisse, & tantum episcopos fuisse superstites obq; paucitatem Christianorum non fuisse ad aliquod tempus suffectos simplices sacerdotes: quamobrem & contigisset eosdem esse sacerdotes & episcopos (Quod tamen improbabile est & dictum absque ratione) non ob id sequebatur episcopatum & sacerdotium idem esse. Ad id igitur quod ais locum illum esse annotandum ab episcopis, qui exigunt a suis suum honorem, cum non curant præstare suum officium. Respondeo eos qui a suis exigunt honorē, suo muneri & dignitati, quam gerunt, debitum hac in parte suum præstare officium: qui si in cæteris illud prætermitterent, id esset culpandum. Exquiret quippe dominus ab eorum manibus sanguinem suarum ouium, vt scriptura inquit, Et potentes potenter tormenta subibunt.

Ad aliud quod annotandum sit, Quo se demittat tantus Apostolus, cum nunc longe dissimiles miro supercilio nil nisi mandata, minas, excommunicationes & anathemata crepent. Dico diuersa tempora, diuersos mores postulare. Quamobrem nec in exemplum adduci debet quicquid in Apostolis vetustioribusq; patribus factū est, quasi nunc eadem vel similia in omnibus sint facienda ab ecclesiæ proceribus: Cum multa tunc facerent ad religionis incrementum & euangelii profectum, & ad dei gloriam. quæ hodie si fierent, hauddubie illis aduersarentur, potiusque contemptum gignerent, quàm ædificarent. Semper autem quibuscunque in rebus agendis, ratio in primis habenda diuinæ gloriæ & bonoris. ad huneq; scopum cuncta sunt decernenda, omniaq; dirigenda. Quamobrē cum res postulat vt graui supercilio peragatur, vel cōtinēdos aut coercēdos in officio subditos, illo vtendū est, Oderunt enim peccare mali formidine pœnæ, Oderunt peccare boni virtutis amore. Cū autē mãsuetudineopus est, illa potius agēdū quę & magis propria est sacerdotibus, & in illis magis probatur. Moisem enim legislatorē summum sacerdotem & populi ducem omnium mortalium fuisse mitissimū scriptura testatur. Dominus quoq; noster Iesus Christus summus æternusq; sacerdos omniumq; Rex & natura dei filius, lenissimus ac indulgentissimus fuit: quantumq; probaret mansuetudinem & cordis humilitatem nō solū verbo, sed etiam exemplo docuit. Verbo inquam cum ait, Discite a me quia mitis sum E

& humilis corde facto quia cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, vt nos deo conciliaret, gregemque suum redimeret. Relinquens sacerdotibus pastoribusq; exemplum, vt vestigia illius sequentes semetipsos exinanirent, quanuis dignitate sublimes essent, quotiescunque opus esset ad gregem eis commissum deo conciliandum. Sed nec est aduersus mansuetudinem præcipere, minari excommunicationibus & anathematibus vti, cum videlicet suasiones, obiurgationes, reprehensiones, non valent reuocare transgressores ab impiis cœptis, vel dum perpetrata scelera pœnam, ictus & flagella requirunt: idq; exemplo domini. Seuerior nanque fuit verbis ac etiam facto dominus Iesus quandoque, cum increpans Pharisæos incredulos, tum eiiciens vendentes & ementes de templo. Acriores etiam quandoque visi Apostoli. Quinimo & quandoque his, quas improbas animaduersionibus vsi. Princeps siquidem Apostolorum in Ananiam & Saphiram fraudatores precii agri venditi, inq; Simonem Samaritam petentem sibi vendi potestatem dandi spiritum sanctum, acer admodum videri potuit. His etiam vsus est gentium Apostolus ac ceteri. Omitto animaduersiones & supercilium patrum antiquæ legis, vt Moysi, qui & si lenis erat & perbenignus, attamen seuerior fuit nonnunquam, vt in seditione Chore Dathan & Abiron. In sabbati violatorem, & quosdam alios. Omitto & Heliæ prophetæ acrimoniam in pseudoprophetas Baal, omitto factum Eleazaris sacerdotis filii Aaron, animaduertentis in eos, qui cum alienigenis se commiscuerant, & cæterorum. etsi sacerdotes essent. eo quòd nobis satis sint exempla mitissimi saluatoris nostri & patrum legis euangelicæ hæc ecclesiæ sunt tela peculiaria. His animaduertit in sontes, pœnasq; sumit eorum flagitiis debitas. Inquit enim diuus Hieronymus ad Heliodorum, In veteri quidem lege quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore: Nunc vero inobediens spirituali mucrone truncatur, aut eiectus de ecclesia, rapido dæmonum ore discerpitur. Inquit & Paulus Apostolus ad Timotheum, Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere & cætera. Audis præcepta. Ait & idem, Insta, opportune importune, argue, increpa, obsecra. Audis increpationes & minas. Et ad Titum, Sunt enim multi etiam inobedientes & vaniloqui, quos oportet redargui. Et paulopost, Quam ob causam increpa illos dure. Et rursus, Hæc loquere, exhortare & argue cum omni imperio, nemo te contemnat & cætera. Quoties idem Paulus seuerioribus verbis & minis castigat Corinthios & Galatas. Inquit enim ad Corinthios, Ecce tertio venio ad vos. Prædixi enim & prædico, vt præsens vobis & nunc absens his qui antea peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. Et paulo post, Ideo hæc absens scribo, vt non præsens durius agam, secundum potestatem, quam dedit mihi dominus in ædificationem, & non in destructionem. Et ad Galatas, O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? Quantum autem ad excommunicationem, audi eundem Apostolum quanta atrocitate inuehitur in Corinthios, & eum tractat qui scelus commiserat. Inquit enim, Omnino auditur fornicatio

inter vos, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat: &
inflati estis & non magis luctũ habuistis. Ego quidem absens corpore, præsens
autem spiritu iam iudicaui eum qui sic operatus est, & cætera. tradere huius-
modi hominem Sathanæ, in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die ad-
uentus domini & cætera. Et ad Timotheum, Ex quibus est Hymeneus & Ale-
xander, quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare. Cum igitur mos
hic excommunicandi & anathematisandi ab Apostolis fuerit profectus: cum
hic sit mucro spiritalis, quo erga inobedientes sacerdotibus animaduertere li
ceat. Nihil est quòd repræhendas proceres ecclesiasticos, si illo vtuntur, qui
tamen nec leuiores ob causas exercendus videtur, sed tantummodo in contu-
maces, vel in grauioribus & nephandis criminibus pollutis, vt exemplo Apo-
stolico edocemur. Quamobrem qui secus agunt, & in exiguo quoque nego-
cio gladium illum exerunt aut fulmen detorquent, perperam agere, & vt im
peritos militiæ, telis non commode, sed importune vti perspicuum est. Vile-
scit enim authoritas de qua sæpius periculum fit, frequentiorique vsu mucro he
betatur. Nam & eius acies potius retunditur quàm acuatur: si in molliorem
materiam, vt est pennarum, stuppæ, aut palearum minus cohærentium cadat,
q̃ si ad solidiorem materiam admoueatur. Imbecillis enim illa facileque cedens
ictum non recipit. Quamobrem nec cedenti vulnus infligitur. Audisti profe-
cto graue supercilium, frontem rugosam, seueras increpationes, minas, præce-
pta, imperia, anathemata, excommunicationes animaduersionesque Apostolicas.
Quibus rebus etsi pro tempore & negocio etiam nunc vtuntur episcopi, nihil
est quod illos taxes.

Ad aliud quòd nihil nunc gratuitum sit in ecclesia, ne sepultura quidem, F
cum Augustinus nolit vendi mortuaria. Modestius egisses si tantum in qui-
busdam ecclesiis, quædam non gratis fieri protulisses. Absolute au-
tem sic proloquens cunctas accusas ecclesias. Cum tamen perspectum sit
in plurimis omnia esse gratuita. Quinimo in omnibus catholicis mysteria cun
cta tribui & gratis conferri. Idque communiter & ex instituto seruari non
dubito. Si autem occulte auaritia ductus quispiam sacerdos secus fecerit,
culpandus est ipse, non ecclesiæ institutum vel consuetudo. Quantum au-
tem ad ius sepulturæ attinet, constat neminem habere ius sepulcri in posses-
sione alterius, sed tantum modo in propria. Abraham enim petiit a filiis Het
vt sepulcrum ipsi venderent ad sepeliendum Sarram vxorem suam, quod cum
ei citra precium permitterent, renuit. Et a Segor agrum cum spelunca quadrin
gentis siclis emit, in qua nec antea vxorem condere voluit quàm contractu
emptionis, rato & agro confirmato sibi a filiis Het. Iesus quoque dominus &
saluator noster conditus est in sepulcro a Ioseph & Nicodemo sibi tradito:
emptus etiam fuit ager figuli in sepulturam peregrinorũ pecunia qua venditus
fuerat ipse seruator. Hisque exemplis patet sacerdotes non teneri ius sepulturæ
cuiquam gratis tribuere, nisi locus cui ipsi præsident ex publico ad id facien-
dum fuerit coemptus. Non enim ecclesia siue templum ad sepeliendum consti-
tuitur, sed ad adorandum remque sacram peragendam. domus enim patris mei

(inquit dominus) domus orationis vocabitur. Quocirca nec forte probanda est recepta consuetudo, vt in ipsis ecclesiis mortui sepeliantur. Conuenit enim templa mundissima esse, non foetere, nihilque in ipsis fieri quod distrahere impedireve queat homines a cultu diuino, req; diuina illic peragenda. Contingit autem male olentem halitum e rimis sepulcrorum emitti, præcipue in edito sitorum, quo precantes & rei diuinæ vel sacris concionibus præsentes valde offenduntur. Omitto quòd indignum videatur sacrum templum immundis cadaueribus pollui & coinquinari. Sed ad propositum rediens dico, quòd si ius sepulturæ non est publicum, licere sacerdotibus non gratis illud concedere. Attamen forte magis esse laudandum si gratis illud præstarent. Tum ob offendiculum infirmorum, eo quòd multi non distinguant inter ius sepulturæ, quod in sacro loco & præsertim in templo fit, a cæteris rebus quæ inibi peraguntur, vt est sacramentorum ministratio, & cætera huiuscemodi. Tum ob liberalitatem & benignitatem ecclesiasticam. At persępe hæ rationes ab auaritia superantur. Tamen aliud est quod licet, aliud quod expedit & iuris est, sed nunc de licito disputamus. Quamobrem & videtur licere sacerdotibus exigere aliquid pro mercede operis & laboris, quod & quem accipiunt in ipsis mortuis sepeliendis. Licet enim gratis præstare sacramenta teneantur, non tamen ad exequialia munia peragenda obstringũtur. Cum igitur illa pręstant & exhibent, certa illis merces debetur, non vti precum rituumq; & cęremoniarum sacrarũ precium, sed temporis quod absumunt, & laboris quem suscipiunt, & quibus ab operibus aliis illorum propriis impediuntur dum ista peragunt, hoc est in sui sustentationem: quia ex domini verbo dignus est operarius mercede sua. Nec enim operari verbo secundum Chrysostomum super Matthæum exigui est negocii vel laboris. Quamobrem in spiritualibus pro nobis laborantibus par est suam persoluamus operam ac iustam rependamus mercedem. Quocirca quod ais Augustinũ in quadam epistola nolle vendi mortuaria, seu funeralia, mirũ q; de hoc non agat in libello de cura agenda pro mortuis. Forte in illa epistola potius reprehendit aliquos abusus inductos, q̃ q; sacerdotibus aliquid interdicat pro iure sepulturæ, vel his quę pręstãt in obsequiis mortuorum exequendis exigi.

G Quod autem tangis de decimis, miror te virũ tam doctũ & in scripturis tã assidue versatũ, ita loqui de decimis, vt tyrãnidi ascribas earum exactioné. Cõstat etenim decimas tum tempore legis naturę, tum Mosaicæ, tum etiã euãgelicę fuisse de more sacerdotib9 tradi. Abrahã certe reuersus ex prę lio, quod gessit cum Chodorlahomor & Regibus qui cũ eo erãt & Loth ceperãt ac captũ ducebant, Melchisedech Regi Salé, vt sacerdoti dei altissimi ex om̃ibus rebus decimas dedit, vt in Genesi legimus. Post quod factũ apparuit ei dominus dicẽs ei, Noli timere, Ego ꝓtector tu9 sũ & merces tua magna nimis, pollicitusq; est ei se daturũ sobolé masculinã ipsi futuram hęredé, ex qua innumerabilis populus esset prouẽturus. Vouit & Iacob votũ dño, si reuerteretur ꝓspere domũ patris sui, futurum sibi dñm in deũ, & sese oblaturũ decimas dño oĩm bonorũ, quæ recepturus esset. Hæc in tempore legis Naturę, & in lege tradita Moisi

sic inquit dominus in Exodo, Decimas tuas & primitias tuas non tardabis offerre. Et in Leuitico, Omnes decimæ terræ, siue de pomis, siue de frugibus sunt, domino sanctificantur. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ quæ sub pastoris virgam transit, quicquid decimum venerit, domino sanctificabitur. Et in Numeris ait dominus, Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et rursus, Præcipe Leuitis atque denuncia, vt primitias, hoc est decimarum decimas offerant domino, & dent illas Aaron summo sacerdoti. Et in Deuteronomio. Ad locum quem elegerit dominus deus vester, vt ponat nomen suum, ibi & habitet, in eum venietis & offeretis in loco illo decimas & primitias manuum vestrarum. Et rursus, Afferetis ad locum quem elegerit dominus decimam partem de cunctis fructibus, quæ nascuntur in terra, decimam frumẽti, vini, olei, primogenita de armentis & ouibus, vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Quod si non potueris hæc portare, his venditis portabis precium. Ex his & aliis plurimis quæ prætereo satis puto esse comprobatum decimas, tum in lege Naturæ, tum in Mosaica fuisse institutas & seruatas. Quæ quidem lex reddendi decimas, cum non sit abrogata a domino (Non enim erat ex his quæ figurabant ipsum dominum venturum) sequitur fuisse probatam: quod & perpetua per tot secula illius obseruatio euidenter indicat. Consentaneum enim rationi est, vt ministrantes res diuinas, cum se abdicent ab operibus prophanis, habeant vnde se alant & vnde viuant. Id autem per decimarum traditionem illis tribuitur. Quòd si diceres in primitiua ecclesia nullam de decimis mentionem esse habitam. Responderem, etsi non hoc nomine, tamen re ipsa constare decimas & plusquam decimas a fidelibus fuisse oblatas. Præterea vt sæpius dictum est illis primis temporibus non perfecte constituta fuerat ecclesiastica disciplina, quæ successiuis demum temporibus aspirante diuino spiritu opportune perfecta est. In illis enim initiis plurimi vniuersa bona ecclesiæ erogabant, nec aliquid sibi proprium reseruabant: alii aliquotam partem plus minusve, vti ardentior erat charitas, collectæque fiebant in ecclesiis, de quibus toties meminit Paulus. Licet enim illo tempore non exigerentur, debebantur tamen si ab exactoribus petitæ fuissent. Sed cum tempora non fuerunt, vt exigantur. illas quandoq; remittere magis expedit quàm exigere. Attamen sacerdotibus semper integrum remanet suum ius. Si enim ministris antiquę legis debebantur, cur non magis debentur his qui euangelicæ? Cum sacerdotum Christianę legis potius sit & dignius antiquo. Cum igitur vsus decimas persoluẽdi omni tempore fuerit obseruatus: in lege inquam Naturæ a sanctissimis patriarchis fuerit probatus, in lege Moisi toties pręceptus & institutus, & deniq; in euãgelica ab ipsis principius receptus. Non enim in medium affero tot sanctorũ, pontificum, aliorumq; sanctiones de decimis offerendis. Illa enim videre est in volumine decretaliũ: quę quoniã a te minus probãtur, manifestũ est te summa iniuria criminari sacerdotes suo iure vtentes. Pręsertim cũ hoc ratio ipsa naturalis dictet, & Apostolus Paulus approbet: licet de decimis nulla vnq̃ mentio facta fuisset, dominusq; Iesus iudicet sacerdotibus aliqua via fuisse prospiciendum,

qua & viuere possent seruarata sui status & ordinis dignitate. Et perferre sum
ptus opportunos ad templa remq; diuinam peragendam. Necnon ad subueni-
endum egenorum & pauperum necessitati. Quę autem via commodior q̃ hęc
decimarum? Quæ iustior vel magis æqua? quæ probatior aut sanctior reperiri
poterat? cum hanc omnipotens dominus illaq; increata sapientia instituerit,
præceperit? cum hanc patriarchæ sapientissimi diuino spiritu afflati facto pro
bauerint, rotq; sanctissimi ac vetustissimi patres, tum antiquæ, tum nouæ legis
exemplo & verbo probauerint? Quam & populus Christianus vniuersaliter re
cepit & tanta religione seruauit. Natura enim ipsa sanxit gratos nos esse debe-
re iis, qui nobis bene faciunt. Id autem tunc nos maxime præstare attestamur,
cum ex acceptis rebus beneficiorum largitori offerimus munuscula. Indicat
enim munus vel amorem, vel reuerentiam, vel vtrunque erga illum cui offer-
tur. Cum autem immensa illa ac infinita maiestas vniuersarum rerum creatrix
omniumq; causa. Non solum nos genuerit, sed & nobis copiam fecerit omniũ
bonorum, quibus alimur, quibus viuimus. Nihil enim habemus, nihil posside-
mus, quod gratis a patre luminum nobis non fuerit traditum. Quid enim ha-
bes, inquit Apostolus, ꝙ non acceperis? Par est aliquam gratiam nõ solum ani-
mo & verbis, sed etiam rebus ipsis illi referamus. Id autem facimus cum pio a-
nimo de donis ipsius aliquid in templo eius offerimus.

H . Quamobrem & dixit omnipotens, Vacuus coram me ne accesseris. Cum
igitur domino offerenda sint munera, illaq; debeant curari per eos, qui illi mi-
nistrant, & illorum vsui cedere debent, quantum satis sit ad victum decentem
statui eorum. Iuxta illud Pauli, Nescitis quoniam qui in sacrario operãtur, quę
de sacratio sunt edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita
quoq; & dominus ordinauit, vt qui euangelium annunciant de euãgelio viuãt,
&c. Ipsæ autem oblationes & munera decimarum exhibitione persoluantur,
manifestum est naturę decreto ipsas decimas esse persoluẽdas. Proptereaq; spõ
te ac hilari animo esse offerendas. Et si qui sint tanta auaritia obcæcati, vt renu
ant id præstare, eadem naturalis ratio dictat esse cogendos. Qui enim nolunt
sponte facere quod debent, par est vt saltem inuiti illud perficiant. Cum id ad
commodũ reipublicæ pertineat, vel illis ipsis qui rationi obtemperare nolunt
profectutum sit. At si contrarium ex coactione succederet, non id tunc agendũ
esset, quanuis liceret. Nam non omnia quæ licent expediunt. Prospiciendum au
tem in omnibus ad id quod commodius & melius. Licebat quidem Paulo ex-
igere a Corinthiis & aliis multis, quæ erant ad victum necessaria & debeban-
tur ei tanq̃ merces laboris euangelicæ prædicationis: id tamen prætermisit, qa
iudicauit non expedire. Propterea & potius statuit viuere ex labore manuũ sua
rum, vt illos ędificaret & offendiculum dimoueret a negocio euangelii. Inquit
enim ad Thessalonicẽses, Non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem mã
ducauimus ab aliquo: sed in labore & operatione nocte & die operantes ne quẽ
vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmet-
ipsos formam daremus ad imitandum nos. Animaduerte dicit se exigendi ha-
buisse potestatem. Et ad Corinthios inquit de eodem negocio agens, Ego autẽ
nullo horum vsus sum, & si haberem potestatem &c. Omnibus omnia factus

sum,omnia facio propter euangelium &c.Idem quoq; confirmat sibi videlicet ac ceteris dei ministris fuisse ius.In primis enim ad Corinthios ait,Quis militat suis stipendiis vnquam?Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico?An & lex hec non dicit?Scriptum est enim in lege Moisi, Non alligabis os boui triturāti.Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos hoc vtiq; dicit? Nam propter nos scripta,quoniam debet in spe cum arat, arare,& qui triturat in spe fructus percipiendi.Si nos vobis spiritualia seminanimus, æquum est carnalia vestra metamus,&c. Iam vides Apostolum probare decretum legis Mosaicæ,ex quo conuincitur eam legem non esse abrogatam.Ait enim statutam esse propter nos videlicet,euangelicæ legis ministros. Quamobrem & subiunxit ius esse seminantibus spiritualia,carnalia metere.Et ad Timotheum ait,Qui bene præsunt presbyteri , duplici honore digni habeantur.Maxime qui laborant in verbo & doctrina.Dicit enim scriptura,Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua &c. Nec illud aduerbium maxime excludit eos qui non laborant in verbo & doctrina, modo bene presint.Non enim omnibus data est gratia sermonis vel doctrine. Præterea ad Romanos scribens inquit, Probauerunt Macedones & Achaici collationem aliquam facere in sanctos , qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles,debent & in carnalibus ministrare illis. Et alio loco , De collectis autem quæ fiunt in sanctos sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita vos faciatis. Et secunda ad Corinthios , Nunquid peccatum feci meipsum humilians , vt vos exaltemini, quoniam gratis euangelium dei euangelizaui vobis . Alias ecclesias expilaui accipiens stipendia ad ministerium vestrum . & ad Philippēses , Scitis autem & vos Philippenses quòd in principio euangelii , quando profectus sum a Macedonia nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti,nisi vos soli,qa ex Thessalonica & semel & bis in vsum mihi misistis &c.Ex his liquet potestatem & vsum exigendi carnalia pro spiritualibus fuisse Apostolis & eorum successoribus in primæua ecclesia, idque probatum fuisse verbo & opere . Sed quid moror in citandis Apostoli dictis? Cum dominus Iesus euangelii institutor hoc probauerit illis verbis, Dignus est operarius mercede sua. Quæ verba enarrans Chrysostomus inquit,Operarios vocauit,& quod eis dabatur,mercedem appellauit, vt rem debitam dari ipsis ostenderet.Nam & si verbis solum operari videbantur,res tamen erat non par ui laboris & beneficia collata non parua . Quare quod Apostolis dabatur non gratis offerebatur,sed ad retributionem officiorum reddebatur. Dignus est enim operarius mercede sua.

Quod autem merces huiuscemodi in dictis decimis potissimum tribuatur I
declarat Apostolus ad Hebreos septimo probans dominum Iesum fuisse decimatum in figura Melcisedech sacerdotis dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso a cæde Regum & benedixit ei. Cui & Abraham decimas omnium dimisit, vt superius dictum est. Dicitur enim de Christo in psalmis , Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedech . Si igitur decimatus

est dominus (decimatus autem dicitur qui decimas accipit vt Paulus ibi ait) patet ipsum dominum Iesum decimas recepisse vti sibi debitas, ipsoque facto vsum decimandi probasse. Cum igitur tot & tam expressa sint scripturæ testimonia hoc approbantia, tu tamen detestaris sacerdotes decimas a populo debitas exigentes, & contendis locum illum scripturę, Non alligabis os boui trituranti, non facere ꝓ sacerdotibus, qui nō laborant in verbo &c. sed in ocio viuūt quod valde erroneū est. Decimę siqdē debētur altari & tēplis. Qui autē illis pręsunt & in illis ministrant, eas dispensare habent: q̄ si fideles dispensatores non fuerint, pręcipitabit eos dominus in tenebras exteriores, in quibus perpetuo fletu debitas luent pœnas, illorum tamen culpa non absoluit debitores a reddendis debitis oblationibus.

K Audisti quoq; Apostolum ad Timotheum, Non excludere sacerdotes a debito sibi honore modo pręsint, etiamsi in verbo & doctrina non laborauerint. Tu autem nō contentus ipsos decimis spoliare, publicis etiam tributis vis esse obnoxios: nec pręcęteris immunes esse debere contendis. Qua in re nō possum non demirari prudentiam seu mauis iudicium tuum, cum velis homines diuino cultui mancipatos, qui se a terrenis negociis abdicarunt pendere vectigalia prophanis. Si enim negociis eorum nullatenus immiscentur, sed obtinent sublimiorē gradū, nihil cū illis habentes: quo iure obstringentur ad conferendū in cōmune qui de cōmuni non cōmunicant? An velles eos a re diuina peragēda distrahi, vt pecuniam parent ad vectigal pendēdum? Cum autem tributum omne aut pro rebus quæ possidentur, aut per capita possidētium pendatur: absonumq; sit res deo consectatas ad prophanos vsus conuertere, & prophanis esse subiectas: quomodo vis ipsos sacerdotes aut eorū sacerdotia obnoxia esse tributis quæ prophanis penduntur? Sacerdotiorū enim census aut ex decimis aut pręDiis possessioneve aliarum rerum, quæ loco decimarum ecclesiæ assignatæ sint constat. Pręposte re igitur fieret si ipsi a prophanis decimarētur tributa exigentibus: sic enim decimati decimarentur a decimatis. Præterea vt inquit Paulus, Maior a minore benedicitur, & non e contrario, & maior decimas recipit a minori. Similiter & is qui recipit tributum maior est eo qui pendit. Sequeretur itaque eosdem potiores esse & minores ad eosdem collatos. Sacerdotes quippe cum decimas exigant a prophanis maiores esse constat. Si autem eisdem tributa persoluerent, sequeretur eos ipsis esse minores. Tanto autem absolute ecclesię proceres maiores sunt prophanis, quantum anima corpori præstat. Quapropter & alterius fori efficiuntur prophani cum sacris clericatus initiantur. Absurda sunt hæc, vir præclare, & prorsus rationi contraria, omnibusq; legibus aduersantia. In veteri lege immunes erant sacerdotes & leuitæ ab omni opere prophano: obnoxii tantummodo sacrarii ministerio. Tanto autem magis conuenit sacerdotes noui testamenti immunes esse, quanto præstantius est sacerdotium euangelicum ipso Mosaico. Immunes sunt milites lege quanto tempore militant: & sacerdotes erunt obnoxii vectigalibus? & in republica sacerdotum honor militari etiam apud Ethnicos. Sed iam plus nimio immorati sumus super hac disputatione.

L Restat tantū respondere tuis ratiūculis. Etsi enim dn̄s Iesus crucē sustinuerit

& tributum reddiderit, & querentibus an tributum Cęsari reddere liceret: responderit, Reddite Cæsari quæ sunt Cęsaris &c. Quid tum? Ex his non sequitur q̄ sacerdotes debeant pendere tributa prophanis. Si enī om̄e Christi factū trahendum esset in exemplum, & ideo obstringerentur sacerdotes ad reddendum tributa, quia Christus reddidit: pariter oporteret eos constringi ad subeūdum crucis eculeum. Etsi rursus instares, oportere eos esse paratos crucifigi, si res posceret: responderem pariter & illos tributa reddere cum res exigeret. Tributum autem reddidit dominus, quia expediebat ad id quod venerat facturus, non q̄ illud deberet. Exinanierat enim semetipsum & formam serui acceperat. Quamobrem & quod cęteri serui faciebant, ipsum etiam facere par erat: quod si secus egisset, arcanum mysteriū vel quoquomodo reuelasset, vel exemplo seditionem cōmouisset: venerat autem passurus. Ideo potestatem occulere oportebat ne quid decretum summi patris impediret. Eandē ob causam & respondit tentantibus eum, Cuius est imago hęc? Cęsaris dixerunt. Et ille, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed subiunxit, & quæ sunt dei deo: quasi diceret, cum subiiciaminii Cæsari (Numismata enim id declarant) Reddite illi quod constituistis: sed memores estote reddere deo quæ dei sunt. Quibus verbis & confirmari potest decimādi legem comprobasse: cū decimæ dei essent iuxta legem. Ita autem respondens, Malitiam eorum qui tentantes eum interrogauerant superauit, præripuitq; eis omnem carpendi occasionem, & facultatem sustulit seditionis commouendę. Erat enim dominus author pacis non dissensionis. sed quid hoc ad rem? An dixit sacerdotibus, vt penderent tributa? Quod & si statuisset pro tempore statuisset, ne offendiculum aliquod daretur euāgelio. Qua ratione & Paulus scripsit, Cui tributū, tributū: cui vectigal. Scribebat enī Romanis, in quorum vrbe situm erat imperiū. Non q̄ sentiret sacerdotes obnoxios esse pendendis tributis. Non enim illis tantū scribebat, sed Christianis omnibus Romæ habitantibus, quos par erat in vniuersum pendere tributū reipublicæ. ne impediretur profectus euangelii. Id inquit, Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: &c. hoc est debita ex cōstituto reipublicæ, non autem diuino. Quod autem ad Hieronymū attinet, si ipse repręhendit arrogātiam quorumdam denegantiū pendere tributa: non tamen inficiatur ipsos esse immunes. Sed est modus in rebus &c. Quod ais eos veluti filios Regis nolle pendere tributa, proculdubio peculiari quodam modo præ cæteris vere filii Regis sunt. Inquit enim Apostolorū princeps, Gens sancta, regale sacerdotiū. proinde & iure immunes. Attamen ob id non conuenit ipsos arrogantes reddi, sed cum omni mansuetudine prętare aut negare, quod magis decet: & quādoq; iniusta perpeti ac iure suo defraudari, si id poscat res: videlicet si ad maiorem dei gloriam cedat, vt supra diximus Paulum fecisse. Cum autem secus eueniret, reniti debent fortiterq; se tueri, ne a iure suo deturbentur. Sed et si Hieronymus sensisset par esse clericos pendere tributa, quia forte eo seculo videbantur ipsi id magis expedire: attamen Augustinus diuersum sensit, clericosque prorsus a tributo, vectigali, & quouis alio onere immunes esse statuit. quod & piissimi principes laici agnoscentes pluribus legibus id cauerunt, ne pro eis magistratum gerentibus, non agnoscentes quid eueniret ipsis

ſacerdotibus & clericis moleſti eſſent, & ne ipſos a iure proprio deturbarent.

M Quod autem quęris vbi receptum ſit, vt epiſcopi ditionem prophanam gerant. O vocem peſtiferam, ſeditioſam, blaſphemam, plenam ſcandali & tumultus, prębentem anſam cupidis, parumq; piis inuadēdi ac diripiendi vniuerſam ditionem eccleſiaſticam, quæ tanto eſt precioſior, quanto artificioſius eſt prolara, tribus nempe verbulis ac ſi ex ore excidiſſent: cum tamen tam praua & peruerſa ſint. Si enim ius non competit Epiſcopis in ditione rerum prophanarum, illud igitur tyrannice dolo aut vi ſibi vendicarunt. Qui autem iniuſte & tyrannice aliquid poſſidet, non iniuria a poſſeſſione deturbari videtur. Sed cum quæris quomodo id receptum ſit, ſi de licito quæris, reſpondeo receptum eſſe. Primum ex lege Naturæ, Melchiſedech enim ſacerdos fuit dei altiſſimi, & idem Rex Salem. Deinde receptum eſt lege ſcriptá. Moiſes enim ſummus ſacerdos præerat rebus, moderabatur innumerabilis populi Iſrael negocia, duxq; ipſius erat in rebus bellicis & iudex in omni republica adminiſtranda. Samuel propheta & ſacerdos & populi iudex fuit & rector. Omitto Heli ſummum ſacerdotem & cæteros qui populo præfuerunt ante quàm populus Regem peteret: quod tam deteſtatus eſt omnipotens, vt Samueli dixerit, Regem petunt & adminiſtrationem tuam reiciunt, ne ego regnem ſuper eos, & cætera. Denique receptum ab ipſo euangelii authore domino Ieſu Chriſto pientiſſimo ſeruatore, qui licet non exercuerit omnimodam poteſtatem ipſi traditam, eo quòd id maximo operi, quod per ipſum erat perficiendum, aduerſatum fuiſſet: & quia gregem ac populum acceptabilem, quem congregaturus erat, non vi & poteſtate ſibi ſubigi & ad ſe cogi volebat, ſed amore & ſpiritus virtute: attamen ſe eam habere tum verbo tum opere declarauit, cum dixit, Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et omnis poteſtas mihi data eſt in cælo & in terra. Et Pilato interroganti an rex eſſet, non negauit, ſed profeſſus eſt ſe eſſe Regem vt teſtimonium perhiberet veritati. Facto etiam idem declarauit, cum templum ingreſſus eiecit ementes, & vendentes, & numulariorum menſas & cathedras vendentium columbas euertit. Facto enim quaſi flagello de funiculis (vt teſtatur Ioannes) illos eiecit: quod & expreſſiorem poteſtatem indicabat. Et hoc quidem fecit ſemel, quaſi in initio prædicationis ſuæ, dum cœpit ſe oſtendere: & demum morti propinquus idem fecit, vt teſtãtur Marcus & Lucas. poſtridie videlicet glorioſi ingreſſus in ſanctã Hieruſalẽ. Voluit enim hãc poteſtatẽ declarare, tum in ipſis initiis euangelicę prędicationis, tum prope finẽ, vt tanto magis atteſtaretur illam ſibi non defuiſſe, quã nõ agnoſcẽtes ſummi ſacerdotes, ſed potius admirãtes quod illa vteretur dixerũt, In qua poteſtate hęc facis? Et quis dedit tibi hanc poteſtatẽ vt iſta facias? Ipſe autẽ nolens indignis patefacere diuinũ arcanũ viciſſim aliam quęſtionẽ eis propoſuit, quã illis explicare non valẽtibus, ſed reſpondẽtibus neſcimus, ait: neq; ego dico vobis in qua poteſtate hęc facio. His quippe omniũ legum decretis & exemplis Naturæ ſcilicet, ſcriptę & euangelicę declaratur, ſacerdotium nõ impedire quin illo fungens ditionẽ prophanã gerere valeat & iuriſdictionem exercere. Iam igitur vides vbi receptum ſit id licere. quinimo & decere & expedire.

Si autē quęras quomodo receptum sit quod huius potestatis possessionem adepti fuerint, cū in ipso principio nascētis ecclesię tā pauperes essent & potestati prophanorū subiecti. Respōdeo id esse perspicuū. Summo siquidē ac omnipotēti deo decernēte ac aspirāte pietas tum principū, tum populorū hoc fecit. Agnoscentes enim cōplures populi sacerdotū dignitatē sese illorū potestati vltro dediderunt. Principes quoq; prophani ad idē prospiciētes multa illis liberaliter tribuerūt, partim restituentes quæ iuris eorum erant, partim cōdonantes: hisq; modis conflata est ditio ecclesiastica & recepta iurisditio. Nam quæ mea sunt possum alteri donare & in antiquam possessionem meam, alterum transferre cuicunq; liceat recipere. Probatū est autē sacerdotibus et licere & decēter conuenire. Pari modo si quid arbitror cognoscove non esse iure meum sed ad alterum pertinere, licet illius fuerim antiquus possessor, ei possum restituere transferreq; quod in me erat dominium iure antiquæ possessionis in ipsum. His rationibus ecclesię multas obtinēt ditiones diuersis in regionibus & locis pleno iure, quibus antistites præsunt & eas administrant. Quod cum peragunt vt par est, officium pręstant: sin secus, culpandi quidem ipsi, non tamen detrahendum ecclesię quod suum est nec in iure suo defraudēda. Nō equidē cūcti principes laici rerumq; publicarum administratores præstant officiū in magistratu quē gerūt vt conueniret, sed multa præpostere agunt: attamen ob id nō spoliatur ciuitas siue regnum rebus ad eam pertinentibus.

Sāctissimus certe monachorum occidentis pater & institutor Benedictus monachus & ipse & Cassinensis monasterii abbas ingētes possessiones & ditiones monastario suo traditas tum in Italia tum in Sicilia non renuit, sed cuncta sapiēter & sancte administrauit. Bona sunt hæc omnia magno Gregorio teste modo his bene vtantur qui illa administrant: sed nonnūq̄ hoc cōtingit vt plus afficiamur rebus oculis & visui subditis q̄ insensilibus & spiritualibus (Terre nos enim terrena delectant) propterea & propensiores sumus ad ea curanda q̄ ad illa quæ sunt spūs; vt qui vtrūq; gen9 curare debēt in vno prorsus occupētur, potiori neglecto cui alterum inseruire & ministrare debet. Quod pręcauētes sanctissimi apostoli crescente numero discipulorum & consequēter administrandarum rerum cura adaugescente, ne ab oratione & verbi prædicatione distraherētur, septem diaconos delegere probatos viros, qui rebus domesticis ecclesiæ præessent, & eas administrarent: vt enim scriptum est in Actis apostolorum dixerunt apostoli, Non est bonum nos dimittete verbum dei & ministrare mēsis. Moises quoq; vir diuinus septuaginta ex senioribus populi delegit qui pondus cum illo sustineret in causis cognoscendis, iudiciisq; peragendis, summam rerum sibi tantummodo reseruans, vt liberius vacaret diuinæ contēplatui, & his quæ ad deum tantummodo pertinebant. Qua ratione & sibi cooptauit Aaron fratrem in sacerdotem, ad quod exemplum cōueniret præsules & sacerdotes functiones suas diuersas moderari, non æquam portionem suę sollicitudinis vtriq; parti tradētes seruata proportione geometrica, sed Arithmetica. neq; peti deberent se inebriari in rebus prophanis vt in spiritualibus segniores efficerētur, aut quouismodo ab eis distraherētur. Sed illis primum incumbere, illis insistere, in illis oblectari, erga illa curam diligētiam studiumq; omne im-

pensius adhibere. Ad prophanas autem terrenasq; res curandas læuam tantum admouere. Respondit autem dominus Marthæ, Sollicita es & turbaris erga plurima. Maria autem optimã partem elegit, quæ nec auferetur ab ea. Sed ad rem redeamus. Cum ex dictis liceat deceatq; ac expediat ecclesias ditiones prophanas possidere, ad illasq; administrandas conueniat plurimis vti instrumentis ac rebus aliis, tum ad dignitatem seruandam, tum ad res tuendas & ad vires ostendendas pertinentibus, patet q̃ absonum sit velle redigere episcoporum statum ad Apostolicam conditionem & paupertatem, vt verbis tuis insinuas. Apostoli quidem supellectilem habuere cõuenientem eorũ professioni & vitæ quam gerebant congruentem. Insedit dominus Iesus asello tunc cum gloriosius & maiori comitatu igrederet̃ Hierusalẽ. Apostoli nihil possidebãt, precario & vti mendici viuebant, quæ omnia mysterio agebantur: cum decreuisset summa illa potestas diuina infirmis & abiectis fortia & sublimia superare. Nunc alia sunt tempora, mysterium illud integre peractum consummatumq; fuit. Crux omnem potestatem expugnauit, sibiq; subegit. Turpissimum quippe nunc esset episcopum præsertim prophanas ditiones administrantem pannosum ac sordidatum incedere, nudisq; pedibus ambulate, aut asello insedere, vel spicas præ fame terere. Quocirca nõ est quod accuses si videas nũc episcopos caballos habere multos & illis vti, machinasq; & bõbardas paratas aliaq; multa. Hæ quippe res opportunę necessarięq; sunt ad dignitatem seruandam resq; tuendas. et si tunc videre fuisset Apostolos tantum penula & libris aliquot contentos.

P Q[u]uis quantum ad libros attinet non legatur eos secum libros detulisse, quod nec consentaneum videtur. Non enim habuerunt libros noui testamenti quod adhuc scriptum non erat: nec verisimile illos veterem legem habuisse, cum eam abrogatam esse didicissent. Præterea nõ op⁹ habebãt libris, qui sapiẽtissimum doctorem omnisq; scientiæ & librorum authorem præsentem habęrent, tum externa, tum interna voce eos edocentem. Habet enim viua vox plus energiæ q̃, vt librorum est, muta. Ipsi autem cum Christo domino anteq̃ mortem obiret perpetuo erant: postq̃ autem ad cælos ascendit, mox pręsentem spiritum sanctum ac edocentem eos omnem veritatem habuerunt. At de hoc non est quæstio nostra. Sed dic ad quem vsum Apostoli cabalos habuissent, cum illis præceptum esset, vt sine baculo, sine pera, sine pane, sine calceamentis ad euangelium prædicandum accederent? Ad quid bombardas? forte ad tuendas suas ciuitates, cum vel propria domuncula carerent. An ad expugnandas potestates ac vrbes quas nuditate tantum aut spiritu superaturi erant? Caruerunt autẽ illis rebus qb⁹ eis nõ erat opus. Trãsacta autẽ nũc sunt illa tẽpora & peracta mysteria. His tẽporibus alia requiruntur, in quibus si ipsi Apostoli superstites essent, non illa præscripta ptorsus seruarent quibus tunc vsi fuerant.

Q Quinimo nec semper eandem viuendi normam tota vita tenuerunt, sed pro negociis, pro req; & temporibus multa immutarunt. Quandoq; enim & prope nudi vt diximus, incessere, nõnunq̃ & loculos & gladios habuere, sed omnia ad profectũ euãgelii & Christi gloriã cedẽtia. Quod si nũc pariter faciãt episcopi, qui caballis & machinis vtuntur, valde laudãdi. Si autem in his rebus

parandis immodici magisq; solliciti sint q̃ par esset. Nec eam modestiam præferant, q̃ præsulibus & sacerdotibus in cultu, gestu, omni deniq; re conuenit, ad commodumq; proprium magis respiciant & ad fastum superbiamq; illis vtantur, prorsus indigni redduntur vt ea possideant.

Sed nec video quomodo plurimum tribuẽtes authoritati sacerdotũ, authori R
tati diuinę minus tribuamus, vt tu ais: & in Charybdim incidamus Scillam vitantes. Cum omnis honor qui præsulibus tribuitur & sacerdotibus nõ propter se illis præstetur, sed ratiõe muneris quod apud summum deum obtinẽt. Si enĩ propter deum illos veneramur, tanto magis necesse est nos ipsum omnipotentem venerari. Cum autem multi ignobiles euehantur ad episcopatũ, moxq; suspiciãtur, qui forte pridie neglectui erant, manifestũ est illos nõ propter se ipsos, sed ob susceptum munus reuereri, vti ille non inepte dixit papam adorans, Non tibi, sed Petro. Quod autem honores soli deo debitos illis tribuamus impudentissimũ est mendacium. Latriæ enim cultus vt superius diximus soli deo debetur. Licet enim quibusdam signis exterioribus, quę latriæ cultu præstantur illos veneramur, &c. non tamen ob id dicendum illos latria coli. Præstantur enim eadem & similia regibus potestatibusq; prophanis.

Si de titulis quereris vt dicantur beatissimi & sanctissimi: accuses oportet S
priscos patres qui eum morem induxerunt, non tantum erga pontificem maximum, sed etiam erga coepiscopos & sacerdotes.

Ad id autem quod carpis Carensem interpretantem illum locum turpis lu- T
cri, id est secularis: manifestum est te iniuria illum repræhendere. Secularium enĩ studia in re perquirenda, in multis valde diuersa sunt a studiis clericorum. Alea enim taxillis, & aliis id genus ludis impune laici ludere solent, quod clericis interdictum: lucrumq; quod ex illis prouenit turpe dicitur. Præterea turpe lucrum precium meretricium, lenonum, præstigiatorum fœneratorumq; prouentus & alia id genus, quæ ex sordidis obscœnisq; artibus parantur, quæ tamen omnia ab ipsis laicis palã ac impune exercentur: clericis autem inhibita sunt. Commode igitur interpretatus est Carensis per turpe lucrum, quod inhibet Apostolus, seculare siue laicum. Et de his hactenus

DE PRIMATV DIVI PETRI, Pontificis Maximi potestate, titulisq; & honore cæterorum præsulum. Lib.XIIII.

NVNC rerũ ordo expostulare videtur, vt discutiamus &
ea quę ad infirmãdã Pontificis maximi potestatẽ, quin- A
imo Petri Apost. authoritatẽ partim insinuate, parti explicite scripsisti, & si pfricata fronte id vnq̃ a te factum neges. Primumq; in Methodo studii theologici ita inqs, Quod Matthęi decimo sexto dicitur Petro, Tibi dabo claues regni cælorum ad vniuersi Christiani populi corpus pertinet. Et paulo post, Cum Christus Ioannis vltimo dixit Petro, Pasce agnos meos, cuiusuis episcopi typum gerit. Cui nõ cõmittitur grex nisi vehemẽter amãti Christũ. Et in Annot.

noui testamēti super illa verba, Tu es Petrus &c. inquis. Proinde miror esse qui hunc locum detorqueant ad Romanum pontificē, in quem nō dubie cōpetit in primis, velut in Christianę fidei principē. At nō in hunc vnū, sed in oēs Christianos: quod elegāter indicat Origenes. Verū sunt quibus nihil satis est nisi quod sit immodicum. Cyprianus videtur accipere super Petrū esse fundatā Ecclesiā, sed fortasse excusandus q̃ petrā hic non pro homine illo, sed pro typo accepit, quod indicant quæ sequuntur. Similiter excusari potest Hieronymus locis, qui bus videtur dicere super Petrum fundatā esse ecclesiā Christi. Preterea in scholiis Tomi secundi operum diui Hieronymi de hoc Hieronymi verbo, Si igitur Apostolus Petrus super quē dominus fundauit ecclesiā &c. inquis, Hoc in presentia detorquet ad cōmendationem Petri. Neq; enim Petrus est fundamentum ecclesię. Cum Paulus dicat, Fundamentū nemo alius potest ponere preter id q̃d positum est, quod est Christus Iesus &c. Nam quod in euangelio dictū est, Super hanc petram fundabo ecclesiam &c. Ego saluo aliorum iudicio intelligo super istam de me confessionē. Nam quod hic petro dixit Dominus, Beda putat ad omnes Apostolos pertinere, mandans illis Apostolicum munus, Accipite spiritum sanctum, & quorū remiseritis peccata &c. vt omnibus ex equo mandet Porro quod postea fit caput constitutum, id Hieronymus putat in schismatis remedium esse factum. Et iterum in Annotationibus super illud Pauli verbum, Secundum potestatem quam dedit mihi dominus &c. ais, Hic locus annotandus est his qui summi pontificis authoritatem in immensum tollunt, asseuerantes vniuersum Christianę Ecclesię corpus vni homini debere cedere, adeo vt si animas omnes deduceret ad inferos, non foret ius illi resistendi. Paulus a Christo acceperat authoritatem Apostolicam, nō a Petro: & tamen dicit, Quicquid est mihi datū potestatis, in hoc datum est vt prosit, non vt lędat. Et rursus in eisdem super secundam ad Corinthios inquis, Ex hoc capite & proximo licet cōiicere, quæ fuerint dotes illius veteris ecclesię priusquā tot cæremoniis, opibus, imperiis, copiis, bellis, aliisq; id genus esset onerata. Nunc fere tot pręclara munia ad vnam potestatem redacta sunt, hoc est Christi titulo palliatam tyrannidem. Et in Enchiridio militis Christiani ita inquis, Quo magis admiror potestatis & dominii ambitiosa vocabula ad ipsos vsq; pontifices summos & episcopos inuecta fuisse &c. Nec pudere theologos non minus indocte q̃ ambitiose magistros nostros vulgo appellari: cum vtrunque Christus interdixerit suis, ne vel dominos vel magistros vocari se finerent: vnū enim esse tū magistrū tū dominū. Et in epistola ad Episcopū Basiliensem, Sunt ecclesię proceres q̃ cū abundent ecclesiastico censu vsq; ad Regū opulentiā, & palā impie viuūt & offenduntur idiotæ, hic tamen nihil datur populi scandalo: sed ab infirmis tanta firmitas exigitur, vt iubeantur credere (ni malint esse hæretici) quicquid per illos agitur siue cum absoluūt damnantve, siue cum benedicunt aut maledicunt, siue cum largiuntur indulgentias aut retinent, tantummodo valere ac si per Apostolum Paulum, Andream & Iacobum fuisset actum. Et rursus in Annotationibus, Paulus vetat Episcopum fieri, qui Neophytus sit, aut percussor, aut violentus. At hodie Romani Pontifices vel heri baptizatum, aut pyratam publicum admittent ad honorem episcopalem si videatur,

nihil deteriti Paulina cōstitutione Et in dialogo qui inscribitur Ichthyophagia, ais, Extra ecclesiam est quisquis non agnoscit Romanum pontificem. Non reclamo, sed hunc non agnoscit qui illius præscripta negligit atq; ideo spero futurū, vt hic Pontifex nomine Clemens animo pietateq; clementissimus quo magis omnes nationes ad ecclesiæ sodalitatem alliciat, omnia mitiget quę hactenus visa sunt, aliquos populos a Romanę sedis fœdere alienate, potiusq; habeat euangelii lucrum q̄ suum in omnibus ius persequi. Audio quotidie veteres querimonias de annatis & condonationibus, de dispensationibus, deq; reliquis exactionibus, de grauatis ecclesiis: sed arbitror, hunc ita moderaturum omnia vt post hac impudens sit qui pergat queri &c. His nempe verbulis sperare potes summū pōtificem in tuam sententiā iturum. Hęc tu. & tamē interim negare audes te quicq̄ aduersus pontificiam maiestatem Petriq; principatum scripsisse.

Quinimo te assertorem eorum potestatis & authoritatis profiteris. Deum im mortalem, quanta est hic tua impudentia! Quid inuidiosius? quid atrocius dici excogitarive potuisset in Apostolicam sedem? Quam quidē omnibus machinis oppugnas, diuina potestate, decoribus, & ornamentis omnibus, eam spolians, & demum confodens. Statuis enim nil aliud esse q̄ titulo religionis palliatam tyrannidem: tamq; expressis verbis ista omnia probare videris, vt nulla quantūuis sinuosa interpretatione defendi possint, tamq; apertis vt nullo egeant testimonio, sensum enim suum statim legentibus omnibus produnt, quorum quidā ipsa nuda recitatio, proposito nostro satis esse posset si nil aliud spectaremus q̄ demōstrare nos non fuisse mendaces cum tibi parętetice significauimus te quędam scripsisse quibus summi pontificis authoritati detrahere videbaris. Eoq; magis cōuenire nos eos esse contentos quod de hoc dogmate priori Epistola nostra disseruerimus. & si non copiose tamē quod satis esse posset ad veritatem deprehendēdam. Attamen cum illa ad confirmandum dogmatis veritatem potius attineant q̄ ad explodenda aduersariorum obiecta aliqua ad argumenta tua dissoluenda dicemus eundem morem (quem in cæteris) seruantes. Primum igitur id quod ais illa Christi verba ad Petrū, Tibi dabo claues regni cęlorum, pertinere ad vniuersum populi Christiani corpus vt falsissimum est, ita & absurdissimum. Ex eo enim sequeretur regni cęlorum claues non magis Petro q̄ cuilibet infimę sortis Christiano fuisse traditas, illiusq; potestatem non solum cum ceteris episcopis & sacerdotibus, verumetiam cum laicis quibuscunq; in ordinem redigi. Si enim vniuerso corpori Christiano promissæ sunt claues vt Petro, cum illis datę sint quibus & promissę, secundum autem tuam sententiam vniuerso populo sunt promissę: sequitur nihil esse primatum Petri in ecclesia. illum enim primatus spolias, cui cæteros omnes exequas. Præterea ordinem episcopalem ac sacerdotiū nullius esse momenti, cum hoc tantum cęteris preferantur, quod de clauium potestate participant: potestatemq; dimittendi & retinendi peccata habent, qua cęteri carent. Hocq; dogmate non solum confessio sacramentalis aboletur, sed & omnium mysteriorum administratio: ad hæc & omnis ecclesiastica dignitas & ordo. Cum inter sacerdotem & prophanum nil interesse posset (tua sententia) q̄ quod is qui a populo institutus sit ad sacra peragenda sacerdos dicatur: cæteri minime. Per te enim diuino instituto nullum est inter eos discrimē. hocq; Lutheri

dogma est quod & cum hussitanis edito ad id libello persuadere studeret, eis ta-
men (licet schismatici sint & heresi notati) ita insanum & erroneum visum est vt
etiam ab his prorsus fuerit reiectum. Tu tamen hoc ipsum doces: & quo loco in
Methodo studii, theologici, quo solo placito dignosci potest qualis sit illa tua
Methodus quæ verius inscripta fuisset Methodus aduersus veram theologiam:
Methodus ad destruendam omnem doctrinam ecclesiasticam: vti & rectius di-
xisses Annotationes contra nouum testamentum: & scholia aduersus doctrinam
Hieronymi. Illis enim omnia peruertis ac obtorques quæ recta fide interpretari
C debebas. In Methodo aũt (vt ista alia omittam) proh dolor quot disseminas
scrupos? quot tendis laqueos? quantum euangelicæ authoritati derogas? Et de-
niq; Iesu Christi gestis ac dictis, cum tractas de varietate & pugnantia gestorũ
& verborum Christi, scripturarumq; cõtrarietate? Quot profers blasphema? In-
quis enim preter cetera quodam loco, Tanta est varietas & pugnantia: adeo vt
cum nostro Christo nihil sit simplicius, tamen arcano quodam consilio, proteum
quendam repræsentat, varietate vitæ atq; doctrinæ. Præterea & quot indecen-
tia absonaq; refers cum agis de genere doctrinæ & consiliis eius (vt ais) trahẽ-
di mundum in suas leges? Quantum pariter detrahis Pauli doctrinæ cæterisq;
Apostolorum scriptis. Ais enim ibidem, Iam si libet paucis conferamus quem-
admodum ad magistri formam Apostolorum vita doctrinaq; respõdeat. Quã-
ta vafricie Paulus Chameleontem quempiam (vt ita loquar) agit, & in omnia
vertitur &c. Tu tamẽ ea tam callide disponis vt videri velis illa omnia ad Chri-
sti laudem & gloriam contexere. De Annotationibus in nouum testamẽtum &
scholiis in Hieronymum hoc vnum dicam, te in illis omnes fere hereses iamdiu
sepultas & doctissimis sanctissimisq; patribus explosas demum ab inferis reuo-
care conari. Sed de his hactenus. Non enim properãti ad finem omnia persequi
datur. Ad propositum igitur reuertamur. Si forte diceres scripsi iuxta quorundã
interpretationem verba illa ad vniuersi populi Christiani corpus pertinere, ali-
quo pacto id tibi condonari posset.

D Tu autem eandem sententiam probas vt verborum tuorum contextus præce-
dentiaq; & subsequentia declarant. Inquis enim citatis his verbis, Vos autẽ quẽ
me esse dicitis &c. Capitis personam agit Petrus, totiusq; populi Christiani voce
& vice respõdit, Tu es Christus filius Dei viui. Nullus enim est in corpore Chri-
sti a quo non exigatur ista confessio. Cõsimiliter & quod Petro dicitur, Tu es Pe-
trus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, iuxta quorundam inter-
pretationem, ad vniuersum populi Christiani corpus pertinet. E diuerso, cum Pe-
tro ter amorem professo dicit, Pasce agnos meos, Cristus summi pastoris hoc est
capitis vices sustinet, Petrus cum suis episcopi typum gerit &c. Et paulo post.
Neq; vero dictum est Rege aut subige oues sed pasce. Quid autem hæc sibi ve-
lint, perspectissimum est. Si enim Petrus totius populi Christiani voce & vice re-
spondet ac confitetur Christum esse filium Dei viui, ac propter illam confessio-
nem promittuntur ei claues regni cælorum: sequitur & illas omnibus promissas
cum omnes per os Petri vti ipsorum internuncii id confiteantur. Sed & quomo-
do Petrus capitis personam agit, cum adhuc non esset caput constitutus? quin-
imo nec adhuc id ei promissum. Cæterum & si illa confessio exigatur ab omni-

bus Christianis non tamen exigitur anteq̃ mysterium illud eis fuerit cognitum. Ait enim dominus. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est &c. Tibi inquit, quo nō ceteris se illud daturum sed illi sibi pollicetur: illud enim mysterium ab eo creditum audacterq; confessum est. Quapropter & in confessionis præmiũ promissio traditionis clauium facta est. Ipse nanq; prima petra fuit iacta ad fundamentum ecclesię, quia sua confessione cęteros quid esset de Christo sentiendum & confitendũ edocuit. Sed quid ais secundum quorundam interpretationem? Certe cum sententiã probares, æquum erat vt illorum quorundam verba proferres, e quibus dignosceretur an rectũ sensum accepisses. Tam enim erroneę sententię, ex qua tot absona sequitur, neminẽ probatũ authorẽ fuisse certũ est. Nam quod sacerdotes institu to diuino a laicis distingãtur, tũ ex illis quę aduersus hoc dogma in epistola nostra disseruimus, tũ ex his q̃ in superioribus diximus satis probatum esse puto. E

Q̃ aũt illa verba non sint eo sensu interpretanda, sed diuersum sentiant sancti patres, iam iam declarabimus. Beatus nempe Chrysostomus verba illa enarrans ita inquit. Quandoquidem Christus de sententia vulgi videlicet quem dicerent esse filium hominis eos interrogauit, omnes responderunt: cum vero de sua eos rogaret, Petrus prosiliit: & cum omnes interrogati essent ipse solus respondet, Tu es Christus filius Dei viui. Cui Christus, Beatus es Simon Bariona &c. Ea igitur de re Petrus beatificatur, quia Christum patris proprie filium confessus est. Non ita cæteri, qui tamen eum Dei filium esse dixerunt vt qui erant in naui gio & alii, sed vnum ex multis vere filium existimabant: præcipuum quidẽ magisq; dilectum, non tamen ex patris substantia natum: quamobrem nec beatificati a domino sunt vti Petrus. Qua de causa nihil tale de illis dictum est quale hoc dicitur: Quia pater reuelauit tibi. Petrus quidem locutus est. Pater autem reuelauit illi quod loqueretur: Subiecit dominus quoque illi. Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super hanc perram, super te videlicet confitentem me esse filium Dei viui. Et ego dabo tibi claues regni cælorum. Non dixit rogabo patrem vt tibi det, sed quamuis magna erat potestas, & doni magnitudo ineffabilis, & ego ramen dabo tibi inquit: ac si diceret quemadmodum tibi pater dedit vt me agnosceres, ita & ego tibi dabo claues regni cælorum: vt quæcunq; ligaueris super terram sint ligata in cælis: & quæcunq; solueris sint soluta in cælis. Hunc enim vniuerso terrarum orbi Christus præposuit, cui potestatem tribuit dimittendi peccata: quod concedere solus Deus potest. Et vt futura ecclesia tot tantisq; fluctibus cum impetu irrumpentibus immobilis redderetur, cuius ecclesię pastor & caput piscator homo atq; ignobilis, terrarum orbe reluctante, adamantis naturam firmitate superat &c. Hæc Chrysostomus author probatissimus, & cui tu (qui nullos fere admittis, sed tuo sensui inniteris) vel plurimum tribuis. Idem præterea super illa verba dicta Petro quæ refert Ioannes, pasce oues meas, eandem sententiam tuæ prorsus contrariam his verbis confirmat. Si amas me, fratrum curam suscipe: & quam in omnibus dilectionem ostendisti, & qua delector nunc ostende: & animam quam pro me positurum te dixisti, hanc pro pro ouibus meis trade. Et paulo post, Qui antea non est ausus Christum

interrogare, sed id munus alteri delegerat, hic commissa sibi fratrum cura non modo alteri vicem suam non mandat, sed ipsemet magistrum interrogat. inquit enim, Domine hic antem quid? Et Ioannes quidem tacet: ipse autem loquitur &c. Ex his Chrysostomi verbis videre potuisti Petrum præter cæteros beatificatum, & ob talem confessionem pollicita ei fuisse tam ingentia dona, videlicet super ipsum esse fundandam ecclesiam tantæ soliditatis ac roboris q porte inferi non præualebunt aduersus eam. Præterea ipsum Christum promisisse se ei traditurum claues regni cælorum cum ligandi & soluendi potestate: Et constituturum eum pastorem ecclesiæ futuræ. Et illud, Tibi inquit dabo claues: quemadmodum pater dedit vt me cognosceres. Denique animaduertere potuisti & illa verba. Huncque vniuerso terrarum orbi præposuit cui dixerat, Tu es Petrus: Ego super te ædificabo ecclesiam meam. Quamobrem autem? Quia me es confessus & me plus cæteris amas, quare & mei amore fratrum curam suscipe. Et illud puto audisti commissam illi fratrum curam. Cum igitur Petro fratrum cura data sit, ab ipsoque suscepta, manifestum est claues regni cælorum non fuisse ex æquo omnibus Apostolis datas, vt tu sentis. Non enim eadem est potestas his cum pastore: sicuti nec iis qui subiiciuntur, cum magistratum gerente. Si enim ita esset sequeretur eidem collatum esse ouis & pastoris officium: præterea eundem esse profectum & sub præfecto constitutum, eundem patrem & filium. Et si enim Petrus ad Christum collatus ouis sit supremi pastoris & domini, & ab ipso domino institutus sit eius vicarius: non tamen respectu ipsius gregis cuius pastor est, ouis est dicendus. Si autem totum Christiani populi corpus vel saltem omnes episcopi regni cælorum ex æquo claues haberent, non magis ipse pastor fuisset constitutus quam cæteri apostoli, sed sibi mutuo essent & pastores & oues: nihilque interesset inter ouem & pastorem: quod Pauli sententiæ penitus aduersatur. Superuacanee quoque illa verba dicta fuissent Petro, Pasce oues meas. & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: quod Chrysostomus interpretatur super te non solum super fidem & confessionem tuam, sed ob meritum tam fidelis confessionis super ipsum fundatam esse ecclesiam. Fides enim atque confessio populi Christiani fundata est super soliditatem fidei Petri. Non q fides sit fundata super fidem, sed super Petrum credentem & confitentem Christum esse verum filium consubstantialem patri. Cuius ecclesiæ pastor & caput est vt testatus est Chrysostomus. Et ne putares de vlla particulari fidelium congregatione esse intelligendum, quamuis dum simpliciter & absolute absque vlla restrictione quicquam de aliqua re dicitur intelligi non possit nisi in genere & in vniuersum: quod & Christi verba declararunt dicentis super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Christi autem ecclesia est vniuersus populus Christianus, & non aliqua portio ipsius signata. Et hoc quoque exprimere voluit ipse Chrysostomus, Nam postquam dixerat, cuius ecclesiæ pastor & caput piscator homo, subiunxit: hunc autem vniuerso terrarum orbi Christus præposuit. Quid expressius? Quid dilucidius ad declarandum vniuersi dominici gregis curam Petro esse demandatam, & claues regni cælorum illi in primis & in vniuersum traditas in quibus stat facultas dimittendi & retinendi peccata? Nec præterea video

quonam pacto interpretari valeas illud tibi id est pluribus, cum nec secundum grammaticam rationem illud tibi ad multos referri valeat. Si enim id sensisset Christus, & si nomine cæterorum Petrus respondisset, vt tu vis, non tamen premium confessionis quod multis tributurus erat ipsi soli promisisset: sed vti omnes interrogauerat ita omnibus se daturum pollicitus fuisset. Dixissetq; illi respondenti pro omnibus: Et ego super vos fundabo ecclesiam meam: & vobis dabo claues regni cælorum. Extorta igitur nimis talis interpretatio & plus quam verba ipsa patiantur. Ita enim enarrando nihil solidum haberemus in scriptura. Præterea talis sententia aduersatur cæteris dictis euangelii, quæ apprime quadrant sinceritati literæ & simplici sensui quem Chrysostomus ex illa enarrauit. Dixit enim dominus Petro, cum primum ductus est ad eum a fratre Andrea: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. & cum ex petris, ecclesiæ constituantur, ideo illud nomen ei inditum ad seruandam metaphoram, quia super ipsum vti super primam petram fundanda erat ecclesia. Præterea illud quoque aliud. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: si fidei confessio fuisset omnium, & potestas clauium ex æquo tradita, non magis fuisset muneris Petri confirmare cæteros quàm cuiuslibet ipsorum confirmare eum. Ad hæc, si promissio facta fuisset omnibus siue pro omnibus pariter ipsum promissum fuisset seruatum quibuscunque: Dominus autem soli Petro, cum tamen cæteri præsentes essent illud tradidit, ter dicens: pasce oues meas & cæter. nemine eorum reclamante quod impune facere licuisset. Potuissent enim dicere, cur nos excludis domine ab hoc munere quod nobis promisisti? Si dicas id præteriere quia agnoscebant & ipsis tribui quod Petro dabatur: Pariter dicam id eos nec cogitare quidem potuisse. Munus enim quod pluribus præsentibus vni tantum committitur, non potest intelligi etiam cæteris pariter tradi, præsertim cum causa exprimitur propter quam is cæteris præferatur. Dixit autem dominus Petro cæteris præsentibus, Petre diligis me plus his: ipso vero præ modestia respondente, Scis domine quia amo te: subiunxit Christus, Pasce oues meas: id ter repetens, quod & maiorem affectum ostendit & propensius animi decretum. Quòd si rursus vrgeres dicens, Si solus ipse vniuersi gregis pastor fuisset constitutus, sequeretur cæteros Apostolos non fuisse pastores nec datam eis fuisse facultatem dimittendi aut retinendi peccata, quod aduersatur euangelii sententiæ. Inquit enim Ioannes dominum post resurrectionem Apostolis congregatis apparuisse ipsisq; salutaris in eos insufflasse dicentem, Accipite spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, remittentur & in cælis. Et quorumcunque retinueritis, retenta erunt. Id autem & Matthæus decimooctauo capite refert eis ante fuisse promissum siue datum. Inquit enim. Amen dico vobis, Quorumcunq; retinueritis peccata retenta erunt in cælo &c. Primæ obiectioni respondet Chrysostomus in Ioannis vltimum his verbis. Dicit ei sequere me. Quibus verbis iterum curam & familiarem in eum affectum ostendit. Quòd si quis

percunctaretur quomodo Iacobus sedem Hierosolymis accepterit, responderem hunc totius orbis magistrum præposuisse & cæter. Audis eum vniuersi gregis pastorem fuisse constitutum: etsi Iacobus pastor Hierosolymis fuerit, vt cæteri Apostoli variis in locis. In numerosissimo quidem grege, & si vnus sit pastor præcipuus, vniuerso gregi intendens, attamen sunt & alii pastores in partem solicitudinis dati, quibus distributa est cura gregis: qui tamen omnes pastorum principem ac archimandritam obseruant. Attamen & illi quoque pastores munusque eis ab vniuersi gregis domino demandatum pascendi & custodiendi gregis portionem: qui & pastorem illum præcipuum constituit, & ad diligentiorem seruandi pascendique gregis curam coadiutores illi parauit. Hæcque omnia ob magnum affectum solicitudinemque quam pro seruando grege gerebat: cui hoc pacto prospectum fuit commodissime. Eodem pacto & ingens exercitus constituitur: quamuis enim sit vnus supremus dux siue Imperator vniuersi exercitus: tamen & multi sunt præfecti diuersis partibus in quas distributus est exercitus. Nam hi quidem tribuni, alii centuriones & cæter. Omnes tamen ducem siue imperatorem agnoscunt & colunt. Licet forte præfecturas, non ab illo sed rege accepissent: qui & alium ducē ac imperatorem constituit. Quo ordine & ecclesia militans constituta est a reipublicæ conditore domino nostro Iesu Christo. Audisti certe quid inter Iacobum & Petrum Chrysostomi sententia intersit. Et quod de Iacobo dicitur de cæteris pariter intelligendum. Vterque quidem episcopus, vterque pastor, vterque Apostolus, vtrique datus spiritus sanctus, vtrique data clauium potestas dimittendi ac retinendi peccata: At Petrus totius orbis episcopus, Iacobus tantummodo Hierosolymitanus. Ille pastor vniuersi orbis, hic tantum ouium quæ erant Hierosolymis. Ille Apostolorum princeps, hic sub principe constitutus. Illi facultas tradita retinendi aut condonandi errata omnium quaruncunque, huic tantummodo suarum. Ille fundamentum totius ecclesiæ, hic super fundamentum extructus. Hęc non ego tantum assero, sed Christi verba testantur: & Chrysostomus asseruit euangelii verba enarrans. Super hanc petram, id est super te extruam ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cęlorum, videlicet plene vt illis referare possis & occludere portas regni omnibus: quas licet etiam ceteris impertiare, non tamen ex equo id agam sed longe dispari vsu & potestate. Tibi autem hęc quia primum tu me confessus es ex patris reuelatione tibi facta, & quia me plus ceteris amas. Hęc quidem ex Chrysostomi sententia prẹter vnum quod quidem concessi ad vitandam inuidiam quęstionesq̃ tollendas. Non enim ipse affirmat a Christo immediate omnibus Apostolis traditam fuisse potestatem dimittendi & retinendi peccata. Quinimo illud verbum Christi quod Ioannes recitat insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum, Quorumcunque remiseritis peccata remissa sunt & cęter. ita enarrat, Quidam dicunt tunc eis non dedisse spiritum sanctum, sed tantum idoneos ad eum accipiendum per insufflationem reddidisse. Nam si Daniel viso angelo perterritus est, quid ills arcanam gratiam accipiendo vsu venisset: nisi prius eos Iesus preparasset? Ideo inquit

non dixit accepistis, sed accipite spiritum sanctum. Non tamen quispiam erraret si tunc eos potestatem quandam & gratiam spiritalem accepisse diceret: non vt virtutes ostenderent, sed vt peccata dimitterent. Differentes sunt enim gratiæ spiritus quare addidit. Quorumcunque &c. Ostendens quod virtutis genus largiatur. Post quinquaginta autem dies signorum operandorum potestatem acceperunt. Vides neutram asserit sententiam, sed tantummodo vtranque recitat. Non igitur necesse est sentire illis verbis dominum Iesum dedisse omnibus Apostolis potestatem dimittendi peccata, cum liceat intelligere tantummodo eos præparasse ad recipiendam spiritus gratiam in die pentecostes &c. De illoque alio verbo quo dicunt promissionem, huius facultatis fuisse factam Matthæi decimooctauo, ita inquit: Cum autem istum cum publicanis collocarit, qui ecclesiæ monitis non paruerit, vt certe & illum qui pertulit iniuriam consolaretur, & hunc merito perterreret. Non enim solummodo iste hoc pacto punitur, sed audi quæ sequuntur. Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælis. Quibus verbis duplici hunc necessitate vinxit, præsenti punitione & futuro supplicio: hæcque minatus est vt vincula tam cælestia quàm terrestria formidans mitior fiat. Audis, nihil dicit de promissione quam postea adimpleuit insufflans & cæter. sed tantummodo illa dicta esse ad deterrendum eum qui ecclesiam non audierit. Quæ quidem hanc habet potestatem: cum pastori illius fundamento & capiti tradita sit per quem & in cæteros pastores transferri potest. Et si enim cæteri Apostoli ab ipsomet Christo potestatem soluendi & ligandi non habuissent, non tamen ex hoc sequeretur ipsos illa prorsus caruisse. Cum enim episcopi fuerint, proculdubio opus fuit eam in proprios greges habuisse: sed si non a Christo immediate ab ecclesia tamen illam accepisse cui facultas erat illam dandi per Petrum, qui a Christo immediate illam acceperat. Ex his puto dissoluta sunt obiecta superius recitata, declaratumque est plures esse posse pastores ad eundem gregem custodiendum, sed non ex æquo potestatem habentes, facultatemque dimittendi peccata. Et si pluribus concessa sit: non tamen illis ex æquo cum Petro qui pastor & caput ipsius ecclesiæ, fuit constitutus, vniuerso terrarum orbi a domino Iesu præfectus, Et si piscator homo esset atque ignobilis. Illique hæc decora tradita his verbis: pasce oues meas: pasce agnos meos. quod ei quidem dictum fuit & non cæteris. Id autem & sequentia verba confirmarunt cum ei soli dixit, Sequere me: quod non solum interpretari potest quantum ad martyrium & genus mortis simillimum: verumetiam quo ad munus sacerdotale & curam pascendi gregis: quasi diceret. Ego quidem sacerdos a Deo constitutus & pastor gregis eius cum mortem obiero & animam meam rursus ad corpus aduocauero, par est vt alicui vestrum relinquam functiones meas, qui præsens gregem pascat, illique prospiciat. Ad quas te delegi. Sequere igitur me non modo in morte & crucis eculeo, verumetiam in sacerdotio & cura gregis habenda. Tu autem contendis Petro nihil collatum fuisse præ cęteris Apostolis, nisi primatum ad tollendam schismatis occasionem: sed ex ęquo eandem potestatem traditam fuisse cęteris Apostolis: quod ex sententia Hieronymi asseris. Et si ipsi tm̃modo verba illa, Ti

bi dabo &c. fuerint dicta quia solus ipse responderat q̃uis ex aliorum sententia:
Petrumq; illis verbis pasce &c. gessisse typum cuiusuis episcopi, quod ex re adii-
cis. quamobrem & negas Petrum esse fundamentum ecclesiæ: cum Paulus di-
cat, Fundamẽtum nemo alius potest ponere &c. Pariter inficiaris eum esse eccle-
się caput eadem ratione: cum Christus sit ipsius caput. Quamobrem & negas ec-
clesiam super ipsum esse fundatam. Quæ quidem omnia aduersantur sententiis
Hieronymi, Chrysostomi, Augustini, Cypriani, & omnium patrum orthodoxo-
rum. Et si enim quidam essent qui dicerent Petrum respondisse nomine omniũ,
vti & omnes interrogauerat Iesus quem illum esse dicerent: datamq; esse pote-
statem ligandi & soluendi omnibus Apostolis: nullus tamen negat pręcipuo &
peculiari quodam modo hanc Petro fuisse traditam, eumq; principem Apostolo-
rum tunc fuisse constitutum. Tu autem dicis id factum ad tollendum schisma.
Sed quęnam cautio hęc esset si omnibus data fuisset æqua potestas. Licet enim
congregatis Apostolis Petrus ius rogandarum sententiarum habuisset nisi ipse
definiendi quoq; facultatem habuisset, quomodo schisma fuisset sublatum aut
impeditum? Liberum enim cuiq; Apostolorum fuisset sententiæ Petri renuncia-
re & in propria stare. Si igitur ad vitanda schismata Petrus princeps Apostolici
chori fuit constitutus, oportet & traditã ei fuisse potestatem qua id perficere pos-
set. Princeps igitur Apostolorum Petrus, ecclesię fundamentum & caput.

Sed tu interim contra stas. Si Christus caput, si fundamentum, non igitur
F Petrus. Quod autem Christus sit fundamentum declarat Paulus ad Co-
rinthios inquiens, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id
quod positum est quod est Christus Iesus. Et ad Colossenses, Sicut ergo acce-
pistis Iesum Christum dominum, in ipso ambulate radicati & superædificati in
ipso &c. Quibus certe nihil moti sunt sancti patres, Cyprianus, Hieronymus,
Augustinus, & alii: quin Petrum caput & fundamentum ecclesię fuisse dixerint.
Ex quo sequitur eorum sententia, hæc loca nõ obstare, quin Petrus caput & fun-
damentum ecclesię sit appellandus. Quod & ratione ipsa comprobatur. Quid
enim vetat caput sub capite esse cõstitutũ, Petrãve super petrã? & fundamẽtũ su-
per fundamẽtum fuisse constitutũ? Metaphorica quidẽ sunt hæc omnia. Nec eñi
Christus, nec Petrus vere lapides sunt sicuti nec vere pastores. Non enim genus
humanum vere dicitur grex ouium. Dominus autem Iesus dicitur per trãslatio-
nem pastor. Inquit enim. Ego sum pastor bonus: Attamen id non tollet quin in
ecclesia etiam hodie sic multi sint pastores. Præfecti enim ecclesiarum pastores
sunt Apostolicis cathedris suffecti. Sicut igitur Christum pastorem esse & ta-
men alios esse pastores non repugnat: ita nec pugnabit Petrum esse fundamen-
tum & caput, licet de Christo pręcipue hæc omnia dicantur. Quam autẽ ob rem
Petrus his titulis sit insignitus, superius expositum est. Nec tamen illa ita Petro
tribuuntur vt cæteri Apostoli prorsus ab illis excludantur, q̃uis priuilegio quo-
dam primũ de illo dicantur. Super enim omnes Apostolos vti primores lapides
fundata est ecclesia Dei, nõ tñ ex æquo super omnes. Quia Petrus primus est la-
pis iactus, cęteri autem superædificati. Quia tamen omnes in fundamẽto positi
ad cęteros lapides collati quibus parietes domus Dei structi sunt, fundamenta
dici possunt: ideo signate dici Petrum primũ lapidẽ iactũ. Propterea ꝙ Christus

licet quadam ratione lapis sit & petra, non tamen petra iacta, sed immobile illud saxum est in quod omnis constructio solidatur: cui & prima petra iacta innititur. Hocq; est illud fundamentum de quo dixit Paulus, Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus &c. Si enĩ prima petra huic inconcusso lapidi nõ cohęreret, nihil super ipsam ædificii spiritalis construeretur. Vti autem hac ratione Christus dicitur fundamẽtum: ita alia architectus dicetur: sicuti & dominus gregis & pastor. Struxit nempe ipse dominus ac quotidie struere non cessat Ecclesiam suam. Licet igitur vtrũq; domino conueniat secundum metaphoram, sed diuersis rationibus: tamen potius videtur ei conuenire ædificatoris nomen gregis domini q̃ petræ vel pastoris. Verum de hoc multa est lis. Controuersia tñ erat an Petrus dici posset caput & fundamentum: cum de Christo hæc omnia dicantur. Dum igitur Petrus his titulis ornatur, non intelligendum est eos ita illi tribui quin dominus semper excipiatur: a quo ipse omnia hæc ornamenta accepit quum vices suas illi commisit. At inquis, Hieronymus huic sententię aduersatur: ita enim scribit aduersus Iouinianũ. At dicis super Petrum fundatur ecclesia, licet idipsum alio loco ex æquo super omnes Apostolos fiat, & cũcti claues regni cęlorum accipiant, & ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur, tamẽ propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Fateor quidẽ hęc esse Hieronymi verba, sed contẽdo illa non asserere sentẽtiã tuam: quinimo probare nostram, licet prima fronte secus videatur. Quod illis examinatis inferius perspicietur. Sed antea respondendum est argumentationi tuæ, etiam si sensus eo modo quo tu vis esset accipiendus.

Dicimus autem primum operæprecium esse ante omnia eum qui discussu- G
rus est alicuius authoris sententiam insudare, vt agnoscat quid agat author, quid moliatur, quid sibi velit, disputet ne an definiat, cum aduersario pugnet an doceat. Non enim putandum omnia quæ a probatis authoribus dicuntur eiusdem esse roboris, propriæque sententiæ. Refert enim plurimum, an quid proferat quis cum aduersario digladians, an concedens dogmatizet. Persæpe enim congredientes telis ab aduersario emissis vtuntur, tum ad euadendos alios ictus, tum ad inferendos, quæ et si non probentur ab ipsis quia minus solida & potius plumbea quàm ferrea: attamen illis satis est, modo vires aduersarii defatigare valeant aut deludere, idque Hieronymum hoc loco facere oportet confiteri nisi præsumamus dicere, eum eodem loco seipsum redarguere: quo nihil turpius excogitari posset. Prætermitto q; pluribus aliis locis contrarium scribat non disputans, sed docens. Hoc autem loco ipsum cum Iouiniano pugnare manifestum est, qui ad astruendum matrimonium esse par virginitati & continentiæ hoc induxerat. Si continentia esset præferenda coniugio, dominus non præposuisset Petrum coniugatum Ioanni continenti, quod tamen fecit. Super ipsum enim fundauit ecclesiam. Quod argumentum Hieronymus vti friuolum contemnens, ipsum aduersariũ deludere voluit illa respondẽs, Et si non ex propria animi sententia. Quibus tamen infringebatur robur argumenti illius, quasi diceret, Possum tibi respondere non prælatum fuisse Petrum, cum alio loco cuncti claues regni cælorum

accipiant. Constabat enim Matthæum decimooctauo dixisse, Quorũcũq; remiseritis peccata &c. Qua respõsione Iouinianus cogebatur aut tacere aut a propria quæstione ad aliam se transferre, qua assereret primatum Petri &c. idque responsionis genus a Neotericis dicitur responsio ad hominem non ad rem: quo genere acrius disputantes persæpe vtuntur. verba autem Hieronymi indicant hoc eiusdem generis esse. Animaduertendum enim verbum licet & quæ sequuntur idipsum super omnes Apostolos ex æquo fiat &c. Eam enim non esse propriam ipsius sententiam declarant quę diuersis in locis scribit. Ad Damasum enim summũ pontificem de Arrianis scribens ita inquit. Ideo mihi cathedram Petri & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam. Apud vos enim solos incorrupta patrum seruatur hæreditas: apud vos sol iustitiæ oritur. Vos lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa & argentea, a sacerdote victimam salutis, a pastore præsidium eius flagito. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est cathedrę Petri consocior. Super illam petram ædificatam esse ecclesiam scio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, regnante diluuio, peribit. Quicunq; tecum non colligit, spargit: hoc est qui Christi non est, Antichristi est. Et rursus ad eundem in præfatione Euangeliorũ ita habet. Duplex causa me consolatur, quod & tu qui summus sacerdos es fieri iubes. Ad hæc ad eundem in explanatione Symboli. Hæc fides, inquit, est papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicimus: in qua si quid minus perite aut caute positum est emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Idem quoq; ad Marcellam docẽs hæc scribit. Si igitur Apostolus Petrus super quẽ dominus fundauit ecclesiã promissionẽ domini illo tempore completã memorauit, quum stans in medio Apostolorum omnisque conuentus ait, Viri Iudæi &c. non enim sicut vos existimatis hi ebrii sunt &c. quomodo possumus nobis aliud tempus vindicate? Omitto alia loca in quibus hoc idem asserit. Nam ex his videre potuisti eum non semel asserentem super Petrum fundatam esse ecclesiam. Dixit enim super quem, non super quos. Præterea eum petentem fidem suam aut probari aut corrigi ab eo qui sedem Petri tenet. Et illud, Nullum nisi Christum sequens, beatitudini, inquit, tuæ, id est cathedræ Petri consocior. Super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicunque tecum non colligit, spargit. Hoc est, qui Christi non est, Antichristi est: & reliqua. Quicunq; igitur a Romani pontificis fide & authoritate discedit (teste Hieronymo) Antichristi est. Quamobrem autem? Quia summus sacerdos est. (vt ipse dixit) super quæ verba vt etiam scrupum aliquem de more iniicetes (Nam si non aliqua nocuisses mortuus esses) inquis in scholiis illud annotandum, quòd Damasum summum sacerdotem vocat, non summum pontificem: quasi præferat eum cæteris presbyteris non cæteris episcopis. Puerile quidem & calumniosum, quasi episcopi in sacris literis non appellentur sacerdotes. Si enim summus sacerdos simpliciter, Episcopi autem sacerdotes, præfertur ergo cæteris episcopis. Nam non esset summus si plures ei essent æquales. Nonne & de Christo dictũ est, Tu es sacerdos inæternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech? Nũ igitur non pontifex intelligẽdus, de quo Paulus ait,

Qui potest cōpati infirmitatibus nostris &c. Hæc apertiora sunt q̄ vt prolixiorem disputationem requirant. Non igitur sentētia Hieronymi est Apostolos ex æquo accepisse claues regni cælorum & super eos ecclesiæ fortitudinē solidatam esse, ita vt Petrus nō maiorem sed parem habeat cum cęteris facultatem, tm̄modoq; primatum honoris acceperit ad schismata tollenda: quod & sequentia tua ipsius verba declarant: siquidem ais, Hieronymū sentire omnes Apostolos pares esse potestate, solumq; Petrum honore primatus cæteris anteferri. Quid, inquit, postea? Propterea inter duodecim vnus eligitur vt capite cōstituto schismatis tollatur occasio. Ista quidem duo ad inuicem pugnāt. Videlicet q; omnibus tributa fuerit æqua potestas, & q; vnus inter eos deligatur, vt schismatis tollatur occasio. vt enim superius disseruimus, honos primę cathedrę in consessu alicui tributus cogere nō valet cęteros facultate pares stare & acquiescere illius sentētiæ, sed ad id faciēdū oportet quādā habeat super cęteros potestatem: quod nostrum est propositum. Pręterea cum non ex alio loco sumi possit hunc primatum traditum esse Petro, q̄ ex illis verbis, Simon Iona diligis me plus his, pasce oues meas: ad superiora relatis, videlicet, Beatus es &c. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum: si illis non cōuincitur quicq̄ potestatis Petro præ cæteris Apostolis esse concessum, quomodo conuincetur eisdem verbis hūc principatū illi fuisse concessum? Si enim licet detorquere illud verbum, Tibi dabo, id est vobis. Tu pasce oues meas, id est vos pascite: cum nil aliud subiungatur: quo testimonio constare poterit Petro hunc primatum fuisse tributum? Quinimo et si subiūxisset Christus: principem te constituo pariter interpretari posses, id est vos principes constituo. Eadem enim interpretandi ratio in hoc vti & in cæteris. Cum igitur de hoc nulla sit dissensio quin Petrus primatum obtinuerit illis verbis domini, nulliusq; esset roboris nisi facultatem haberet decernendi quæ in controuersiam verterentur: apertissime sequitur non æquam fuisse cæteris Apostolis cum ipso potestatem. Hoc enim pacto ratiocinari potest. Si Petrus primatum obtinuit, igitur cæteri non eandem habuere potestatem quam ipse: sed primatum obtinuisse omnes fatentur, igitur potestas nō omnibus ex æquo tributa. Vel sic, Si potestas ęqua fuit omnibus Apostolis, igitur Petrus primꝰ nō fuit: sed primatē fuisse cōstat, igitur potestas illis nō ęqua est. Cū igitur hoc ratio cōuincat, nil aliud restat q̄ vt interpretemur verba Hieronymi quę prima facie videtur asserere cōtrariū cū dicat, Licet alio loco cūcti claues regni cęlorū accipiāt, & ex æquo sup eos ecclesię fortitudo solidetur: tn̄ ꝓpterea inter duodecim vnus eligitur vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Hęc autē facile exponi possunt absq; hoc vt torqueātur. Et prima qdē pars interp̄tatione nō eget: cū nō inficiemur potestatē retinēdi ac dimittēdi peccata omnibꝰ apostolis a Christo fuisse traditā: & si aliā quoq; opinionē a Chrysostomo recitatā citauerimus: sed tm̄ negemus q; ex æquo, qđ nec dicit Hieronymus. Illud enī ex æquo ad aliam partē pertinet, videlicet ex æquo super eos ecclesię fortitudo solidetur. Id autē nō intelligēdū de potestate: Non enim innititur ecclesię structura primū super potestatem, sed super fidē & charitatē, qua omnes Apostoli forte fuere pares: & præsertim quantum ad fidem post acceptū spiritus sancti

donũ. Nullus enim hęsitauit de fidei veritate, sed omnes fortiter sanguinem & animã profudere illam confitentes: quòd et si in Petro diceretur quodãmodo fuisse viuacior vti & in priore, nõ tamẽ ob id tolleretur quin ex æquo fortitudo ecclesię super eos solidata fuisset. Cũ cõsentiẽti eorũ prędicatione in omnibus quæ ad fidem pertinẽt ipsis distributis in varias mundi regiones disseminata fuerit propagataq; ac solidata domino incrementũ dãte, nec hoc per Petrũ magis factũ est q̃ per cęteros. In munere eñ apostolatus & euangelizandi par cęteris, etsi authoritate definiẽdi superior. Par etiã in ordine sacerdotii, sed Petrus functione celsior. Attamẽ vt ipse euangeliũ in Iudæa disseminauit, fuitq; Apostolus populi Israel, vt testatur Paulus ad Galatas dicẽs, Qui operatus est Petro in Apostolatũ circũcisiõis, operatus est & mihi inter gẽtes: Ita cæteri diuersãs prouincias sortiti sunt, vt hic qdẽ Ægyptũ, ille Æthiopiã, alius Armeniã, & sic de singulis. Igitur super oẽs Apostolos ex æquo solidari ecclesię fortitudo dicitur, quia super eãdẽ fidẽ & confessionẽ, super cõsentiẽtẽ prędicationẽ & munus apostolicũ ac etiã sup eũdẽ ordinẽ sacerdotalẽ. Q̃uis autẽ in his esset parilitas, vt dictum est, superabat tñ Petrus cęteros oẽs potestate & functione. Eratq; in tanta æqualitate fastigiũ quoddã maiestatis in quo collocatus fuerat Petrus a domino, ad id selectus a cæteris, quia cęteris fide prior, & vegetior & charitate ardẽtior. Rationi quoq; naturali congruebat vt ad rẽpublicã optime cõstituendã vnus esset qui summũ gereret magistratũ: omnẽ enim pluralitatem ad vnũ deduci par est. quod videns Philosophorum princeps pręter id quod dixerat in vnoquoq; genere vnũ esse oportere, quod esset metrum & mẽsura omniũ quæ in illo sunt, quia ea sententia ad plures res referri potest, duodecimum philosophiæ suæ librum absoluit versu Homerico,

εἷς βασιλεὺς ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
σκῆπτρόν τ᾽ ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ. id est, Esto vnus princeps &c. Sed in his rebus nõ innitimur Ethnicorũ sentẽtiis. Licet euidẽtior sit veritas quę sensui naturę cõsentit. Sed Paulũ Apostolũ hãc Petri dignitatẽ prę cęteris Apostolis agnouisse indicant verba quę scribit ad Galatas: q̃uis hęc potestas primis illis tẽporibus nõ esset adhuc exerta nec plene promulgata. Inquit eñ Paulus, Nec veni Hierosolymã ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam &c. Deinde post annos tres veni Hierosolymã videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: aliũ autẽ Apostolorũ vidi neminẽ nisi Iacobum fratrẽ dñi. Quæ verba animaduertens diligẽtissimus Chrysostomus inquit, Venit ad Petrum & nõ ad alios: nec tãtũ venit & mox recessit, sed apud eũ mansit diebus quindecim: nec dicit se casu vidisse Petrum, sed veni, inquit, quod manifestat studiũ & votũ cõueniẽdi ipsum. Eo quod agnouerat aliquid in Petro esse prę cæteris. Non eñ dicit, Veni ad Iacobũ, sed vidi Iacobũ, qui tamẽ ecclesię Hierosolymitanę pręerat. Non venit ad episcopũ vrbis nec mansit apud eũ: ad Petrũ autẽ & venit & mãsit qđ certe animaduertẽdũ nõ fuisse peractũ citra mysteriũ. Ex his eliciẽdus est verus verborũ Hieronymi sensus: qui si tibi non probatur, altera responsio tibi satis esse debet, videlicet Hieronymum illa verba non ex propria sententia protulisse, sed homini respondisse: nisi malis pro tuenda sententia tua dicere Hieronymum inter se pugnantia protulisse.

Ad aliud quod in Annotationibus refers, Tu es Petrus & super hanc petrã H
&c. ex superioribus iã responsum est. Et si enim diuus Augustinus per petram
interpretatus sit Christum: Cuius tamen sententiæ cæteri patres refragantur:
attamen nec illa tollit quinetiam super Petrum siue fidem & confessionẽ eius,
vt tu mauis fundata sit ecclesia. Super Christum quidẽ id est super saxum fir-
missimum: cui prima petra iacta innititur quæ est ipse Petrus, vt superius dis-
seruimus. Quid igitur tibi velis non intelligo cũ dicis illum locum detorqueri
ad Romanum pontificem. Si enim illud de Petro dictum est, vt verba Christi
sonant, & patres interpretantur, certe & illa Romani pontificis potestatẽ affe-
runt, cum Petri successor sit & suo muneri suffectus: quẽ si appelles Christia-
næ fidei principem ei tamen detrahis authoritatem. Nec sat est confiteri illum
principem, sed fateri oportet eum præ cæteris Episcopis instituto diuino am-
pliorem habere potestatem, vt & Petrus habuit prę cæteris Apostolis quod tu
negas, contẽdens illa verba quibus tradita siue promissa fuit ad totum Chri-
stiani populi corpus pertinere, secũdum elegantem Origenis interpretationẽ,
quam tamen tu non recitas: vixque putare possum, illum & si in multis (teste
Hieronymo) aberrarit sentire quod tua verba volunt quod & si secus esset,
potius erat pie interpretandus aut refutandus q̃ in hoc dogmate probandus.

Quod demum subiicis quasi defendere velis Cyprianum & Hieronymum I
asserentes super Petrum fundatam esse ecclesiam: re autem ipsa declarare vis
ipsos pro nobis non stare inquiens eum accepisse Petrum non pro homine illo
sed pro typo vniuersæ ecclesię: nescio quid per typum intelligas. Est enim ty-
pus quiddam tãtũmodo ad signãdum institutum, cũ in se nihil veritatis cõti-
neat, prę sertim rei signatę vt signa efficta referentia rem veram vt hominem
aut deum. Est & typus qui licet vera sit, tamen aliam signat, vel potiorem vel
minorẽ: quo pacto synagoga typus fuit Ecclesię Christi, q̃uis & ipsa vera esset
ecclesia. Et Melchisedech sacerdos dei summi, typus fuit maximi & æterni sa-
cerdotis qui est Christus Iesus: minorem referre dicitur quum typus potior est
re signata: quo pacto dixit dominus, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & simili-
tudinem nostrã. Si Petrum primo modo sentis esse typum, sequitur te sentire
eum non esse precipuũ Ecclesię pastorẽ, nec primatem: sin altero, nihil agis ex
hoc inferens super ipsum non magis fundatam esse ecclesiam q̃ super cæteros.
Quid enim vetat eum fuisse primam petram iactam ad fundandam ecclesiam,
licet typus fuerit cęterarũ quæ iaciendę erant? Quin potius ex hoc q; fuit pri-
ma petra & cæterarum exemplar cõuincitur in ipsum primũ fundatam esse ec-
clesiam, primũq; illũ traditas claues. Cũq; primus confessus fuerit Christum
par est institutum fuisse principem & caput totius ecclesiæ. Signauit enim cę-
teros omnes qui eiusdem confessionis erant futuri participes. Quãobrẽ totius
disputationis summã colligã. Asseruimus quidẽ Petrũ fuisse a domino consti-
tutum totius gregis Christi pastorem caput & principẽ, ipsum fuisse primum
lapidem iactum super fundamentum ipsius ecclesiæ. Quamobrem & recte
dici posse fundamentum. Ex hisque colligi, non ex æquo traditam fuisse pote-
statem clauium cæteris Apostolis cum eo, sed illi primo plene & in vniuersum.
Assumpta probauimus ex verbis Christi, Beatus es &c. Tu es Petrus, & super

hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo claues &c. Et quodcũq; ligaueris &c. Præterea, Simon diligis me plus his? pasce oues meas. pasce agnos meos. Verba ita expressa sunt vt interpretatione non egeāt: sensus simplex est ac dilucidus. Et diuus Chrysostomus ita illum accipit. Quamobrem & testatur eum pastorem vniuersæ ecclesiæ fuisse constitutum, & vniuerso terrarum orbi a Christo præpositũ, hęcq; decora illi tributa quia dominũ Iesum Christum dei filium secũdũ naturam primũ confessus est. Quamobrem & ab ipso domino beatificatus. Inquit enim Chrysostomus: Nihil tale de illis dictũ est quale de hoc dicit, Quia pater reuelauit tibi, propter quod & ego dico tibi quia tu es Petrus &c. Hieronymus quoq; & Cyprianus ac alii pleriq; hoc idē confitentur, videlicet super Petrum fundatã esse ecclesiam: ipsumq; Apostolorũ esse principē & caput. declarauimus præterea & si Christus sit fundamentum, petra, caput, & ecclesię pastor, id non tollere quod eadē de Petro dicantur: cũ illi dominus vices suas cõmiserit. Præterea nec sequi, Et si ipse pastor sit & ei tra ditę celorũ claues, quin & cæteris Apostolis fuerint traditæ a domino, & non per Petrũ, licet abũdantius & omni modo, cæteris autē parcius. Quis etiam alia sentētia probari possit, quod per Petrũ illā acceperint. Nemini enim aliorum propria voce dominus dixit, Pasce oues meas, nisi Petro: nec cõuinci potest secundũ sententiã Chrysostomi datã fuisse aut promissam vti ab illo accipiendã citra omne mediũ potestatē retinēdi & dimittēdi peccata illis verbis Matthęi xviii. Quorũcũq; remiseritis peccata &c. vel Ioannis vigesimo, Accipite spiritũ sanctũ &c. sed tãtũ preparatos fuisse illa insufflatione ad recipiēdũ diuinũ spiritum. Priori tamen sententię ego potius subscriberem, licet summũ fastigium cum omnimoda potestate Petro fuisse tributam non dubitem.

K Sed nec hic Petri primatus latuit tuũ Origenem, quod his verbis satis declarauit cum dominus Matthęi xviii. dixit discipulis, Quęcunq; ligaueritis super terram ligata erũt & in cęlo. Non dixit, In cęlis, sed in cęlo, quemadmodũ dixit Petro. Hoc autē quia fratres non sunt tantæ perfectionis quantę Petrus. Cyrillus quoq; Alexandrinus in Thesauro ita inquit. Secũdũ autē hãc domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione hæreticaq; circũuentione manet immaculata: super omnes præpositos & episcopos primatesq; Ecclesiarum & populorum in fide plenissima & authoritate Petri: & cum aliæ ecclesiæ quorundã errore sint verecundatæ, stabilita: in qua stabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens & omniũ obturans ora inimicorum. De hocq; primatu, nulla apud patres est quęstio. In sententia omnes conueniũt, licet verbis discrepent. Petro enim quem ecclesiæ pastorem constitutum fatentur, omnes qui de grege Christi sunt subiiciantur oportet vti pastori. Ipsum autem nemini nisi Christo domino. Cæteros vero non tm̃ domino gregis, sed etiam pastori conuenit esse subiectos, quamquam quis ipsi muneris participes sint & ipsius præcipui pastoris coadiutores. Tamen ipse curat oues omniumque magistros. Quo instituto grege commodissime prospectum est. Si enim plures ex æquo gregi essent præfecti, seditiones & schismata de facili euenirent. Nemo enim potest (inquit Christus) duobus dominis seruire, videlicet æquam functionem habentibus.

Quod præterea ais, in Annotationibus super Epistolam ad Corinthios. Hic locus annotandus est his qui summi pontificis authoritatem in immẽsum tollunt &c. Et paulo post, Paulus a Christo acceperat authoritatem Apostolicam non a Petro &c. Et demũ, At qui nũc tantam tribuũt Romano pontifici potestatem, vtinã possint & cęteras dotes pontificias tribuere sapientiam, puritatẽ, charitatẽ &c. Quod ad primũ attinet ex his quæ diximus satis responsum est. Non enim qui assueuerãt summi pontificis decretis vniuersum populum Christianũ cedere debere in immensum tollunt pontificiam potestatẽ, hoc est pręter limitem. Si enim conuenit cunctas oues pastori cedere ac parere, summus autẽ pontifex pastor est vniuersi gregis Christi, sequitur illi vniuersum cedere oportere: non tãq; vni homini (vt tu ais) sed vti Christi vicario & Petri successori. Cum enim summus Pontifex caput Ecclesiæ & magister sit, vti fuerat Petrus, corpusq; a capite seiunctum non nisi truncum cadauer sit: vel si contendas adhuc aliquantisper viuere posse vti, videmus in quibusdam animalibus contingere, præsertim in eo genere quod insectum dicitur: attamen fatearis oportet, & si vitali spiritu nondum prorsus absumpta semiuiua aliquãtisper, non tamen absq; capite diu consistere posse: sed sensim emori breuique omnino extingui. Quomodo igitur inquis vniuersum Ecclesiæ Christianę corpus debere cedere vni homini: cum non possit corpus sine capite constare, nec perfectum corpus dici queat quod acephalum sit? L

Quod autem subiicis quosdam esse qui dicant, q; si omnes animas deduceret ad inferos, non foret ius illi resistendi. Auxesis est in his verbis. Omnia autem sane & pie interpretanda quatenus fieri licet. Sed is casus nunquam eueniet. Dominus enim non permitteret gregem suum quem alicui commisit pascẽdum ab illo perdi. Cum autem ad id aperte conaretur, vel eum e medio tolleret, vel gregem edoceret remedia quibus suæ saluti prospiceret: cum pastori potestatem dederit in ædificationem non in destructionem. M

Quod subiicis de Paulo quia a domino Iesu vocatus fuerit, authoritatemq; acceperit, non a Petro: fateor Apostolatus, nõ autẽ quãcũq; ab Ecclesia quippe & per sequelam a Petro varias facultates accepit. Primã ex baptismo quem ab Anania suscepit: cæteras ex multiplici manuũ impositione. Attamen Paulus agnoscens præcipuam ipsius Petri authoritatem venit ad ipsum vt diximus, apud quem & mansit dies quindecim: nec est videre ad quid, nisi vt cum ipso conferret Euangelium quod prædicabat. N

Quod postremo inducis detrahens summis pontificibus quos multis virtutibus vacuos esse affirmas, cum optes eos qui tantũ potestatis illis tribuunt tribuere posse & illas virtutes quas tu recitas. Respondeo eos qui authoritatẽ tribuũt putare illos his dotibus esse ornatos, quæ conueniũt his quibus tanta potestas est permissa. Quod si secus accidat, & si dolendum, non tamen ob id potestati quicq; esse detractum sciunt. Sed par est, nisi contrarium euidẽtissime perspiceretur, existimare pontifices maximos illis virtutibus esse ornatos. Si enim beato patre Hieronymo teste, quem superius citauimus, iniquũ est vel de clericis tñ aliquid sinistri suspicari, quanto maius periculum de ipsis præsulibus & maxime de ipso Pontifice maximo aliquid indignum suspicari? Nam O

si diuersum quandoq; accidit id permissu diuino fit in sontem gregem ad expianda eorum facinora, illa tamen occulenda sunt potius q̃ propalanda. Iuxta illud quod dicitur de filiis Noe, Quia pallium imposuerũt humeris suis: & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui, faciesq; eorum auersę erant, & patris virilia non viderunt. Quapropter & benedictionem acceperunt: Chanaam autem maledictionem, quia patrem ebrium & nudum publicauerat. Cũ igitur accidit pastorem minus studiosum virtutibusq; destitutum ecclesiam gubernare, deprecandus pientissimus dominus vt eum ad meliorem frugem deducat, patienterq; ferendus, & domini iudicio cui stat aut cadit relinquendus. Non enim pastor ab ouibus obiurgandus aut iudicandus, sed qualiscunque is fuerit ob muneris maiestatem obseruandus est. Cui nihil detrahit hominum nequitia, modo in Christi caula permaneat vt sancti patres testantur. Chrysostomus enim octogesimaquinta super Ioannem Homilia præter cætera hæc inquit. Etiam si praui sint sacerdotes deus per eos omnia perficiet & mittet spiritum sanctum: gratia enim omnia operatur. Quicquid enim conatur sacerdos, solius dei donum est: & vbi humanam exercet sapientiam, minor illius gratia apparet. Sed quid sacerdotes dico? neq; angelus neq; archangelus in his quæ a deo data sunt quicq̃ perficere potest, sed pater filius & spiritus sanctus omnia facit: sacerdos & linguam & manus præbet. Neque enim iustum est propter aliorum malitiam accedentes ad salutem nostram offendi &c. Audito Chrysostomo audi & quid Bulgarius dicat. Ait enim, Vide insuper sacerdotum dignitatem q̃ diuina sit: eius enim est remittere peccata. sic igitur illi honorandi sunt vt deus. nam q̃uis indigni sint, quid hoc? diuinorum donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos. Non enim indignitas nostra gratiam prohibet: atque ideo, quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt &c. Sed & rursus audi Chrysostomum in illa verba, Super cathedram Moisi sederunt &c. Ait enim. Increpatis sacerdotibus & Pharisæis a domino, ne quis ob id in sacerdotes insurgat id summopere iubet, nec iubet solum verumetiam facit. Non enim a docendi gradu moribus corruptos deiicit: & q̃uis nequam essent, in principatu eos confirmauit, dicens, Facite quæcunq; illi vobis esse facienda cõfirmant. Vides vt nihil detrahatur potestati ob morum prauitatem. At quid moror in testimoniis patrum cum ex euangelio ipso hoc apertissime statuatur. Caiphas quidem iniquissimus erat perditissimæque vitæ: attamen cum esset Pontifex anni illius (vt euangelium inquit) prophetauit dicens, Quia expedit vnum hominem mori pro populo.

P Cum hæc tam aperta sit veritatis assertio: attamen tu præter ea quæ diximus etiam alio loco inquis in Epistola ad episcopum Basiliensem, de propositis ecclesiæ differens, Ab infirmis tanta firmitas exigitur vt iubeantur credere ni malint esse hæretici, quicquid per illos agitur, siue cum absoluunt dãnãtve, siue cum benedicunt aut maledicunt, siue cum largiuntur indulgentias aut retinent, tantumdem valere acsi per Apostolum Paulum, Andream aut Iacobum fuisset actum. Si id quidem accusas, te igitur secus sentire declaras: videlicet non idem valere. At quomodo id potes statuere si pręsules ipsos eis suffectos esse agnoscas, & memor sis dominũ ipsis dixisse, Accipite spiritũ sanctũ.

Quorũcũq; remiserittis peccata remissa erũt. & quorũcũq; retinueritis retẽta erunt. Et quodcũq; solueritis super terram erit solutũ & in iu cęlo &c. Si igitur Apostoli talem habuere potestatem oportet & in suffectis parem esse. Aliter enim non fuisset perpetuo prospectum Ecclesiæ, nisi tantum pro tempore quo Apostoli vixere.

Ad aliud quo inuehetis in pręsules Põtificemq; maximũ ac in Theologos, Q quod nominib⁹ potestatis domini magistriq; ambitiosis, vt ais, vocabulis vtãtur, mirũ profecto tanta te inuidia in hos sacratissimos ordines ferri, vt etiam detesteris ea quæ modestissima sunt, & quæ a sanctis patribus ab Apostolis ab ipso deniq; domino Iesu inuecta fuere. Nomine quidem potestatis vsus est non semel Apostolus Paulus. Ad Corinthios enim scribẽs inquit, Secũdũ potestatẽ quã dedit mihi dominus. Et rursus, Nũquid habemus potestatem manducãdi & bibẽdi &c. Adhuc, Nã & si amplius gloriatus fuero de potestate nostra &c. Et ad Thessalonicenses, Non quasi non habuerimus potestatem &c. Dominus quoq; Iesus in Ioanne dicit, Potestatem haben ponendi animam meã, & iterum sumendi eam. Et rursus, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Praeterea non semel Apostolis potestatem dedit: Cum videlicet vocatis duodecim dahat illis potestatem spirituũ immũdorũ. Præterea dedit eis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones. Ad hæc, Vt sciatis filium hominis habere potestatem dimittendi peccata &c. Ex his agnoscere vales potestatis vocabulũ non esse ambitiosum vt tu vis. Non enim illo vsi fuissent Apostoli nec ipse dominus, sed nec ratio illius vocis id significat. Et si enĩ referri ad imperia & magistratus authoritatem possit, tamen etiam ad humillima quæq; officia referri potest: vt enim Paulus Iurisconsultus vult plura significat: a possum enĩ venit. Quid autem est aliud posse q̃ facultatem habere aliquid agendi? Facultas aũt tam ad magna q̃ ad parua extenditur. Quãobrẽ & dicit Paulus ad Romanos, An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in honorem, aliud in contumeliam? Dicimus & parentes in liberos habere potestatem videlicet patriam authoritatem: & dominos in seruos. Iudices quoq; potestatem habent decernendi in iudiciis. Cũ igitur pontifex maximus ac cæteri pręsules plurimas agẽdi potestates habeant, & id quidẽ diuersis in rebus, iure potestatis voce vtuntur. Sunt enim patres iudices rebus spiritalibus prępositi, & plurium profanarum dispensatores. Quamobrem si in profanis citra ambitionem hac voce potestatis vtimur, quãto magis proprie & conueniẽtius in sacrarum administratione conueniet? Quænam potestas in terris esse valet vel maior vel illi comparanda, qua dimittuntur aut retinentur peccata, qua & ministratur gratia quę in mysteriis per manus & ora sacerdotũ a domino deo confertur? Quænam æqua (ne dicam ampliorem aut multipliciorẽ) illi quę in pontificis maximi maiestate sita est? In quo vel vno omnes functiones cõstitutę, facultas plenaria iu spiritalibus, in multis etiã profanis maxima, & in cæteris non contemnẽda. Cuius est referare ac cludere fores regni cęlorũ. Cuius est vsq; ad tartarea regna vbi sontium animæ cruciantur quoquomodo pertingere: & sententia tua negabimus eam vocem illi conuenire? cum tamen nulli potius, nulli verius, nulli æque conueniat atque ipsi.

R Deinde cæteris eius muneris participibus. Nec interim veteris eos am bitionis accusare q͏ illa vtantur. Sicuti & de hoc q͏ domini appellentur. Quãuis nullo modestiori vocabulo indicante tamen eorum munus ac facultatem vti potuissent, licet ad reges & imperia quandoq; referatur. Quinimo & ad omnipotentẽ deũ, quandoq; tamen & ad minoris notæ homines, a domo enim quomodo scholæ Grammaticorũ placet deriuatur. Quamobrẽ quicũq; domũculę tãtũ pręest, licet ex fęce plebis sit, domin⁹ domus dicitur. Item quisquis bouis vel equi aut agri serui ve ius proprietatis habet, dominus eius rei dicitur. Præterea & is qui vsufructum tantũmodo accipit, pro tẽpore quo vsufructuarius est, dominus dicitur. Si igitur omnes hi iure domini dicũtur: cũ ecclesiæ tot & tanta iura possideant, conuincitur eos qui ecclesiis pręsunt, remq; earũ administrãt iure dominos dici non ambitiose. Pręterea si illa vox domini honoris est, cum honos sacerdotibus debeatur præ cæteris potissimũ ea vox illis tribuẽda est. At si dicas, nõ decet eos etsi honore digni sint illis vti vocabulis, q b⁹ potius potestas profana signatur q̃ sacra, cuiusmodi est domini nomen: cum illis sit a Christo inhibitum. Respondeo noluisse quidẽ Ecclesię proceres regio nomine ducis aut imperatoris appellari, cum hæc munera profana tm̃ indicent, q̃uis ipsi ordine ac dignitate eis pręstent. Tulisse autẽ vt vocabulo domini appellarentur, quia cõmune vtriq; generi, hoc est sacro & profano: quod & modestissimũ est, vt e scripturæ testimoniis probabimus. Nec illud tm̃ omnipotẽti deo tribuitur in sacris literis. Nam Paulus ad Corinthios inquit. Sunt dii multi, & domini multi. Et ad Galatas, Puer cum sit dominus omniũ, non tamen differt a seruo. Et rursus, Serue obedite dominis vestris: & vos domini quod iustũ est seruis pręstate. Et Petrus Epistola prima, Subditi estote dominis vestris in omni honore. Vides ex his Apostolos, non tm̃ summũ deum dominũ vocasse, sed etiã plerosq; alios etiã humiles. In Genesi quoq;, Iudas Ioseph fratri dixit, Tu es post Pharaonem dominus. Item Christus in Euangelio, Nemo potest duobus dominis seruire. Præterea vos vocatis me magister & domine & bene dicitis, sum etenim. His testimoniis dilucidũ fit hãc vocẽ domini valde cõmunẽ esse, nec cũ ad humiles etiã referatur valde fastuosam esse: & dñs Iesus qui tamen renuit se appellari Regem, & si rex esset, nõ abnuerit se vocari dominũ, sed probauerit. Q; autem non signet potius potestatem profanam q̃ diuinam ex infinitis scripturæ locis probari potest. Pluries enim scribitur. Loquutus est dominus ad Moysen, & similia. Amos quoq; inquit, Dominus est nomen eius. Et Hieręmias, Nomen quod vocabũt eũ dominus. Et in Psalmis, Dixit dominus domino meo. Cum hoc domini vocabulum non tm̃ profana sed diuina significet, & ad humilia vsq; referatur, indicetq; facultatem quandam in eo qui dicitur dominus ad negocia quædam: proceresq; ecclesiæ & præsertim pontifex maximus multiiugis facultatibus præditi sint: sequitur eos pleno iure & dici debere dominos & esse: huncq; titulum multiplici nomine illis conuenire. Ad id autem quod inquis illis esse interdictum: cum diluero quod obiicis

S Theologis, & hoc quoq; explodam. Ais enim, Non pudere Theologos non minus indocte q̃ ambitiose magistros nostros vulgo appellari, cũ vtrũq; dñs interdixerit. Primũ videamus quæ sit huius nominis ratio: ea enim perspęcta

facilius agnoscem9 deceat ne an dedeceat eos magistros appellari. Magistri eñ secundum tuos Grammaticos ab aduerbio magis dicuntur, & proprie artium præceptores ita appellantur. Transfertur tamé ad omnes quibus præcipua alicuius rei ars aut cura incumbit, aut quia magis cæteris possint, aut quia maiorem diligentiam & solicitudinem adhibent siue debent rebus quibus præsunt. Hinc magistri pagorũ, vicorũ & collegiorũ dicuntur. Ex hac itaq; ratione patet nomé ipsum magistri non ambitiosum esse, sed tantũ indicare quandã potétiam siue diligentiã in re aliqua peragenda: & præceptoribus artium maxime conuenire. Cũ auté nulla ars doctrinave sit sacræ theologiæ conferenda quinimo omnes liberales illi ministrét ac ancillétur, manifestũ est nullis magis hoc nomen conuenire q̃ illius professoribus theologis. Quamobré pleno iure magistri nostri appellantur. Edocent quippe nos ea quæ dei sunt & ad fidem & religionem pertinent. Scite igitur & non indocte se ita appellari permittunt, nec tamen ambitiose. Cũ non sit superba vox, sed quæ ad humillimum quodq; opificium referri possit, vt ex assignata ratione & communi loquétium vsu perspectum est. Dicũtur enim non solum magistri pagorũ, sed & artium seruilium ac etiã sordidarum. Quinimo & magistri gregis dicuntur secundum Poetam. Idé amor exitium est pecori, pecorisq; magistro. Quod etiã multiplici sacrarũ literarum testimonio probatur. In Genesi enim etiã pistorum magister vocatur. & in libro Macchabeorum, Bestiæ magister. Et Daniel constitutus est magister super omnes sapientes. In euangelio quoq; sæpissime métio fit de magistro, vt dies non sufficeret si illa omnia recitare vellem, vt quũ dominus dixit Nicodemo, Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Et venit doctor legis tétãs eũ &c. Ex his puto patere magistri nomen non ambitiosum esse: sed theologis maxime conuenire. Itidem dicendum & de doctoris nomine: q; si vellem in omnibus authoritates scripturæ citare superuacaneus videri possem.

At cum dicis, id illis a Christo inhibitum fuisse: inquit enim, Nolite vocari rabi &c. Respódeo, q; si his verbis præscriptũ fuisset ne quis appellaretur ma- T
gister, pariter cautum esset ne qué appellarét patré. Eodem enim loco vtrũq; vetatur: Inquit enim, Et patré nolite vocare vobis sup terrã: vnus enim est pater vester qui in cælis est: sicuti & vnus magister. Sed audi quó hæc interpretet Chrysostomus. Non vocetis patré inquit nó hoc dixit vt neminé patré vocét, sed ne ignorét qué principaliter patré vocari oporteat. Nã quéadmodũ nemo principaliter magister est, sic nec pater, præter illũ qui tã magistrorũ q̃ patrum omniũ causa est. Quãobré & subiũxit, nec vocemini magistri quia magister vester, vnus est Christus. Nó igitur sensit dñs discipulos nó appellari magistros, sed ne more Iudæorũ se appellari vellét, qui illo nomine gaudebãt: immemoresq; reddebãtur præcipui magistri, qui vnus tñ est. Hancq; magistri & patris appellationé repressit dñs p quã cælesté patré & magistrũ negligãt. Prolixioré de hac re fecimus disputationé. Quia huic loco respódétes multis aliis respódemus. Quibus vel sacerdotes vel theologos incessere nó desinis quos defendere ac reuereri debuisses. Ad aliud quod dicis in Annotationibus super epi- V
stolã Pauli ad Corinthios: sedis apostolicæ statum esse Christi titulo palliatam tyrannidem, putarem sane te quodam morbi furore percitum illa verba pro-

tulisse, potius q̃ mentis compotem ex animo talia scripsisse, si hoc tm̃ loco ipsi sanctæ sedi infestus fuisses. At cum mẽte reuoluo te illam perpetuo insectari & plus q̃ mille locis illi derogare, inducor vt credam te ex animi sententia, non mẽte nisi dũtaxat bona captũ illa scripsisse. Inquis enim, Ex hoc capite & proximo licet cõiicere quæ fuerint dotes illius veteris Ecclesiæ, priusq̃ tot cęrimoniis, opibus, imperiis, copiis, aliisq; id genus esset onerata. Nunc fere tot præclara munia ad vnam potestatẽ redacta sunt, hoc est Christi titulo palliatam tyrannidẽ. Quid atrocius? quid acerbius a quoq̃ dici potuisset: non ad minuẽdam solum, sed ad prorsus perdendã cathedrę Petri anthoritatem? Nec enim atrocissimus quispiã acerbius qd dicere potuisset, q̃ φ potestas ecclesiastica tyrannis est. Si ita esset Erasme accurrerem inter primos ad illam aholendã. hoc idem & omnes agerẽt quibus pius animus esset, & qui rempublicã diligerẽt. Cum igitur hoc prędices, vide quęso quantã sedi sanctissimę primũ inferas iniuriam, deinde & cæteris ecclesiis. Vide quantã moueas inuidam, quantum excites incendium: & tamen audacter negas tibi quicq̃ cõuenire cũ Luthero. Quid antẽ Lutherus aduersus illam perniciosius vnq̃ protulit? Quẽ morsum intulit tam rapidum? Quodnam telum ita medicatum toxicoque magis letali infectum iaculatus est vnq̃? Parcat tibi summus deus Erasme, qui hæc tã iniqua, tam inuidiosa disseminasti, & deinceps ponat custodiam ori tuo & ostium circũstantiæ labiis tuis, ne effundas verba malitiæ, fidens eloquẽtia te excusari posse in peccatis. Sed quod ad rem attinet superioribus disputationibus respõsum est. disseruimus enim de potestate ecclesiastica: & vnde sit tam ingens, tã verẽda, tam vasta, tã multiplex: simulq; declarauimus illi multis opus esse pręsidiis & ornamentis externis ad se tuendam, dignitatemq; sustinendam. Multiplici enim potestati multiplicia oportet esse ministeria, pluraq; & varia instrumenta. Exerta quoq; & exercita potestas plures exigit ministros q̃ latẽs & recondita. Quamobrem nec cõuenit cunctis in rebus statum ecclesię huius temporis cõferre statui veteris illius pene nascentis, & adhuc (vt ita dicã) vagiẽtis. Sed id facere esset ita rationi dissonũ, ac si quis robustũ iam virũ cõponeret infantis fascibus alligati cõditionibus. Q; si contenderes illã robustiorẽ fuisse spiritu, licet imbecillem corpore & viribus externis: id quidem non inficiarer: præsertim quãtum ad primęuũ illud tempus Apostolis adhuc viuentibus aut illi proximũ, non exhausto adhuc spiritu illo Apostolico sed vigẽte in multis: qui tamen ardor peculiare dei donũ est: Nec est volentis neq; currentis: sed dei miserentis illum tribuere temporibus, mensura, & quibus decretum est in arcanis illius sapientiæ & bonitatis: quẽ & impertitur distribuitq; quandoq; splendentem ac micantem, virtutes etiam & prodigia operantem: aliquando etiam latentem prout vsus postulat & tempora exigunt.

X Quod dico ne putares ecclesiam nunc destitutam esse spiritu Christi, cum in eo non perspiciãtur miracula, nec videantur illi veri hęredes quos in veteri passim erat videre, quasi dominus Iesus deseruisset dilectam sponsam suam cũ qua tam magno sacramento (vt Pauli vtar verbis) iunctus est. Cui recepit se cum ea futurum vsq; ad seculi consummationem. Sed vti tunc exigebantur miracula ad euangelium propagandũ, oportebatq; vt flamma micaret cuius

fulgor tanto magis remittebat quanto fides in paucioribus constabat. Sicut enim carhunculus margaritumq; insigne plus nitet cũ inter atra & caliginosa situm est, q̃ si inter multa renitẽtia: Ita pręclara & egregia virtus vbi rarior ibi magis cõspiciẽda. Quodquidem in veteri ecclesia vsu veniebat paucis fidelibus dispersis in multitudine Ethnicorum & infideliũ. Nunc autẽ propagato euãgelio & cõuersis ad Christum Ethnicis, vti non est opus tot & tam apertis prodigiis ad confirmãdã veritatem doctrinæ Christi: ita nec perfulgent viri illi perfecti in quorum pectoribus Christus habitat, sed dispersi in turbas inter illas delitescũt minus pręclari. Attamẽ diuersis seculis modo vnus, modo alter emergit heros in quo excelsa perspicitur virtus, per quẽ & prodigia fiũt. Hocq; ita a domino peragitur vt tempora exigunt, & res ecclesiæ postulat: quod indicat ipsum dominum Iesum a columba sua diuortium non fecisse, sed perpetuo illi adhærere: quam decuit primo nudam esse plumisq; destitutã, vt interna virtus illius magis agnosceretur: cũ tamen vndiq; circũuolaret, teterrimũq; griphum illum qui aera occupabat viribus & potestate loco deturbaret, & regnãtẽ profligaret. Decreuerat enim omnipotens humilitate expugnare superbiam, egestate auaritiã, imbecillitate potestatem, simplicitate versutiã, ignominia ac confusione gloriã, infirmitate robur, sermonis inopia eloquẽtiã, inscitia mũdi sapiẽtiã, crucis patibulo soliũ, deniq; sanguine & morte regnãtem ac triumphãtem sola vi & robore spiritus misso ad hoc mysteriũ cõsummãdum Christo Iesu seruatore nostro. Sed obtẽta victoria, depulso hoste, nõ eisdem machinis, nõ eisdẽ telis, nõ eisdẽ institutis prorsus insistẽdum erat, sed cõueniebat columbã pẽnas assumere, alas extẽdere, multa possidere, decus & maiestatem seruare, intus ac extra fulgere, de hoste triumphare, spoliaq; & manubias distribuere.

Alii obiectioni quã in Annotationibus tãgis carpẽs Põtifices maximos, Dũ inquis, Vetat Paulus episcopũ fieri qui neophytus aut percussor aut vinolentus sit: at hodie Romanus Pontifex vel heri baptizatũ vel piratam publicũ admittit si videatur, nihil deterritus paulina cõstitutione. Fuisti Romæ Erasme: & quia episcopali honore non fuisti decoratus vti forte speraueras: ita iratus inde discessisti, vt perpetuo exulcerato ac implacabili animo aduersus eam vrbẽ fueris, ita vt semper spicula quædam in eam torseris non oblata occasione sed ea de causa perquisita. Ob idq; dialogum scripseris de captãdis sacerdotiis, in quo nil aliud spectas q̃ illi derogare. Quot enĩ in eo sunt sententiæ tot sunt & morsus, tot risus, tot ludibria in Romanã cathedrã: vt illud, Roma venis qua nusq̃ magis latẽt boni viri, adeo vt sæpe clarissima luce neminem videas in frequentia. Redis igitur nobis onustus sacerdotiis: nam cõplures ibi piscantur hamo, quod dici solet, aureo. Stultum piscandi genus & tamen pulchre succedit nõnullis: sed nõ omnibus fœliciter cedit hæc alea: attamẽ insigniter stulti sunt qui plumbum cõmutãt auro. Inibi Erasme cũ fuisti, vidisti ne aut tãtum audisti heri baptizatum vel piratã publicum ad honorem episcopalẽ fuisse euectũ? Hoc certe nõ dices. Ego sane qui pluribus annis in ea vrbe versatus sum, dicere non possum me vnq̃ tale quicq̃ vidisse vel audiisse. Quod vero ad constitutionem Paulinam attinet dico illud decretum diuinum non esse nec a Paulo promulgatum vti a domino traditum. Quinimo nec vti legem ab ipso cõstitutum, sed

potius consilium quoddam esse, statuens & quasi formans eum quem ad epi-
scopatum euehi deceat: quem cõuenit hominem probum esse, prudentẽ, bonæ
famæ, & deniq; qui nõ possit offendiculum prębere ecclesiæ, nec ipse cõtemni.
Recenset autem illa quæ eũ contemptibilem reddere possent aut multis prę-
bere offendiculum. Quamobrẽ & pręscribit bonũ testimoniũ vt habeat apud
eos qui foris sint &c. Non tamen constituit ꝙ si quis aliqua dotium illatũ ca-
reret, ratio tamen alia exigeret vt eueheretur, nõ possit assumi: quod facto ipse
comprobauit. Timotheum enim episcopum cõstituit. Neophytum tamen &
adolescentem. Inquit enim primo ad ipsum, Nemo adolescentiã tuã cõtemnat.
Titus quoq; iunior erat & Neophytus. cũ tamen toti Cretæ pręfecit. Pręterea
hoc licere dum res poscit dominus Iesus declarauit, qui eodem die publicanũ
e teloneo vocatum, fecit Apostolum: qui ecclesiæ persecutorem, hostẽq; maxi-
mũ vbiq; perquirentẽ fideles vt eos in carcerẽ vinctos adduceret, in Apostolũ
pręcipuũ delegit, vasq; electionis vocauit, & doctorem gentium constituit.

Z. Ad aliud quod in dialogo Ichthyophagię inquis. Extra ecclesiã est quisquis
non agnoscit Romanum pontificem, non reclamo. sed hunc non agnoscit, qui
illius pręcepta negligit, atq; ideo spero futurum &c. q̃ vafre, q̃ lubrice hęc pro-
fers. verbisq; ambiguis non reclamo inquis. Nũquid nõ reclamare est probare?
proferre debueras an probares. Qui enim quampiã rem non agnoscit aut im-
probare non audet, licet animo eam condemnet, forte propter fustẽ nõ recla-
mat. Pręterea quid intelligis cũ ais, non agnoscit Romani pontificis potestatẽ.
An sentis per agnoscere eum videlicet fateri esse ecclesiæ primatem institutũ
ad tollenda schismata tãtũmodo? An vti habentem summã potestatẽ a Christo
sibi traditam, vti catholica ecclesia asserit, illũq; agnoscit & cõfitetur? Si priori
modo, verum dicis, quod qui tantũmodo eum habere primatũ in ecclesia cẽset
eius præscripta negligere poterit: Si altero, videlicet ꝙ illius agnoscat pote-
statem, nequaq̃ negligere valebit sciens ac volens. At qui illam negligi posse
putat absque piaculo, certe eius potestatem non agnoscit. Ad ea verbula quæ
blanda specie subiungis in disputationis principio dixi te minus vanum & le-
uem esse, si putas grauissimum pontificem, licet clementissimum ac permitem
illis allici posse, vt a patrum decretis discedat & hęreticorũ dogmata probet,
vt eos ad ecclesiæ sodalitatem alliciat. Nulla enim sanctissimæ sedis culpa, quę
fidei puritatem solidissime semper sustinuit, vlli ab eius gremio discessere: sed
eorum proteruia contumaciaq; factũ est, qui pię matris salutaria monita con-
temnentes ab illa recessere. Quod omnes hęresiarchę cum suis sectis fecerunt:
quos tamen semper ad pœnitentiam inuitat parata eos suscipere in sinu cha-
ritatis, vti dominus instituit esse faciendũ, & Petrum docuit. Attamen nihil vnq̃
illis concedet quod aduersetur sanctorum placitis & patrum orthodoxorum
decretis. Qui enim pertinaces resipiscere nolũt, sane indigni sunt vt inter filios
Et eius ascribantur. Ad id quod postremo dicas te quotidie audire veteres que-
rimonias de annatis deque reliquis exactionibus & grauatis Ecclesiis, mirum
ꝙ a paucis annis hæ querulæ voces audiri cœperint, tamq; increbuerint postq̃
tu de diuinis rebus philosophari & scribere cœpisti. Quę quidẽ voces nil aliud
sunt q̃ excusationes in peccatis. Hęc cæterorũ enĩ & scuta & pila sunt aduersus

catholicam ecclesiam. Annatę quidem non heri aut nudiustertius fuere impositę, sed vetustissimo instituto consensuq; omnium nationũ ac populorum agnoscẽtium iure diuino a leuitis siue minoribus sacerdoribus decimas decimarum summo sacerdoti deberi. Quę tamen non exiguntur singulo quoq; anno, vt in veteri lege moris erat, sed tm̃ semel in vita sacerdotis ad sacerdotiũ euecti. Sed age. Quænã sunt hęc grauamina? Nũquid adauctę sunt annatę? Non quidem. Quinimo a multis detractũ. Cæterum quod ais ad episcopũ Basiliensem, ecclesiæ proceres esse qui cum abũdant ecclesiastico censu vsq; ad regũ opulentiam (quod tamen falsissimũ est & ad solã inuidiã prolatum) tamen non docẽt populum & palam impie viuũt. Respondeo, eos qui rebus præsunt nec ea præstant officia quæ debent & valent, peruerse agere & castigandos esse, ab his quorum functio est: qui licet hic non debitas luant pœnas, diuinum tamen iudicium non euadunt. Lento etenim gradu ad vindictã sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicii grauitate compensat. Sed iam plura diximus in hoc argumento q̃ nostri esset propositi: quæ tamen per occasionem protulimus aliquot argutatiunculis tuis prouocati.

DE CONSTITVTIONIBVS ECCLESIASTICIS ET LEGIBVS AC TRADITIONIBVS HVMANIS. LIB.XV.

Discutiamus modo & quæ de ecclesiasticis constitutionibus humanisq; traditionibus docuisti. quo quidem in negocio primum animaduertendum te variis nominibus de illis agere: illa enim modo ceremoniarum nomine complecteris, modo delectus ciborum præscriptiq; vestium, & aliis huiusce modi. Quandoq; proprio nomine ecclesiasticarum constitutionum vel humanarũ traditionum siue consuetudinum De quibus omnibus vti variis titulis tractas ita pluribus & diuersis in locis ea prolixiori oratione impugnas: quæ si vel sola colligerentur, plusq̃ ingens volumen proculdubio efficerent. Quamobrem ne morosiores simus pauca & breuiora e multis recitabimus, præsertim cum superius de ceremoniis differentes quædam ex illis attigerimus. Primum autem de constitutionibus ecclesiasticis in Methodo ita inquis. Constituta in ecclesia huiusmodi videri possunt vt certa hæc pure cõstituta sit integritas Christianæ religionis. Et rursus in eadem. Nouæ leges sunt inductæ: quarum aliquæ viderentur cum Christi decretis pugnare nisi distinctione temporũ scripturas in concordiam redigamus. Ad hæc ibidem, Complura in ecclesia primitiua erant inobseruata quæ nunc iubentur obseruari, quod genus sunt dies festi. In colloquio aũt cuius titulus Pietas puerilis, de iisdẽ agẽs ita inquis, Neq; vero protinus esse piaculum arbitror quod admittitur aduersus constitutiones humanas, nisi contẽptus accesserit malitiosus. Et rursus in Methodo, Vbi friget charitas, nullæ quælibet leges sufficiũt: vbi feruet, nulla opus est lege. Itẽ in colloquio Conuiuii religiosi sic habes. Rex intelligi potest vir perfectus qui domitis carnis affectibus solo diuini spiritus

impetu ducitur. Porro qui sit huiusmodi, hũc non conuenit fortassis humanis legibus in ordinẽ cogere, sed suo domino cuius spiritu agitur relinquẽdus est. Et iterũ in Methodo. Non probo ꝙ humanis cõstitutionibus tota pene humana vita oneraẽ, & ꝙ his nimiũ tribuitur pietatis. Nimirũ ꝙ his freti simplices studiũ verę religionis negligũt, ꝙ ob has magnis tragœdiis scinditur trãquillitas Christiani corporis. Et in Supputationibus, Multæ rationes sunt, quæ vix ferũt videri probabile constitutionẽ Romanę sedis cõgruere cũ æquitate naturali. Ad hęc in Pręfatione Enchiridii ais, Noli cõtaminare cęlestẽ illã disciplinã Christi humanis decretis. Et rursus ibidẽ de his loquẽs inquis, Nõ ea faciũt ad Christi gloriã, sed ad quęstũ qui condonationes, cõpositiones, similesq; cauponationes redimũt. Et iterũ in Methodo, Sũt quidẽ de votis, de decimis, de remissionibus & confessionibus scholasticoꝝ, imo monachorũ placita, quibus grauiter illaqueãtur animi simpliciũ aut certe superstitiosorũ, ingẽti malo populi. Et in colloquio qđ scribit Ichthyophagia de iisdẽ agens ita scribis. Sublatũ est sabbatũ, imo nõ sublatũ, sed translatũ in diẽ dominicã. Quid refert? Paucorũ dierũ ieiunia indixit lex Mosaica. Et in Annotationibus idẽ repetẽs superaddis, & qualia essent. Inqs enĩ, Pauca erãt Iudæorũ ieiunia, & tamen nemo capitale duxit, si quis illis statis dieb9 nõ ieiunasset. Nos quot grauamur inediis? ad quas nõ innitamur, sed cogimur, sub pœna (vt aiũt) æternę damnationis? Et prosequeris in dialogo de delectu ciborum, Quãto liberiores Iudæi nobis quibus licebat vel totũ annũ vesci ouibus, perdicibus, capris & hœdis? Et alio loco in Annotationibus, Nos bonã anni partẽ pisciũ esu cõrabescimus: inedia disrũpimur, nec ætati subuenitur nec morbo, nisi legis relaxatio nummis redimaẽ. Et prosequeris in Dialogo, Illis nullũ genus vestis interdictũ: nũc pręter tot vestiũ pręscriptas formas & colores, accessit capitis rasura eaq; varia, ne cõmemorẽ interim confessionis onus & constitutionũ humanarũ sarcinas, decimationes non simplices. Astrictũ arctioribus vinculis matrimoniũ, nouas affinitatis leges, aliaq; multa quę faciũt vt hac parte nõ paulo cõmodior videaẽ fuisse Iudęorũ q̃ nostra cõditio. Item in Annotationibus in illa verba, Super cathedrã Moysi &c. Quę dicunt facite &c. ita ais, Hũc locũ quidã eo torquẽt, quasi parendum sit omnibus quæ pręcipiũt episcopi, aut prępositi ob muneris authoritatẽ. Cum Christus de iis loquatur qui recte docerẽt legẽ Mosaicam, non qui suis constitutionibus illaquearent homines bi nec ferendi: non pro suo quippe commodo fixis legibus ac refixis metam tyrannidem exercent in populum, excogitatis ad illum irretiendũ. Hoc quãtũ ad præscipta ecclesiastica in vniuersum. Omitto loca quibus carpis particulatim eorum plurima, vt illud in Methodo, Nolle Paulum seruum Christianum a domino Ethnico discedere nisi manumissum: secus hodie decretum esse. & quæ ad iterandum matrimonium pertinent, ac cætera id genus, sicuti & quæ ad votorum obseruãtiam siue dispensationem pertinent, quoniam de his suis capitibus differemus. Prætermitto etiam quæ in Annotationibus exarasti super illud verbum, Iugum meum suaue est &c. quo loco mira linguæ volubilitate debaccharis in omnia fere decreta Ecclesiastica, nec illis quidem parcens quæ statuit circa ipsa dogmata credenda, & ad summam fidei pertinentia: vt quod

de diuina triade cum summa naturę vnitate promulgauit esse sentiendum. Car-
pens ecclesiæ decreta de diebus festis, de matrimoniis, de sacramentis, de ieiu-
niis, cæterisq; similibus. Præterea & quæ ad honestatem cultus & vestitus san-
xit, vt de votis, consuetudinibus, excommunicationibus, ac sacerdotum iuribus.
Qua oratione, licet nonnulla verba sint quæ lenocinio quodam speciem pieta-
tis præ se ferant, sententias tamen ipsas plenas fellis & amaritudinis esse con-
stat, & canina mordacitate prolatas aduersus ecclesiasticam disciplinam sancto-
rumq; patrum decreta: vtq; me vera dicere testatum sit, quædam ex illis reci-
tabo. Multos enim tam prolixam, orationem legere forte pigeret. Ais enim ve-
re blandum est iugum Christi & leuis sarcina, si præter id quod ille no-
bis imposuit nihil imponeretur ab humanis constimtiunculis. Præter mutuam
charitatem nihil ille præcepit. Et paulo post. Facile toleratur quicquid est se-
cundum naturam: nihil autem magis congruit cum hominis natura q̃ Christi
philosophia: sed quemadmodum apud Iudæos legem per se molestam aggra-
uabant hominum constitutiones, ita cauendum est ne Christi legem per se blã-
dam, grauem & asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum
accessiones. Et deinde. Iam q̃ popularis, q̃ expedita est doctrina Christi aposto-
lica, quam nunc impedita, spinosa, ne dicam tenebricosa facta? Et deinde q̃ pu-
ra, q̃ simplex fides a Christo nobis tradita, q̃ huic simile symbolum apostolicũ?
cui deinde multum adiunxit ecclesia dissidiis hæreticorum vexata: quorum ta-
men quædam sunt quæ citra fidei dispendium poterant omitti. tamen pleraq;
videbantur ad rem pertinere. Nihilo tamen melius bonæ fidei signum, q̃ cum
in contractibus res multis ac verbosis syngraphis agitur: quæ cum ad exclu-
dendas captiones adhibeantur, quo circunspectius scriptę sunt, hoc plus captio-
num solent gignere. Postremo res eo paulatim deducta est, vt propemodum ho-
munculorum quorundam opiniones vel somnia quos articulos vocant, ad fa-
stum excogitata, propemodum æquentur articulis fidei apostolicę. Sunt tamẽ
pleraq; huius generis vt impium sit homini de his definire, qualia fere sunt quę
de ratione essentiæ diuinæ, deq; distinctione personarum philosophãtur. Et pau-
lo post, Quantum destomacharetur Augustinus si videret liberum illum Chri-
sti populum, tot legibus, tot cerimoniis, tot laqueis irretitum: neq; simplici ho-
minum tyrannide oppressum, sed principum prophanorum, episcoporum, car-
dinalium, pontificum, multoque maxime horum satellitum, qui religionis ima-
gine personati ventris ac tyrannidis agunt negocium. Et deinde. Imo velut hoc
quoq; parum sit, grauari nos volunt iure, nescio quo, consuetudinis: quæ primũ
a duobus deliris profecta paulatim inualuerit. Et paulo post, His malis medi-
candis vna superesse solet anchora sacra, generale concilium. At nunc hęc, ipsa
vertitur in reipublicæ caput. Et paulo post, Nam vt turchus aut tyrãnus quis-
piam per tumultum subuerso rerum ordine per occasionem restituat rem Chri-
stianam, non opinor vllis piis optandum. Et rursus, Illud animaduertendum, ne
sic libertatem a Christo datam amplectamur vt sub libertatis prętextu turpius
seruiamus vitiis: sed sic excutiamus iugum hominum graue, vt vere blando
Christi iugo premamur. Hęc ex pluribus recitata sufficiant, quibus responde-
re non grauabor: cum tectus veritatis clypeo non magno negocio hęc spicula

non solum retundere,sed etiam in iacientem retorquere possim.

B Primo autem hoc inspiciendum quod de cōstitutionibus ecclesiasticis ita confuse & in vniuersum ac promiscue loqueris,ac si oēs vnius tantū generis essent, cum tamē earū plura sint genera. Sunt enim quędam quibus diuinę leges promulgātur:alię quibus interpretantur & explicantur. Pręter has & aliud genus est earū quibus quędā cōstituuntur conducētia ad obseruantiam diuinorū pręscriptorū,aut ad mores & honestatē,vel ad ordinem ecclesiasticum,remq; publicam cōstituendam pertinentia. Hęcq; omnia non eandē vim dignitatemve obtinent,sed vti genere & natura diuersa sunt,ita diuerso modo, ad diuersa obligāt & obstringunt. Attamen tu in vniuersum illis derogas & pariter detrahis, nulla eorū discriminis habita ratione. Ais enī constituta in ecclesia huiusmodi videri posse vt citra hęc pure cōstatura sit integritas Christianę religionis. Ex his autē sequitur etiam illis sublatis quę primi generis sunt,essentiaq; fidei explicant, in his quę antea perplexa erant,æque constaturā integritatē Christianę religionis:quod absurdissimum est. Innuisq; illis verbis,ea superuacanea esse potiusq; abroganda q̄ retinenda. Quod si dixeris te de postremo genere tantummodo, earum videlicet quę prorsus humanę sunt,id est ab hominibus repertę & præscriptę pręter diuinas agere:respōdeo primū te incaute loqui,cum non distinxeris;pręterea & falsum esse quod sentis. Nō enim æque constaret integritas religionis sublatis legibus illā vallantibus vti stat his munita pręsidiis. Q; autem pręter diuinas leges Christiana religio muniri posceret etiam humanis cōstitutis,doctrina apostolica edocuit. Plurima enī dū primęve ecclesię parietes struerentur,cōstituta fuere & hominibus ab ipsis inquā Apostolis vti homines erāt ad structurā domus Dei pertinētia. Testantur enim id Paulinæ leges de quibus ait. Hæc ego præcipio non dominus. Testātur & quæ in Actis Apostolorū recitantur. Testātur & quæ in cæteris Epistolis Apostolicis,tū Petri,tū Ioannis, tū Iacobi explicātur. In quibus & quædā ab ipsis iudicio humano p̄cipiunt ad pfectū ecclesiæ faciētia. Quæ tamē vti diuinitus cōstituta nō receperāt. Si igitur de hoc genere locutus es dānasq; oēs q̄ diuinitus institutæ nō sunt,dānas etiā Apostolicas,ipsosq; Apostolos in illis cōstituēdis vti superuacaneos ac nimios accusas:cū æque cōstaturā fuisse sine his puritatē religionis Christianæ contendas. Frustra autē per plura fiat quod æque cōmode paucioribus fieri posse cōtingit.

C Erronea & illa altera sentētia,videlicet. Nulla opus esse lege vbi ferueat charitas:cum ibi maxime ferueat charitas vbi pręcepta diuina seruātur. Quæ quidem seruari non possent vt præcepta nisi lege fuissent cōstituta:si etiam citra præceptum illis præscripta seruarētur. Non enim tanta in illis peragēdis dignosceretur esse charitas,cum carerent obcedientiæ merito. Alioqui pręstaret sine lege viuere & euangelica pręcepta nunq̄ fuisse tradita. Nam vera charitas nō excludit leges diuinas aut humanas,sed illas toto pectore complectitur & suadet humanitus constitui,quotquot conducunt ad commodiorē diuinarū obseruationē &,ad ampliorem profectū. Charitate enim inflammatus sanctissimus Dauid poposcit a domino legem sibi constitui,vt,Legem pone mihi domine in via tua. Et, Legem pone mihi domine,viam iustificationū tuarū:& exquirā tam semper. Et Portio mea domine dixi custodire legem tuam. Bonū est mihi domine lex oris

tui,super milia auri & argēti.Da mihi intellectū vt discā mādata tua.Nisi q̧ lex tua meditatio mea est tunc forte periissem in humilitate mea.Et quis est homo qui timet dominū?Legē statuit ei in via quā elegit &c.Ecce q̧ dñs statuit legem his quos diligit.Hi autem charitate maxime feruēt quos ipse diligit.Nō igitur charitas pręcepta & leges euacuat,sed perficit & cōsummat.Nō enim veni sol uere legē(clamat dñs)sed adimplere.Condidit quippe & ipse omnipotens re rum omnium conditor simul cum homine & ipsam legē.Statim enim ipsi crea to leges plurimas pręscripsit,q̃uis esset gratia & charitate plenus:quæ tamen facultati arbitrii non pręualuerunt:quin mox diuina iuxta prætergrederētur. charitate ardebat & Apostolorum princeps qui & paratus erat mori pro domi no Iesu:& tamen non solum legem,sed legis authorem abnegauit.Quid igitur garris nullam requiri legem vbi ferueat charitas?At forte diceres intelligo de humanis,sed & hoc falsum est,pariter & erroneū.Vt enim modo diximus mul tę leges humanę ab Apostolis traditę sunt tēpote primitiuę ecclesię:quo maxi me vigebat charitas apud fideles.Q2 si rursus cōtēderes æquū fuisse illis stare nec alias superinducere:responderem q̧ vti non conueniebat pręscriptis diuinis omnia ad statum hominis pertinentia complecti,sed tantūmodo quædā magis pcipua vti fundamēta & bases super quas cętera ędificarētur ad domū cōstruē dam:& vti exēplaria & regulę quibus dirigerētur cętera opportuna,reliqua au tem permitti facultati & iudicio eorum qui rebus moderandis pręessent:ne vi lesceret diuina maiestas ad humillima quæq̧ statuenda descendens,industriaq̧ humanę rationis ocio torpesceret,authoritasq̧ magistratuum & ministrorum imbecillior esset.Cum nec etiam in minoribus negociis censendi facultatem ha beret:prȩsertim quę in rebus mutabilibus requiritur,quæ pro tempore & loco moderādę sunt.Itaq̧ non expediebat ab Apostolicis viris primęuis patribus ec clesiam adhuc lactentē alētibus,omnibus rebus sigillatim prospicere ac illam adhuc in cunis vagientē multitudine legū potius obruere q̃ instituere:sed dece bat vti accuratius prospicerēt rebus quę tunc magis surgebant:& quędam alia communia traderent,imitanda in cęteris quę prudentię facultati ac diligentiæ posterorum qui illis magistratu sufficiendi erant relinquerentur.Quę pro tem porum conditione casuumq̧ quotidie emergentiū necessitate salutaribus insti tutis rebus ecclesiæ prospicerēt habita ratione non minus viriū ecclesię & sta tus q̃ circa ipsas res agēdas quid melius aut optimum esset:cum frustra condā tur leges quæ ferri nequeunt,frustra promulgentur quæ recipi nō possunt.Ec clesiam q̧ppe primæuis tēporib9 multitudine Ethnicorū & potētia oppressam, nō decebat multas cōdere leges,quas nec p ipsos Ethnicos licuisset pmulgare, vel p eos pmulgatas ab ecclesia recipi.Accedit q̧ paucitas fideliū non poscebat pluribus legibus gubernari.Paucioribus enī cōstitutis paucitas hoim gubernat: immēsa multitudo q̃ vti maior est ita ampliorē cōfusionē parere solet.vbi enim plures homines ibi plura ingenia:quæ quo plura,eo magis varia.Quāobrem & ad ea cōpescenda regēdaq̧ pluribus opus est constitutis.Pręterea nouis casibus euenītibus,nouis est legibus occurrēdū.Tēpora autē populusq̧ crescēs nouos intulere casus,quorū multitudo & varietas tāta est,vt nec etiā a diligentissimis legum latoribus eis satis prospici potuerit.Quapropter oportuit vt virtuti illi q̃

ſupra iuſtũ eſt videlicet æquitati iudicũ relinquerentur. His de cauſis cõſtituta
eccleſiaſtica primis illis tẽporibus fuere pauciora, quę demũ ſucceſſiuis ſeculis
creſcẽte populo ſenſim adaucta fuerunt. Omnia autẽ ſancte cõſultiſſimeq; vrgẽ
tibus cauſis a ſanctis patribus fuere ſancita: citra q̃ nec chriſtiana reſpublica cõ
mode ſtare poſſet. His enim vallis munita tutior ab inſidiantium ictibus reddi
tur, quę & firmius ſtaret & iucundiori pace frueretur, ſi illa omnia quę probata
ſunt & ſancita exactius ſeruarent. Sed proh dolor quorũdã hominũ auaritia ac
improbitas effecit vt ipſi quãdoq; optima inſtituta potius ad propria cõmoda q̃
ad reipublicę, interpretentur: & vt bonis legibus ad prauas res abutãtur. Nihil
enim tam probum aut ſanctum eſt, quo prępoſtere praui vti non valeant.

D Quod autẽ excitãdi turbas aut rumores occaſionem præſtat, hoc potius de-
flendum magiſq; optandum erat vt corrigeretur q̃ vt optimę leges ſalutariaq;
inſtituta abrogentur: quibus cõtendis cęleſtem illã Chriſti diſciplinã contami-
nari: & cum Chriſti decretis pugnare videri, niſi tẽporum diſtinctione res con-
cordẽtur. At profer vel vnũ ex canonicis decretis quod videatur cũ Chriſti inſti
tutis pugnare & victas tibi do manus. Canonicę quippe leges ad diuinas vt ad
ſcopum reſpiciunt. Et cuncta quę ſtatuunt ad illas referuntur. Non enim ob id
quod in primitiua eccleſia quędã eſſent inobſeruata, nunc autẽ obſeruari pcepta
hęc cũ illis pugnãt: nõ enĩ erãt obſeruata qa nec forte pmulgata vel nõ adhuc
recepta: quę nec promulgari tunc opportunum erat quod poſtea expediuit. Plu
rima etiam tunc obſeruata fuere quę hodie ſunt abrogata nec ſeruanda, eo q
pro tẽpore tunc conſtituta aut promiſſa, vt pręſcriptũ de ſanguine & ſuffocato
nõ eſitãdo, aut de imolato idolis, vt & ſolẽnitatis ſabbati obſeruatio & circũci-
ſionis pmiſſio. Tu aũt dicis eo tẽpore inobſeruatos fuiſſe dies feſtos, nunc aũt vt
ſeruẽtur pceptũ. Sed qa de his ſuperius diſputauimus nihil in pſentia dicimus.

E Nec aduerſantur eccleſiaſtica horũ tẽporũ decreta Apoſtolicis veteribus (vt
tu vis) eo q hodie decretũ ſit Chriſtiano ſeruo licere a dño Ethnico diſcedere: cũ
Paulus diuerſum ſanxerit. Siquidẽ Paulus illud pro tẽpore ſanxit, vt oẽ offen-
diculum auerteret a negocio euangelii: quod ad Timotheum ſcribens declarat
his verbis. Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos ar-
bitrentur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur &c. Hoc autem illo tem-
pore forte contigiſſet, ſi licuiſſet Chriſtianis ſeruis a dominis diſcedere apud
quos reſidebat poteſtas. Quamobrem non ſolum reclamaſſent, ſed ſeruis inhi-
buiſſent Chriſti ſacris initiari. Idq; pręcauens Paulus illud ſtatuit ſi ſtatuit. Atq;
idẽ ſuadet vt ſi poſſit fieri liber, hoc eſt abſq; ſcandalo, magis libertate vtatur.
Ita enĩ habet. Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed ſi potes fieri liber magis
vtere &c. Sed certe nuſq̃ ſtatuit Paulus, vt ſi vterq; Chriſtianus eſſet, dñs autem
a fide recederet ſeruus cum illo maneret. Si enim cõiugum alter altero ſpiritua-
liter fornicante redditur liber a coniugii nexu: cum longe maius ſit vinculũ cõ-
iugale vinculo ſeruitutis, quanto magis par eſt vt ſeruus fidelis immunis redda
tur a iugo ſeruitutis domini ſpiritualiter fornicantis? Quomodo nanq; fieri po-
teſt vt Chriſti ſeruus, ſeruitute ſit obnoxius ſeruo Satanę? vt enim inquit Paulus
precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominũ, videlicet Satanæ ſeruientiũ. Omnis
enim idolatra vel infidelis diaboli ſeruitute premitur: Attamen nec eccleſia

decernit simpliciter liberũ esse seruum Christianũ cuiuscunq; domini infidelis.
Si enim vterq; fuerit Ethnicus, non decernit vt puto ecclesia illum esse liberum
ob receptũ Christianismum. Et hoc idem forte vult Paulus. Quoniam ius iam an-
tea quęsitum erat domino Ethnico q̃ seruus Christianismũ reciperet. Sicuti nec
etiã decernit, quin seruus esse possit domini fidelis, quod & hodie apud plures ser
uatur. Vtrouis igitur horũ modorũ cõmode seruari potest decretũ huius tẽpo- H
ris non aduersari decreto Pauli, videlicet Paulũ id solum sanxisse pro tempore,
quo Ethnici fidelibus prępualebãt. Quo pręterito & immutatis rebus secus erat
decernendũ. Aut non inhibuisse discessum simpliciter serui Christiani a domino
Ethnico, sed tantummodo illius qui iam seruituti fidelis domini obnoxius erat,
anteaq̃ ipse cõuerteretur: ecclesiã autẽ liberare seruum tantummodo domini il-
lius qui apostata factus a sacris Christi, ad cultum gentilium se transtulisset. Ex
his liquet constitutiones ecclesiasticas nõ aduersari Christi aut Apostolorũ insti-
tutis: sed docere qualia ipsa sint quęve perpetua & prorsus immutabilia, & quae
pro tempore tantummodo instituta, quapropter & mutabilia.

Pariter nec pure constaturam Christianę religionis integritatem vt tu ais ci- F
tra illas: cũ illis in vniuersum sublatis plurima in ancipiti & confuso manerẽt:
in dubiũq; verti posset, quãdo, qualiter, aut quos obstringerẽt, & an perpetua es-
sent an temporaria. Quę ancipitia, tolluntur diffinitionibus & pręscriptis eccle-
siasticis. Ad reliqua quę ais de votis, de decimis, restitutionibus aut remissioni-
bus, scholasticorum & monachorum esse placita, illisq; illaqueari animos sim-
pliciũ aut superstitiosorum ingenti malo populi: tibi respõdeo ecclesię esse placi
ta decernẽtia quid illis in negociis sentiẽdũ agendũq; sit, ne disputationibus illa
in infinitũ procederẽt & perpetuo in dubiũ versarẽtur magno simpliciũ popu-
liq; incõmodo. Quę q̃dẽ ecclesia & scholasticis & monachis cõstat, quos ęquius
est in cõsiliũ vocari ab ecclesię proceribus cũ de his definiendũ est, q̃ grammati
cos aut pantomimos. Cęterũ quod ais illa nõ facere ad Christi gloriam, sed ad
quęstũ & tyrãnidẽ: nõ ego legũ abusus tueor, sed leges si qui illis aburũtur ipsi
viderint. Ego certe multos video illis optime vtẽtes, & vt plurimum a cęteris ita
fieri existimo: nec ob abutẽtiũ culpã, etiã si lõge plures essent q̃ id facerẽt, ipsę le- I
ges forẽt abrogãdę. Prorsus. n. tolli scãdala nõ possũt quin plurima eueniãt scã
dala. Vęh autẽ illis per quos scandala fiunt. Qr pręterea ais te nõ putare esse G
piaculum quod admittitur aduersus ipsas cõstitutiones, plurimũ incaute loque-
ris. Si enim id sentis in vniuersum longe aberras, cũ multę sint vt dictũ est quae
diuinam legem exprimunt aut interpretãtur: sin de quibusdã tñ intelligis vi-
delicet his tãtummodo quarũ transgressoribus statutę sunt pœnę canonicę vel
arbitrio iudicũ cõstituẽdę, diuinãq; legẽ, nec interpretãtur nec promulgant, ve-
rũ dicis sentẽtia mea: sed distinguẽdũ & pronũciãdũ tibi erat te de his tãtũmo-
do itelligere. Ad ea vero q̃ in colloquio laniis & salsamẽtarii scripsisti iã respõdi
mus, differẽtes de diebus festis, de ieiuniis, de cerimoniis cęterisq; id genus. Pręter
ter illa tamẽ & hoc dicã te nõ minus inepta in illos proferre q̃ indecora psonis
quas inducis de rebus illis differẽtes. Quid eñ magis indecorũ q̃ laniũ & salsa-
mentariũ de grauissimis rebus disputantes inducere? De sacris inquã ritibus, de
ieiuniis, de pscriptis antiquę legis & nouę cõponẽtes ea adinuicẽ & de illorum

onere ac facilitate statuentes? Cõmodius induxisses lenonem cũ meretrice disputantem de summa reipublicę, de cõdẽdis legibus, deq; virtute & moribus, pastorẽve aut aratorẽ de virtutibus Imperatoris aut ducis exercitus, deq; oppugnandis defendẽdisq; vrbibus, sed hoc tuo more. Tibi enĩ hãc licentiã vsurpasti nullam personarũ habere rationẽ, cũ tamẽ fueris comicorũ studiosissimus.

H Sed quid ais? lege Mosaica nullũ interdictũ fuisse vestis genus, nihil circa cultum pręscriptũ: nobis autẽ & vestiũ formas varie cõstitutas, colores quoq; & capitis rasuram eãq; variã. Hoc iniquis & tamẽ constat nec lege euangelica nec ecclesiastica de vestitu quicq̃ statutũ esse in vniuersum, ita q; aliquẽ obstringat ad aliquã vestitus formã aut colorẽ materiãve. Sed liberũ est vnicuiq; vestiri vt libuerit, nisi ei q se ad aliquod vitæ genus astrinxisset, cuius vestitũ & p̃scriptũ idẽ esse par esset. At Iudęis in vniuersum lege cautũ ne induerẽtur veste lana linoq; cõtexta, pręscriptę philacterię vestium, pręscriptus sacerdotis cultus magna cura & diligẽtia, pręscriptus & Nazareorũ capitis cultus, vt vbi primũ votũ vouissent nouacula nõ transiret super eorũ capita, sed cesariẽ producerẽt. falsissimũ ergo in vestitu liberiores fuisse Iudęos ipis Christianis. At dices de clericis loquor & monachis: iã respõdi, illis in quãtũ Christianis nihil circa cultũ esse pręceptũ. At si qd p̃scriptũ est vti monachis aut clericis, esse factũ ex præscripto professionis vitę quã ipsi sibi libere delegerũt. Si qs enim votũ vouerет se albo colore indutũ iri, ad id qdẽ seruãdũ teneret nõ statuto ecclesię q̃ ipm ad illius coloris vestitũ coegerit, sed ex libertate sua. Ecclesia tñ statuit vota esse seruãda. Sed nũqd tibi absonũ videt eos q, se ad quoddã peculiare vitę genus addixerunt peculiari quoq; vestitu indui, & vt vita a cęteris differũt, ita cultu a cęteris differre? Sollicitus fuit Paulus de cultu mulierũ cũ statuit illas nõ nisi velato capite in ecclesia orare, viris autẽ inhibuit. De his quoniã superius egimus plura dicere superuacaneũ esset. Postremo qđ ais nõ paulo cõmodiorẽ fuisse Iudęorũ conditionẽ q̃ nostrã tibi iã superius respõdi Christianã legẽ in quibusdã grauiorẽ esse, quędãq; pręcepta in illa cõtineri magis ardua pręscriptis Iudęorũ. Quo aũt ad numerũ p̃ceptorũ eorũq; morositatem & fastidium Mosaicam longe fuisse difficiliorem.

I Quod postea subiũgis in Cõuiuio religioso, de viro perfecto quod legibus nõ subdatur, q̃uis & ad hoc superius respõsum sit, tamẽ libẽter a te scire vellẽ quẽ perfectũ virũ esse censeas & quomõ sit agnoscẽdus? An qui diuina pręcepta seruat censendus sit perfectus? an qui illa negligit ac prætérit? Si is qui seruat, certe ille se eis obnoxium reddens declarat se non esse legibus absolutum: Si qui prætérit, perfectum igitur virum putabis præceptorum domini cõtemptorem atq; transgressorem, & Valdensium hęresi subscribis. At si dices, aio illum qui perfectus est non subdi legibus ecclesiasticis humanis: falsum est. Quanto enim perfectior tanto magis obstringitur legibus ecclesiasticis seruandis. Illasq; transgrediens obnoxius es pœnis canonicis vti &c. Sed illæ pœnam æternam non obstringunt. Parere tamen ecclesiæ debent, quam si contemnerent perfecti esse nequirent. Si autẽ dicas ad statuta ecclesiastica non astringi, dum afflatu aspirãtur ad contraria facienda, fateor. Sed vnde cõstabit ipsum facere ipsius numinis impulsu? Non quidem quia ipse id testetur credendum. Verum si probatæ vitæ testimonio aliisq; probabilibus indiciis id testet, tũc permittẽdũ quoad licet eũ

libere suo arbitrio viuere. Verum perfecti quanto probatiores fuerint, tãto obser
uantiores erũt p̃ceptorũ ecclesię. Et circa illa seruãda solliciti magis. Quod q̃dẽ
erit magnę perfectionis indiciũ, q̃uis fieri cõtingat vt aliquo in negocio pro tẽ-
pore aspiratus secus agat q̃ pręscriptum sit, id tamen perraro accidit.
Restat respondere ad ea quę recitauimus excerpta ex prolixa illa Annotatio- K
ne super ea verba Iugum meũ suaue est. q̃uis & illis iam fere responsum sit, at-
tamen & hęc pauca adiiciemus. Et primum dicemus ecclesiasticas leges nil gra
uitatis apponere legi Christi, sed illã explicãdo reddere leuiorẽ: & sepe vallando
efficere tutiorẽ. Falsum p̃terea & illud, Christũ nihil p̃cipere nisi mutuã charita
tẽ. Imo in primis diuinũ cultũ & feruẽtẽ erga Deũ amorẽ p̃cepit. Illa enĩ q̃ pri-
mę tabulę sunt ad fraternã charitatẽ nõ pertinẽt. Absurdũ quoq; & illud cũ na
tura nostra cõuenire oĩa Christi p̃cepta: cũ quędã sint ex his quę supra naturam
sunt. Nõ enĩ secundũ naturã dilectio & amor erga inimicos & odiũ sui propter
Christũ. Illa enĩ dictat amicos esse amãdos, inimicos autẽ odio habẽdos: vnde &
locus ille: Si oportet amicis bene facere ergo inimicis male. Erroneũ pręterea &
illud, doctrinã Christi ecclesiasticis decretis effectã esse tenebricosam & spino-
sam. Quinimo p̃spicua explicita magis certa & dilucida reddita est. Caeterũ q̃d
ais grauari Christianũ populũ nescio quo iure cõsuetudinis, q̃ primũ a duobus
deliris profecta paulatim inualuerit. Respõdeo nihil referre quo pacto cõsuetudi
nes initiũ habuerint, sed animaduertẽdũ eas vim habere ex publico cõsensu quo-
receptę fuere: cõsentaneũ autẽ cũ probę sint a piis nõ a deliris habuisse originẽ.
Robur autẽ obtinuerũt legis licet non promulgatę. At certe facto quod quidẽ
maius est. Grauissimũ quidẽ est populi iudiciũ communisq; consensus. Nam po
puli est scire leges quae non minus opere q̃ verbis sanciuntur.

Quamobrem receptę consuetudinis transgressor praesertim approbatae a L
praesulibus & patribus magistratum gerentibus reus est legis non minus q̃ si
legem scriptam praetergressus foret. Accedit ad hoc q̃ talis consuetudo infrin-
gi non potest absq; multorum offendiculo. Non tamen ad ipsas consuetudines
obstringuntur nisi qui illas receperunt q̃uis probatissimę & commodissime es-
sent: a quibus immunes sunt hi apud quos nunq̃ fuere receptae. At cum receptae
sunt publico consensu magnam dignitatem & vim obtinuerunt, quantoq; vetu-
stiores tãto magis probatę a pluribusq; receptę. Videtur autẽ quod per se hone-
stum est vel ad honestatẽ & pietatem faciat, receptũq; cõmuniter sit & diu ser-
uatum, non nisi afflatu diuini spiritus fuisse institutum.

Ad illud autem quod ais in Annotationibus super illa verba, Super cathedrã M
Moysi &c. Falsum est quod interpretatis Christum loqui de his qui recte docẽt
legem. Nam nec pręcedentia nec sequentia verba huic sententię quadrant. Non
enim de lege tunc agitur, sed intendit Christus ea seruanda esse a populo quae a
sacerdotibus decernuntur, siue ex lege sequantur siue non, modo ad profectum
faciant. Attestantur enim haec quae scripta sunt in Deuteronomio, Qui non
obedierit sacerdoti morte morietur. Lapidabit enim eum populus extra castra
& sic malum auferetur ex Israel. Liquet autem ob authoritatis contẽptum talem
poenam sumendam fuisse de transgredientibus. Quod vero subiicis non esse fe-
rendos qui huiusmodi authoritate freti figunt & refigunt leges, quia id

pro suo commodo faciunt ad populum irretiendum, tyrannidem in ipsum exer
centes. Respondeo, si constaret eos id facere ad tyrannidem exercendã eorũ trãs-
gressionem non esse verendam. Attamen ferendos etiam id agentes ne respubli
ca perturbaretur. Ferendi nanq; & mali principes hac de causa.

N Demum quod addis te non probare quod humanis cõstitutionibus tota pœ-
nę Christianorũ vita oneretur, nemo certe est qui hoc probet, sed nec agitur sa-
ne. Non enim multa sunt quę ecclesia explicat esse seruanda pręter fidei regulã
ab vniuerso populo Christiano. Licet ingens sit decretalium volumen: tantũmo-
do enim pręscribit festorum dierũ obseruationẽ, ieiunia quadragesimę, & tẽporũ
vigiliarumq; numerũ siue ipsarũ cõmutationẽ: Reliqua autẽ aut ad rem diuinã
peragẽdã pertinẽt, aut ad personas cuidam peculiari vitę generi addictas, vel iu
dices instituunt de agẽdisq; iudiciis agunt, aut causas diuersas decidunt, aut mo
uent, & hortantur ad virtutem & pietatem, docentes quę vnicuiq; ordini & con-
ditioni proprii muneris sunt peragere. Et hęc omnia nõ paucioribus quasi legẽ
condentes, sed plurima multis vti exhortantes & sanctionũ perssępe rationẽ ad-
hibẽtes testimonioq; sacrarũ literarũ & sentẽtiis patrũ illas cõfirmãtes. Hoc aũt
volumẽ e paruo fere magnũ reddiderũt. Nã paucis chartis ipsę leges & cõstitu
ta pſertim ad cõmunẽ populi vitã pertinẽtia continerẽtur. Sed de his hactenus.

DE VOTO CONTINENTIÆ ET Cęteris votis Deo factis conseruandis. Lib. XVI.

O NVnc videamus quid de voto continentiæ, cæterisq; votis
scripseris. Primumq; in Christiani matrimonii libello ita
inquis, Profuerit admonuisse Christianos omnes vt a vo-
tis non necessariis, aut etiam inutilibus abstineant. Si cui
cordi est Hierosolymam aut Compostellam visere, mo-
rem gerat animo suo, votum interponere non est neces-
se. Et paulo post, Ne Iepte quidem votum in exemplum
trahendum est. Cætera Iudæorum vota aut ad figuras
legis pertinebant, aut erant facilia præstatu, aut redi-
mi poterant. Et rursus, Hæc de votis vulgaribus, quæ mea sententia non susci-
pere tutissimum est: aut temere suscepta pro nullis haberi. De voto autem
continentiæ sic inquis, Plurimum conduceret ad expediendam causam ma-
trimonii, si statuerit ecclesia votum castitatis irritum esse, nisi cum authoritate
pręsulis suscipiatur: quem oportet & in hac re esse difficillimum. Deinde in-
ter votum simplex & solenne non esset tantum discrimen vt alterum si prę-
cedat, faciat dimidiatum coniugium: alterum etiam si sequatur, soluat ra-
tum matrimonium: sed vtrunq; pari pœna dignum esset. Præterea contemplã
dum quę sit nunc disciplina in plerisq; monasteriis tum virorum tum virginũ,
quantaq; paucitas vere monastice viuentium. Ad hęc audio quosdã ita loqui: nec
parentũ nec maritorum authoritas obsistere potest ei, qui afflatu sancti spiritus
totum se dedicat Deo. Quid igitur in baptismo est actũ? An dimidiũ hominis

dedicatum est deo, dimidium diabolo? Nam si afflentur diuino spiritu, nullus deberet obsistere. Atqui palam est q multos afflauit spiritus stultitiæ, temeritatis, phreneseos, ambitionis, auaritię, libidinis & luxus. Certe eos qui clā aut inuitis parentibus, quibus lex diuina iubet obediri, dedunt sese in id vitæ genus, vnde non queant semet in posterum extricare, verisimilius est malo afflari spiritu &c. Et rursus conferens statum mariti cum statu monachi, ita inquis, Habet maritus cui obediat, cui etiam debeat obedientiam, paupertatem ipse sibi conflabit, siquæ possit, eroget pauperibus: Continentiæ dimidium (fateor) tantum habet in manu sua, sed hic calculus multis aliis bonis operibus pensari poterit visendis ægrotis, subleuandis pauperibus: &c. A quibus officiis nunc secluduntur monachi monachæq;, qui maxime prædicantur sanctitatis nomine. Et in colloquiis, dialogo de valetudine aduersa deridens vota ita inquis, Sunt qui tecti cucula dominicana aut franciscana reualuerūt: idem fortasse euenisset, si leonis pallio tecti fuissent. Et rursus, Alii morbo leuati sunt nūcupatis alicui diuo votis: at ego cū diuis nō paciscor. Et in dialogo de peregrinatione religionis ergo, ita inquis de voto Hierosolymitano, Est ne illic quod putes spectatu dignum: vt ingenue fatear tibi, nihil. Ostenduntur quædam monumenta vetustatis, quorum nihil mihi non videbatur commentitium & excogitatum ad illiciendos simplices & credulos: immo nec hoc arbitror sciri quo loco sita fuerit olim Hierosolyma. Et in dialogo qui dicitur naufragium post longa ludibria & risus in eos qui diuis inuocatis vota nuncupant, ita inquis, Quid tu interea nulli diuorum nuncupabas vota? Nequaq̄. Cur ita? Quia non paciscor cum diuis. Quid est aliud q̄ contractus iuxta formulam, do si facias, aut faciam si facies. Si enatem, ibo Romam &c. Et in scholiis super Hieronymum ais. Hieronymi tempore votorum solennium quæ a religiosis nunc emittuntur nullam fuisse mentionem.

Hæc tu de votis & plura alia quæ prætermisi, ne plus æquo sim longior. Quo in argumēto quid tibi velis facile est videre. Et primū qdē votorū nūcupationes detestaris, suadens non esse vouendum, & suscepta vota negligenda: sed addis, si temere suscepta fuerint pro nullis haberi debere. Pręterea statuis quo ad voti vinculum & obstrictionem non esse faciendum discrimen inter simplex votum & solenne. quamobrem & taxas ecclesiæ morem secus obseruātis. Præterea votum castitatis debere esse irritum, nisi cum authoritate præsulis fuerit susceptum: quo nec vis irritum reddi posse ratum matrimonium, q̄uis non consummatum. Præterea statuis filios non posse, inuitis parentibus votum religionis vel cælibatus emittere, vitamq; religiosam arripere. Ad hoc ipsi voto continentiæ & religionis totiq; monasticæ vitæ coniugalem vitam non solum exæquare, sed etiam pręferre videris. Quam sententtiam vna cum illi proxima confirmas & asseris in dialogis familiaribus. In eo enim qui Eubuti & Caterinę inscribitur ita inquis, Illi iactant obedientiam: Nam ea laus tibi deerit si obedias parētibus tuis, q̄bus deus iubet obediri, si episcopo tuo & pastori tuo? Quid superest? Linea vestis ex intima versa in extimam. Cętemoniæ quædam quæ nihil faciunt ad pietatem, neq; quenq̄ commedant oculis Christi, qui spectat animi puritaté, &c. Quod aūt ad ingressum religionis inuitis parentibus attinet, eodé

colloquio sic refers, Quæ est igitur ista noua religio, quæ facit irritum, quod noua lex sanxit & vetus lex docuit, & euangelica comprobauit, & Apostolica doctrina cōfirmauit? Istud decretum non est a deo proditum, sed in Senatu monachorum repertum. Et rursus ibidem, Natura dictat, deus approbat, Paulus hortatur, leges humanæ sanciunt, vt filii obediant parentibus: & tu te subduces ab authoritate parentum optimorum, vt pro vero patre te dedas factitio, & pro vera matre tibi asciscas alienam? &c. Et rursus, Licet ne igitur tibi emere aut vendere fundū inuitis parentibus? Minime. Vnde igitur tibi ius vt teipsum dedas nescio quibus inuitis parentibus? An non tu illis charissima maximeq; propria es possessio? & cætera. Hæc autem omnia quàm absurda & fellis amaritudine infecta sint, non modo accurato lectori, sed etiam negligentiori perspicuum est, quod & dilucidius cognoscetur, cum rationes tuas confutantes aliquantulum differuerimus.

Q Quamobrem primo animaduertendum quid per vota temere suscepta intelligas. Si enim temere accipis pro inconsulte, id est non præuia deliberatione facta, vt cum præter rationem aliquid promittitur aut propellente immodico quodam affectu aut inscitia, vt cum non dignoscitur ipsa res promissa, aut nō animaduertitur quid promittatur, siue quomodo adimpleri possit, recte censes. Sed te hæc tantum non complecti illo verbo declarant quæ deinceps refers. Vis enim votum castitatis siue religionis non infringere ratum matrimonium, & suscipi vt plurimum leuitate quadam, & afflatu cacodæmonis potius quàm sancti spiritus. Ais nanque palam esse multos talibus votis se obstringere afflatos stultitiæ spiritu, & cætera. Hos autem affirmas esse eos, qui inuitis parentibus aut coniugibus dedunt sese in id vitæ genus, ad idq; confirmandum componis statum coniugalem cum monastico. Cum igitur vota quæ a bono spiritu profecta non sunt, pro nihilo sint habenda, tanquam temere facta: quæ autem ab ingredientibus religionem, vt plurimum sint huiuscemodi (vt tu vis) sequitur illa inter temere facta esse recensenda. At hoc sentire valde est erroneum: videlicet censere vota ab adultis nuncupata, inuitis parentibus, vel coniugum altero, qui adhuc coniugii potestatem non acceperit temere esse facta, aut pro nullis habenda. Piaculum est præterea & iniquum opinari eos qui se totos peculiari quodam modo deo dedicant, spiritu stultitiæ aut phreneseos ad id potius adduci afflatu cacodæmonis, quàm boni spiritus.

R Contra quidem sanxerunt sanctissimi patres, & statuit ecclesia. Filiis autem non licere, inuitis parentibus religionem profiteri, non minus rationi quam sanctorum placitis & ecclesiæ diffinitonibus aduersatur. Constat enim res ita natura constitutas esse, vt infirmiora potioribus magisq; firmis obsistere nequeant, modo cætera sint paria. At votum castitatis religionisque perfectius & præstantius est bono coniugali & obedientia filiorum erga parentes: quod constat tum ecclesię iudicio, quę Iouinianum damnauit, quod nuptias celibatui æquaret: tum sacrarum literarum testimonio & decreto, a doctore gentium præ cæteris expresso. Igitur illa imprdire non possunt votum continentiæ siue religionis. At forte diceres, si ratio procederet, sequeretur pari

modo consummatū matrimoniū nō impedire religiōnis votum,cū ſter ſemper
illud de ſe pefectius, at hoc diſſoluitur illis verbis quæ in aſſumpto adduxi-
mus : ſi cætera ſint paria. Non enim valet qui obnoxius eſt vinculo rei infirmio
ris ſe obſtringere vinculo perfectiori repugnante inferiori citra iniuriam ipſius
cui ſis alligatus. Cum autem ſeruanda ſit iuſtitia in omnibus, nec ſint facien-
da mala, vt inde eueniant bona : non licet obnoxium vinculo vxorio præſcri-
bere ſibi cælibatum, vel preſbyteri religionem:cum id ſine coniugis iniuria,cui
alligatus eſt fieri nequeat. Quod ſi diceres hoc æque militat in matrimonio ra-
to non conſummato atq; poſt peractum coniugale opus. Reſpōdeo,ſi tibi ita vi-
detur,ſecus viſum fuiſſe patribus,ſecus viſum eccleſiæ,ratione id ſuadente. Q̃-
tūs enim ex libero cōſenſu partium contrahentium matrimonium ita ratum ſit,
quod nulla poteſtate humana diuelli poſſit : quoniam ea quę deus coniūxit ho
mo ſeparare non valeat, vti abunde inferius dicemus de matrimonio tractan-
tes: attamen non ita ratum eſt,quin ab ipſis contrahentibus eo in caſu dirimi
valeat:Cum eorum alter ſe totum deo dedicat,& carnem ſuam,vti hoſtiam deo
acceptabilem perpetua munditie conſecrat:quod tamen facere non valeret, ſi
per copulam cōiugalem caro ipſius eadem cum carne comparis facta eſſet. Di
uelli enim eadem caro a ſeipſa nō poteſt,quamobrem nec offerri ad ſacrificium
niſi tota conſentiat . Secus autē eſt cum caro adhuc eadem effecta nō ſit: quod
quidē contingit anteq̄ caro cū carne copuletur. Et ſi enim cōiuges verbo & ani
mo in tranſigendo tradiderint ſibi inuicem corporis poteſtatē ad opus cōiuga
le:illa tamē potius ꝓmiſſio eſt reſpectu ipſius operis peragendi,q̄ abſolutio &
adimpletio promiſſi. At quēadmodū aliquo caſu licet quinimo & expedit pro-
miſſa non ſeruare ex quibuſdā,quę deinde acciderūt;dedecet autē prorſus repe-
tere quod ſortitum effectum eſt ex promiſſo,eo ꝙ iam iuris alterius ſit factum,
quod anteq̄ traderetur adhuc ad promittentem pertinebat . Ita qui iam dedit
poſſeſſionem & vſum ſui corporis alteri,non poteſt citra iniuriam illius illud ab
eo tollere. Verum anteaq̄ dediſſet,poterat quidem a promiſſo recedere, cum ſe
deo tradere prorſus decreuiſſet:quod longe ſublimius eſt q̄ præſtare compari
coniugale officium. In cuius poſſeſſionem ei adhuc illam non intulerat. Natu-
ra enim & ingentibus beneficiis acceptis vnuſquiſq; ſummo deo ſecundum ſe
totus prorſus obnoxius eſt: quod ſi quid remiſſum eſt & pars quædam ad
tempus nobis permiſſa,id immenſa dei benignitate & liberalitate factum eſt.
Qui autem redire vult ad eum ſtatum,qui ſecundum naturam eſt, impediri nō
poteſt ex ſola nuda promiſſione cuiquam alteri facta ob permiſſum arbitrium.
Quāobrē animaduertēdū in cōtractu matrimonii,cū dicitur,Accipio te in meā
vel in meū, &c. tacite ſubintelligi, excepto caſu quo me ꝓrſus dedicarē deo,vel
votū continētię ſolenniter emitterē,quod quidē excipi nō poteſt; peracto opere
coniugii. factū enim illi exceptioni ſiue proteſtationi repugnaret. Quādoquidē
plurimū refert,magnaq; vis & robur accedit ad cōtractū operis executione ſiue
poſſeſſionis traditione. Poſſidet vxor iā corpus mariti & marit9 viciſſim vxoris,
cum ſeſe miſcuerunt in opere cōiugali. Secus anteq̄ inter ſe cognouiſſent. Quā-
obrē & quibuſdā caſibus dirimuntur matrimonia rata ante cōiugalē operā,vt
cum quis repertus fuerit frigidus aut maleficiatus &c. Attamen in contrahen-

do casus illi verbis non fuere recepti, sed tacite solum subintellecti. Si igitur casus quidam tacite excipiuntur quibus euenientibus dirimitur matrimonium, quanto efficacius idem sentiendum celibatus siue religionis votum tacite fuisse exceptum? Recte igitur ecclesia decernit votum castitatis irritum reddere ratum matrimonium, sed non perfectum per operis consummationem. Quamobrem nec ipsum matrimonii vinculum impedire cælibatum aut religionis votum. Liberum est enim mulieri, quæ contraxerat siue viro, altero eorum religionem ingresso, nubere cui velit in domino. Quamobrem citra ipsius iniuriã dedicauit se alter diuinis obsequiis. Secus autem consummato matrimonio. Non enim licebit persistenti nubere secundum Pauli doctrinam altero coniugum superstite. Si igitur licet contractum matrimonium dirimere suscipiendo votum religionis, sequitur magis licere, & inuitis parentibus ipsum religionis votum suscipere. Minus enim obnoxii sunt filii parentibus q̃ coniugum alter suo compari. Ait enim dominus. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. Non enim filii potestatem sui corporis tradiderunt parentibus, neq; voluntatis. Quamobrem & illis licet, quanuis non cõueniat, ipsis inuitis matrimonium contrahere. Si igitur licet inuitis parentibus maritos effici, matrimonium dirimere, & religionem profiteri: sequitur multo magis licere inuitis parentibus religionem ipsam profiteri. Vnusquisq; enim cum adultus est natura, tum sui arbitrii, tum corporis dominus est, quamobrem de his decernere potest, vt libet. quod etiam brutorũ animalium exemplo indicatur. filiorum enim curã gerunt, quousq; ad sese alẽdos non sint satis. Cum autem adulti fuerint, illos dimittunt suopte sensu degere & viuere, quod licet hominibus studium diuturnius & amor magis propensus sit, cognitioq; perpetua ob rationis vsum, libertas tamen æqua. Nec enim natura homines parentibus subiecit vt seruos, sed ita liberos esse constituit, vt tamen illos vereri & eis parere docuerit. At non debent in cunctis promiscue obedire parẽtibus, vel eorũ consiliis aut decretis stare. Venerẽtur filii parentes, opitulẽt eis, cum res exigit & ipsi possunt, dictis eorũ pareant modo ne præcipiant iniqua, inutilia, aut optimis cõtraria. si eñ hęc iuberẽt, negligẽda essent eorũ pręscripta. Cum igitur liberum sit filiis, quando parentes aduersantia virtuti aut propriis commodis aliqua suadent, eorum præceptis reluctari, quãto magis liberũ erit ipsis inuitis perfectioris vitę semitã ingredi, & religionem toto pectore amplexari? Et enim lõge minus debent nati parentibus priuatis, qui tantum gignendæ carnis authores suo genere fuerunt, quàm omnipotenti illi patri rerum omniũ genitori, qui & carnem & spiritũ dedit, summusq; author om̃ium & dominus est. Cuius beneficio & gratia omnes sumus & seruamur. Distrahet igitur parens carnis filium a cultu domestico, obsequiis & seruitute patris, & carnis? Nequaq̃. Hortatur me quippe dominus, admonetq; vt omnia relinquã, tollam crucem & sequar ipsum. Ego autem hæc salutaria domini consilia posthabebo, vt obsequar parenti contraria præcipienti? Nequaquam. sed parentum preces, lachrymas, minas, monita, præcepta, prorsus contemnam: quotiescunque me ab institutis domini, a via virtutis & perfectionis auocabunt, sequarq; Christum dominum parentem meum, fratrem meum, dominum

meum, regem meum, iudicem meum, redemptorẽ meum, deum meum, & me illi prorsus dedam totumq; dedicabo, & carnem meã illi hostiam consecrabo perpetuo continentię voto, & cum eo illã crucifigam. Parentes relinquã, diuino eius amore despiciã. Licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus me nutrierat mater ostendat: licet laxis vberũ pellibus arata rugis, frõte antiquũ referat mammæ lallare, clamitetq; morituros expecta parentes & sepeli. Licet in limine pater iaceat, per calcatum patrem siccis oculis ad vexillum crucis euolabo. Solũ enĩ pietatis genus est in hac re esse crudelẽ, teste Hieronymo. Inuitat me Christus ad nuptias, interpellat vt sequar ipsum in militiã, asciscit in selectã familiam suã: & ego de matris lachrymis cogitabo, aut propter patrẽ Christi militiam deseram? Cui sepulturã in euãgelio teste eius causa non debeo. At inqs, scriptura pręcipit parẽtibus obsequendum, & ipsa respondet, Quicunq; amat patrem aut matrem plus q̃ me, perdit animã suam. Aries iste pietatis erga parentes quo vera & perfecta pietas quatitur euangelii retundendus est muro. Mater mea & fratres mei sunt, quicunq; faciunt voluntatem patris mei, qui in cælis est. Si parẽtes mei credunt in Christũ, si illum amãt, vti vident, faueant mihi pro eius nomine pugnaturo: sin minus, mortui sepeliant mortuos suos. Ego aũt pergam per ostensam viam, sequar vocantem, qui me tanto dignatur honore causaq; ipsius & ipsam vxorem posthabebo, propter quam & parentes reliqueram. Relinquam illam quam mihi in perpetuam vitæ sociam delegeram, eiusq; lachrymas ridebo, modo opus coniugii non consummauerim. Hæc enim vincula facile rumpit viuidus amor Christi. Quapropter & omnia deseram, vt indiuisus integer ac totus omniq; solicitudine vacuus corpore, animo, pectore, pleno deniq; affectu, militem Christo domino. Parentes nempe fuerunt Ioanni Baptistæ. Nam sanctam matrem habuit pontificisq; filius fuit, & tamẽ nec matris affectu nec patris opibus vinci potuit, vt in parentum domo cum periculo viueret, sed illis relictis solitudinem vasti deserti petiit. Parẽtes habuere filii prophetarum, quibus tamen relictis casulas propter Iordanis fluenta ædificabant. Plures quoque Apostoli parentes habuere, cum a domino vocarentur, quibus tamẽ neglectis dominum secuti sunt. Deserã nempe fratres, deserã sorores, cognatos, amicos, fortunas oẽs, cõmoda oĩa posthabebo, me ipsum abnegabo & sequar dñm meũ Iesum. Reclamẽt parẽtes, cognati, affines, amici, qcunq; voluerint incedã ea via, quã ipse mihi ostendit ad fastigiũ virtutis & ad perfectũ ducere. Hoc agere mihi suasit ipse dñs verbo pluribus locis & exẽplo discipulorũ. Clamat enĩ, qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucẽ suã, & sequatur me. Et rursus, Veni enĩ separare hominẽ ab homine, filios a parẽtibus, viros ab vxoribus, fratres a fratribus. Et rursus, Vis perfectus esse, relinque oĩa quę habes & sequere me. Pręterea q reliquerit patrẽ aut matrẽ aut agros, &c. propter me, centuplũ accipiet, & vitã æternã possidebit. Et sunt Eunuchi, qui se castrant propter regnum dei. Qui potest capere capiat. Aliis quoq; pluribus locis nos inuitat dominus ad hęc quæ heroicæ virtutis sunt amplectẽda, nõ aũt cõpellit. Non igitur tantũmodo licet inuita vxore & parẽtibus votũ castitatis suscipere & religionem aliquam profiteri, in qua hæc instituta ad perfectionem pertinẽtia disciplina quadã continẽtur, quinimo & expedit & valde probandũ.

Arbitrandumq; id facientes afflatu sancti spiritus potius id agere, q̄ cacodemonis aut stultitiæ, vt tu sentis. Tuæ enim sententiæ responderi potest id quod saluator noster dixit Pharisæis sibi obiicientibus quod eiiceret dæmonia in Belzebub principe dæmoniorum. Si enim malus spiritus afflat eos, vt plurimum qui religionem inuitis parentibus profitentur: quomodo stabit regnum eius, cum suadeat illam vitæ disciplinam esse suscipiendam, per quam maxime regnum eius & potestas destruitur? Perspicuum enim est non solum præcepta, sed etiam cætera instituta & consilia domini regnum Sathanæ destruere: hoc autem perfectioris vitæ genus illis constare iam superius declarauimus. At inquis, Non est opus sese ad id vitæ genus dedere, a quo nequeas te in posterum extricare: cum quilibet Christianus ex professione baptismatis totus sit dedicatus deo. Ais enim, Audio quosdam ita loqui, necparentum nec maritorum autoritas obsistere potest ei qui afflatu sancti spiritus & cætera. Quid igitur in baptismo est actum? An dimidium hominis dedicatum est deo, dimidium diabolo? Verba certe digna, vt ab ore illius prolata fuerint qui aduersus monasticam professionem liuore occęcatus non hæc tantum, sed & peiora protulit. Sed de his quoniam in libello de monachis larius disseruimus, plura non dicemus.

S Superest respondere his quæ sentis, tum de votis nuncupandis, tum de voto simplici & solenni, cuius vim & authoritatem contendis esse æquandam cum simplici, quo placito ignorare videris, quantum inter solenne simplexq; votum intersit. Primum quidem quod maxime refert, votum simplex temere suscipi potest, solenne non nisi consulte emitti posse videtur. Ritu enim certo cæremoniis pluribus, more quodam solenni statuto loco & publico conceptis verbis nuncupantur, hæc autem temere & citra consilium rationis animiq; decretum peragi non possunt: secus in voto simplici, quod quidem & momentanee impetu quodam & absque perfecta deliberatione ex tempore emitti potest, quod persæpe contingit, cum ex affectu aliquo quasi vim inferente inconsiderate ex animi facilitate vota suscipiuntur. Præterea & hoc interest, quòd in solenni voto personæ quædam adhibentur, quasi sponsionis & promissorum testes: quinimo & quasi vicissim transigentes & promissionem recipientes, quod in simplici non requiritur. Adhæc solenne votum de paruis exiguisve rebus non suscipitur, sed de arduis quibusdam ac præcipuis ad vniuersam vitam instituendam & apicem adipiscendum pertinentibus. Simplex autem promiscue de quibuscunq; rebus voueri potest. Cum autem tot & tam magna sint discrimina inter hæc vouendi genera, tu tamē illa vis eiusdem esse momenti: & ecclesiam taxas, quòd statuat inter ipsa magnam esse differentiam. Dispensat quidem ecclesia in voto simplici, non autem in solenni. Expedit enim in solennibus votis vti vocibus solitis, vt apertior sit sensus, remittens aut commutans obligationem excausis in medium adductis, interpretaturq; aut illa non vera fuisse vota, caruisseq; aliquo ex his quæ ad perfectam vot rationem pertinebant, aut vinculum pro vinculo reponit. Consulens imbecillitati & saluti vouentis semper prospiciens ad id quod magis ad gloriam diuinam & honorem cedat, & commodū salutis

filiorum,quod nec æque peragit omnibus in negociis. Non enim remittit aut
commutat continentiæ votum siue religionis,modo ex animi sentētia,licet sim
pliciter emissum fuerit,difficiliorq; semper est in his quę pensi sunt maioris. Ve
risimilius eñ est illa consultius emissa fuisse,q̃ leuiter & incōsiderate.Cōmutat
igitur siue remittit ecclesia obligationes huiusce generis,cum eius facultatis sit
decernere quales illę sint vtiles,ne an potius incommode his qui vouerunt,quo-
rum saluti in primis prospicit. Forte etiam dici posset, facultate & a Christo
domino tradita prorsus dissoluere vincula. Si enim obnoxios pœnæ purgato-
rii indulgendo authoritate clauium absoluere potest: cur non valebit & obno-
xios quibusdam rebus promissis pari facultate absoluere? At diceres,si hæc est
ecclesiæ potestas in votis simplicibus, quare illa carebit in solennibus? Atta-
men nec in simplicibus cunctis illa vtitur. Non enim dispensat in voto conti
nentiæ aut religionis simplici, nec in solennibus. Respondeo multum interesse
inter votum religionis,siue perpetuæ continentiæ & alia simplicia vota. Hæc
enim ad totius vitæ ordinem quēdam suscipiendū,quod ad magnam perfectio-
nem pertinet spectant.Cætera nequaquam.Obnoxii autem summo deo in his
celsioribus ipsi diuino iudicio relinquuntur.Nec ecclesia ad hæc manum porri-
git. Quapropter forte pari causa nec remittere quicq̃ valet obnoxiis pœnę ęter
næ sed in his quæ leuiora sunt,& ob id frequentiora decuit esse remedium, quo
prospici possit quieti & saluti eorum,qui minus consulte vouissent. Tunc enim
multis præcipuus est vouendi locus, quando salutis est nullus.Quapropter de-
sperātes de salute sępissime incautius vouent, Omitto contingere potuisse plu-
rima esse immutata immissis votis , quæ illa redditu difficiliora fecerint, mi-
nusq; expedientia,quàm cum suscipiebantur:ad quæ obstricti nunquam animo
quiescerent nisi iudicis arbitrio facultatem habentis illa aut commutarentur
aut remitterentur.

Dispensat igitur ecclesia in votis simplicibus aliqua illarum rationum,non T
autem in voto solenni.Tum quia certa deliberatione fit:ipsa enim non diiudi-
cat de ocultis,& vt indulgēs ac pia mater cuncta in meliorem partem interpre
tatur.Tum quia in his dispensare non posset citra offendiculū eorū qui voti nū-
cupationi interfuerūt.Postremo vt dictū est,illa non suscipiūtur nisi de his quæ
ad statū vitæ perfectioris constituendū pertinēt:vt cum aliqui sese prorsus diui
nis obsequiis dedicāt,qui eū omnino se totos deo deuouerint,solius eius arbitrio
relinquūtur.Attñ nec prorsus eos deserit,quin illis eadē indulgentia subuenire
studeat: quū ad illā cōfugiētes attestātur se non posse viuere quieta mēte & tu-
ta(vt aiūt)consciētia,in monasterio in quo professi sint aut absolute cœnobiti-
cam vitā ducere, aut parētes extrema egestate & senio laborātes ipsis opus ha
bere.Cum quibus non quantum ad ea quæ solenniter vouerunt:sed in quibus-
dā aliis illi cōnexis dispēsabit ecclesia,vt videlicet possint ad aliud monasteriū se
transferre , aut citra cœnobium viuere, aut ad tempus necessitati parentum
prouidere, & illis ministrare. Quòd si mentiatur qui id sibi indulgeri petit,
falsas in medium causas adducens , seq; ipsum fallat : is certe si humanum
non tamen diuinum iudicium effugiet . Qui enim monasteriorum claustra
exeunt : licet locum aut vestem eis ecclesiastica authoritate mutare liceat,

a votis tamen ſolenniter emiſſis non abſoluũtur. Sed in hac materia reſtat adhuc alius ſcrupus a te non prætermiſſus: Cur videlicet ſolenne votum continentiæ contractum matrimonium irritum reddat. Non autem ſimplex illud contrahi impediat, tamen diſſolutus eſt, ſi diligentius attendãtur quę diximus. Solenne enim votum non niſi perfecta deliberatione ſuſcipitur, ſimplex & temere ſuſcipi poteſt. Obſtrictum autem deo ad perpetuam continentiam manifeſtum ſe non poſſe obligare vxori ad opus coniugale Si enim vxori obnoxius conſummato opere coniugii, non poteſt ſe deo deuincire & religionis vota profiteri, quanto minus poterit deo coniunctus obſtringi vxori? Quamobrẽ liber eſt ab obligatione erga vxorem operis perſoluendi: ſecus autem accidit in voto ſimplici, quod & temere potuit eſſe ſuſceptum, tamen nõ conſtat eccleſiæ fuiſſe factũ cõſulte. Ipſa autem (vt dictum eſt) de occultis nõ iudicat. Quamobrem ſi deinde ille contraxerit ſtatuit matrimonium eſſe ratum, eo ꝙ ipſum ſolenniter fuerit contractum. Mortaliter tamen peccauit qui contraxerit, voto caſtitatis obnoxius. Dirimi quippe non poſſet contractum matrimonium citra iniuriam alterius partis, quæ bona fide contraxit inſcia alteram votum ſimplex emiſiſſe, ad quam fallendam poſſet is qui contraxerat, aut ſaturata libidne, aut quia iam facti pœnituiſſet, dicere ſe antea voto continentiæ fuiſſe obnoxium. Sed diceres, q̃uis hoc idem ſufficiat quantum ad iudicium eccleſiæ & quietem animi partis innoxiæ, quid autem quantum ad alteram partem, quæ volens ac ſciens ſe deo dedicauerat, & votum continentiæ emiſerat, demumq; matrimonium cõtraxit? Qui enim deo obſtrictus eſt, certe non poteſt obſtringi vxori, vt ſuperius dictũ eſt. Forte dicendum omnipotentem & indulgentiſſimum deum in fauorem partis obnoxiæ & bona fide contrahentis ratum habere illud matrimonium. Et eo caſu remittere obligationem obnoxii, & caſtitatem immenſa liberalitate ſua, modo eum pœniteat fregiſſe fidem, præſertim cum id fieri poſſit abſq; alicuius offendiculo. & veriſimile ſit non tam perfecta animi deliberatione & cõſilii decreto illum ita id vouiſſe priuato & ſimplici voto, vti ab his ſit qui ſolenniter votum vouent.

Supereſt dicere de primo capite videlicet quo ſuades non eſſe vouendum. Ais enim profuerit admonuiſſe Chriſtianos omnes, vt a votis non neceſſariis, aut etiã inutilibus abſtineant. Si cui cordi eſt Hieroſolymã aut compoſtellam viſere, morem gerat animo ſuo, votum interponere non eſt neceſſe &c. Primum expendendum quid per votum non neceſſarium aut inutile intelligas. hæ enim voces cum voto non conueniunt: quod enim inutile eſt aut nõ neceſſarium, ſub voto non continetur: cum votum ſit promiſſio facta deo ex decreto voluntatis conſulte de re proba agenda, ad quam neceſſario cogimur. Vana enim promiſſio, quę de re abſolute neceſſaria ſit. Si enim euitari non poteſt quin illud fiat: ad quid illud pollicemur, quod fieri omnino neceſſe erat quanuis non promiſſum fuiſſet? Pollicemur autem quæ noſtri arbitrii ſunt, a quibus excluduntur ea quę ſimplicis neceſſitatis ſunt. Quamobrem & rideretur qui voueret ſe eſſe moriturum aut eſitaturum. Cum igitur ſola neceſſaria a votis excluduntur, quomodo ſuades neceſſaria tantum vtilia eſſe ſuſcipenda: quaſi de inutilibns verum votũ ſuſcipi queat? Si enim votum emitti non poteſt niſi de re proba, vt ex aſſignata

ratione colligitur, quam omnes de voto tractantes astruunt, nec alia assignari valeat illi aduersans: proba autẽ neq; ante se inutilia, inepte quidẽ nimis inutilia a voto separas; acsi esset quoddam votum vtile, quoddã inutile. Quòd si vota omnia vtilia sunt & bona, qua fronte a vouendo deterres? Nã si vouere bonum, tu igitur a bono peragendo dehortaris. At dicis hoc abnuo, vouere inquã bonum esse, licet non nisi de re bona voueatur, cum potius fit id quod ex libertate peragitur, q̃ quod ex necessitate. Voto enim obstrictus ad aliquid peragẽdum, illud omnino adimplere cogitur: qui vero voto solutus est, lubens ac volens illud peragit. Hilarem autem datorem diligit deus, necessitas vero ingerit tristitiam. Priusq̃ autẽ hoc argumentum diluam, quæro a te si votum de re bona est, qui fieri potest vt vouere malum sit? Cuius enim rei finis optimus est, via ducens ad talem finem praua esse non valet. Quonã pacto enim si aliquod peractum bonum est, spondere illud peragere prauum esse poterit? Non consentiũt hæc mutuo. Si enim promissa res bona est, necesse est, & promissionẽ bonam esse. Sortitur enim ipsa promissio probitatem aut malitiam ex ipsa re quę promittitur. Si igitur vouere nõ nisi de bona re est, & vouere certe bonum est: virtutis enim operatio est. Etenim quemadmodum liberaliter tributurus aliquid cuipiam si promittat antequam det iam aliquid dedisse videtur, & ipsius liberalitatis promissio quidam actus est, quamobrem & gratię aguntur & habentur ab his quibus promissio facta est, quasi iam arram receperint rei promissæ. Sponsio enim ipsa obstringit promittentem seruare fidem: Ipsa autem & recipitur ab eo cui spondetur. Vnde promittens & inde dans quasi bis dedisse existimatur. Itaq; qui vouet summo deo se aliquid esse peracturum, iam aliquid præstat ipsi deo acceptum. Alterum autem prioris est consummatio, cum videlicet votum persoluitur. Vouere igitur per se bonum est & deo gratum. Nulla enim operatio proba propter deũ peracta merito proprio caret. Accedit q̀ voto se obstringens, maiore quodam animi conatu & propensiori voluntate ipsum votum nũcupare dignoscitur. Scriptum est enim Paralipomenon primo, Lætatusq; est populus valde cum vota sponte promitterent. Quia corde toto offerebant ea domino. Sed & Dauid, Rex lætatus est gaudio magno & benedixit domino, &c. Non enim voto se obstringeret quis ad id agendum quod statuisset, nisi quodam peculiari animi affectu moueretur ad illud ita statuendum, quod non possit ab illo perficiendo recedere. Dat enim pleno affectu, non solum rem ipsam animo quam pollicetur, sed in ea danda obstringit arbitrii sui facultatem. Quãobrem & rem dat & dandi arbitrium: plus autem dat & in tribuendo potior est qui vtrunq; dat, q̃ qui vnum tantum.

Cum autem operationes nostrę potiores sint, quanto maiori affectu perfici- X
untur, & in dãdo pręstet is qui plura tribuit, eo q paUciora, cæteris æquis, vota autem absoluentes vt declarauimus id faciant: sequitur igitur vouere esse opportunissimum & valde probandum. Potiusq; esse voto obnoxium illud perficere q̃ solutum, contra sententiam tuam, quæ aduersatur, non solum patrum decretis sentientium esse vouendum, & ecclesiæ statutis, verum etiam scripturæ exemplis, quibus vniuersa scatet: quorum quædam attigimus in epistola nostra, quæ repetere aut plura colligere superuacaneũ esset, quædã tamen propter loci

opportunitate in mediũ adducemus. Clamat enim ſpiritus ſancti vates in pſalmis, Vouete & reddite domino deo veſtro, omnes q in circuitu eius affertis munera. Et rurſus ſic, Pſalmũ dicam nomini tuo in ſeculũ ſeculi, vt reddã vota mea de die in diẽ. Præterea introibo in domũ tuam in holocauſtis. Reddã tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea. Audiſti: dixit vouete, hortatur ad vouendũ, tu autem dehortaris. Et non tantũ offerenda eſſe munera dicit, quæ & citra votũ offerri poterãt, ſed vtrunq; ſuadet. Tu autẽ prefers oblationẽ munerũ citra votum factam & opus peractũ his quæ ex voto fiunt. Vide q̃ diuerſus ſis a ſpiritus ſancti decretis. Sed forte diceres, Si preſtat actũ ex voto ei quod agitur preter votum: frequenter igitur eſſet vouendũ. Quinimo nullũ peragendũ opus bonum, niſi voto antea nũcupato. quod enĩ potius eſt & preſtat, modo fieri poſſit, ſemp agendũ eſt. At id eccleſia non cõmendat, nec patrum ſentẽtiis probatur.

¶ Ad quod facile eſt reſpõdere. Fatendũ enim cuncta bona opera ex voto eſſe facienda, eo quod meliora reddãtur modo illa perficerẽtur. Verũ quoniã difficile eſt imbecillitati humanę, quę volubili animo & incõſtanti volũtate regitur, cuncta quę propoſuit aut ſemel decreuit adimplere (Mutatur enim in horã humanus animus. Nã idem modo placet modo diſplicet, & quod nunc probauit paulo poſt deteſtatur) hic eſt q grauiſſimi patres nolũt nos faciles eſſe in votis ſuſcipiendis: nec laudant votorum frequentiam ſiue multitudinem. Procliuiores enim ad promittendũ perſæpe eadem facilitate & promittũt & a promiſſis recedunt. Non igitur multa ſunt promittenda, quia difficillimum in multis affigere arbitrium & perſiſtere in ſententia. Sed ſi rarius promittas, & tunc ex animi matura deliberatione, commodius ſeruabis. Quamobrem de rebus exiguis, licet probis vouere, aut etiam de maioribus frequenter id facere nequaq̃ probãdum eſt, & nequaq̃ commendandũ eſt ob voluntatis noſtræ volubilitatẽ: ſed vouendum tantummodo de rebus voto dignis, ſanctiſſimoq; animi decreto, quod nõ niſi perraro fieri contingit. Secus autem forte dicendum eſſet, ſi noſtrum arbitrium bono ita immobiliter hæreret, vt ab illo ſe deflectere non poſſet.

Y Nunc reſpondendũ eſt rationi ſuperius inductę, conãti probare nõ expedire vota nuncupare, eo q agens ex voto, ex neceſſitate agat, citra votum autẽ ſponte &c. quamobrem & potiora eſſe quæ libere fiunt his quæ cogente neceſſitate. Immo pari libertate vtrũq; peragitur, vti enĩ ſponſio libere facta eſt, ita libere promiſſum adimpletur. Si enim neceſſitate abſoluta illud fieret, a promiſſis recedi non poſſet, nec infringi fides data: quod tamen fit ſæpiſſime, & quotieſcũq; promittenti. Non ergo cogitur adimplere, vti nec cogebatur promittere. Attamen quod libetum erat polliceri aut non polliceri, poſtq̃ promiſſum eſt, non licet a promiſſo declinare. Fateor ſi per licet intelligis non decet, quia inhoneſtũ &c. Verũ id ad neceſſitatẽ abſolutã promittenti nõ attribui, quin ſecus vt dictũ eſt arbitrio ſuo facere valeat: ſed tantũmodo conferẽdo promiſſionis affectũ cũ ipſa promiſſione ipſum ſecundũ videtur habere quandã neceſſitatis ſpeciẽ, qua valeat ipſa promiſſio. Nulla enĩ neceſſitate adducit̃ ꝓmittẽs in libera ſpõſione, ſed prorſus ſpõtanee ꝓmittit quod libet, verũ cum ꝓmiſerit, qa iã quaſi partim dedit quod pollicitus eſt, illud obſeruare obſtringitur neceſſitate honeſtatis. Ita nihil demit de dignitate operationis, immo illã perfectiorẽ reddit, vti ſuperius

declaratum est. Quia ampliori effectu & voluntate magis affixa in ipsum opus bonum illud peragitur. Et quia plura tribuit, qui ex voto aliquid perficit, q̄ is qui citra votum: nec necessitas illa honestatis quæ obseruationi voti coniungitur, tristitiam inducit, sed potius gaudium. Gaudet enim bonū opus perficiens, quanto ampliori voluntate & ardentiori animo illud peragit: licet quandoq; quędam tristitia ex sensu proueniens, votorum obseruationi annectatur. Id tamē accidit, nec actum reddit imbecilliorē, modo firmum moueat decretū illud adimplendi. ¶ Cętera quę dicis de votis Iudęorū, aut nihil ad rem faciunt, aut certe contra te faciunt. Votum quidē inepte probatur a Paulo Apostolo, qui inter opera ex fide facta illud connumerat, & ipsum in sanctorum catalogo recenset. Scriptura quoq; testatur eum, suscepto voto, victoria fuisse potitum: licet adimpletio ipsius a sanctis non probetur, eo q; incaute de re incerta vouerit. Cætera autem vota in scriptura recitata, quæ dicis aut ad figuras legis pertinuisse, aut facilia præstatu fuisse, siue redimi potuisse, quid tum? Nunquid si aliqua figurę fuissent, id tollebat quin vera vota essent, & quin in scriptura narrentur, vt probe facta: quamuis quædam facilia fuissent? Nunquid ob id non vota aut non emittenda? Apud nos pari modo & multa sunt præstatu facilia, sed & inter illa plurima erant obseruatione ardua, vt votum Nazareorum, & quædam alia morosiora ac fastigiū ingerentia. Quid tum si quædam redimi poterant? Nonne id potius attestabatur votorum obseruationem esse, necessariam? Non enim redimitur quod prætermittere licet. Et illa quidem in scriptura nō recensentur, nisi in exemplum quo prouocemur ad idem faciendum cum res exigit, & ratio dictat. Primæui enim illi sanctissimi patres, Abraham & Iacob vouerunt, & factum eorum in scriptura probatur, vt in Genesi legitur.

Ad ea autē quę in colloquiis dicis, tibi respōdeo, te nolle cum sanctis pacisci, indiciū magis esse cuiusdā imbecillitatis fidei, ne dicam impietatis, q̄ animi grauitatis. Nam secus pię ac sanctæ mentes & sentiunt & faciūt. ¶ Quantū autem ad votū Hierosolymitanū attinet, vt, ab ipso suscipiendo deterreas, non vereris sacratissimo loco nefandis verbis detrahere. qui quidem a summo creatore primum delectus fuit, vt ibi sanctissimum nomen eius inuocaretur, & maxima mysteria peragerentur. In quo humanæ redemptionis miracula omnia gesta sunt. Tu autem inquis nihil ibi ostendi, nisi fictitium ad alliciendos homines, quinimo nec sciri vbi vetus Hierosolyma sita fuerit. Quibus verbis declaras te parum uereri locum sanctum, & ignarum esse plurimarum rerum quæ ibi cernuntur, nisi id dissimules. Extant enim adhuc plurima antiquæ Hierosolymæ monumenta. Extant mœnium ruinæ & fundamenta pluribus in locis. Extat platea prisci templi fundamētaq;, quibus recens superextructum innititur. Conspiciuntur & immania templa diuæ Helenæ. Preterea & vetustæ pietatis exempla locis quibus dominus Iesus natus est, sacratissimamq; cœnam passurus fecit. Crucifixus est & tumulatus, stat ipsum dominici corporis sepulcrum: conspicitur fossa, cui infixum fuit gloriosissimum tropheum, celsissimumq; solium, vbi sita fuit viuifica crux, cuius & videri potest portio quædam. quam Heraclius Cæsar loco restituit, direptam antea a Cosdroa Persarum Rege. Est præterea videre alia pleraque monimenta

myſteriorum noſtrę ſalutis, multa patrũ religione & diligentia ſeruata, non connectitur vt ais efficta. Suſpicandum eſt non ab re illos qui id ſentiũt, tibiq; referentes perſuaſerunt non minus putare vniuerſam religionem chriſtianam factitiam eſſe & commẽtitiam, q̃ ipſa ſacrorũ locorum monimẽta. At id proferre verentur. De locis aũt ſacris blaterare nõ formidãt. Ad ea aũt quę in eiſdẽ dialogis dicis de votis religionis, quę fiunt inuitis parẽtibus ſuperius iam tibi reſpõſum eſt. Hoc autẽ adiiciendũ, quoniam eloquẽtia tibi peculiari nimiũ rem exaggeras te iniquũ eſſe rerum æſtimatorẽ, ſi cẽſes filios præſertim adultos poſſeſſionem eſſe parẽtũ, quemadmodũ eſt bos, equ9, ager aut ſeruus. Natura enĩ oẽs homines liberi naſcũtur: licet quidã magis idonei & aptiores ad ſeruiendũ, q̃ ad imperandũ. Subduntur filii parentibus, tum naturę pręſcripto, tum humanę legis conſtituto & diuinę decreto: in quibuſdã, vt ſuperius explicitũ eſt, nõ autem promiſcue in omnibus, & præſertim in his quę ad veram religionem & pietatis ſtudium pertinent. Non igitur hoc placitũ, ꝙ liceat inuitis parẽtibus religionẽ profiteri, & ad pietatis faſtigium contendere, in ſenatu monachorũ repertũ, ſed ab ipſo Ieſu Chriſto, vt ſuperius declarauimus decretũ, & in cõuentu Apoſtolico cœtuq; eccleſiæ promulgatũ. Puerilia ſunt hęc Eraſme, ſed nil mirũ cum illa pueris perſuadere propoſueris. Q; autẽ ais quędã vota pacto cõſtare ad formulam quandã contractus. Faciam ſi facias, &c. Quid tum? Cũ etenim vouere in poteſtate arbitrii poſitũ ſit, ſicuti liberũ eſt abſolute ac ſimpliciter vouere, pariter & liberũ eſt vouere ſub cõditione, & vtrũq; approbandũ eſt, modo cõditio turpis nõ ſit, & ad verum ſcopũ vota ſemper tendant. Id autem quod in ſcholiis refers Hieronymi tempore de voto religioſorũ nullam fuiſſe mentionẽ, falſum eſt; ſecus enim ipſe teſtatur in epiſtola ad Heliodorũ his verbis, Sed forſitan dicturus es, Quid ergo? Qnicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt. Non eſt tibi eadem cauſa quæ cæteris. Dominũ auſculta dicentẽ, Si vis perfectus eſſe, vende omnia tua, da pauperibus, & ſequere me. Tu autẽ perfectũ te fore pollicitus es, &c. Vides pollicitationẽ factam domino ad vitam perfectã capeſſendã. Et ſequitur inferius. Nam cũ derelicta militia te caſtraſti propter regna cęlorũ: quid aliud q̃ perfectã ſecutus es vitã? Sed de his ſuperius egimus. Hęc igitur omittam9, & ad reliqua ꝓgrediẽtes videam9 q̃d de virginitate & cęlibatu ſcripſeris.

DE VIRGINITATE ET CAELIBATV LIB. XVII.

A NVNC ad alia quę reſtãt, properãtes deſcẽdamus. De virginitate inquã cęlibatuq; multa abſona & ĩpudẽtia ſcripſiſti, ex q̃bus quędã ꝑ more noſtro recitabimus. In Methodo enĩ theologię ſic ſcribis, Non omnes capiunt hoc verbum, videlicet, ꝙ aliqui ſe faciant eunuchos propter regnum dei. Chriſtus hoc ſelectis diſcipulis dixit, a q̃bus tñ nõ exegit ad quod inuitauit. Pręterea in Supputationibus, Non ſatis intelligo quid ſibi velit hoc Auguſtini votum, quo ſi liceret optauit vt omnes caſte viuant:

nisi forte coniugatis non patet cælum. Adhæc ibidem, Probabile est quod si
Hieronymus nouisset matrimonium vnum esse de septem ecclesiæ sacramen-
tis, parcius extulisset virginitatem, reuerẽtiusq; fuisset locutus de matrimonio.
Et rursus, Probabilius est Augustinum librũ de bono coniugali aduersus Hie-
ronymũ edidisse, licet nomini pepercerit, q̃ aduersus Iouinianũ &c. Prius autẽ q̃
alia loca recitẽ expedit de his parumper tecum disseramus.

Primũ autẽ quod dicis dominum, selectis discipulis illud verbũ dixisse, videli B
cet ꝙ aliqui se castrent, &c. ab illis tamẽ id nõ exegisse. Quæro abs te vndenã ti
bi cõstet, ꝙ ab ipsis hoc nõ exegerit? Probabilius enĩ ipsum id exegisse, cum ab
ipsis tãta diligẽtia & integritate seruatũ sit, vt nõ nisi videri possit fuisse exactũ.
Testatur autẽ Hieron. ad Pammachiũ, cui & consentiũt cęteri sancti patres, A-
postolos oẽs vel virgines fuisse, vel post nuptias cõtinẽtes. Et alio loco ita in-
quit, Quod si indigne accipiũt mariti, nõ mihi irascãtur, sed scripturis sanctis, im
mo Episcopis, & presbyteris, & diaconis, & vniuerso choro sacerdotali, & leuiti-
co, q se nouerũt hostias nõ posse offerre, si operi cõiugali seruiãt. Manifestũ autẽ
est Apostolos episcopos & presbyteros fuisse, ac hostias perpetuo obtulissẽ. Ex
quo seqtur & ab opere coniugali abstinuisse. quod & satis videť fuisse exactũ a
domino, cũ tantopere ab ipso fuerit cõmendatũ, vt cęlestis regni gloriã illi pre-
miũ cõstituerit futurũ. Qz igitur dñs illud (quod quidẽ magnę ꝑfectionis est,
videlicet in carne viuere pręter carnẽ) nõ exegerit ab vniuersa multitudine, ita
vt illud seruari præceperit: at certe ab iis q ad perfectiora tendũt, a selectis ad si-
bi peculiarius ministrandũ, ad sacerdotiũ ꝑagendũ exegisse videť: quod & per-
petua ecclesiasticę traditionis obseruatio, apertissime indicat fuisse factũ. Etsi igi
tur illud pręcepto nõ tradiderit, sicuti nec cæterorũ cõsiliorũ quodq̃, eorũ videli
cet quę statuit ad perfectionẽ pertinẽtia: ab his tñ q celsiorẽ vitã agere sibi ꝓpo
suerãt, illud exegit, quibus liberũ erat, prius q̃ illam profiterẽtur nõ sic castrari.
Quod si ꝑtinacius negaueris nõ exegisse, vti ꝑceptũ, at sane inficiari neutiq̃ po-
teris nõ exegisse vt consiliũ, hoc est illud ꝓbasse prę nuptiis. Attñ ais tu (quas
ignores aut deneges id ad perfectionẽ ꝑtinere) nõ satis tibi perspicuũ esse, quid
sibi velit hoc Augustini votũ, quod scilicet optauit vt omnes caste viuãt, nisi for
te cõiugatis nõ patet cęlũ. Quę verba prorsus inania sunt, nisi velis Augustinũ
& cęteros patres, q cõsentientibus verbis omnes præferũt lõgo interuallo cęli-
batũ ac virginitatẽ nuptiis, ita pręferre, vt eas dãnent, & in errorẽ Encrattiarũ,
Martionisq; & Manichei incidisse: vel si id non sentias, putes tu eorũ sententiã
erroneã, nec pręferendã esse cõtinẽtiã operi cõiugali. Qui enĩ nuptias nõ dãnãt,
sed probãt cælibatũ, & tamẽ virginitatẽ magis extollũt, nõ denegãt coniugatis
patere cęlũ: quod quidẽ tu colligis ex Augustini voto, optantis, vt omnes caste
viuant: quod repręhendens infers ex illo hoc absurdũ prouenire, quod videlicet
cõiugatis non pateat cęlũ. Qui tametsi optat omnes esse perfectos, nõ tamẽ im
probat eos (modo boni sint) qui arduam illam perfectionis semitam non at-
tigerunt. Respondit enim redemptor noster iuueni petenti, Quomodo saluus
fieret, Serua mandata cui adhuc satagenti: dixit, Si vis perfectus esse, vade,
vende omnia quæ habes, da pauperibus & sequere me, & cætera. Fatetur Au-
gustinus (cum librum fecerit de bono coniugali) item Hieronymus in

libris ad Pāmachiū cōtra Iouinianū. Preterea Amb. ac Tertullianus, cōiugatis patere cęlū, ꝗnimo docēt honorabiles esse nuptias & cubile immaculatū, ac trigesimū esse fructum ex vna terra, & vna semente natum e qua tamen terra & semine, & sexagesimum & cētesimum fructum esse ortum, quem quidam sexagesimum continentibus tribuunt, vti centesimum virginibus, asserētes quanto maior numerus minorem superat, tantum pręferri virginitatem continentię, & continentiā operi cōiugali. Cumq; hęc tibi notissima sint, aptissime declaras illis verbis te nil aliud petiisse ꝙ calumniari virginitatē ac cælibatū: & quod aperta bucca ꝓferre formidasti, demisso tñ ore obliquoq; sermone ostendere nuptias & castū cubile nō esse subiicięda cęlibatui ac virginitati: sed aut pręponēda, aut certe ęque honorabilia: q̄d & mussitās cōfirmasti, quū in Enchiridii ꝓlogo inquis, Iā vero q̄dad castitatis votū attinet, nō ausim explicare quantū intersit inter cęlibatū & castū matrimoniū, q̄bus verbis vis intelligi quod proferre nō audes. Ad idē tendūt & quę superius recitauim⁹ in Supputationibus descripta, videlicet ꝓbabilius esse Augustinū, librū de bono cōiugali aduersus Hieronymū scripsisse, ꝙ aduersus Iouinianum. Sed age, quomodo aduersus Hieronymū, cū in sentētia conueniāt, vtriq; videlicet cōtinentiā nuptiis præferētes? Sed tu his verbis id negare voluisti, & vis eos inter se dissentire. quod si verū esset, id non cōtingeret, nisi quod aut Hieron. cōiugiū improbaret, aut q̄a Hieronym⁹ (etsi vtrunq; cōmendet) pręstare tñ magna intercapedine, cōtinentiā bono coniugali asseueret. August. autē contrariū sentiat. Cum autē cōstet in primo ipsos nō dissentire (nusq̄ em̄ Hieronymus cōiugiū dānat, sed ex ꝓfesso etiā in opere aduersus Iouinianū illud nimis extollentē cōmendat) sequtur in altero ipsos discrepare, videlicet ꝙ Hieron. cōtinentiā cōiugio pręferat, quodquidē est ꝓpositū tuū: qua de causa vis Augustinū potius aduersus Hieron. ꝙ aduersus Iouinianū scripsisse librū de bono cōiugali, obq; duo tituli verba, videlicet de bono coniugali: ac si ex hoc ꝙ q̄s dicat bonū esse cōiugiū, sequatur continentiam nō esse illo potiorē, vis insinuare Augustinū fauere sententiæ tuę, quod nō sit præferenda continentia bono coniugali, cū Aug. tum in illo ipso volumine, tum in infinitis aliis locis apertissime contrarium sentiat.

C Ad quam sententiam confirmandam & illud de Hieronymo inducis, quod si nouisset matrimonium vnum esse e VII ecclesię sacramētis, parcius extulisset virginitatē. Age, cur parcius? aliq̄d aliud subintelligere oportet illis verbis si id cōseq debeat. Nunq̄d q̄a matrimoniū tāto pluris ęstimasset, eo q̄d fecerit id nō noscēs, q̄d exęquandū aut pręferendū virginitati cēsuisset? aut q̄a percepisset virginitatē minoris esse dignitatis ꝙ antea ęstimauerat? Nō secundū, quia nulla est sequela, matrimoniū vnū est ex sacramētis ecclesiasticis: igitur virginitas siue cōtinētia est minus ꝓbanda. Nihil em̄ immutat vel tollit de virginitatis natura dignitateve matrimoniū esse e sacramētis. Primū igit̄ dicere oportet, videlicet quod matrimoniū tāto dignius ęstimasset, vt virginitatē ei ꝑferendā nō cēsuisset, sed secus, q̄d tuę sentētię astipulat̄. Id aūt facillimū esse declarabimus. Nūq̄d igit̄ putas Hieronymū ignorasse matrimoniū ecclesiasticū esse sacramētū? signās cōiunctionē Christi cū ecclesia? siue VII essent ecclesiastica sacramenta, siue plura, cum illo tēpore forte hoc septenario numero nō essent pręscripta.

Sed etiã nunquid sequitur apud te, matrimoniũ vnũ est e septẽ ecclesię sacramẽ
tis, igitur perfectius qd est virginitate? Si enĩ hoc necessario cõsequitur ex illo,
oportet & hanc esse verã, Omnia quę sacramẽto constant, perfectiora sunt his
quæ sunt citra sacramẽtũ, quę tamẽ falsa & erronea essent. Nõ enim (vt inquit
Augustinus) dominus alligauit potentiam suam sacramẽtis, quin dona sua tri-
buat citra ipsa, & quædam potiora, quàm cum ipsis: sed sacramẽta tantũmodo
si qua sunt rei sacræ. Cum autẽ ipsa virginitas, cõtinentiaq; diuini honoris gra-
tia seruata ex se satis sacra sint absq; alio signo sensili, e donisq; pcipuis sit omni-
potentis dei, quam dominus Iesus in sua purissima carne consecrauit, diuinaq;
Maria eius mater perpetuo intacta fuerit, ac vterq; magna illa gratię miracula
Ioannes, totq; alii sanctissimi viri, tũ ex Apostolis, tũ ex martyribus & cõfessori
bus vtriusq; sexus, quibus & multiplex gratia, & peculiaris gloria, in præmiũ a
domino tribuitur. Quid refert? etsi enĩ contractu ipso matrimonii sacramentum
ecclesiasticum existit, num ideo dicere debeamus ipsum maius esse virginitate
aut cælibatu? Deipera enim mater plena gratia fuit, citra omne sacramẽtum ec
clesiasticum. Baptista Ioannes sanctificatus in vtero citra sacramentum, Aposto
li die pẽtecostes repleti dono spiritus, citra tũc receptũ sacramentũ ecclesiasticũ.
Preterea mortẽ subire pro Christo (quod & martyriũ dicimꝰ) prefertur & con
tinẽtię & virginitati, quę a sanctis omibus preferũtur matrimonio: illi tñ nõ est
cõnexũ sacramentũ ecclesiasticũ. Falsum igit' in qbuscũq; cõstat sacramentũ ec-
clesiasticũ, in his plus esse dignitatis, arbitrãdaq; esse potiora omnibus his quę
sunt citra sacramentũ. Erroneũ igitur quod ais & inepte infers, Quod si Hieron.
matrimoniũ vnum e VII sacramẽtis esse cognouisset, parcius extulisset virgini
tatem, ac reuerentius locutus fuisset de matrimonio. Quinimo cognouit esse, &
tñ longe virginitatẽ ipsi pretulit. Nũquid autẽ parũ reuerẽter loqtur de matri-
monio, qui illud inter dona dei cõnumerat? quod vbiq; facit Hieronymus, illud
stellarum luci conferens. An parũ reuerenter qa cõtinẽtiã & virginitatẽ illi pre-
ferat? Tãetsi enĩ aurũ preciosius esse argẽto dicimus, nũqd ex hoc argẽti precio
aliqd detrahimus? Vtrunq; bonũ est, vtrunq; comẽdandũ, attamẽ inter plurima
bona stat aliud alio esse prestãtius. Non igitur derogat cõiugio q cælibatũ ac
virginitatẽ illi prefert, vt Hieron. August. Tertullianus, Cyprianus, Ambrosiꝰ,
& ex Grecis oẽs. Quinimo cũcti doctores orthodoxi, vna cũ definitione vniuer-
salis ecclesię, hoc sentiũt, hoc pdicãt, hoc firmiter tenẽdũ statuũt. supstite enĩ ad
huc Hieronymo dãnatꝰ fuit Iouinianus cõtrariũ statuẽs. Cui dogmati tu tñ q-
busdã in locis murmurãdo (etsi nõ oĩno apertis verbis, at certe sensu tã claro vt
dissimulare nõ possis qd sentias) cõtradicere niteris: aliis autem expressius.

Inquis enim in Christiani matrimonii institutione assumens id quod modo D
improbauimus, videlicet prestãtiora esse ea quæ sacramẽto constãt siue illi iun-
gũtur, his quę illo carẽt. Aliqua ex parte deus plus habuit honoris matrimonio
q virginitati. Et rursus, Quid enĩ habet ecclesia chariꝰ aut sacratiꝰ VII illis my
steriis, quę spõsus Christus sponsæ suæ veluti pignora quædam redituri reliqt?
inter hæc charissima pignora, inter hæc praeciosissima monilia & sui monumẽ
ta, matrimoniũ esse voluit, nã hoc honoris virginitas sibi non potest vendicare.
Et rursus, Cum enim inter ecclesię sacramenta numeretur matrimoniũ, multaq;

super hac re statuerint euangelicæ ac Paulinæ litteræ visi sunt Pontifices suo quodam iure tractationes huius materiæ sibi vendicare, nec alibi ius Cæsareũ magis cedit decretis Pontificum, q̃ in causa matrimonii. Quanq̃ autem nullum fuit vnq̃ ecclesiæ tempus quo non constiterit suus honos coniugio, tamẽ in exordiis ecclesiæ subolescentis minus habuit dignitatis q̃ olim habuit aut nunc habet, nondum inter sacramenta nouæ legis ponebatur, &c. Quamobrem sic recipiebantur tunc qui ducerent vxores, vt non peccarent. Cæterum qui propter regnum dei se castrabãt, felicitatis elogio decorabãtur. Et paulo post, Tantum honorem habebat ecclesia virginibus deo dedicatis, vt pene obsucraret matrimonii gloriam, &c. & deinde, in tantum increbuit castimonię studium vt crebris precationibus, plurimis vsum coniugii interrũpentibus, Paulus immodicũ pene dixerim castimonæ studium oppositis legibus coactus sit moderari. Et paulo post, Nec erant defuturi qui Christianos omnes summouissent a coniugio, nisi Paulus clara voce fuisset matrimonio patrocinatus, qui & viduas adulescentiores ad nubendum adhortatus est, &c.

E Q̃ autem impudenter hic torquere conaris? quem loquentẽ vt tibi vis confingis, & causę tuæ patrocinantem. Sed si hoc audes, vbi tam expressa est Pauli sententia, vbi verba omni luce clariora sunt: quid facies vbi aliquid est ambiguitatis? Paulus (inquis) suadet viduis virginibus vt nubant: & verba Pauli sic habent, Dico autem non nuptis, sed viduis, bonum est illis si hic permanserint, sicuti & ego. Quod si non continent, nubant. Melius est enim nubere q̃ vri. Qui dicit quæ non se cõtinent nubant, nunquid simpliciter suadet vt nubant? & qui alio loco dixerit. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consiliũ, loquens de his quarũ vir vita functus esset, absolute suadet vt nubãt? Illas vtiq; iuniores vult nubere, quæ non se continent, cum satius sit nubere ac filios procreare q̃ fornicari: quod & illius verba declarant. Inquit enim, Iam enim quædã conuersæ sunt retro post Sathanam, &c. Nec has iuniores recipi vult ad ministerium ecclesiæ, sed quæ non sit mino r sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor in operibus bonis testimonium habens, ne offendiculũ præbeatur ecclesiis. sed de his posterius erit disputatio, recitatis etiam aliis locis tuis minus expressis. Nunc tantum hoc tibi respondeamus Paulum nunq̃ castimoniæ studium oppositis legibus moderatum esse. Quomodo enim decretis suis votum continentiæ repressisset qui dixerat, Volo omnes esse sicuti ego sum, ipse autẽ viueret continenter? Etsi enim matrimonium probauerit, & noluerit coniuges separari nisi ex consensu, & omnes manere in vocatione, in qua vocati essent, semper tamen pręfert castitatis munditiam coniugio.

F Vanissimum & illud ac perperam dictum, non fuisse defuturos, qui Christianos omnes summouissent a coniugio, nisi Paulus matrimonio patrocinatus fuisset. Si enim illi euangelica lege viuebãt, quomodo matrimonia sustulissent, quæ dominus probauerat & dirimi interdixerat, etiam si Paulus nunq̃ scripsisset, nec ad Apostolatum euectus fuisset? Interfuit enim dominus nuptiis in Cana Galileæ, ad quas honorandas & aquam in vinum commutauit. Præterea quanti illas faceret, edocuit quum dixit, Quod deus coniunxit, homo non separet. Cæterum quomodo submouissent coniugium, nisi & Christianorũ genus

intercidere voluissent: Ex connubio enim oriuntur tum qui virginitate decorantur, tum qui continenter viuunt. Non igitur tam amentes fuissent, vt seminarium hominum abolerent. Præcisa enim radice, quomodo fruges aut fructus orientur: Radix autem nuptiæ sunt, virginitas fructus. Sed iam ad alia loca excutienda accedamus omissis cæteris, quæ in hoc satis magno volumine scribis: in quo nil aliud spectas, q̃ persuadere coniugalem vitam, cælibi esse præferendã. G

His enim præter citata & in Annotationibus super nouum testamentum interpretans illa verba Pauli ad Corinth. Mulierem non tangere bonum: bonum, id est commodum: deinde subiungis, nõ dixit simpliciter bonum est, sed bonum ob vrgentem necessitatem. Nec enim quod pro tempore, pro reque præsenti bonum est, id protinus simpliciter bonum est. Aetate Pauli cum inter innumeros Ethnicos pauci essent Christiani, fortasse cõmodius erat abstinere a matrimonio, nunc mutatis rebus haud scio an magis expediat sanctũ connubiũ pure & sancte colere, etiam sacerdotibus. Et in Supputationibus ita ais. Beda mihi obiicit Paulum qui videt optare vt omnes essent qualis ipse erat. Sed Paulus creditur habuisse vxorem quum hæc scripsit. & hoc astruere volens in Annotat. ais, gynæca Græcis etiã vxorem significare: ex quo inferre vis quum Paulus ad Corinth. dixit: potestatem se habere circunducendi Gynæcaa sicut Cephas & cæteri Apostoli faciebant, quis illam non circunduceret, fuisse tñ vxoratum, quemadmodum & Petrum: quod confirmare niteris Eusebii Cæsariensis testimonio, referentis scilicet tertio suę historię volumine, Clementẽ huius fuisse sententię: illũq; appellas, vt credamus magnum illum fuisse Clementem (de quo Paulus meminit) martyrem & in Apostolatũ Petri successorem. At Eusebius non illũ citat, sed Clementem quendam Alexandrinum disputantem aduersus hæreticos, qui nuptias damnabãt. Ait enim Eusebius, Hic Clemẽs scribẽs aduersus eos qui nuptias spernunt, inter cætera etiam hæc dicit. At qui ad conuincendum aduersarium disputat, non omnia pro constanti affirmat quę assumit, sed pro re & causa in mediũ affert quæ illi fauere possunt, etiam si minus certa aut vera sint, modo aliquo testimonio aut probabilitate nitantur. Ipsius autem disputantis hæc verba sunt, An & apostolos improbant: Petrus enim ac Philippus & vxores habuerunt, & filias nuptum dederunt. Sed & Paulum nõ tedet Apostin quadam epistola sua mentionem facere comparis suæ &c. Hanc tñ opinionem non probat Eusebius: quinimo contrariam recitat sententiam Polycratis & Caii de filiabus Philippi, vt declarabimus inferius: quę verba etiam repetis in Annot. alio loco subiungens & Apostolos filias suas nuptũ dedisse, Theophilactoq; secus sentienti de Paulo respondere niteris, magna diligentia studens suadere oppositũ.

Et in epistola ad episcopum Basiliẽsem inquis, Quod quondam pium erat instituere, post pro re nata, mutatisq; temporum qualitate, magis pium fuerit abrogare: quod fortassis sentiendum de coniugio sacerdotum. De cælibatu eñ neq; Christus, neq; Apostoli legem aliquam præfixerunt. Quo loco longo progressu multisq; rationibus contendis cælibatum sacerdotum esse abrogandũ, & rursus in Annot. super illud Pauli ad Timotheum, Vnius vxoris virum. Hic (inquis) periclitatur Chrysostomus, ne Paulus exigere videatur ab episcopis vt vxorem habeãt, aut exemplo Iudæorum plures habeant. At nunc non solum a H

tot sacerdotibus exigitur castitas, verum etiam ab hypodiaconis matrimoniũ contractum dirimitur: quin id quoq; vehementer astringunt, vt quod Paulus instituit seruandum in episcopo, eo seculo quo summa erat sacerdotum raritas, vt non adiret hunc honorem digamus: nunc cum tot sint sacerdotum milia, excluduntur a sacerdotio, qui vel imprudentes duxerint corruptam. Immo & qui e baptismo duxerit alteram, priore defuncto. Et paulo post, Mirum est autem vt quædam vrgemus ac mordicus tenemus, ad quædam prorsus conniuẽtes &c. Et rursus, Qz q̃ nec is castus est qui venerẽ non attingit quia nõ licet. Sed vereor ne census Ecclesiastici castrẽt hodie clericos, verius q̃ pietas. Et rursus in Methodo. Pleriq; istorum qui nunc continentiã profitẽtur non id studio pietatis agũt: sed longe alio spectant, nimirum ad ocium, ad culinam, ad tyrannidem, ad licentius rutiusq; peccandum. Et ad declarandam rei difficultatem, immo quòd impossibilis sit, ais in supputationibus. Gratia quidem Dei omnibus præsto est ad consequendam salutem: an præsto sit omnibus Beda viderit, certe Paulo non erat præsto ter dominum roganti vt liberaretur a Satana colaphisante. Et alibi in epistola qua respondes febricitanti. Nescio qua fronte Augustinus continentiã extollat cum ipse duas concubinas habuerit: & extòllit virginitatem Hieronymus, quam tamen nõ seruauit vt ipse testatur ad Pammachium. Preterea & in Annnot. inquis, Siquis perpẽdat horum temporum statum quotam hominũ portionem monachorum greges occupent, quotam sacerdotum ac clericorum collegia, ac q̃ pauci vere seruent vitæ castimoniam, in quę libidinum genera q̃ innumeri demergant, q̃ palam incesti sint, fortassis iudicabit magis expedire, vt his qui non continent fiat ius publici matrimonii, cælibes enim nunc habet mundus q̃ plurimos, castos perquam paucos. Hæc scripsisti cum plerisq; aliis eiusdem sententiæ, & tamen mihi tam acerbe succenses, ꝙ tribus verbulis humanissime monuerim, quædam legi in libellis tuis quibus videaris matrimonium ita extollere, vt illud cælibatui adæques, & tamen perfricata fronte negas, re nil huiuscemodi scripsisse.

I Sed par est discutiamus aliquantisper, q̃ eneruia sint hæc argumenta tua, vti & superius fecimus. Primum vero ad id respondendum paucis censeo quo ecclesiam immeritam taxas, ꝙ ab hypodiaco non contractum matrimoniũ dirimat. Non enim citra diuinæ authoritatis exemplum id facit: nam Nathinnei de quibus Esdræ primo mentio fit, diuino ministerio erant addicti, in eorum autẽ loco ecclesia habet hypodiaconos, vt illic sanctorum patrum definit sentẽtia. De quibus in quadam epistola decretali ex patrum sententia ita scripsit Innocentius. Erubescant impii & intelligãt iudicio spiritussancti eos qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu & subdiaconatu sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ab eorumdem graduum dignitate. Qz autem interpretaris dictũ Pauli, bonum est mulierem non tangere, bonum id est commodum: si commodum vt synonymum ad bonum absolutum accipis (prout fecit Paulus) idẽ interpretaris per idem, nihilq; ad rem tuam facit: Si autem cõmodum pro vtili accipis, vt pro eo quod est aliquo modo bonum, sed non simpliciter bonum, vt verbi gratia quod est salubre, sic intelligens bonum est homini mulierem non tangere, id est salubre, vel quandoq; homini est bonum mulierem non tangere:

primo modo falsum est quod assumis, omniũ enim medicorũ sententia a venerẽ prorsus abstinere, nõnũq̃ qbusdã hominibus insalubre & incõmodũ est. Pręterea nihil facit ad rẽ quã Paulus agit, Si altero inepta est interp̃tatio q̃ aduersat̃ literę & sensui scriptoris: Paulus autẽ respondẽs Corinthiis, quos capite sup̃iori verbis castigauerat vtpote fornicationi deditos, & libidinibus seruientes. Corinthii enim semper ad rẽ venereã, propensiores fuere, & ad carnis illecebris procliuiores, prę cęteris gręcię ciuitatibus. Vnde & illud prouerbiũ, nõ est omniũ nauigare seu adire Corinthũ, ob p̃stitutarũ mulierũ copiã & pulchritudinẽ: a qbus studiis eos reuocare volẽs Paulus eis scripserat, Nescitis q̃m corpora vestra mẽbra sunt Christi? Tollens ergo mẽbra Christi faciã mẽbra meretricis? Absit, an nescitis quoniã q adhęret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea? &c. Et rursus, Qui fornicat̃, in corpus suũ peccat. An nescitis quoniã mẽbra vestra tẽplũ sunt spiritus sancti, q in vobis est? &c. Quẽ habetis a Deo, & nõ estis vestri: qbus subiungẽs inquit: De quib⁹ aũt scripsistis mihi, respõdeo vobis, bonũ est hoĩ mulierẽ nõ tãgere: p̃pter fornicationẽ autẽ vnusquisq̃ vxorẽ suã habeat, & vnaquęq̃ virũ suũ &c. Quasi diceret q̃uis simpliciter sit bonũ hoi mulierem nõ tãgere, eo q̃d id ad p̃fectionẽ eius p̃tineat, tñ eis qui abstinere nõ volũt expedit vt vnusquisq̃ suã vxorẽ habeat, & illis id facere suademus: Cui sententię subsequẽtia ipsius verba astipulant̃: q̃ si nõ cõtinent nubant, melius est enim nubere q̃ vri, q̃d Hieronymus & cęteri ex ipsis verbis Apostoli interpretãt̃, q̃ fornicari. Suadet ergo Paulus nolenti se cõtinere, vxorem ducere, nõ autẽ absolute vxorem homini esse ducendã: Postq̃ eñ dixerat, Propter fornicationẽ autẽ vnusquisq̃ suã vxorẽ habeat, quibus & subiũxerat, vxori vir debitũ reddat &c. noliteq̃ fraudare inuicẽ nisi forte ex cõsensu ad tẽpus &c. subinfert causam: Ne tẽtet vos Satanas p̃pter incõtinentiã vestrã: & nequis putaret id ab ipso p̃cipi q̃d prioribus verbis pugnaret, subinfert, Hoc aũt dico secundũ indulgentiã nõ secundũ imperiũ, volo autẽ omnes vos esse sicut meipsum .i. cupio oẽs, vos cęlibes esse & mulierẽ nõ tãgere: sed vnusquisq̃ p̃priũ donũ habet ex Deo: alius quidẽ sic, alius vero sic. At forte nõ omnibus datũ hoc cõtinentię donũ, videlicet vt cõtinere velint. Illis ergo bonũ est vxorẽ accipere. Dico aũt nõ nuptis sed viduis bonũ est illis si sic p̃maserint, vti & ego. Quibus verbis expresse iugulat̃ sentẽtia tua, q̃d ipse vxorẽ haberet, vel op̃i cõiugali icũberet: quũ illa verba p̃tulit, volo vos oẽs &c. subiũgit .n. dico autẽ nõ nuptis sed viduis bonũ est illis si sic p̃maserint sicuti & ego, nõ .n. p̃manerẽt innuptę & viduę, si ipse cõiugat⁹ vellet eas p̃manere sicuti & ip̃e erat. Sentẽtia igit̃ Pauli oĩ luce dilucidior est, simpliciter & absolute bonũ eẽ hoĩ mulierẽ nõ tãgere: expedire autẽ eos qui cõtinere nolint, vxorẽ ducere ad fornicationẽ vitandam: hocq̃ illis indulgẽdũ p̃pter eoꝝ incõtinẽtiã: melius autẽ esse si nõ nubãt, & cõtineãt, siue virgines sint, siue viduę, p̃maneãtq̃ imaculatę siue cõtinẽtes, sicut & ipse faciebat. Qꝛ autẽ melius sit nõ nubere, q̃ matrimonio iungi, declarat sequẽtibus verbis dũ ait, Solutus es ab vxore, noli quęrere vxorem: si autem acceperis eã, nõ peccasti: & si nupserit virgo, nõ peccabit: tribulationẽ aũt carnis habebũt huiusmodi. Ego autẽ vobis parco. Et paulo post, Igit̃ & qui matrimonio iũgit virginẽ suã, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Beatior autẽ erit si sic permanserit secundum meum consiliũ. Puto autẽ q̃ & ego spiritũ Dei

habeam. Et paulo superius dixerat, Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt, & quomodo placeat Deo: qui autẽ cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est &c. Tu autem aduersus tam apertam sententiam, tot propriis expressissimisq; verbis explicatam, inquis Paulum non simpliciter dixisse bonum esse mulierem non tangere, sed bonum esse ob vrgentem necessitatem.

K Primum explicanda erat a te illius temporis conditio, quæ redderet illud fuisse bonum tũc, quod nunc non sit bonum. Et si enim perpauci tunc essent Christiani, & nunc sint multi, tamen id nihil facit quod tunc fuerit bonum mulierem non tangere, nunc autẽ secus se habeat. Quid immutatum est vt melius sit nunc colere matrimonium, q̃ illibatam virginitatem seruare, aut sanctam seu cælibẽ vitam ducere? Nunquid Deo gratius tunc erat & acceptius, nũc illi minus gratum minusq; ab ipso commendatur? Ineptiora sunt hęc Erasme q̃ vt a doctissimo ore tuo proficisci deberent. Apostoli verba magis aperta sunt, q̃ quę torqueri vllo astu in tuam sententiam possint. Absolute clamat Paulus: bonum est homini mulierem non tangere: quod & dominus in euangelio prędixerat. sunt & Eunuchi, qui se castrẽt propter regnum Dei: qui potest capere capiat &c. Quod intelligendum est simpliciter, & non pro tempore aliquo per vnã occasionẽ aut necessitatem. Nõ dixit bonum est vobis aut hominibus, pro re & tempore, sed homini simpliciter & absolute. Qui loquendi modus absolutus, non patitur sensum distractum, siue coarctatũ. Quod enim bonum est homini, semper bonũ est illi: recte enim dicimus bonum est homini studiosum esse, quia & omni homini & semper bonũ: non autẽ recte diceretur bonum est homini albũ esse, aut rẽpublicam gubernare. nõ enim Aethiopi forte bonum album esse, neq; tardo & mentis inopi gerere magistratũ. Sunt eñ homines qbus natura magis expedit seruire q̃ regnare: & secus. Quę igit̃ nõ ꝑpetuo nec cuicũq; cõueniũt, simpliciter & absolute de illo dici nõ pñt, sed limitate tñ dicunt̃. Quãobrẽ nec recte diceremus, cõuenit homini albũ esse, etsi plures albi sint q̃ nigri, eo quod nõ cõuenit oĩ homini, nec sẽper. at apte dicimus, cõuenit hominẽ animal esse ratiõis particeps & disciplinę capax, eo ꝙ semp & omnis homo huiusmodi sit. Pariter igit̃ quum dicimus, homini bonũ esse nõ tãgere mulierẽ, oportet vt id omni homini bonũ sit, & semp. Ex quo tamẽ nõ sequitur, esse malũ mulierẽ tãgere, sed tãtummodo melius esse nõ tãgere. Quod eñ pręstãtius est, bonũ est, etsi nõ cõuertatur. Inter autẽ id quod præstat, & illud quod opponitur ei quod cõmune est ad ipsum & ad quod exceditur, mediũ intercedit, ipsum quod superatur. quod quãto a perfectiori recedit, tãto magis accedere ad cõtrariũ videtur: quãobrẽ & quãdoq; ipsius nomine nũcupatur. quod eñ minus bonũ est, q̃uis bonũ sit, tamẽ ꝑfectioris collatiõe, malũ quãdoq; dicitur. quo pacto Hieronymus illud accipiẽs quum aduersus Iouinianũ disputat, matrimoniũ malũ dicit: quod tamẽ in cõfessis est bonũ esse, & ipse alibi cõfitetur. Quũ igitur Paulus inquit, bonũ est homini mulierẽ nõ tãgere, simpliciter, & absolute intelligit, bonũ esse homini illã nõ tangere, igitur omni homini perpetuoq; bonũ, nõ tñ pro tẽpore, pro req; præsente, prout ipse exposuisti.

L Quamobrem & pariter erroneum est quod ad id confirmãdum in Methodo

refers:Paulus pręcipit vt episcopi suas vxores & liberos bene gubernent,nunc hypodiaconis,ius habēdi vxores interdicitur.Quibus verbis vti p̄dictū est taxans institutū ecclesię vti aduersans p̄cepto Pauli,ac si probasses vel Paulū p̄cepisse,vel suasisse,episcopos habere vxores,qđ & repetis in Annot. cū ais. Hoc loco periclitatur Chrysostomus,ne Paulus exigere videatur ab episcopo vt vxorem habeat &c.Et paulo post,At nunc nō solū a tot presbyteris exigitur castitas,verū & matrimoniū ab hypodiaconis contractū dirimitur.Sed age:quę est Chrysostomi periclitatio & anxietas,in hoc loco:Verba eñi ipsius ita habēt.Sēsus facillimus est,explicat quid Paulus sibi velit,reiicit sensum erroneum,quem malitia,vel inscitia,quisq̄ ex illis elicere posset,sentētię Pauli aduersantem.In re quidē tam dilucida sibi enarranda non oportebat insudare Erasme. Non enim Apostolus sibi ipsi aduersatur.Cū autē(sicut modo commonstrauimus)in epistola ad Corinthios p̄lixa oratione statuerit Apostolus,melius esse homini innuptum permanere,q̄ matrimonio alligari,ipsumq; cōiugiū probauerit in his, quibus cōtinere nimis arduum videtur:illudq; permiserit secundū indulgētiā, nō q̄ imperio id constituerit,manifestū est,tanto minus illud Episcopis præcepisse.Quod enim laicis siue prophanis hominibus nō traditur vti pręceptū,sed tm̄ per indulgentiā concessum,clericis certe & episcopis perfectiorem vitā agētibus,nō potuit esse præceptum.Sed si expendamus verba ipsius Apostoli,apertissime dignoscemus ipsum nūq̄ tale somniasse.Inquit enim,Oportet eñi episcopum irreprehensibilē esse vnius vxoris virum, sobriū,prudentē,ornatū,pudicū, hospitalē,doctorem,non vinolentū,non percussorē:sed modestum,non litigiosum,nō cupidum:sed suę domui bene prępositum,filios habentē subditos,cum omni castitate.Si quis autē domui pręesse nescit,quomodo ecclesię Dei diligētiam habebit:hęc ille.Quibus si contendas Paulū velle illa omnia in episcopo esse,sequitur quod qui filiis caruerit,in episcopū eius sentētia nō sit assumēdus, quod absurdissimū esset,fere eñi oēs ex discipulis dñi Iesu Christi,filiis caruerunt:qui tamen sacerdotio & episcopali munere functi sunt.Omitto cęteros patres posteriores,tū Gręcos,tū Latinos,vt Basiliū,Chrysostomū,Gregoriū, Hieronymū,Ambrosiū & alios innumeros:quinimmo nec ipse Timotheus ad quē scripsit,vxorē habuit.Pręterea sequeretur nec Ioannē Apostolū qui p̄fuit oībus ecclesiis Asię,episcopū lege Pauli fuisse:Cū omniū cōsensu citra cōtrouersiā cōstet ipsum p̄petuo coluisse virginitatē.Multa alia adducere possem,sed in re tā aperta non est immorandū:oportet igitur dicere,nō omnia q̄ Paulus recitat absolute episcopis p̄scribere,sed q̄dā absolute,vt illa q̄ prauitatē excludunt, & ad p̄bitatē munusq; recte peragēdū faciunt:quędā autē sub cōditione requirere: E q̄bus vnū est illud, vnius esse vxoris virū,& aliud filios habentē subditos cū omni castitate:hoc est oportet episcopū irreprehēsibilē esse:qđ erit,si vxorē habens,vnius vxoris tm̄ vir fuerit,nō pluriū:simul aut digamus vel trigamus.qđ si cōtingeret,esset quātū ad ordines rep̄hēsibilis,nō autē secus.Pręterea decet si filios habuerit,eos subditos habere,cū oī castitate,aliter rep̄hēsibilis esset.indicaret eñi ipm nō esse bonū patrēfamilias,cū filios disciplina p̄bos reddere nequerit.Pręscribit igit̃ Paulus episcopū nō deligēdū esse digamū,nec filios habētē rebelles,& iniquos:non suadet,aut instituit vt habeat vxorē vel filios :sed si

cõtigerit habere, docet qualis ipſe illiq́ eſſe debeṫ. At abſolute quidẽ conuenit
epiſcopũ ſobriũ, prudẽtẽ, ornatũ, pudicũ, & ceteris dotibus, q̃ ab ipſo referũtur
M honeſtatũ eſſe: qđ ſi cõuenit eſſe pudicũ, nõ igiť oportet eẽ cõiugatũ niſi & cu-
bile imaculatũ pudicũ dixeris. At forte diceres, etſi hęc ꝓbẽt id nõ eſſe Apo-
ſtoli p̄ceptũ nec ſuaſum, attñ manifeſtũ eſt ab eo matrimoniũ in epiſcopis ꝑmiſ-
ſum: qđ tñ nũc eſt ĩhibitũ nõ epiſcopis tm̃, ſed (vt ais) presbyteris oĩbus Diaco
nis & Hypodiaconis. Reſpõdeo id qdẽ ab Apoſtolo fuiſſe indultũ, nõ ꝙ epiſco-
pus vxorẽ duceret (id eñ verba illius nõ ꝓferũt, nec ex ipſis iferri põt) ſed tãtũ-
modo docet qualis eſſe debeat is q ad epiſcopatũ aſſumẽdus eſt: iter q̃ hoc vnũ
eſt, & q̃ ꝓhibeãt illũ deligi, ſi ſit digamus: ſed vult virginẽ vel cęlibẽ, aut ſaltem
vnius vxoris virũ, etiã qui ad illũ honorẽ ſit ꝓmouẽdus. Quibus verbis exprimi
tur ipſum de quo loquitur, iã antea fuiſſe cõiugatũ, non ꝙ poſt acceptũ munus
epiſcopale cõiugiũ inire liceat: dixiſſet eñ, oportet vel decet epiſcopũ vnã tãtũ
accipere vxorẽ, at nõ ſic inqt, ſed eſſe vnius vxoris virũ. Illud eñ oportet eſſe, re-
fert rẽ iã factã nõ futurã. Quãobrẽ nec ab ipſa nata religione Chriſtiana vnq̃ fa
ctũ eſt, vt epiſcopus ſacerdosve poſt receptũ ſacrũ ordinẽ matrimonio iũgereť,
nec apud oriẽtis nec apud occidẽtis eccleſias, grȩcosve aut latinos, vti ſuperius
demoſtrauimꝰ, aduerſus opinionẽ tuã, cũ mihi reſpõdẽs dixeris, & nũc apđ Grę
cos, ſacerdotes iũgi matrimonio, qđ nũq̃ factũ, nũq̃ auditũ niſi his deplorandis
tẽporibus in Germania, a perditiſſimis quibuſdã, poſt exortam Lutheri impie-
tatem. Fateor igitur Paulum indulgere vt quis deligi poſſit in epiſcopũ, modo
N tãtum vnius fuerit aut ſit vxoris vir. At inquies: ꝑperã igiť nũc inhibeť: Reſpõ
deo, Paulũ forte id nõ idulſiſſe ſimpliciter, ſed ꝓ re & neceſſitate illoꝝ tẽpoꝝ, q-
bus ob Chriſtianoꝝ raritatẽ nõ indecebat, imo & opportunũ videbať, etiã cõiu
gatos (mõ tales eſſent, quales Paulus deſignat) ad epiſcopatũ poſſe euehi, ſicuti
& tũc q̃dã legalia ſeruari ꝑmittebanť: re autẽ mutata, & tẽporis qualitate, viſũ
ſpiritu ſc̃tõ eccleſiã afflanti neceſſitate illa trãſacta, ſtatuere qđ meliꝰ videbať,
vt videlicet ab ope cõiugali abſtineãt, q altari miniſtraturi eſſent: & vt imma-
culatę hoſtię, ab hoĩe immaculato puriſſimo dño offerrenť, qđ & ſacris exem-
plis plurimũ ſuadebať agẽdũ. Recepturis eñ legẽ Hebręis p̄cipiť a dño vt pu
riores eſſent ac magis p̄parati ad illã recipiẽdã, triduo ab vxoribus abſtinerẽt.
A ſacerdotibꝰ deneganť panes ꝓpoſitionis ad veſcendum ipſi Dauid, cũ ſociis
ſuis fame ꝑiclitãtibꝰ, niſi antea certiores facti eſſẽt ab ope cõiugali triduũ fuiſſe
O imunes. Ab apoſtolis ceterisq́ selectis dñi diſcipulis ſeruatꝰ ẽ cęlibatꝰ aut ſecu
bitꝰ poſtq̃ ad apoſtolatũ euecti fuere: qđ ex ſcripturaꝝ ſerie cognoſciť & patrũ
teſtimonio cõprobať. Vniuerſũ ꝑcurrať euãgeliũ: apoſtoloꝝ Acta diligẽter exa
minenť, epiſtolęq́ oẽs apoſtolicę, ꝑſpicieť ipos diſcipulos ꝓrſus occupatos circa
opa ſpũs euãgeliũq́ ꝓmulgãdũ, opibꝰ carnis nullã dediſſe operã, nec verbulum
q̃dẽ vnũ qđ trahi poſſit ipos de re vxoria vel tãtillũ cogitaſſe. Mirũ aũt cũ res
ipſę geſtę ita narrẽť diligẽter, ꝙ etiã miracula q̃dã referãt quin de hoc etiã ali
qua mentio fuiſſet habita, qđ ad negociũ euãgelii ꝑtinebat, & ad iſtitutionẽ ec
cleſię vtpote poſt mortẽ dñi rediiſſe ad rẽ domeſticã curãdã cũ ſuis vxoribus,
quẽadmodum refertur Petrũ & Andreã rediiſſe ad piſcãdũ. Plurima aũt eſſe in
euãgelio q̃ idicẽt cõtrariũ, cõſtat, vt illđ, Siquis venit ad me & nõ odit patrẽ ſuũ

& matrẽ & vxorẽ, nõ potest meus esse discipulus. Et illud quod is qui inuitatus est ad cõuiuium & abnuit, excusans se duxisse vxorem, a patrefamilias prorsus indignus conuiua iudicatus est. Et illud ex Luca, Putatis quia pacẽ veni mittere in terram? Non dico vobis: sed separationem. Et alia pleraq; idem innuentia. Preterea hoc attestantur prisci patres Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, & ex Græcis præcipui. Tu autem cõtrariũ sentis, ac aliis persuadere contendens vis Paulum fuisse coniugatum, Petrum pariter ac Philippum, vxoresq; suas circũduxisse, innuẽs & plurimos alios ex Apostolis fuisse cõiugatos, pro qua sententia nullã tamẽ affers rationem, nullũq; testimoniũ, qđ eã astruat.

Non enim constat ex Apostolis excepto Petro & Philippo aliquẽ cęterorum fuisse coniugatum, quinimmo & de Philippo nil certi habetur. Et si tibi condonaretur omnes fuisse coniugatos, quid hoc ad tuam sententiam? cum anteq̃ ad Apostolatum vocarentur, id fuisset factum: quinimmo qui iam alligati erãt eo suscepto munere ab opere coniugali prorsus abstinuerunt (quemadmodum dictum est) ne diuisi essent in opere euangelii. Iuxta enim Paulum, Qui rei vxorię operam impendit, nec expeditus esse valet miles ad militiæ spiritus munera obeunda. Quapropter & in eo de quo longe minus referret, in prophana militia, nec miles idoneus cẽsetur, nedum homo vxorius, verum nec qui circa opus coniugale sit intentus. Quamobrem & disciplina militari cautũ, ne proficiscentibus in expeditionẽ militibus vxores illos consequi, aut cum illis in castris esse liceret. Et tamen vis tu Apostolos circunduxisse vxores, cum pro spiritu militarent, pugnarentq; aduersus potestates humanas & principes tenebrarum, innixus his verbis Apostoli ad Corinthios, Nũquid nõ habemus potestatẽ mulierẽ sororem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres domini & Cephas? Quæ verba contra te faciunt, non pro te. Licet enim γυναῖξ græce vtranque significet vxorem scilicet & mulierem, hoc tamen loco pro vxore intelligi nõ potest. illud enim sororem determinat non vxorẽ esse sed mulierem vti sororẽ, secundum spiritum ministrantem eis: quas permittebant se consequi (cũ circuirẽt ciuitates euangelium prædicantes) sibi ministraturas exẽplo domini. Legimus enim in euangelio, Et erant mulieres quę secutę fuerãt Iesum ministrãtes ei &c. Indecorum enim nimis fuisset ac turpe, ipsos Apostolos proprias vxores a quibus se iam separauerant, vtpote quum se domino dediderunt, post triumphum crucis, illis se rursus adiungere, ac eas publice circunducere.

P

Ex hoc igitur loco inferre non potes, aut Paulũ vxorẽ habuisse, nec cæterorũ quẽpiã: quinimmo cũ dicat & fratres domini, manifestũ qđ de vxore nõ intelligat, fratres eñ dicebãtur aut filii Zebedęi, aut filii Alphei, aut vtrotũq;, quorũ nemo vxoratus fuit, sed omnes aut virgines aut cælibes patrũ testimonio fuisse cõstat. Quinimmo nec de vxore Petri vlla vnq̃ mentio fit in scriptura, sed tãtũ de socru febricitante, nec etiã a vetustis scriptoribus. Pariter nec de vxore Philippi, sed tãtũmodo de filiabus illius aliqua habent, de quibus tamẽ ambigitur an Philippi Apostoli an Diaconi filiæ fuerint, quas & legimus dono prophetiæ fuisse dotatas. In Actibus enim Apostolicis Lucas de Philippi filiabus ita inquit. Venimus Cæsaream & ingressi domum Philippi euangelistæ qui erat ex. vii. mansimus apud eum. Huic autẽ erant filiæ virgines quatuor pro-

Q

phetantes ipsum autem non loqui de Philippo Apostolo constat, tum quia ipse non dictus est euangelista, tum quia non fuit, ex septem delectis ad ministrandū mensis ac viduis: quorum nomina ipse Lucas alio loco recēset, inter quos & Philippum nominat. ait enim , & Procorum & Philippum &c. Vtrum præter istū Philippum & Philippus Apostolus filias habuerit, an nominis cōmunione authores vnum pro altero accipiant, incertum est. At si illi fuerint filiæ aliæ prophetissę testimonio tum Polycratis lictori vrbis Romam scribentis, tum Caii, de quibus supra meminimus, illas certe nuptui non tradidit. Ait enim Polycrates (vt refert Eusebius) Philippus Apostolus apud Herapolim dormiuit, sed & duæ eius filiæ inibi virgines consenuere, & alia eius filia spiritu sancto repleta permansit apud Ephesum. Et Caius in suo dialogo aduersus Proculum idē cōmemorat dicēs, Post hęc autē quatuor fuere Philippi filię, cuius sepulchrum extat apud Herap. Asię vrbem vna cum filiabus suis. Ex quo quia non cōstat Philippum Apostolum illic sepultum, videtur de Apostolo non loqui. Sed dato ꝙ Apostoli filiæ fuissent, & nuptui datę, quid tū? Nōne anteq̄ Philippus ad Apostolatum vocaretur, potuit illas sustulisse? Deinde defuncta vxore cum cælebs esset delectum fuisse? vel etiam illa superstite, ipsumq; illas nuptui dedisse cum iugari vellent, non autem virgines permanere? Non enim dominus inhibuit nuptias, sed probauit: etsi illis longe prætulerit virginitatem. Nonne Paulum dicentem citauimus, Qui matrimonio iūgit virginem tuam bene facit: & qui non iungit melius facit? Hoc igitur exemplo probare non vales coniugium potius esse virginitate aut cælibatu.

S At diceres. Q̄uis demus illa potiora esse, non tamen lex erat statuenda de ipsis, quæ non minus ardua sunt ad seruandum, q̄ sint sublimia, quamobrem & a paucissimis præscriptum illud seruatur, q̄uis innumeri illud profiteātur, vnde etsi iam condita, in tēpore fuit opportuna, nunc rebus mutatis videtur esse abroganda. Hæc enim est sententia verborum tuorum quę superius recitauimus: ad comprobandamq; rei difficultatem illud scripsisti in Supput. Gratia quidē Dei omnibus præsto est ad salutem. an præsto sit omnibus ad continentiā Beda viderit. certe Paulo non erat præsto ter dominū roganti vt liberaretur a Satana colaphisante . Quibus verbis si intelligis gratiam domini non fuisse pręsto Paulo ita vt ipsum permiserit labi in carne, non solum falsissimum dixisses, verum & blasphemasses: Sin autē (quod magis credo) vis non ita fuisse pręsto vt liberaretur ab exæstuatione carnis, id nihil facit ad causam tuā, cū satis præsto sit gratia quæ præseruat a peccato. facit enim dominus cum tentatione prouentum. Vt inquit Paulus, Fidelis quippe dominus qui non permittit seruum suum tentari supra id quod potest. Præterea gratia, non potest esse pręsto omnibus ad salutem, nisi præsto etiam sit ad ea sine quibus salus haberi non potest. Non valet autē quis saluus fieri, nisi a peccato abstineat: peccat autē omnis qui nuncupatum votū aut legem quā professus est, transgreditur. recte igitur dixit Natalis Beda, omnibus conantibus & faciētibus quod in se est, pręsto esse gratiam domini ad continentiam seruandam, siue ad illam obstricti sint , siue obstringi decreuerint, quod nec citra donum gratiæ facere possunt. si autem secus esset, sequeretur dominum esse acceptatorem personarum,

Sed quum ea verba de Paulo protulisti, coiicio te immemorem fuisse eorũ T
quę tum in Methodo scripseras, tũ in scholiis in beatũ Hieron. In Metho. enim
inquis, Quũ Paulus ad Rom. scribẽs inquit, Infelix ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius? gratia dei p Iesum Christũ &c. Igit ego ipse mẽte
seruio legi dei, carne aũt legi peccati: nõ sua voce loquit hæc opinor Paulus,
sed alterius cuiuspiã, adhuc imbecillis, & qui cupiditatibus suis etiã non impar
esset. Et in scholiis in Hieron. super illa verba, Video aũt aliã legem in mẽbris
meis repugnantẽ legi mẽtis meę & captiuãtem me in lege peccati &c. inquis.
Mea sententia Paulus hæc in suã personam trãstulit, quo minus molesta esset
disputatio, nõ q tã huiusmodi ipse vexaretur affectibus vtpote perfectus. Q
aũt hęc sententia superiori aduersetur, q ei præsto non fuerit gratia dei &c. tu
ipse vides. Ob hæc tamẽ non inficias eo quin continentiæ votum difficile esse
fatear, arduumq; hominẽ carne vestitũ eniti puritate angelis fieri cõparẽ: diffi
culterq; seruari citra peculiare dei donũ, etsi apud ethnicos multi fuerint qui &
virginitatẽ & cælibatũ intemerare coluerint. Pariter fatebor & apud nostros
ex ipsis qui continentiã profitẽtur plurimos esse lubriciores, promissis nõ stan
tes. Sed quid tũ? Nonne omne virtutis opus circa difficile versatur? Nunquid
bonæ leges abrogãdæ ob aliquot illarum transgressores? Nõne satius est ali-
quos perfectos esse conariq; ad id quod optimũ est, q̃ nullos? Constat quidem
plurimos hominũ fornicari, nũquid igitur lex a domino inhibẽs fornicationem
reuocãda? & fornicatio permittẽda ad alia nephãdissima libidinũ genera euitã
da? Non equidẽ hoc statuit dominus, nõ hoc docet Paulus, sed prorsus a forni-
catione abstinendũ. inquit enim, Ne cõmisceamini fornicatiis. Et rursus, Neq;
fornicarii neq; idolis seruiẽtes, neq; adulterii regnũ dei possidebũt &c. Ad hæc
scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immũdus &c. non habet hære-
ditatẽ in regno Christi & dei. Et iterũ, Mortificate mẽbra vestra quę sunt super
terrã, deponẽtes fornicationẽ immunditiã &c. propter quę venit ira dei &c. sed
de hoc non est cõtrouersia. Exploratissimũ quidẽ omne venereũ opus interdictũ
lege diuina, præter cõiugale: abũtur tñ plurimi, nec ob id pręscriptũ abrogat.

At diceres. non inficior legẽ sancientẽ sacerdotibus cœlibatũ præcipere, qđ V
melius vel optimum est: sed dico vel non fuisse sanciendam vel abrogandam,
cũ res ipsa doceat eã multis peccandi occasionẽ præstare. Lex enim, vt inquit
apostolus, fecit peccatũ. Si enim cõdita nõ fuisset lex, nõ peccarẽt, quibus cæli-
bẽ ducere vitã grauius esset, sed sancto cõnubio vterẽtur. Ad quod respondeo
demonstratũ fuisse superius cælibatũ simpliciter præstãtiorẽ esse cõiugio: qđ
si accidat multos siue quosdã illud non integre custodire, nõ tamẽ optimũ tol-
lẽdũ ob imbecilliorũ infirmitatẽ aut prauorũ iniuriã. At inquies: nõ semp quæ
optima sunt, pręcipiẽda sunt, sed quę cõmodiora ac salubriora his quibus san-
ciũtur. Lex eñ quęcũq; cõmune cõmodũ spectat: hæc aũt pluribꝰ incõmoda est
q̃ cõmoda. Respõdeo lege hac neminẽ alligari inuitũ: liberũq; esse omnibus illi
se obstringere, aut eã abnuere. Nõ eñ pręcipitur hominibus vt cælibes viuãt.
Cõmẽdato enim cõtinẽtiæ voto inquit Paulus. Porro hoc ad vtilitatẽ vestrã di
co, nõ vt laqueũ vobis iniiciã, sed ad id quod honestũ, & qđ facultatẽ pbeat sine
impedimẽto dñm obsecrãdi &c. Quẽadmodũ igit nemo cogit inire coniugiũ, Y

ita nec quisq̃ compellitur amplecti cęlibatum. At vti alligatur quis ad leges coniugii, a quibus prius liber erat, ita & ad continẽtiam seruãdã. Nemo enim inuitus militare cogitur, at si quis militię sacramẽto se lubens adegerit, oportet vt militis officia pręstet. Pariter qui se voto ad seruãdã cõtinẽtiã obstrinxit, eam seruare tenetur. At sacrorũ ordinũ collationi hoc votũ annexũ est, qui igitur ordines suscipit & continentiã seruare astringitur. Q᷑ si id graue putet prętermittat & illud conuenit, ob quod illi alligatur. Leuiticum ordinẽ & sacerdotale munus nõ subeat. nemo enim inuitus impellitur sacerdotio fungi. at si dignitas illa arridet, & onus illi annexũ, æquo animo ferat oportet: sicuti iniquũ esset vxori se alligare & debitũ reddere petenti denegare: ita iniustum est perfrui velle honore sacerdotali, & debitum reddere petenti denegare. Qui eñ vult id quod antecedit, par est vt etiã velit, qđ ad ipsum necessario sequit̃. Non igitur lex abroganda, q̃uis multis occasione illius delinquerẽt, eo ꝙ non sit absolute pręcipiens, sed tñ sub conditione, quę est in facultate eligentis.

X At adhuc forte inquies, nec lex non potuit obstringere omnes sacerdotes, cũ ab vniuersali ecclesia nõ fuerit recepta. Panutio eñ magnę authoritatis patre reclamante plurimę orientis ecclesię illam respuerũt. Dicerẽ ad id, verum esse orientis ecclęsias plurimas illam non habuisse ratam quantũ ad ordinandos, sed quantũ ad ordinatos. Nulla enim, vt superius dixi, vnq̃ fuit diuersitas aut controuersia apud vllam nationem in populo Christiano, nec vnq̃ permissum aliquem sacerdotem ordinatum vxorem ducere, sed tantũmodo indultũ vt qui iam duxisset ob id a sacerdotio non reiiceretur, illaq; tãtũmodo superstite operi coniugali modeste indulgere posset. Q᷑ si ad integrum cęlibatum prorsus non alligantur ecclesiæ quæ legem non receperunt, nec iungi castitatis votum sacerdotali ordini voluerunt, at procul dubio obligat occidentis ecclesias, & quotquot legem illam non sunt aspernati, diutissimaq; plurium seculorũ obseruatione illam integerrime seruarunt. At diceres (prout episcopo Basiliensi scripsisti) expediret vt hæc lex laxaretur occidentalibus ecclesiis. Respondetem temerarium esse hoc iudicium, teq; petulantius hoc suadere q̃ tibi conueniat, & tantæ rei grauitas patiatur. Secus eñ videtur Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Gregorio, Cypriano, Tertulliano, & cæteris patribus: qui testãtur eos digne hostias offerre non posse, qui operi seruiant coniugali. Clamat & dominus in Euangelio, Nemo potest duobus dominis seruire. Quomodo igit̃ sacerdotes toto pectore domino seruient si obnoxii vxoribus sint, & illis inseruire cogantur? Secus visum Erasme vniuersis patribus illis & ecclesiis quę lubentes & summa alacritate legem illam susceperunt. Q᷑ si quidam contrariũ sentiant, vtpote quibus propria id libido suggessit, non tamen probanda eorũ sententia qui plus affectibus q̃ rationi indulgent, plusq; virium tribuunt incẽtiuo carnis q̃ virtuti, continentiæ & gratiæ domini. Quorum sententia aduersatur testimoniis & exemplis scripturarum & sanctorum patrum. Si autem diuinus spiritus ecclesiã gubernans (qui sua distribuit prout vult suggessitq; plurimis ecclesiis vt illud susciperent) diuersum nunc aspiraret, ecclesia certe illius decretum sequeretur.

Y Sed & falsissimum est quod ais, paucissimos essę ex his qui virginitatem aut

cælibatum profitentur,ea inuiolaté seruare. Contrarium enim sentiunt qui recte sentiunt quinimo longe plures esse eos qui vere cælibem & incontaminatam vitam ducunt iis qui illam polluũt:inter eos præsertim qui religinsi siue monachi apud te dicuntur ; apud qnos viget regularis disciplina & in monasteriis siue collegiis sacrarum virginum,rationi magis est cõsentaneum.At dices secus sentiunt multi de vtroq; genere,respondeo vnumquenq; pro ingenio proprio suisq; affectibus facile de cæteris iudicare. Tales enim libidinibus inseruientes,gulæq; illecebris dediti,vti ipsi incontinentes sunt aut helluones sibi ipsis blandientes , putant cæteros pari licentia voluptatibus indulgere. Auari censent reliquos omnes pecuniæ cupidissimos esse . Qui autem frena luxuriæ non laxarũt,studioseq; viuunt,secus sentiunt,putantq; plures esse probos q̃ improbos.Quamobrem cum tu id tantopere prædices de his qui cælibes viuunt, nec id aliter doceas, non standum est verbis tuis proprin sensu prolatis.

Præterea quam & erronea illa quæ protulisti de diuis Augustinn & Hieronymo,non erubescens diffamare tantos viros tam eximios celebresq; patres ve causæ carnis faueres?Dixisti enim Augustinum duas habuisse concubinas, & tamen virginitatem ac cælibatum laudare:Hieronymum in cælum euehere virginitatem,quam tamen ipse non seruauerit. Quanto satius erat hæc tacere & sopire,si fieri posset,etiam si vera essent,q̃ diuulgare?Quanto iniquius cum sint falsissima?ac siquid veri hæc verba contineant,id calumniosissime prnlatũ sit. Fatetur ipse Augustinus in confessionibus se adolescentem cum ethnicus esset addictum fuisse vni mulierculæ , quod quidem maximo fletu deplorat. Sed quid tum? adolescens erat, ethnicus erat,non adhuc Christi sacra receperat,non putabat id indecere , nec se peccare . Apud ethnicos enim concubinæ non erant inhibitæ,quinimo forte putabat se probe agere , vt sola extincta libidine non se multis commisceret.At post sacra Christi recepta nnnquid tale quicq̃ commisit vnq̃?Nunquid carni indulsit?an non continentissime & purissime vixit? & tamen tu illa verba profers simpliciter absq; vllo temporis discrimine , ac si iam Christianus immo sacerdos & episcopus amicas habuisset. Q; si illi vitio dandum quod imprudens fecit anteq̃ Christum indneret, multo magis accusandus esset ꝙ ethnicus,ꝙ gentilis fuit.Nec enim Paulo vitio datur,ꝙ æmulator legis & patriæ traditionum,persecutus fuerit ecclesiam Christi.Similiter qnod protulisti detrahens Hieronymo aduersus communem sententiam quæ illi virginitatis candorem tribuit,irreuerenter petulanterq; dictũ est:cuius quidem rei nullum testimonium afferre vales exceptis quibusdam ipsius verbulis ad Pammachium scribentis:quæ quidem prima facie id astruere videntur. Sed diligentius inspiciens & ea conferens cum his quæ aliis locis scripsit,animaduertit ipsum id non asserere,sed seipsum exinaniendo ad fastum vitandnm illa verba protulisse : præsertim eo ꝙ plurimum illa verba facerent ad confirmandam ipsius de virginitate sententiam. Vt enim ipse quodam loco inquit,Maior est fides potiorq; anthoritas laudantis id quo se ipse carere fatetur,quam quod se habere profitetur.Ait enim,Ingenua & verecunda confessio est,quo ipse careas id in aliis prædicare. Quamobrem & superius dixerat vir-

ginitatem autem in cęlum fero,non quia habeam, ſed magis miror id quod non habeam.quaſi dicat, Virginitatem non tantis laudibus extuli, quia me illam habere profitear : ſed tanto magis illam admiror ſi illa careo. Ad Euſtochium enim de cuſtodia virginitatis ſcribēs,inquit, Nobis diuerſo tramite incedendum. Virginitatem non rātum efferimus ſed ſeruamus. Nec ſufficit ſciri quod bonum eſt,niſi cuſtodiatur attentius quod electum eſt, quia illud iudicii eſt,hoc laboris:& illud commune cum pluribus,hoc cum paucis.Qui perſeuerauerit,inquit, vſq; in finem, hic ſaluus erit. Et,Multi vocati,pauci vero electi Quid quęris ? maius ne teſtimonium, aut expreſſius afferri poſſet ? Sed iam par eſt vt prolixam diſputationem claudamus : & ad alia quæ ſequuntur properemus.

DE MATRIMONIO

LIB.XVIII.

A HOc igitur argumentum prorſus omittētes iam videamus & quid de ipſius matrimonii ſacramēto ſcripſeris. In ſcholiis enim tomi primi operū diui Hieronymi ita inquis, Haud ſcio an ætate Hieronymi eccleſia matrimoniū numerauerit inter ſacramenta.Certe Dionyſius cum ex profeſſo de his tractet, matrimonii nullā fecit mentionem, Quibus verbis conſtat te innuere ipſum inter ſeptem ſacramenta non eſſe recenſendum.Pręterea in Tomo quarto inquis,Hac tempeſtate matrimonium inter ſacramenta ponitur,de quo mirum eſt,nec Iouinianum meminiſſe cum illud laudibus eueheret:nec Hieronymum, cum illius libros refelleret. Eādemq; ſententiam in Annotationibus non vno loco repetis, videlicet matrimonium non eſſe inter ſacramenta recenſendum,& aliis de cauſis diuortium fieri poſſe q̄ propter adulterium cenſes : Nec ſeparationem thoti fieri poſſe manente nexu matrimonii vt eccleſia tenet aſſeris. Præterea & vis licere quibuſdā de cauſis matrimoniū dirimi per iudices legitimos, ita vt liberum ſit vtriq; cui velit iungi aut certę alteri qui diuortū nō dederit cauſam: quod perſuadere conaris pluribus argumentis,ſenſui tuo potius q̄ rationi accommodatis.

B Ad hæc autem diluenda, Primo animaduertēdum te omnia negligere nihil penſi habere modo confirmare videaris quæ petis.Ad idq; peragendum eadem nunc affirmas,nunc denegas,eodē vultu pariq; fronte.Ad matrimoniū quippe aſſerendum vt in pręcedenti argumento recitauimus aſſeruiſti illud e ſeptem diuinis ſacramentis & myſteriis eſſe nobis a Saluatore Ieſu relictis, tanq̄ ſui monimētis. His autem quę nunc recitauimus non ſolum de hoc dubitas,verū etiam oppoſitum apparētibus rationibus perſuadere niteris.Qui quidem mos q̄uis apud oratores inoleuerit,vt videlicet eiſdem locis vtantur cum diſputāt de rebus prophanis in cauſis diuerſis : at certe Philoſopho aut Theologo ſacras literas interpretanti omnino dedecori eſt. Quid enim in doctore turpius q̄ in docendo inconſtantia ? Quid magis indecorum ? Quid magis ineptum ?

q̃ quod ſeſe redarguat? Sed vt reſpondeam argutationibus tuis. Primum quę ro a te quid cenſeas de matrimonio? Teneas ne illud eſſe ex ſeptem eccleſiæ ſacramẽtis an non? id ſi affirmes, fateris igitur quæ pro ſententia cõtraria induxiſti vana eſſe, nec ex illis id effici. Si deneges, fateris quæ aliis locis ſcripſiſti nullius eſſe ponderis, ſed falſa prorſus & inepta. ſed vti declarauimus illa nihil opitulari ſententię tuæ, ita demõſtrare ſtudebimus ex iis quę in cõtrariũ adduxiſti colligi nõ poſſe quod prætẽdis. Primum enim ex hoc q̃ Dionyſius quẽ ais ex profeſſo de ſacramẽtis tractare matrimonii nullã fecerit mẽtionẽ, inferre vis ipſum aut nõ eſſe inter ſacramẽta recẽſendum, vel certe a veteribus nõ fuiſſe relatum. Ad quod reſpõdeo Dionyſii propoſitum nõ fuiſſe de omnibus ſacramentis tractare, nec eorũ numerũ recenſere, ſed tñ de his quę ad inſtitutum ſuum faciebãt: quod erat docere etiam in eccleſiaſticis myſteriis hierarchicum ordinem & munia illius aliquo pacto referri: ad quod peragẽdum de ſacris ritibus & aliis huiuſce generis nonnullis pariter agit, quæ tamen inter ſeptẽ ſacramenta non numerantur. Nec enim ibi ſolum matrimonium prætermittit, ſed etiã pœnitẽtię ſacramẽtum: pariq; ratione nec de illo tractat ſed tãtũmodo de his in quibus expreſſius ordo ille & operationes repræſentãtur. Ad aliud q̃d ais matrimonium inter ſacramenta hac tempeſtate numerari: mirũ autem eſſe q; Iouinianus illius non meminerit &c. Dico Iouinianum huius nõ meminiſſe, eo q; ad ſententiam ſuam comprobãdam nihil faceret. Vt enim ſuperius diſſeruimus argumẽtum illud prorſus elumbe eſt nulliuſq; vigoris. Cõiugium inter ſacramẽta eccleſiaſtica numeratur, igitur honorabilius eſt virginitate. Pariq; ratione nihil ad Hieronymum pertinebat de hoc meminiſſe, præſertim cum tempore Hieronymi eccleſiaſtica ſacramenta hoc ſeptenario numero forte nõ coartata fuerint. Ita vt hęc peculiari quadam ratione hoc nomine cenſerentur, ſed ſolicitius tua interlegens quæ in Annotationibus noui teſtamenti pluribus locis ſcribis, quibus matrimonio ſacramẽti dignitatem detrahere conaris, ſummopere miratus ſum. Quare ad ipſum extollẽdum ex profeſſo magnum volumen edideris, nec aliã cauſam diu quærens inuenire potui q̃ vt detraheres eccleſiæ decretis illud inter ſacramenta recẽſentis, quod lubens & gaudens perſæpe facis, modo vllã anſam accipere poſſis, inferaſq; ipſam illud inter ſacramenta de nouo recẽſuiſſe: cũ vetuſtiores patres illius mentionẽ non fecerint. Hocq; voto id ſtatuiſſe, vt iudicia quę de matrimoniorũ cõtrouerſiis cõtingũt, ſibi prorſus vẽdicaret, vtpote ad quã ſolã pertineat de his quæ ad ſacramẽta attinẽt decernere. Idq; verba tua ſuperius recitata in libello de Chriſtiano matrimonio indicãt. Cũ ais. Verũ præcipuã huius negocii curã ad ſe pertraxit ius Põtificum, ſic multa corrigẽs ex legibus principũ vt ipſum tamẽ patũ ſecũ cõſentiat: nec ab hoc recedũt theologorũ placita. Cũ enim inter eccleſiæ ſacramenta numeretur matrimoniũ, multaq; ſuper hoc ſtatuerint euãgelicæ & Paulinę literæ, viſi ſunt Pontifices ſuo quodã iure tractationẽ huius materiæ ſibi vẽdicare: nec alibi ius Cęſareũ magis ac reuerẽtius cedit decretis Põtificũ q̃ in cauſa matrimonii &c. Aut ſi id nõ petiiſti, certe aliud tibi volebas, quod nec multum diſtat ab hoc licet diuerſum ſit, videlicet placitis eccleſiaſticis & ſummorum Pontificũ decretis cõtrauenire: vt eſt illud q̃d diuortiũ fieri nõ poſſit inter cõinges, vt liberũ ſit C

ipsis aut eorũ alteri nubere cui voluerit superstite altero coniuge. cuius tu cõ-
trariũ cẽses. A quo pariter dissentis, videlicet posse fieri separationẽ thori ma-
nẽte nexu matrimonii, & illud aliud solo cõsensu contrahẽtiũ ratũ esse matri-
moniũ. Et illud nõ licere cõiuges separari nisi ex cõsẽsu citra causam adulterii,
quã tu nõ solũ mortaliũ & ecclesię, sed etiã Iesu Christi redẽptoris censor ad-
miraris ab ipso fuisse statutã, hancq; tãtũ causam exceptã cũ plurima alia sint
(vt ais) maioris piaculi ob quę diuortiũ videretur esse faciendũ. Sed id forte
nõ statuisset bonus magister & dominus si te in consiliũ vocasset, aut putasset
institutũ suũ censoria virga tua esse notandũ. Cum autẽ aduersus hęc disputas
prolixioribus verbis pręter cętera inquis, Leges cõmutãdas esse vti pharmaca
ad morborũ rationẽ. quędã enim ita recepta esse dicis ab authoritate ecclesiæ
vt pro re nata possint mutari. & vt fas non est diuinã scripturã quã certissimã
habemus, vitę regulã abrogare: Ita pii ac prudẽtis dispẽsatoris est eã publicis
moribus accõmodare. Quibus verbis ita desipere videris vt nunq̃ magis. Vis
enim diuinã scripturã quã fateris certã vitę regulã esse, trahi posse, ac publicis
moribus accõmodari. An nõ secus agẽdũ, vt videlicet mores publici accõmo-
dentur sacrę scripturę a qua habent regulari? Lex enĩ pręscribit quid agẽdũ
sit, nec ad cõmodũ aut exẽplar illius qđ agitur lex sancitur. Plurima enĩ cõmu-
niter praua agũtur quę lege inhibẽtur, neq; standũ est cõmuni sensui nostro in
his quę a nobis sunt agẽda, sed diuinę legi ita statuẽti. Vti enĩ ille opifex rerũ
hominẽ ad imaginẽ suã condidit: ita legẽ ei pręscripsit, ad quã mores suos for-
maret. Licet igitur sexcentę rationes humano sensui innixę suaderẽt cõmodius
esse hominibus, vt quibusdã in casibus dirimeretur matrimoniũ citra mortem
alterius coniugũ, vel quo dirempto quãtũ ad thorũ pariter essent separati cõ-
iuges quãtũ ad nexum matrimonii, tamẽ prorsus essent cõtemnẽda si lege di-
uina oppositũ decernatur. Quãobrẽ & illud indignũ quod ab ore tuo prodat,
videlicet immutãdas esse ecclesiasticas leges isthęc sentiẽtes. Licereq; ac expe-
dire id facere tum quia pharmaca ad morborũ rationẽ mutãda sunt, tum quia
quædam alia sunt ab ecclesia instituta quæ pro re possunt mutari. quibus non
distinguis inter ecclesiæ decreta cum velis quod licet in quibusdã, pari ratione
licere & in cæteris. At multum interest inter ecclesiæ præscripta. Quædam
enim huiusce generis sunt vt ea immutari liceat, videlicet quæ traditione tñ
humana, suadente ita ratione pro re & tẽpore sunt instituta, quibus immutatis
& illa immutari possunt. Sunt & alia prorsus immutabilia vt quæ ecclesia nõ
humana traditione, sed diuino instituto promulganit esse tenẽda. Aut sacram
scripturam afflatu diuini spiritus interpretans aut tradens a Christo & ab
Apostolis ore tenus prodita, ac per manus successiue recepta, vel nouo il-
lapsu sancti spiritus expressit ab ipsa statuta, quæ nec nisi noua reuelatio-
ne tolli aut commutari possent. Ad hoc autem secundum genus, videlicet
eorum quæ immutabilia sunt spectant quæ ad matrimonium pertinent, de
cuius quæstionibus ius decernendi non sibi vendicauit ecclesia, vt verbis in-
nuis, & ob id inter sacramẽta fuisse relatũ: sed dominus Iesus legẽ expressam
cõdidit de matrimonii vinculo, de qua promulgãda tã soliciti fuerũt Apostoli
& Euangelistæ vt non quemadmodũ in pluribus aliis quod ab vno prolatum

est ab aliis pretereatur, sed & illa quæ a Matthæo primo Euangelii scriptore
narrata fuerãt, eadẽ tamẽ & eisdẽ expressioribus verbis a Marco & Luca re-
petãtur, nec bis cõtẽtus Apostolus Paulus illud idẽ repetẽs explicuit. Inqt autẽ
apud Matthęũ dominus: dictũ est, Quicũq; dimiserit vxorẽ suã det ei libellum
repudii. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorẽ suã excepto forni-
cationis causa, facit eam mœchari. Et qui dimissam duxerit, adulterat &c. Nec
cõtẽtus hoc semel scripsisse idẽ capite decimonono repetit, referẽs quæstionẽ
Pharisęorũ, An liceret homini dimittere vxorẽ suã quacũq; ex causa. Ait enim,
Non legistis, quia qui fecit ab initio masculũ & fœminã fecit eos: & dixit, Pro-
pter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ & adherebit homo vxori suę, & erũt
duo in carne vna. Iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniũxit, ho-
mo nõ separet. Ad quę dicũt illi, Quid ergo Moyses mãdauit dare libellũ repu-
dii & dimittere? Quibus ait, Quoniã Moyses ad duritiã cordis vestri permisit
vobis dimittere. Ab initio autẽ nõ erat sic. Dico autẽ vobis quia quicũq; dimi-
serit vxorẽ suã nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. Idq; cum arduũ
videretur discipulis proprio sensu ea verba expẽdẽtib9 dixerũt, Si ita est causa
hominis cũ vxore, nõ expedit nubere: q dixit illis, Non oẽs capiũt verbũ istud
&c. Hoc eadẽ repetit Marcus, dicẽs, Accedẽtes Pharisęi interrogabant eũ si li-
cet vxorem dimittere &c. Animaduerte autẽ ꝗ soliciti fuerint Apostoli de hac
lege bene capiẽda, verba eñ Christi expressissima fuerũt. Tamẽ & cũ in domũ
se recepissent, iterũ de eodẽ eũ interrogãt, & ait illis, Quicũq; dimiserit vxorẽ
suã & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit super eã. Et si vxor dimiserit virum suum
& alii nupserit, mœchatur. Audis verba, Quicũq; dimiserit & aliã duxerit, nihil
excipit qui adulteriũ cõmittit. Vis expressius testimoniũ non licere aliquo casu
vxorẽ dimittere, & aliam ducere? Audisti & ꝙ duo sunt in carne vna. Quinimo
& iam non sunt duo, sed vna caro. Quomodo igitur vis ꝙ eadem carne manẽte
& vtroq; coniugum superstite liberum sit nubere alteri? Preterea & legem re-
pudii a Moyse permissam ad duritiã cordis Iudæorũ. Ab initio autẽ hominis
conditi nõ sic fuisse, sed secus. At dices sed superius in Matthęo excipit causam
fornicationis in qua liceat dimittere. Fateor, sed non subiunxit, & aliam ducere:
immo inquit, Qui dimissam duxerit, mœchatur: quod quidem non continge-
ret si liceret illam dimittere vt liberum esset aliam ducere. Nullusq; maneret
matrimonii nexus prout ipse censes. Sed & Paulus ita expressis verbis id decla
rat vt omnem cauillandi facultatem detrahat, quemadmodum paulo inferius
ex verbis illius dignoscetur. Permittit dominus dimittere vxorem quãtum ad
vsum coniugii ob adulterium, & cum hoc tñ excipit, cæteras causas excludit.
quod autem tñ permittitur, non pręcipitur.

Ex hoc autẽ dissoluitur argumentum tuũ illud cedere alicui in pœnam non D
debere qui culpę non fuerit particeps. Vxore autẽ adulterante absq; viri culpa
cũ illã dimittat, si aliã ducere non potest, oportet ipsum perpetuo castratum &
sobole defraudatũ viuere, solo vxoris scelere: quod a communi sensu naturę ab-
horret, prorsusq; iniustum dignoscitur. Ad quod respondeo ꝙ si dimissio esset
pręcepta id consequi valeret. At si tñ permissa, nihil iniustũ sequi potest. Inhi-
buerat eñ dominus hominẽ nõ separari ab vxore: qđ Paulus explicauit, nisi ex

cõsensu. Excipit tamẽ dominus causam fornicationis vtpote ob iniuriã matrimonio illatã. Si igitur vir hac iniuria permotus ab vxore seiũgi decreuerit, id ei perficere cõcessum est. Cũ aũt animo suo satisfecerit, cõtinẽter viuat oportet. Cautũ enim ne aliã ducat. Nã qui dimiserit vxorem suã & aliã duxerit mœchatur, dixit dominus. Si autẽ grauius est illi cõtinẽter viuere q̃ iniuriam adulterii perferre, liberũ est ei nõ dimittere aut dimissam recipere in gratiã: æquam enĩ ad vtrunq; habet facultatẽ, eligat vtrũ magis expedit. Pœna igitur tantũ tribuitur peccãti nõ autẽ insonti. Quæ enim adulteriũ cõmisit oportet continẽter viuat velit nolit, si a viro dimissa est: cũ nec alteri nubere valeat. Hãc autẽ legẽ apertissimis verbis explicauit Paulus inquiẽs. His autẽ qui matrimonio iuncti sunt præcipio, nõ ego sed dominus, vxorẽ a viro nõ discedere: quod si discesserit manere innuptã aut viro suo recõciliari. Quod aũt dixit de vxore pariter & de viro intelligẽdũ, q caput est mulieris. Et rursus mulier alligata est legi quãto tẽpore vir eius viuit. Nõ igitur licet eo superstite aliã ducere. subiungit, Q si dormierit vir eius liberata est, cui aũt vult nubat tñ in domino. Tãtũ ergo licet nubere cũ vir eius dormierit. De eadẽ re meminit & Lucas. Ait enĩ, Omnis qui dimittit vxorẽ suã & alterã ducit mœchatur: & quę dimissam a viro ducit mœchatur. Ex his testimoniis cognoscere poteras si voluisses ecclesiã saluatoris & Pauli decretis innixã, leges illas promulgasse ad matrimoniũ pertinẽtes. Quibus & diuortiũ in cõsũmato matrimonio prorsus abiicit & separationẽ in opere cõiugali permittit, manẽte tamen nexu matrimonii quod tu inqs humanũ fuisse inuẽtũ. Cũ apud Hebræos nullũ fuerit diuorciũ nisi quod dirimeret nõ tñ cõiugiũ sed etiã omnes nexus matrimonii: quasi lex Christi nõ esset perfectior lege Moysi. Et ille non expresserit illud permissum eis ad duritiam cordis eorum, non tamen q bonum esset & primitus a domino deo institutum.

E Superest respondere ad illud q calũniaris ecclesiã statuere solo consensu cõtrahi posse matrimoniũ. Ad quod vellicandũ vt videaris & iuris ciuilis nõ esse expers, sed esse grammaticus, rhetor, geometres pictor aliptes, in libro de matrimonio plures leges prophanas inducis tũ iurisconsultorũ, tum Cæsarum necnon & plurima veteris testamenti exempla. Quibus infers sine parentũ potestate id nõ licere. Quæ quidem leges recta præcipiunt, inhibẽt enim quod fieri non decet, sed multa facta tenẽt quę tamen fieri lege humana nõ permittuntur. Inquit enim dominus quos deus coniũxit, homo nõ separet. Coniũcti autẽ diuino decreto sunt, quotquot se libera volũtate mutuo cõiunxerũt, modo in illis non sit obex qui cõtractum impediat. Libera autẽ facultas inest omnibus in huiuscemodi qui mente integra sunt & adulti. Non enim quantũ ad hoc subiicitur natorum voluntas parentum arbitrio: liberum est enim vnicuiq; tradere potestatẽ sui corporis ad opus coniugale peragendũ: altero vicissim ad idẽ sui corporis potestatẽ tradẽte. Quid enim magis liberũ esse cõuenit q̃ deligere illã quæ nõ solũ socia vitæ perpetuo sit futura, & cũ qua semper sit cõuiuendũ; sed & cũ qua tãta necessitudine sis colligandus vt vnũ corpus & vna caro ex duobus efficiaris? Quonã pacto enim si mores discrepẽt si cõtra votum cõiungantur, dulcis aut iocũda felixq; esse potest talis copulatio & cõuictus ad cõmune cõmodũ institutus adq; sobolem procreandã? Quomodo vi coniuncta tã arcto

vinculo vt sint vna caro valebunt perseuerare iuncta si inter se pugnent? Non certe valerent. Propterea voluit optimus maximus deus, liberum esse matrimoniũ, nec esse in parentum arbitrio, cogere natos vt cuiq̃ nubant. Dicit enim scriptura, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori. Quibus verbis declaratur liberum esse homini adhęrere cui voluerit, & hoc in negocio posthabere patris ac matris volũtatem. A qua sentẽtia nec protinus discrepant prophanæ leges. Consentiũt enim legi diuinę hoc in negocio principum sanctiones, iurisperitorum placita, lexq; ipsa naturæ, nõ posse compelli quẽq̃ a parentibus vt alicui nubat: ꝙ si nõ obstringi valet vt nubat, eadem ratione sequitur nec teneri nubere cui non libuerit. Libera est enim facultas ad vtrique. Quandoquidem si liberum est homini adulto tradere corpus suum in seruitutem cui placuerit, iusque propriæ potestatis in alterum transferre. Is autem est arbitrii cuiuscunque, quanto magis liberum esse conuenit tradere corporis sui potestatem cui libuerit, vicissim idem facienti ad opus coniugale. Ideo autem dixi adulto, quia secus sentiendum in his quæ vsu perfectæ rationis carentes, adhuc in potestate patris sunt constituti, vt quæ ætate minores sunt.

F At diceres, q̃uis leges omnes in hoc conueniant vt compelli non possit quis ad nubendum cuipiam: tamen ciuile ius in hoc discrepat, ꝙ nõ vult matrimonia esse rata quę a filiis inuitis parẽtibus fuerint contracta. Ad quod respondeo aliquas fuisse leges Ethnicorum ciuiles & principũ placita, quas ius ecclesiasticum vti minus consonas vel difformes diuino iure aut castigauit, aut interpretatum est, vel prorsus reiecit. Præterea dico humanas leges condi ad commune commodum: vt & quæ honesta sunt suadeãt, quę autem turpia inhibeant. Ad idque agendum persæpe seueriorem pœnam adhibuerũt vt praui formidine pœnæ ab interdictis abstinerent. Cum autẽ turpe sit & rationi contrarium vt adolescentuli rerum ignari, & qui vt plurimum affectibus ferũtur, citra parentum consilium & authoritatem tantæ rei vinculo se obstringerent quãtum est matrimonium, ad quod vel libidine acti vel decepti facillime protrudi possunt: lex seuere cauit ne fieret, instituta grauiori pœna qua cũ nulla grauior & magis commoda excogitari potuisset, ad arcẽdos iuniores quàm vt infectum & irritum esset quod aduersus legis præscriptum parentibus inuitis coniugia iniissent, id sanxit præsertim, præter id animaduertens q̃ plurima ex his inconsulte fieri potius ad saturandam libidinem q̃ vera & perfecta animi deliberatione, magisque habere coniugii speciem, q̃ ꝙ vera sint matrimonia. Lex autem cauet de his quæ plurimum accidunt. Cætera prætermitrẽs æquitati iudicis cordati. Quæ quidem humana lex nec hoc sanxisset nisi diuinæ legis contrarium sentientis fuisset ignara. Non enim intellexerat illud, quod Deus coniunxit, homo non separet. Et, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori suæ: & non erunt duo sed vnum corpus & vna caro. Nunquam enim si hoc percepisset, coniugia citra parentum consensum integra deliberatione firmata irrita esse sanxisset. Cuius contrariũ sanxit ius ecclesiasticum scopo diuinæ legis semper intẽtum. Ad quem ciuile ius nonnunq̃ negligentius se conuertit. Sed de his hactenus.

DE CONFESSIONE SACRAMENTALI. LIB. XIX.

G AD reliqua igitur properantes videamus quid de ſacramento Pœnitentiæ, ſiue de confeſſione ſacramentali ſcripſeris. Ais enim in ſcholiis Tomi primi in Hieronymũ. Ex hoc loco potes animaduertere olim confeſſionem fuiſſe publicam. Et apparet Hieronymi tẽpore nondum inſtitutam fuiſſe ſecretam. Et rurſus ibidem, Verum in hoc labyrintho Theologi quidam parum attenti, vt quod veteres illi de huiuſmodi publica & generali cõfeſſione, quę nil aliud erat q̃ ſignis quibuſdam & piaminibus ab epiſcopo indictis ſe peccatorem & bonorũ cõmunione indignũ agnoſcere, trahant ad hanc occultã & lõge diuerſi generis. Et in Methodo ita ſcribis, Hac obedientia non contenti quidam ſuũ adiũgunt dogma. Hanc confeſſionem quoniã pars eſt ſacramenti, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Chriſto fuiſſe inſtitutã. Neq; enĩ ius eſſe eccleſię vt vnũ ſacramentũ vel addat ſeptem illis vel adimat, cũ tamẽ vni homini ius tribuant, vel totã ditionẽ purgatorii demoliendi ſi velit. Mihi ſane dogma hoc non admodũ videtur eſſe neceſſariũ ad pietatẽ: quid enim ad hanc refert vtrũ Chriſtus conſtituerit aliq̃d, an eccleſia Chriſti ſpiritu afflata? Præterea & in Annotationibus hęc refers. Hinc colligi poteſt cõfeſſionẽ nõnullã antiquitus fuiſſe, ſed apertã, vt opinor, & in genere, quã nec ipſam legimus exactã abs quoq̃. Cęterũ quę nũc recepta eſt clancularia & in aurem, videtur ex conſultationibus priuatis eſſe nata, quę ſoleot apud epiſcopos fieri ſi quis ſcrupus vrgeret animũ. Et rurſus in eodem opere contẽdis Iacobi Apoſtoli verba, videlicet, Confitemini vobis inuicẽ peccata veſtra, non pertinere ad confeſſionẽ eccleſiaſticã. Ais enim, Sẽtit de quotidianis offenſis Chriſtianorũ inter ipſos quos continuo vult reconciliari. Alioqn ſi de illa quã partẽ ſacramenti pœnitẽtię dicimus intellexiſſet, non addidiſſet vobis inuicẽ, ſed ſacerdotibus. Et in dialogo qui inſcribitur Pietas puerilis: ita loqueris, Quid delectat confeſſio? magnopere, nã cõfiteor quotidie. Quotidie? Alendus eſt igitur tibi proprius ſacerdos: ſed ego illi confiteor qui ſolus remittit peccata. Cuinã? Chriſto. An iſtud ſat eſſe putas? Mihi ſat eſt ſi ſat eſſet eccleſię proceribus & cõſuetudini receptę. Omitto quæ in dialogo cuius titulus Confeſſio militis, ſcribas, petulantius deridẽs ipſam cõfeſſionẽ. Oporteret enĩ vniuerſum dialogum recitare. Hæc autẽ pauca ex multis ſufficiant. Adiecta his quæ in libro de confeſſione exaraſti ſatis declarent te confeſſionẽ eccleſiaſticã tñ vſu & traditione humana conſtare, nullũ autẽ robur aut dignitatem habere inſtituto diuino, ſentire. Ex quo ſequitur illã inter ſacramenta non eſſe recẽſendam, nec vt rẽ ſacramẽtalem. Quibus cum plurimũ authoritatis, immo fere vniuerſam illi detrahas, eã paruifaciẽdam eſſe declaras, homineſq; ad illã non obſtringi inſtituto diuino. Quo pacto & omnes a confitẽdi officio poſitis talibus principiis expreſſius dehortaris, q̃ ſi aperte ageres.

H Quoniã autẽ in ſuperioribus de hoc negocio multa diſſeruimus quæ repe-

tete ineptum esset pauciorbus respondentes tecũ agemus. Dicis naq; Hieronymi tempore confessionem fuisse publicã:nondum aũt institutã hãc secretã: Theologosq; parum attentos quæ a veteribus de huiusmodi publica & generali confessione referuntur trahere ad hanc occultã & legẽ diuersi generis &c. Ad quę respondeo primũ nõ constare tibi nec te vllũ afferre posse testimoniũ, q̃ secreta cõfessio Hieronymi tẽpore nõ fuerit instituta. Quinimo cõtrariũ esse probabilius est, licet confitẽdi tẽpus nondũ esset prescriptũ. Par enĩ erat vt ad peccata occulta abolenda presentaneũ paratũ fuisset antidotũ. quo assumpto delicta extinguerẽtur, & pœnitẽtiũ animi cõquiescerẽt: vti & in publicis expiãdis piamina erãt cõstituta. Secũdã quippe tabulã, Hieronymo teste, post naufragiũ periclitãtibus misericorditer cõcessam vt incolumes ea arrepta tẽpestatem vasti gurgitis euadere possent, decebat esse patentẽ nõ minus iis qui publico conspectu summergebantur, q̃ iis qui inter fluctus obruti occulebantur. Preterea ipse Hieronymus de sacerdotibus ad Heliodorũ scribens hoc inquit, Qui claues regni cęlorũ habẽtes quodãmodo ante iudicii diẽ iudicãt &c. Verũ iudicari non potest de rebus incognitis. Occulte autẽ perpetrata iudici abscondita sunt, nisi illi peccãtiũ ore aperiãtur. Sequitur ergo tẽpore Hieronymi cõfessionem hanc quã ecclesiasticam vocamus, quæ fit iudicaturo sacerdoti fuisse institutã. Nã pręcipit dñs in Euangelio leprosis ab ipso mũdatis vt ostendãt se sacerdorib9. Legis enĩ decreto eoꝝ iudicio leprosi subiiciebãtur, mũdiq; ab imműdis discernebãtur. Sed qd tũ? quãuis Hieronymi tẽpore nõ fuerit instituta huiuscemodi cõfessio, an ex hoc colligi potest qđ nõ fuerit diuinũ institutũ, sed humanũ? Liquet enim plurima ex institutis Apostolicis nõ fuisse mox assatim recepta, sed adolescẽte ecclesia sensim admissa & probata: vtq; vires suscipiebat ecclesia, ita illa fuisse promulgata. Disputatione autẽ superiori illã instituti diuini fuisse declarauimus. Quã sentẽtiã astruẽtes rectiores theologi vigilãtes & attẽti, quę a veteribus de cõfessione scripta sunt ad hãc asserẽdã nõ distorte traxerũt (vt ipse prędicas) sed scite ac docte illa ad eã cõfirmãdã adduxerũt, quę pie interpretata valebãt ad eã referri: quã & sacramẽtalem vocãt, eo q̃ sacramenti pœnitẽtię pars sit, vt ecclesię decreto promulgatũ est, definictis pœnitẽtiã inter illa septẽ diuina sacramenta recenseri, instituta tãq̃ pharmaca ad sanãda vulnera humani generis, eorũq; corpora vegetiora reddenda. Cum igitur id ecclesię dogma sit, exactũq; decretũ, liquet non esse theologorum inuentum.

Ex hoc igitur q̃ sacramẽti pars sit, cõuincitur & dominicum fuisse institutũ, tum sacramenta vim & efficaciam non habeant nisi ex diuino instituto. Christi enim tantũmodo est conferre gratiam quã ipsa sacramenta & cęlesti decreto & quasi certo pacto signant. Nec enĩ vniuersę ecclesię militanti, quę cœtu hominũ tãtũmodo constat, neq; Apostolis ipsis, neq; cũctis angelorũ agminibus angelorũq; ordinibus ius aut facultas vnq̃ fuit conferendi gratiã: quãdoquidẽ illud propriũ est diuinę maiestatis. Cũ autẽ in mysteriorũ seu sacramentorum opere illã indubie conferri indicetur: quinimo & ministerialiter, vt ita dicã, cõferatur, sequit̃ ipsa mysteria necessario diuinitus fuisse instituta. Et si enĩ Apostoli aut ecclesia Christi spiritu afflata aliquod sacramentoꝝ quãtũ ad sensibilẽ materiã signantẽ attinet statuisset aut promulgasset, non tã illa ad conferẽdã

gratiam certove indicandã vim vllam haberent,niſi Chriſtus antea illam tri-
buere conſtituiſſet quotieſcũq; ea tite perageretur.Licet enim eccleſiam diuino
a ſpiritu afflari , ſit explnratiſſimũ: nnn tamen eam quibuſcũq; in negociis aut
indiciis ſemper afflari compertum eſt.Ignnrare enim multa poteſt. Cũ autem
in rebus maximis & potintibus ſtatuẽdis cõueniat, ſummam eſſe certitudinẽ,
ſacramenta autem ſint ex potiſſimis: manifeſtum eſt eccleſiam nnn poſſe circa
inſtituta ſacramenta aliquid immutare,aut aliud nonũ cnnſtituete, niſi aperta
reuelatione diuina id eſſe faciendum præcipiente edocta,qua intercedente pro-
cul dubio poſſet & noua inſtituere & vereta abrogate.Cnm eiuſdem faculta-
tis ſit deſtruere,cuius eſt & fuit cnnſtruere.Sed hoc quantũ ad eccleſię facul-
tatem attinet,pntius prnmulgatio diuinæ ſententiæ circa ipſa myſteria dicẽda
eſſet,q̃ ipſntum inſtitutin aut immutatin.

K Diximus autem niſi aperta reuelatinne edoceretur, eo q; diuinus ſpiritus n
vnicn ſed multiplicibus variiſq; modis decreta ſua manifeſtat.Quandoq; enim
vt ex ſacris literis cnnſtat,dominus arcana reuelat ſenſibilibus rebus,vt cũ au-
ditui aut oculis aliqua manifeſtat ſenſibus ipſis per ſe angelnrum miniſterium
ſenſibilem ſpeciem referentium . Qun pacto locutus eſt patribus, vt Abrahæ,
Mnyſi,& aliis,aut per nſtenſa & viſiones,vt Iacnb,Ezechieli, Ioanni Apocaly-
pſim ſcriptutn,aut per ſnmnia aut eorũ interpretationẽ,vt Danieli,Sampſoni.
Hæc autem omnia ſenſibili quadam ſpecie perficiuntur . Alin autem genere
loquitur cum videlicet inſenſibiliter per intimam inſpiratinnem & illapſum
aliquid manifeſtat,& hoc duobus modis.vno quippe cũ afflatis non ſolum res
ipſa nſtenditur,verũ & de ipſa oſtentatione certi redduntur,ita q; exploratiſſi-
mũ illis ſit ſe afflari,& in pectore numen geſtare,plenosq; eſſe deo : quo pacto
locut9 eſt Eſaię,Hieremię,Dauid,& Apnſtnlicis viris.Alio aũt modo cũ certo
illabitur:Attamen non ſentiunt qui afflantur ſe aſpirari , quãuis id fiat . Quo
pacto & Paulum Apoſtolum quandoq; aſpiratum fuiſſe conſtat,& ipſe teſta-
tur cnm ait,Puto autem quod & egn ſpiritum dei babeã. & vt plurimũ ſancti
doctnres in ſacris literis interprecandis, & eccleſia ipſa in multis definiendis.
Hoc autem aſpiratinnis genere tantũmndo qund non omnino certum eſt,licet
præſumptum,& in quibuſdam rebus indubium,circa tamen ſacramẽta conſti-
tuenda aut immutanda eccleſiam contentam eſſe, illi quidẽ ipſi inniti quãuis
exiſtimaretur illam afflari,nec tutum nec facile recipiendum eſt,cũ ad id agẽ-
dum certa & manifeſta reuelatin requiratur ipſi eccleſię illa innouanti facta.

L Quod autẽ addis,cnnfirmans iſtam tuã ſententiã ad infirmandã Pontificis
maximi poteſtatem,ac dicens,Q; vni homini tribnũt ius, totam purgatorii di-
tinnẽ demoliẽdi ſi velit: Eccleſię autẽ vniuerſę de ſacramẽtis aliquid cõſtituẽdi
nnllam velint eſſe poteſtatẽ ? Cũ hæc loqueris,declaras te nnn animaduertere
quantũ interſit inter remiſſionẽ pœnarũ & indulgentiã peccatorũ,charitatiſq;
dnnũ mortuos viuificãtis,& ad cęleſtia regna perducẽtis . Quod quidem dare
ſolius eſt omnipotẽtis.Hoc quippe tm̃ ſui muneris eſſe conſtat . Cuius etiam
create nmnia,& felicitatẽ æternã tribuere : qui tamẽ eccleſię ſuę poteſtatẽ de-
dit remittẽdi aut retinẽdi peccata.Quod quidẽ lõge maius eſt q̃ alicui pręfixæ
pœnę ad tẽpus obnoxios ipſius reddere immunes . Sed qd mirũ ſi vni homini

vicariũ principis agenti cũ plena potestate datũ sit posse remittere pœnas iis
qui iam in gratiã cũ principe redierint. Misericors antẽ & clemẽtissimus dñs,
cuius misericordię nõ est finis, infirmitati nostrę cõpatiẽs plurib9 modis saluti
nostrę ac felicitati prospexit, multipliciaq; nobis adminicula pręstitit. Quibus
& ad amissam gratiã restitui valeremus, & æternæ felicitatis fieri participes.
Inter quę ingẽs & verẽdũ est quod proprio vicario, quẽ nobis reliquit, absol-
uẽdi facultatẽ a pœnis sceleribus nostris cõgruẽtibus. Et qd mirũ si potestatẽ
dederit homini peragẽdi hoc munus, cũ & vni homini demoliri tartareas arces
dederit, & tenebrosum inferni carcerẽ, regi inqnã glorię dño forti & potẽtissi-
mo in prelio? Qui licet deus & homo esset, ei tamen inquãtum homini tributa
fuit hęc potestas: & illius nomẽ tãtopere glorificatũ, vt eo audito curuẽt ge-
nua, cęlestia, terrestria, ac inferna: de ipso enĩ inquãtũ homine scriptũ est, Data
est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Quę verba deo vti deo nõ cõuenirẽt
cũ omnimodã potestatẽ ex se habeat: quod autẽ habetur, nõ datur habẽti, sed ei
qui nõ habet. Quid igitur absoni si dicaẽ voluisse eũdẽ omnipotentẽ vnigeniti
sui vicario potestatẽ tradere animas eruẽdi e purgatorio? qđ tamen fieri certo
quodã modo dicitur: non simpliciter tãq̃ in illis potestatẽ habenti, sed potius
per modũ suffragii, hoc est opitulãti ac offerenti diuinę iustitię aliquid e com-
missis sibi thesauris loco pœnæ ad expianda eoꝝ peccata cõstitutæ. qđ ab ipsa
exactrice iustitia acceptatur debiti loco. Quãobrẽ nec in suo iure defraudatur,
& tñ misericordia in eo opere potiores partes obtinet, seq; adinuicẽ osculãtur.
Sed ad negociũ cõfessionis redeamus. Hęc enim obiter dicta sunt, ne quod in
pontificiã potestatẽ deblaterasti in remittẽdis peccatis, responsione vacaret.

Nam pręter ea quibus iam respõsum est, & in Annotationibus contẽdis ver- M
ba Iacobi Apostoli, Confitemini &c. trahi non posse ad confessionem ecclesia-
sticam, sed solũmodo ipsum sentire de quotidianis offensis &c. Idq; hoc argu-
mento confirmas q̃ si de illa sensisset quam partem sacramenti pœnitentię di-
cimus, non addidisset alterutrum, sed sacerdotibus tãtũmodo dixisset, qua ar-
gutatiuncula leoni pellem detraxisse videris: cum tamen prorsus eneruis sit
& dilutissima. Illi enim respondere facillimum, quæ solum ex vsitato loquendi
modo dissoluitur. Si enim quis diceret ægrotis quibusdam, medeamini vobis
alterutrum fratres, non sentiendum quod medendi facultate carentes curare
haberent ægrotos medicos: sed per alterutrum intelligendum de habentibus
eandem facultatem id peragendi. Ita vt illud alterutrum non semper refera-
tur ad rem quæ suadetur, sed & quandoq; ad genus siue naturam eorum qui
hortantur ad illud munus peragendum. Sibi enim inuicem homines recte me-
deri dicũtur, licet non nisi ab his qui medici sunt medicatio fiat: quia nõ equus
aut bos, sed tñ homo homini medetur. Quãobrẽ semper in huiusmodi locu-
tionibus quando ad rem suasam illud alterutrum refertur, subintelligendum
modo ex vtraq; parte adsit facultas. Patet igitur ex ipso loquendi genere, &
verborum Iacobi eãdem esse sententiam cum inquit, Confitemini alterutrum
peccata vestra. Videlicet potestatem absoluendi inuicem habẽtes, aut qui ca-
rent, confiteãtur illã habentibus. Frustra enim fit confessio ad quã cõsequi non
potest absolutio. Quod & si beatus Iacobus intellexisset illis verbis generaliter

& in vniuersum de confessione loqui, nec tñ de sacramētali: non tamē sentiēdū secludere illis verbis sacramētalem: quãuis dicat alterutrū. Cū illud alterutrū vere fieri posse dicatur modis expositis. Quod autē ipse potissimū de illa sentiat declarant verba quę pręcedunt in ipsa epistola, quibus agit & promulgat sacramētū extremę vnctionis. Quo facto, & prosequit᷑ de sacramēto confessionis statuere. Inquit eñ, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesię & orent super eū: vngentes eū oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū domin9: & si in peccatis sit, remittētur ei. Audisti, dixit presbyteros inducēdos pro illo oraturos & ad eū vngēdū eo ꝙ solis presbyteris sit facultas pręstãdi tale munus. Pariter igitur intelligēdū & de ipsa confessione, ꝙ videlicet adhibitis presbyteris quibus est absoluēdi facultas ipsa sit facienda. Quod enim in vno exprimitur & in subsequenti intelligitur, nisi ratio diuersa fuerit, quod in proposito minime accidit.

N Animaduertēdū eñ est eadē verba vtriusq; constitutionē cōcludere. Dixit in vno, Et oratio fidei saluabit infirmū. Alterū vero absoluit dicēs, Et orate pro inuicē. quod pariter intelligēdū, vt sacerdotes pro se inuicē orent, cū ad inuicē cōfitētur: aut ꝙ ipse sacerdos oret pro confitēte qui non habeat facultatē absoluendi. Teste eñ Hieronymo, sacerdotis tantūmodo munus est orare pro eo qui sacerdos nō fuerit: qđ est intelligendū pro intercedere siue mediū se ponere tãq̃ sequestrē inter deū & hominē. Ita orauit Moyses & Aaron pro populo: sic sacerdotes orant pro laicis pro quibus & munera offerunt. Ita enim scribit Hieronymus ad Heliodorū. Si monachus peccauerit pro eo orabit sacerdos. Si autē ipse sacerdos deliquerit, quis orabit pro eo? At si dicas, nō dixit ad inuicē statuens de sacramēto vnctionis vti & postea. Ratio est in promptu. Non dixit de vnctione, quia illa vtilis est cū per presbyteros ministrat᷑ vti sacra &c. Secus autē de cōfessione cōmuni, vt superius dictū est. Qꝫ aūt cū de cōfessione decernitur sacramētalē excludere nō liceat, sed in primis attēdēda sit, Patet, qa cum de genere aliquo in vniuersum agitur nō excludūtur potiores species siue partes illius generis, sed primo comprehēdūtur, vt si de animali agatur homo nō excluditur. Cū igitur confessio sit multiplex, est enim quędã cōmunis siue vulgaris, quę & cōmoda est & sacramētalis, potior autē cū sit sacramētalis cōmuni, sequitur Iacobū agentē de confessione in cōmuni nō secludere ipsam sacramentalē, sed in primis de illa decernere. Quod vero de cōfessione tractãtes potissimū hanc sacramētalē attēdãt, sanctoꝝ patrū sentētiis declaratur. Inquit eñ Ambrosius, Venialis est culpa quã sequitur confessio delictoꝝ. Et rursus, Non potest quisq̃ iustificari a peccato nisi peccatū ipsum antea fuerit cōfessus. Confessio enim a morte animam liberat. Confessio aperit paradisum, spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari qui in vita sua non vult peccatū confiteri. Chrysostomus quoq; ita inquit, Non potest quisq̃ gratiam dei accipere nisi purgatus fuerit per pœnitētię confessionem. Augustinus quoq; sic habet, Quib9 sacerdotes remittūt peccata, remittit & deus. Et rursus, Remissionē peccatoꝝ vel per colūbę suę mēbra. Ad hęc recte constituūt qui ecclesiis præsunt tēpora quędã pœnitentiæ: & si cor contritum & humiliatū deus non despexerit, Cui gemitus peccatoris non est absconditus, vt satisfaciat etiam ecclesiæ

in qua peccata ipsa remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctũ pignus accepit sine quo non remittuntur vlla peccata. Hieronymus prętereа ita inquit, In agenda pœnitentia mensura tẽporis non aperte præfigitur pro vnoquoq; crimine, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligẽtis relinquitur. Ex his & aliis plerisq; manifestũ testimonio priscoꝝ primũ, non immediate a Christo semper peccata dimitti, sed plerũq; intercedente opera ecclesię ministrantis per sacerdotes sacramẽta, quibus peccata delẽtur instituto diuino. Cũ autẽ id potissimũ fiat in cõfessione sacramentali vt patet ex verbis Christi, Quorũcũq; remiseritis peccata &c. non enim remittũtur nisi cognita, cognoscũtur autẽ per confessionẽ: relinquitur ergo non minus absurdũ esse q̃ falsum quod scripsisti in Colloquiis inquiens, Tibi satis esse confiteri Christo qui solus peccata dimittit, si satis esset proceribus ecclesię & consuetudini receptę. Nam q̃uis Christus dimisisset per anteriorem contritionẽ siue interiorẽ pœnitentiã, asserit tamen Augustinus vt audisti satisfaciẽdũ esse ecclesiæ in qua quis peccauit. Et Ambrosius, nõ mereri eũ iustificari qui in vita sua non vult peccatũ confiteri. Sed de his plus q̃ satis.

DE FIDE ET OPERIBVS.

LIB.XX.

HIs autẽ absolutis videamus, & quæ de fide & operibus A
scripsisti. Fidem omnẽ & authoritatẽ ipsis operibus detrahẽs, de quibus in Annotationibus sic inquis, Nemo Christi gratiæ effici potest particeps, nisi in Christo fidutiam habeat. Et in Supputationibus ais, Iudęorum & gentium ad baptisma venientiũ corda purificabat fides, vtiq; sola: si dixissem post baptismũ nos iustificari sola fide poterat habere pium sensum: solum enim dicitur quod est pręcipuũ. & vox sola non excludit quę suapte natura adhęrẽt. Et in eisdem alio loco in Matthęum de extremo iudicio, Narrãtur opera charitatis, verũ, sed siqui fecerãt, nesciebãt se fecisse. Et in Supputationibus, Cũ dicat Apostolus, Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege: quomodo igitur verũ est quod dicit Beda, oẽs obnoxios esse legi? Pręterea idẽ quod dixi nos iam nõ cogi ad benefaciẽdũ pręscripto legis, nõ loquor de quibusuis baptizatis, sed de his qui perseuerãt in gratia semel hausti spiritus. In Methodo autẽ ita inqs, Christus declarat nihil gratię deberi seruis etiã si per omnia suo functi fuerint officio. Oẽs eñi nostrę iustitię corã oculis dei nihil aliud sunt q̃ pãnus mulieris menstruo profluuio pollutę. Pręterea ibidẽ, Si ab opere cessat seruus meretur pœnam: si obit mandata, nihil ex pacto debetur præmii, cum totus sit domini. Ad hæc in Enchiridio, Apostolus contemnit opera Abrahæ, quæ summa fuisse nemo nescit. Et tu his cõfidis, Deus aduersatur victimas & sabbata, quorum omniũ ipse fuerat author. An audebis tu has constitutiunculas cum diuinæ legis præceptis conferre? Audis tamen ad ista nauseantem ac stomachantem deum, Quo mihi victimarum vestrarũ multitudine? &c. Nõne cum obseruationes & ritus sacrorum cõmemorat, tũ multiplicatas orationes

tãq̃ digito notat eos qui religionem numero psalmorũ aut precum metiũtur? Et rursus ibidem, Quoties Paulus excludit operum fidutiam commẽdans dei gratiam? & sunt hodie qui abhorrentes ab huiuscemodi sermone iactant bona opera sua, nec gratię nec fidei laudem ferentes, sat æquis auribus &c.

B Hæc tu. Prætermitto enim plurima quibus longo progressu operibus derogas fidem commendans. Ea recensui quæ magis sobria vidẽtur, & speciem pietatis prę se ferunt, quamobrem & magis fallere possunt minus aduertẽtes. Quocirca & illis magis obuiandum & respondendum q̃ apertioribus. Cũ illis prętertim satisfactũ sit, ex his quæ in superiori epistola a nobis disputata sunt. De his itaq; differemus eo ordine quo & recitata sunt. Et primũ ea quæ in Annotationibus exarasti, videntur recta & habere pium sensum videlicet neminẽ Christi gratiæ fieri posse participem, nisi illi fidat &c. Quorum tamen falsissimus est sensus. Saulus enim in Christo nõ fidebat, quinimo illum persequebatur, & omnes qui inuocabant nomen eius: & tamen audiuit dominũ dicẽtem, Saule Saule cur me persequeris? At ille, Quis es domine? Sum, inquit, Iesus Nazarenus quẽ persequeris. & circũfulsit eum lux diuina, effectusq; est gratię Christi particeps, & ex hoste ac persecutore dilectus in vas electionis anteq̃ crederet. Matthęus item ex publicano ad Teloneum sedente, electus est in Apostolum anteq̃ Christo fideret. Cęteri quoq; Apostoli ad Apostolatũ vocati sunt prius q̃ dominũ agnoscerent: facti igitur sunt participes gratię anteq̃ fiderent. Item & alii pleriq;, nam spiritus sanctus per Esaiam prophetam hoc futurum prædixerat, quod & Apostolus recitat, inquiens, Inuentus sum a non quętentibus me, palam apparui iis qui me non interrogabãt. Falsum ergo est neminẽ Christi gratię effici posse participẽ nisi in ipso fiduciã habuerit: hi enim adhuc ei nõ fidebãt, & tamen vocati sunt. Scribitur pręterea in Actis, Adhuc loquẽte Petro coram Centurione cecidit spiritus sanctus super oẽs qui audiebãt verbũ Petri &c. Et deinde obstupuerũt fideles qui venerãt cũ Petro q̃ in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebãt enim illos loquentes linguis & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari &c. Quo facto erudimur semper studiosa opera esse peragenda quocunq; simus in statu, etiam cum gratia quæ illa viuifica reddere habet careamus. Et quod plus est, fidei etiam expertes.

C Quæ quidem licet sit vt ianua per quam ad deum acceditur, & vt plurimum gratiam ipsam iustificantem quasi cõmuni lege antecedat, qua de causa Paulus inquit, Oportet accedentem ad deum credere quia est, & quia remunerator est: non tamen hoc semper fit, nec illam gratia necessario consequitur: nec ipsa primũ dei donũ est. sed ordinatio diuina interna pulsatio, & donũ ipsa gratia iustificans, teste Paulo Apostolo ad Romanos ita scribẽte, Quos prędestinauit hos vocauit: quos autẽ vocauit, hos iustificauit: quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit &c. Audisti illũ iustificãti gratię tertiũ locũ dare. Quę licet vt dictũ est, ipsam fidẽ vt plurimũ cõsequatur, illã tamẽ nõnũq̃ etiam pręcedit. Multi enim iustificati sunt anteq̃ de fide essent eruditi, eamque recepissent. Quod, vt in exemplo proxime citato persistamus, peractũ est Cæsareæ in Cor-

nelio centurione:& in Apostolo iter peragente Damascum.Si autē diceres illā ordinationem diuinā internamve pulsationem esse gratiam iustificantē de qua modo diximus,quę & habitus theologicus dicitur distinctus cōtra fidē & spē &c. quid tum? ob id certe non negabis ipsam diuinā prędestinationem & vocationem esse Dei gratiā:cum pręcipuum donum sit & primū quod a Deo tribuatur:cū in illa vocatione persępe & habitus ille charitatis illabatur,vt in Paulo factū est & in cęteris Apostolis pariter est consentaneū fuisse:vt simul vocarentur,& animi illorū dono charitatis ornarētur.Cū autē contingat,vt sępe & in multis euenit,vt pulsatio primaq; appellatio citra infusum donū gratię peragatur sed quodā ordine seruato,ita vt primū homo vocet̄,deinde donū fidei ꝑ auditū vel per illapsum tribuat,& demū donū gratię iustificātis (quę charitas dicitur) cōferatur:qđ vt plurimū fit in sacramēto baptismi.Attamē (vt dictum est) & secus quādoq; fit secundū diuinū beneplacitum,ita ꝙ diuina gratia tribuatur ante exhaustā fidē vel per illapsum receptā:quod tamē deinde requirit̄. Attamē cū seiuncta sit ab ista gratia:æque antecedere gratiā ipsam potest quēadmodū & subsequi & persistere vtraq; citra alterā.Permanet eñi fides,sublata gratia:& stat gratia sine fide:vti fides sine operibus:q̄uis ex lege cōmuni & gratia perseuerās exigat fidē,& fides ipsa opera.Falsa igitur est tua sentētia:neminē Christi gratię fieri posse participē nisi primum in illū credat & fidutiā habeat.

Verius autē & probabilius fuisses locutus si id de operibus dixisses.Hoc est D nullū opus ad æternā salutem efficaciter cōferre,nisi prius is qui illud fecerit in Christū credat & in eo fidutiā habeat.Ad id autē quod in supputationibus ais conatus defendere quod dixeras:videlicet corda purificari sola fide eorū qui ad baptismum veniebant inquiens,Si dixissem post baptismum nos iustificari sola fide,poterat habere pium sensum,sed nō satisfacit quęstioni,quia nō quęrit̄ ꝗd pręcipuum sit in ipsa iustificatione,hoc est fides in baptismo,sed quid ad ipsam consequēdam requiratur.Non autē tātummodo fides ad ipsam pertinet,sed & ipsum baptisma.Testimonio domini dicentis,Prędicate euangeliū omni creaturę,Baptizantes eos in nomine patris &c.Et Apostolorū facto.Baptizauit eñi Petrus Cornelium,de quo egimus.Paulus quoq; baptizatus est ab Anania.Prętereа exigitur in primis gratia:quę si fidei cōferatur nō solū præcipuū obtinet locum verū ipsa sola iustificat.Et in adultis superstitibus & ratione vtentibus requirūtur opera,si in iustitia sint perseueraturi.Nisi enim domini pręcepta seruauerint,quę per opera adimplentur mox a iustitia deciderent.

Nec quod deinde subiicis ad rē pertinet,videlicet quod vox sola nō excludat E quę suapte natura adhęrent cum certū sit bona opera suapte natura ad fidem non consequi.Stat quippe syncera fides cum prauis operibus: vt enim modo dictum est,nōnulli apprime credūt nihil hęsitantes qui tamē affectibus acti perperam operātur:quod Paulus Apostolus testatur ad Corinthios ita scribens,Si linguis hominū loquar & angelorum,charitatem autē non habuero,factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.Et paulo post.Etsi habuero omnem fidem ita vt montes transferam,charitatem autem non habuero,nihil sum. Quo loco testatur fidem tam perfectam & viuidam esse posse vt montes transferat ingentiaq; peragat citra charitatem miracula:quam sententiam & cōfirmat ad

Romanos scribens: inquit enim, Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Nam bonum velle habeo: perficere autem bonum non inuenio. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autẽ aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meę me captiuantem in lege peccati? Paulus enim perfectę fidei plenus ingemiscit se sentire captiuari, id est valde tentari ad legem peccati sitam in membris ipsius &c. Cui quidem legi pleriq; integre omnia credẽtes quę fidei sunt, obœdiunt: & tamen a fide nõ excidunt: licet gratia destituantur. Tanto nãq; interuallo seiuncta sunt fides & gratia, vt cũ exitiale peccatum fidem non excludat, gratiam tamẽ prorsus aboleat. Opera autem q̃uis cum fidei sint consentanea ipsam protestentur, nequaq̃ tamẽ illam naturã cõsequuntur quẽadmodũ nec ipsum baptisma natura fidei cohæret, sed tantũmodo diuino instituto. Quocirca vt dictum est, ante baptisma fide fuerunt illustrati & integerrime iustificati. Quomodocũq; igitur acceperis sola fide homines iustificari ex vi verborũ & sensu cõmuni orationis perperã locutus es, vt sententia falsa & absurda est. Quanto pręstitisset eloqui cõsentaneę de his cum orthodoxis patribus qui scripturas diligentissime tractãtes de fide & operibus impiorumq; iustificatione quid sentiendum sit, edocuerunt.

F Ad aliud quod ais in parabola futuri iudicii eos qui opera charitatis peregissent nescire se illa fecisse, vnde id assumas non satis video. Non enim ex verbis respondentium iudici, Domine quando te vidimus sitientem aut esurientem aut nudum &c. Hoc accipere potes cum illa hoc non exprimant nec huiusmodi sensus possit ex illis desumi: cum longe diuersa sit eorum sententia. Et si enim ignorarent se illa officia præstitisse domino, cui nec in propria forma præstiterant, non tamen inscii erant se illa præstitisse proximo. Sed quomodo ignorare poterant quæ in libro vitæ conscripta erant qui tunc reseratus erat, & in quo pandebantur quæcunq; tum proba, tum improba omnes peregissent? Inquit enĩ Apostolus ad Romanos. Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicii Dei: qui reddet vnicuiq; secundum opera eius his quidem qui secundum patiẽtiam boni operis gloriam & honorem &c. His autem qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira indignatio tribulatio & angustia &c. Audisti, appellat diem illam diem reuelationis, quia certe in ea reuelabuntur abscondita tenebrarum cum reddet iustus iudex vnicuiq; secundum opera sua. Quomodo nãq; tãta obliuio beatissimos & felicissimos inuasisset vt bonorũ operũ quibus illos gaudere conueniebat immemores essent effecti? Quẽadmodũ enĩ improbis recordatio pręteritorum quę inique egerunt accedit ad pœnã: ita iustis & piis scientia & memoria recte actorũ faciet ad gloriam. Nõ igitur negabũt iusti in iudicio se opera charitatis perfecisse, quorum neq; obliti erunt, sed audientes a domino illa recenseri sibi ipsi pręstita fuisse pudibundi & quodãmodo stupefacti tãta benignitate & beneficentia domini est suam agnoscẽtes imbecillitatem seq; indignos esse arbitrantes tãto honore & gratia quę a domino eis impartietur, nõ elati lętitia, sed humilitate tremẽtes amoreq; erga iudicẽ feruẽtes. Respondebũt, Domine quãdo te vidimus esurientem &c. quasi dicerẽt, domine non agnoscimus nos hęc tibi pręstitisse quę refers. Licet cum seruis & proximis nostris illa tui amore pręstiterimus

ſtiterimus:nec tamẽ ob id nos etiã tãto munere dignos cẽſemus. Serui eñi inuti
les ſumus q̃uis illa geſſerimus mãdatorũq; tuorũ ſtudioſi fuerimus. Responde-
būtq; potius ad verba q̃ capient vti cõmunis vox ſonabit q̃ ad ſenſum dñi. Me-
mores q̃ppe erũt operũ,ſed illa nõ digna eſſe tãta mercede tãtoq; munere ex eo-
rum merito cognoſcẽt & fatebuntur:quãobrẽ & ſumme admirati illa pferent,
operũ quippe memores erũt, at in illis nõ gloriabuntur,nec cõfident: potiuſq;
ignorare ſe illa feciſſe voluerint q̃ illorum memores ea recẽſere. Pudentiũ enim
& eorũ qui ingenui ac grati animi ſunt eſt propria attenuare merita : & omnia
referre ad liberalitatem & bonitatem beneficii conferentis. Hæc eſt omnium or-
thodoxorum ſententia verus illorum verborum ſenſus,nõ tuus ꝙ ignorauerint
ſe illa opera perfeciſſe:quę quidem induxiſti vt operibus authoritatem detrahe
res,cum ſoli fidei omnem vim ad vitam æternam conſequendam attribuas.

Ad aliud cum rurſus ad deprimẽda opera(mirum enim in modũ tibi arridet G
religio quę paruo negocio citra ſudorem omnem & conatũ qui ad perficienda
opera exigitur conſtat)in Enchiridio ais, Apoſtolus contemnit opera Abrahæ
quæ ſumma fuiſſe nemo neſcit:& tu his cõfidis. Deus auerſatur victimas & ſab-
bata quorũ ipſe fuerat author. An audebis tu has cõſtitutiunculas cũ diuinę le
gis pręceptis cõferre? Audi tamẽ ad iſta nauſeantẽ Deũ: Quo mihi veſtrarũ vi-
ctimarum multitudine? Plenus ſum &c. Nonne cum obſeruationes & ritus ſa-
crorum cõmemorat,tum multiplicatas orationes,tãq̃ digito notat eos qui reli-
gionem numero pſalmorum aut precum metiũtur:& quoties Paulus excludit
operũ fiduciã cõmendans Dei gratiã? Et ſunt hodie qui abhorrẽtes ab huiuſmo
di ſermone iactãt bona opera ſua,nec gratię,nec fidei laudẽ ferẽtes ſat ęquis au
ribus &c. Reſpõdeo tui ingenii & moris eſſe,vt plurimũ cũ aliqd deprimere ve
lis cõferre alicui qđ potius ſit vel videatur & pro cõfeſſo accipere ęos q probãt
qđ tu attenuare ſtudes cõtemnẽdũve cẽſes,aut pręferre aut ęquare illi potiori.
Pręterea & tibi eſſe peculiari argumẽtari iu ęquiuoco.qđ ſi inſcitia facis,tui mi
ſerendũ eſt qui laberis in his in quibus vel pueri erubeſcerẽt. Si autẽ malitia ad
capiendos & hallucinandos lectores:magis ſane eſſes accuſandus eo ꝙ conaris
iſtiuſmodi ſophiſmatibus minus cautis perſuadere quicquid tibi arridet.

Quiſnam quęſo eſt ex his qui opera bona probant & edocẽt eorum quędam H
eſſe neceſſaria valentibus illa perficere,quędam autem percommoda & oppor
tuna nullumq; probum opus eſſe infructuoſum:iuxta domini ſententiam dicen
tis,vis ſaluus fieri ſerua mandata, ſi autem vis perfectus eſſe vende omnia quæ
habes &c,et ſequere me : qui viuendi formulas ad perfectionem aſſequendam
commodiſſimas deſcripſerunt,qui eas conferat aut æquet præceptis domini?
Aduerſus enim illas ea verba protuliſti,conatus diſſuadere illi ad quem libellũ
ſcribebas. Nemo profecto catholicus ſanuſq; mente hoc ſenſit dixitve vnq̃. Sũt
enim illa vt aiunt erogatoria conferentia ad commodiorem pręceptorum obſer
uationem,& conſiliorum domini plena inſtituta,pro his qui ad perfectionẽ aſpi
rant. In quibus & quædam ſunt humanitus adinuenta: & licet valde commen-
danda non tamen æquanda domini pręceptis.

Quinetiã dici poſſit quędam eſſe in illis contenta natura ſua perfectiora qui- I
buſdam dñi præceptis. Sed hic forte exclamabis. Quid inquis? homunculorum

institura dominicis pręceptis sunt perfectiora? Sed ne excandescas obsecro, si enī
patienter audieris cognosces me nihil falsum vel absonū protulisse. Non enim
sapictissimi legislatoris est omnia pręcipere quę optima sunt & cęteris potiora.
Cum illorū quędam difficiliora sint factu. Quāobrem nec vulgo & promiscue
sed vix a generosis & cordatis seruarētur. Propterea illis p̄termissis vel tantū
mō indicatis ac laudatis, ea tātū p̄cipit citra q̄ probe ducere vitā nemo pōt: accō
modataq; sunt multitudini vtpote cōmunia & obseruatu faciliora. Et hoc autem
genere sunt pleraq; in decalogo cōtēta. Quis enim iure potuisset dn̄s homini
quē ex nihilo creauerat p̄scribere quęcūq; libuisset (nemo enī dixisset, cur ita fa
cis, vel iniuste agis) & iugū grauissimū imponere ceruicibus mortaliū: summa
tamē illa bonitate & clemētia nūq̄ integre exigēte quod natura debitū est, sed li
beralissime laxante & dimittēte magnā debiti partem, cum agnosceret figmen
tum nostrū magnāq; imbecillitatē, eo q̄ puluis & caro simus, cōtentus fuit pau
ca & ea quidē leuia nobis pręscribere: citra quę nec iuste quisq̄ nec cōmode vi
uere posset. Quāobrē & statuit vt qui illa auersarentur, aeternę foelicitatis essent
expertes. Ea vero quae ad perfectiorem statum spectant tm̄ monstrauit & com
mendauit inquiens, Vis saluus fieri, serua mandata: si autem vis esse perfectus,
vende omnia quae habes, tolle crucem tuam, & sequere me, id est per semitam
arctam & difficilem. Quis autem ambigat potius esse & excellentius vendere
omnia, abnegare seipsum, assumere crucem propriam in humeris, & sequi Chri
stum: q̄ exempli gratia, vt ita dicā, honorare parentes, vel sanctificare sabbata?
Si enim id perfectius quod perfectiorem efficit eum qui illud peragit & possi
det, manifestum est testimonio domini potius esse abnegare semetipsum & se
qui Christum, q̄ honorare parentes: cum illud perfectum reddat sui peractorē:
nuda autem praeceptorum obseruatio non in perfecto statu collocet, sed tantū
modo in eo qui salutis est.

K · At inquies, Cum hęc ad salutem deducant citra quę nec illa haberi potest, il
la autem necessaria non sint, sequitur mandata esse potiora. Dico non omnia
necessaria nobiliora aut potiora esse omnibus non necessariis: cum plurima
ex his quae necessario requiruntur ad aliud sint & non propter seipsa, & illa
quae vtilia & ita requisita sunt, vt sine his alia esse non possint ignobiliora
sunt q̄uis communiora: quod est videre tum in naturę operibus tum artis, & in
bonorum generibus ab hominibus industria cognitis: quę enim ad esse tātum
rei pertinent, viliora sunt his quę rē absoluūt & perficiunt. Quāobrē licet illa an
tecedāt: generatione enim priora esse oportet, nobilitate tamē sunt posteriora.
Fatebitur pręterea vnusquisq; rerū peritus plurimas esse artes nobiliores p̄stātio
resve agricultura vel pastorali aut pistoria seu coquinaria, q̄uis illę commodio
res sint & ad vitā magis necessarię. Quāobrem & ex his est videre nō sequi oīa
diuina pręcepta, licet magis necessaria sint ad salutem assequendā decreto dn̄i
cunctis consiliis esse nobiliora vel potiora, quantum est ex sui natura.

L Quod autem ais dominū auersari victimas & sabbata, quorū omniū ipse fue
rat author &c. Nusq̄ reperies in scriptura dominū aspernari victimas pie obla
tas sabbatave rite obseruata. Non enim incōstans dominus, vt illa obhorreat &
aspernetur quę ipse instituit pro tēpore quo ea exq̄siuit. Sed nauseat & cōtēnit

victimarum simulacra & species solennitatis sabbatorum, cũ nõ essent verę victi
męille quę offerebãtur ab iniquis cultu tm̃ exteriori, animo autẽ minus pio, si-
cuti nec vere obseruationes sabbatorũ quę a talibus celebrabãtur, quod attesta-
tur illud Prouerbiorũ, Victimę impiorum abominabiles domino &c. At piorũ
victimę sane semper fuere acceptę domino. Nidor enim eorũ quę in altari cõbu
rebãtur ascẽdebat ad dominũ & recipiebatur in odorẽ suauitatis, vt ex innumẽ
ris scripturę locis manifestum est. Qꝫ autem ipsas victimas nõ abhorreret dñs;
sed illos qui eas minus reuerẽter offerebant, habentes tantũmodo victimę spe-
ciem non autem rem, declarat Esaias a quo hæc accepisti, sed prętor rem dicens
post illa verba, Quo mihi victimarum vestrarũ &c. Et quis quæsiuit hęc de ma-
nibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltra sacrificiũ frustra:
incensum abominatio est mihi. Et subdit, Iniqui sunt cœtus vestri: manus vestrę
sanguine plenę sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum ve-
strarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite bene facere &c. Decla-
rans victimas illas & sacrificia grata esse domino quæ pio animo offeruntur a
iustis & probis, non autem ab iniquis. Oportet enim interna hominis consenti-
re externis vt ipsa externa quæ ad cultum Dei perficiuntur grata esse domino
valeant, & profectura sint his qui illa peragunt. Qꝫ si interna externis pugnent
iniquusqꝫ animus sit: & putet quis sibi dominum propitiare tantummodo illis
externis ritibus obseruatis, seipsum seducit: & contingere potest vt quandoqꝫ do
minum potius iritet q̃ placet. Cum sacra ad diuinum honorem instituta irreue
renter peragat, & quodammodo abutatur, coinquinatus sceleribus & postha-
bens domini præcepta ad salutem necessaria. Cum fidat externo illi operi quod
ab eo peragitur. Inquit eñ spiritus sanctus per os Dauid: Peccatori dicit Deus:
cur enarras iustitias meas & assumis testamẽtum meum per os tuum? Si autẽ
videbas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et
alibi. Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Attamen
licet ab eo qui prauis sit moribus vitamqꝫ perducat in peccatis, offeratur sacri-
ficium laudis domino pio affectu, licet coinquinata mẽte ob peccata, illud tamẽ
quis ad salutem vt dictum est assequendam vanum sit, non tamen est prorsus
inutile. Quandoquidem tanta est domini clemẽtia & bonitas vt nullũ opus bo-
num prorsus reiiciat, licet ad vitam æternam condonandã illud non acceptet:
quin pro ipso bono opere aliquid tribuat. Quamobrem vel cõducet ad aliquod
donum recipiẽdum, quod a Neotericis theologis gratia gratis data dicitur, vel
ad bona huius mortalis vitę percipiẽda, aut certe conducet ad præparandũ ani
mum & disponendum ad ipsam gratiam iustificantem recipiendam.

Quorsum igiter pertinet id quod ais, Nonne cum obseruationes & ritus sa- M
crorum, &c. quasi ii qui numeratos psalmos recitant precesqꝫ reiterant condẽnã
di sint, adeoqꝫ illis verbis notentur. Quid inquis? Tibi displicet numeratos di-
cere psalmos, constitutas & præscriptas Deo decantari laudes & hymnos reite
rareac preces. At id vetustissimo instituto placuit vniuersali ecclesiæ, quod de-
clarat mos omnium ecclesiarum & cœnobiorum tam vetustus vt illius initium
prorsus ignoretur: quod indicat simul cum ecclesia esse natum & coalitum: hoc
quidem perpetuo factum succedẽtibus sibi adinuicem temporibus ab ecclesiis

tum Orientis,tum Occidẽtis citra controuersiam,hoc a sanctis patribus , tum
Aegypti,tum Syrię deserta incolentibus,quorum examina fere erãt innumera,
factitatum, vt testãtur Cassianus diuusq; Hieronymus,hoc pręterea actũ & re-
ligiose seruatum a monachis Gallię a temporibus vsq; diui Martini Turonen-
sium archiepiscopi:quod & refert Seuerus Sulpitius illorum instituta & Mar
tini vitã describens.Hoc idẽ omnes sancti seruarũt quos omnes numerare non
minus superuacaneũ esset q̃ onerosum.Quinimo & dñs Iesus & Apostoli ipsi
verbo & facto docuerũt id esse peragẽdũ.Nõne cũ Apostoli diu noctuq; essent
perseuerantes in oratione,cũ Petrus & Ioannes ascenderẽt in tẽplũ ad horã ora
tionis nonã,cum Iacobus frater dñi nunq̃ fere egrederetur de tẽplo:cõsentaneũ
est in primis diuinas laudes eo tẽpore cõstitutas & solitas preces ab illis spiritu
ac etiã lingua decãtatas fuisse?Nõ enim est verisimile eos semper nouas preces
cõdidisse aut absorptos cõtẽplatione tãtummodo semper fuisse citra omnẽ lau-
dum aut precum institutarũ celebrationẽ:sed potius hymnos Psalmos cęterasq;
statas preces celebrasse ac iterasse:qđ Paulus ad Ephesios scribẽs suadet esse fa-
ciendũ inquiens.Videte fratres quomodo caute ambuletis,nõ quasi insipientes,
sed vt sapiẽtes,redimẽtes tẽpus,quoniã dies mali sunt &c.Sed cur in his recẽsen
dis laboro,nec potius statim recurro ad verba Iesu Christi in mediũ ꝓferẽda?sic
enim ait,Petite & accipietis:quęrite & inuenietis:pulsatę & aperietur vobis.Oẽs
enim qui petit accipiet,& pulsanti aperietur.Quid autem obsecro est hęc pulsa
tio,nisi perseuerans & iterata postulatio deprecãtis?Quod & parabolã detlata
uerat illius qui media nocte:ad amicum accesserat vt panes ei commodaret &c.
Hoc dominus verbo,sed & facto attestatus est cum ad montẽ Oliueti peruenis
set,imminẽte hora mortis & ad patrẽ prolixius orans ac in terrã proiectus mo-
mentaneis interuallis ter easdẽ preces iterauit dicens.Pater si possibile est trãs-
eat a me calix iste &c.Quod testantur Mattheus, & Marcus dicentes : iterum
abiit & orauit tertio eundem sermonem &c.Quod igitur a tot præclaris & exi
miis patribus institutum & seruatum est,quodq; Apostoli & ipse Iesus perege-
runt tu contemnes & vt inutile vel superstitiosum taxabis? Inquis enim præter
citata in Annotationibus.Vnde quod hic docet Christus nõ solum pertinet ad
immodice prolixas preces,verumetiam ad illos qui superstitiose preculas easdẽ
iterant.Porro quot hodie videmus sacerdotes nihil dicam qualibus,sed certe ni
mium prolixis precibus oneratos &c.Nam cantiuncularum clamorũ murmu-
rum ac bomborum vbiq; plus satis est &c.Ad hęc omnia,quia superius ad fa-
stidium respondimus nihil vltra dicemus.

N Rursus quod ais,Apostolus contemnit opera Abrahę quę summa fuisse ne-
mo nescit & tu his cõfidis.Pręterea Paulus excludit operũ fidutiã, commẽdans
Dei gratiã.Et sunt tamen qui hoc abhorrentes iactant bona opera sua &c.Fal-
sum est,nusq̃ enim Apostolus Abrahę opera cõtemnit.Quomodo nãq; cõtẽne-
ret quod omnipotens Deus ore ꝓprio probauerat,Apparuit enim dñs Isaac &
ait.Omnes has terras dabo tibi,et benedicentur in semine tuo omnes gentes,eo
q; obœdierit Abraham pater tuus voci meæ,& custodierit præcepta et manda
ta mea,et cerimonias legesq; seruauerit &c.Quæ verba vtrum opera exprimãt
illaq; commendent, tute ipse iudicato.

Dum autẽ Apostolus videtur Abrahę opera nõ multi facere sed eorũ laudẽ O
attenuare, non absolute de illis loquitur, sed conferendo illa ad diuinã gratiam à
qua primum & pręcipue pendet iustificatio vniuersę creaturę: disputãsq; adver-
sus eos qui obseruationi operum legis prorsus fidẽtes, citra illa hominẽ iustifi-
cari non posse putabant, declarat nec ipsum Abrahã iustificatum fuisse ex ope-
ribus q̃uis summa fuerint & maxime cõmendanda, sed in primis ex Dei gratia
quę communiter datur ex fide in Iesu Christo per quem gratia omnis iustificãs
cõdonatur & distribuitur: quia in ipso (vt inquit Paulus ad Colossenses) cõpla-
cuit Deo omnem plenitudinem inhabitare & reconciliare, omnia in ipsum paci-
ficans per sanguinẽ crucis eius, siue quę in terris siue quę in cęlis sunt: quoniã in
ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue thro-
ni siue dominationes &c. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est an-
te omnes: & omnia in ipso constant &c. Igitur citra dominum Iesum omnia opẽ-
ra mortua sunt infirmaq; & inefficacia ad placandã diuinã iustitiã ad percipiẽ-
dam diuinę beneficentię gratiã, ad assequendã deniq; vitã æternã. Hoc Paulus
edocet, hocq; sentit. Non autẽ vult docere opera Abrahę esse paruifaciẽda qua-
si inutilia sint opera bona aut minus necessaria iis qui illa peragere possunt, vel
a domino non esse exacta, sed vult ea cõparata ad gratiã iustificantẽ nõ esse illi
æquiparanda, cũ ipsa sola iustificare valeat, in primisq; & pręcipue iustificet: ope-
ra autẽ q̃uis optima sint & perfectissima citra ipsam id efficere nequeant. Qui
autem ita gratiã commendat & extollit opera nõ deiicit. Preciosum est aurum,
preciosum & argentũ: qui autẽ pręfert aurum argento, non dicit argentum esse
contemnendũ, licet enim ipsum ex auri collatione paruipendat, nõ tamẽ simpli-
citer & absolute illud cõtemnit. Talia sunt opera ad gratiã cõparata. Nõ enim
cẽsuit Apostolus aut docuit vllo pacto esse nõ fidẽdũ operibus, sed in ipsis solis
nõ esse fiduciã collocãdã. Legatur attẽte ac diligẽter vniuersa disputatio huius
quęstionis quã scribit in epistolis ad Romanos, ad Galatas, ad Hebręos: in his
enim locis potissimũ agit de hac re & diffuse disputat, & luce clarius cognosce-
tur quod diximus, legantur pręterea omnes earũ enarratores patres doctissimi
& sanctissimi tum Gręci, tum Latini, hoc idem eos sentire perspicietur.

Præterea & ipsum Apostolum nõ loqui disputareve nisi de operibus Mosai- P
cę legis, cõtendereq; illa ad perfectũ nõ ducere nec ad eorũ obseruationẽ astrin-
gi populũ Christianũ, & accedẽtes ad legẽ euangelicã. Illaq; opera vti imperfe-
cta & pro tẽpore a summo Deo exacta tãq̃ vmbras & in figurã & pręparatio-
nem meliorũ & perfectiorũ hoc est euãgelicę gratię esse antiquata, nec illis am-
plius esse insistẽdũ, sed prorsus fidendũ gratię quę datur per euãgelium. Et hoc
enixius cõtendit eo q̃ nõnulli fuissent Pseudoapostoli & pręcipue ex his qui ex
circuncisione ad fidẽ deuenerant: qui edocebant, prędicabant, & obstinatius con-
tendebant gẽtiles ad fidem Christi cõuersos obnoxios esse illis q̃ in lege Moysi
continebãtur, & ad circuncisionẽ recipiendã: quod erroneũ esse & euãgelicę do-
ctrinę pugnans Paulus ingenti spiritu & summa contentione declarat.

Q̃d autẽ ipse Apostolus nõ paruifaciat bona opa, sed exigat a potẽtibus illa Q
pfici, expssionib9 verbis testat̃ plurib9 i locis. Et i his potissimũ i qb9 de fide &
gr̃a disputauit & laudẽ operũ attenuare visus fuerat. Ita n. scribit ad Gala. Quę

enim ſeminauerit homo hęc & metet. Quãobrem bonũ faciẽtes nõ deficiamus. Tẽpore enim ſuo metemus. Ergo dũ tẽpus habemus operemur bonũ &c. Audis ipſum nõ ſolũ exigere opera, ſed etiã teſtari meſſem hoc eſt fructum fore colligendũ ab his qui ea ſeminauerit. qđ & expreſſius edocet ad Philippẽſes ſcribẽs, cum ait, Cum metu & tremore ſalutẽ veſtrã operamini &c. Certe dilucidius declarare non poſſet operationũ vtilitatem & neceſſitatem: cum teſtetur homines ſalutẽ operationibus adipiſci. Ad Romanos quoq; poſtq̃ fidẽ & gratiã vſq; ad aſtra extulerat, demum inquit: Gloria autẽ honor & pax omni operãti bonum &c. Non dixit pacem futurã recte tm̃ credenti, ſed operanti bonum, declarans prȩter fidem exigi & opera bona. Et rurſus ad eoſdẽ. Bonum fac & habebis laudem, non dixit tm̃ crede & habebis laudem: Ad hęc alio loco: non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum ſed factores legis iuſtificabuntur. Ad Hebręos quoq; ſic inquit. Cõſideremus inuicem in prouocationem veritatis & bonorum operũ. Et alio loco. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci memẽtote vinctorũ & laborãtium. Et rurſus. Non enim iniuſtus Deus vt obliuiſcat̃ operis veſtri, quo miniſtratis ſanctis &c. Vides, cẽſet Deum fore iniuſtũ ſi obliuiſceret̃, operũ q̃ ꝑficiebãtur ab eis erga ſanctos illis miniſtrãtes. Et rurſus. Beneficentię & cõmunicationis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis ꝓmeret̃ Deus. Sed qđ moror: dies me deficeret ſi ſingula Apoſtoli loca recenſere vellẽ in quibus opera cõmendat & exquirit in epiſtolis ſuis, & in his quę de eo referũtur in Apoſtolorum Actis.

R Prȩterea vbiq; ſcatet ſcriptura noui & veteris teſtamenti in operum exactionem & cõmendationẽ. Quoties enim dñs in euãgelio operum mẽtionem habet illa laudans & exigens, ac illorũ multa prȩcipiens alia autem ſuadens: Quoties inquit hęc ſunt prȩcepta mea, mãdata mea &c. Quoties de his agitur mentio in epiſtolis Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudę: Quoties Paulus teſtatur ſe a dño accepiſſe inſtituta q̃ illis prȩdicabat eſſe ſeruãda vt ad Corinthios ſcribens inquit, Siqs videtur propheta eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quę ſcribo vobis ꝙ dñi ſunt mãdata. Si quis autẽ ea ignorat ignorabitur. In Actis quoq; Apoſtolicis de operibus vndiq; habetur mẽtio honorifica & ipſa exigunt̃: illaq; peragẽtes ꝓmiant̃, ꝓtereũtes autẽ puniunt̃. Dorcas ſiqdẽ (q̃ & Tabita dicebat̃) cũ vita functa eſſet meruit a principe Apoſtoloꝝ ob bona opa & eleemoſynas ad vitã reſtitui. Cornelius Cẽturio ꝓpter eadẽ euãgelicę gratię fieri pꝛiceps meruit. Cũq; tot tãtiſq; teſtimoniis abũdet ſcriptura, ſatis mirari nõ poſſum quõ tu illis derogare & ea tãq̃ inutilia & non neceſſaria floccipendere auſus fueris, ſpecie quadã extollẽdę fidei: perinde ac ſi patres tum vetuſti tũ neoterici doctrina & ſanctitate inſignes valde opera cõmẽdãtes & exqrentes plus illis tribuiſſent q̃ deceret: fidei aũt minus, aut potius illius laudẽ vel gloriã depreſſiſſent: tuq; plus illis vidẽs eorũ errata caſtigare volueris, & rei veritatem aduerſus imbibitũ errorem declarare.

S Inquis enim in Methodo. Chriſtus declarat nihil gratię deberi ſeruis etiã ſi ꝑ oĩa ſuo functi fuerint officio. Oẽs eñ iuſtitię noſtrę corã oculis Dei &c. Et rurſus, Si ab opere ceſſat ſeruus meretur pœnam &c. Quibꝰ verbis opera enecare niteris, cũ ab ipſis nõ ſolũ oĩs meriti rationẽ detrahas, ſed etiã omnẽ ꝓbitatem ac rectitudinem, quantũ eſt ex eorum natura: qđ tamẽ tã placide tãq; artificioſe aſſeris vt videri nolis illa ꝓferre ad ea deprimẽda, ſed potius ad fidẽ extollendã.

Quæ tamen fides si nuda ac seiuncta gratia, quæ communiter per eam traditur,
rectis operibus illam præexigentibus conferatur, forte nec præferenda nec æ-
quanda ipsis sit.
Sed dicas oportet Erasme, quonam loco declararit Christus nihil gra- T
tiæ deberi seruis, cum integre perfuncti fuerint suo officio? Si enim hoc alicubi
edocuisset, certe sibi ipsi non constitisset, cum pluribus in locis contrarium ex-
pressioribus verbis docuerit. Inquit enim, Dignus est operarius mercede sua. Et
voca operarios & redde illis mercedem suam. Q̃ꝫ si tergiuersando diceres ope-
rarios proprie non dici seruos, id quidē friuolū esset, cum dominus illā parabo-
lam induxerit, vt declararet omni laboranti & operanti bonum, præmium ali-
quod deberi. Nam & ipsis seruis iure optimo debetur, saltem victus & vesti
tus. Et præter id ab ęquo & iusto domino, si operando diligentior fuerit, si mu-
nus aliquod obierit, profecto ei aliqua debetur gratia. Quòd autē operanti cui-
cunq; debeatur merces aliqua, declarauit dominus alia parabola, quando con-
ductis operariis ad colendam vineam tantundem tribuit ei qui nouissima ho-
ra venerat, quantum illi qui prioribus horis, per hoc edocens certum præmium
deberi labori. Et rursus idem alia inducta imagine declarauit. Cum paterfami-
lias peregre profectus distribuit talenta seruis suis, iniungens vt illis negocia-
rentur: qui cum redisset his qui superlucrati fuerant, hoc est insudauerāt nego-
ciantes, magnam mercedem retribuit: illi autem qui ociosus nihil fuerat opera-
tus, abstulit quod dederat, & eum a se reiecit.
Sed parabolis omissis, Audi alia loca ꝗbus expressius de mercede seruis de- V
bita loquitur. Inquit enim in Matthæo edocens discipulos, Gaudete in illa die
& exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et rursus, Attēdite ne iu
stitiam vestrā faciatis corā hominibus vt videamini ab eis: alioqn mercedē nō
habebitis. Et alio loco, Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes, &c. A-
men dico vobis, acceperunt mercedem suam. Et rursus, Qui recipit prophetam
in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et apud Marcum, Qui dede
rit tantum calicem aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem suam.
Et apud Ioannem, Qui metit, mercedem accipit, &c. Ille autem metit & fructus
ei debetur qui seruit. Princeps quoq; Apostolorum hanc mercedem exegit, cum
domino dixit, Nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?
Quibus dominus benignissime respondit magnam retributionem illis esse con
stitutam. De ipsa quoq; mercede loquitur Paulus ad Corinthios, cum ait, Vnus-
quisq; propriam mercedem accipiet. Et Ioannes in secunda epistola, Videte vos-
met ipsos ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. Et
in Apocalypsi, Merces mea mecum est. Hæc & alia plurima de mercede debita
bonis operibus scribuntur in nouo testamento.
In veteri autem quod merces a summo creatore tribuatur infinita sunt loca, ex X
quibus paucula tātum recitabimus. Inquit enim Psalmographus, Inclinaui cor
meum ad custodiendas iustificationes tuas propter retributionem. Et in custo-
diendis mandatis tuis retributio multa. Præterea scribitur in Genesi, Ego pro-
tector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et in Ruth, Plenam mercedem ac
cipies a domino deo Israel. In sapientiæ quoq; libro, Apud deū est merces eorū.

Et rursus, Reddet iustis mercedem. Et in ecclesiastico, Qui timetis dominum
credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Et iterum, Non verearis vsq; ad
mortem iustificari, quoniam merces dei manet in æternũ. Adhæc alio loco, Da
mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Præterea, Ope-
ramini, dabitq; vobis deus mercedem vestrã in tempore, &c. Hæc pauca ex plu-
rimis. Si enim vellem singula loca recitare, mihi centum linguæ non sufficerẽt.
Ex quibus manifestum est opera bona digna esse præmio, & vt Neoterici di-
cunt, esse meritoria, cum mercedis ratio & retributionis esse non valeat, vbi ra-
tio meriti non sit. Eo q; merces debita sit illi qui eam meruit. Dicitur enim mer
ces quasi merita & meritum, quod est retributioni dignum. Retributio autem
merces est, cum igitur se inuicem referant, non valet vnum esse vbi alterum non
inueniatur. Quocirca & Apostolus ad Romanos scribens inquit, Ei qui opera-
tur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum meritum, quia di-
gnus est operarius mercede sua. Alioqui merces non esset sed donũ, &c. Omni-
potens autem omnium creator quod propter bona opera tribuitur, mercedem
& præmium nominare voluit, vti ex recitatis locis videre potuisti,

Y Ex quo sequitur eum voluisse meriti rationem habere, quod & censendum
naturali ratione id suadente. Non omnium sapientum cõsensu virtuti debetur
laus, honor & gloria. Q; uis enim propria & genuina merces, vel pręmium ipsi-
us virtutis non possit esse externum propter eius nobilitatem, tamen & ea exter
na illi debentur: probi enim & studiosi homines amandi, colendi, honorandi
V & glorificandi sunt. naturæq; instinctu ab his qui præclara gerunt, hæc appe-
tuntur, vti merces ac præmium debitum labori, qui in peragendis operibus stu
diosis impenditur. Non enim sapientissimus ac optimus ille potius naturæ con
ditor, qui cuncta certo ordine, numero & mensura suauiter sapienterq; disposu-
it, parcior fuit in distribuendis commodis, q̃ in pœnis constituendis. Cum igi
tur liquido cõstet prauis operationibus & inique peractis pœnam & suppliciũ
deberi, quanto magis censendum est probis & rectis præmium & cõmoda quæ
pœnæ contraria sunt esse debita? Quapropter etiam statuerunt prudentissimi
legum latores, legum transgressoribus supplicia & pœnas. Contra autem ingẽ
tia præmia earum obseruatoribus.

Z Inquis autem tu Christum declarare nihil gratiæ debeti seruis, etiam si per
omnia suo functi fuerint officio, quod pluribus scripturæ testimoniis falsissimũ
esse declarauimus. Sed tu ne vnum quidem locum adducere potes pro tua sen
tentia, nisi forte illa verba in medium adducas. Cum omnia feceritis, dicite inu-
tiles serui sumus, &c. Quæ verba nullatenus tibi astipulantur. Non enim negat
dominus illis verbis mercedem deberi bonis operibus, sed edocet seruum
non debere extolli & gloriari, eo q; iussa adamussim perfecerit, sed humiliari in
X oculis propriis, & arbitrari apud semetipsum sibi ob peracta officia non debe-
ri gratiam a domino: cum nihil peregerit quod non deberet, eo q; seruus sit: sed
sicuti ipsius est eximinire suas operationes, nec quicq̃ exprobrare domino, ita æ-
quitatis domini est illa recognoscere, & pro eis quod iustitia exigit retribuere.
Nam declarauimus debitum ac meritum non impedire se mutuo.

A Attamen illa verba domini a Luca recitata nihil faciunt ad quæstionem

nostrum, cum ipse ibi loquatur de obseruatione mandatorum dei, ac de vita
æterna consequenda. Controuersia autem nostra non est de illo dono siue prę-
mio supercælesti & diuino, sed de merito ac mercede, simpliciter, cum tu con-
tendas operibus seruorum nullum meritum deberi. Ego autem contrarium
sentiens, dico aliquam seruis deberi gratiam, cum exacte & diligenter suo functi
fuerint officio. presertim perspecta eorum singulari fide & virtute. Attamen si-
cuti non statuo secundum arctam iustitiæ rationem, ob officia qualiacunq; ipsis
seruis deberi libertatem: multo minus sentio æternam felicitatem iure deberi
quibuscunq; probis & pręclaris operibus factisq; mortalium, vti illis meritam,
ex ipsorum natura. Longe enim transcendit illa omne meritum humanũ, omnem
rectitudinem nostrorum actuum, celsior est omni virtute humana, præstantior
ipsa natura nostra. Cuius licet condita sit capax, non tamen propriis viribus ad
eam conscẽdere aut adipisci valet, sed tantũ tribuitur dono & munificentia sum-
mi illius opificis, qui eam ipsam condidit naturam. Quapropter nec ipsa desti-
tuta gratia & sibi soli relicta ad illam contendit: quapropter & potius dei do-
num & singulare munus, censenda est q̃ proprie merces aut præmium, quantũ
est ex natura exactæ iustitiæ.

Vtrunq; tamen recte dicitur, eo q; tanta fuerit summi dei bonitas & benefi- B
centia, q; nobiscũ pepigerit conueneritq;, vt si iussa ipsius capesseremus, licet il-
la ex officio deberemus, tamen se nobis illam tanq̃ pro mercede tributurum.
Inquit enim, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et quicunq; reliquerit, &c.
propter me, vitam æternam possidebit. Quamobrem & locis ante citatis, quo-
tiescũq; de illa loquitur, mercedem & præmiũ eam appellat. Quapropter & a
Neotericis theologis non inscite dicitur merces de cõgruo, non autem de con-
digno: & nos illam eo pacto mereri, quia summæ illi bonitati diuinæ de-
cens & cõgruum est illam tribuere, q̃uis plurimũ excellat meriti nostri rationẽ.

Tu autem cẽses nullo pacto siue ex cõgruo, siue de cõdigno opera nostra illã C
promereri, q̃uis nec distinguas, nec de illa loquaris, sed absolute & simpliciter
asseueret nullam deberi gratiam seruis, etiam si per omnia functi fuerint suo of-
ficio, subiungens, Omnes nostras iustitias coram oculis domini nil aliud
esse q̃ pannũ mulieris mẽstruo profluuio pollutę: accipiens id ex Esaia prophe-
ta, sed preter rem: Cũ ibi Esaias agat de populo Iudęorũ corrupto, inter quos nõ
erat qui faceret bonũ, non erat vsq; ad vnum: quod ad Christianum populũ re-
ferri non potest ad astruendam sententiam tuam. Sic enim habet Esaias, Et fa-
cti sumus vt immũdus omnes nos, quasi pannus mẽstruatę vniuersę iustitię no-
strę. Et cecidimus quasi foliũ vniuersi, & iniquitates nostrę quasi ventus abstule-
runt nos, &c. Et paulo post, Abscondisti faciẽ tuam a nobis, & allisisti nos in ma-
nu iniquitatis nostrę, &c. Post quod vaticiniũ breui desolata est Hierusalem, &
populus in captiuitatẽ datus. Non autem dominus abscõdit faciem in vniuer-
sum a populo Christiano: cui se perpetuo affuturum promiserit vsq; ad seculi
consummationem. Attamen si obstinatius contenderes ad populum Christianũ
etiam valere referri, cum derelinquant dominũ, & ambulent in adinuẽtionibus
propriis, nihil tamen ad rem tuã facerẽt, cum illa adducas ad probandũ Chri-
stiani populi proba opera qualiacũq; sint, quãtauis pietate peracta: fieri tñ non

posse quin coinquinata sint & immũda: quod sane Lutheri dogma est, qui id a quodam Tolerio accepit, quod tamen falsissimum prorsus est & erroneum. Facit tamen ad propositum eorum, qui astruunt nihil præmiũ bonis operibus deberi, cum pollutis operibus peccato non carentibus potius pœna debeatur q̃ vlla merces: colligentes conclusionem absurdam ex absurdo principio.

D Verumenimuero licet gratia iustificante destituti, mortalibusq; peccatis obnoxii nihil perficere queant, dum in eo detestabili statu sunt, acceptum deo ad felicitatem æternam consequendam, vt supra disseruimus. Non tamen quęcunq; agunt, oportet esse polluta, nec ab omnipotente deo aspernantur. Alioquin nec saltem vllum diuinum præceptum seruare possent, & quicquid agerent peccato ascriberetur. Non autem tam seuerus est misericors dominus, cuius misericordiæ super omnia opera eius, vt a nobis exigat opera perfici culpa vacãtibus & gratiæ dono decoratis: ita vt peccatis tribuat, suppliciũq; sumpturus sit, de quibuscunq; operationibus nostris ad mandata illius exequenda peractis, nisi iustificati fuerimus. quod si secus esset potior esset illorum conditio, prorsus præcepta diuina negligerent, q̃ eorum qui in illis obseruandis insudarent: etiam agnoscentes se peccato deuinctos, satiusq; esset transgredi præcepta q̃ illa obseruare. Quamobrem id non est a domino institutũ, nec illis angustiis coarctati sumus, vt obstringamur immunes culpa dominica præcepta seruare, sed illis satisfacimus, modo pio proposito operam illis impendamus, quantumcunq; peccatis præteritis simus onusti. Q2uis enim is labor qui in illis obeundis assumitur, emortuus sit, quãtũ ad meritum, nõ tamẽ vanus est quãtũ ad debitum persoluendum. Quocirca & de illis nullum sumetur supplicium, vti de transgressoribus, nec ad priora peccata hæc vti noua adiicientur. quod certe fieret si ipsa mandata fuissent prætermissa. Tale igitur operationum genus a domino non conspicitur vt pollutum, sed vt satisfactorium. eo q; reddatur id quod debitum est, quo facto iuste agit qui reddit.

E Si autem de huiusmodi genere non intelligeres, videlicet pollutas esse omnes iustitias nostras in conspectu domini, sed potius de his qui iustificati gratiæ participes sunt, a letaliq; crimine immunes, longe magis aberrares. Non enĩ illorum operationes ita pollutæ sunt, nec panno mulieris menstruatę cõparandæ. Cum perspicuum sit ea polluta non esse, quæ iusta sunt & summo deo accepta. Cuiusmodi esse quę pie peraguntur ab ornatis gratia certissimũ est. Q2uis enim opera nostra qualiacunq; sint, ob nostram imbecillitatem ita exacta & perfecta esse non valeant, quin vtrinq; infirma sint: absolute enim perfecta esse nequeunt, attamen eo quod ab absolutissimo deficiant, non imputantur ad peccatum: alioqui pręmium aut merces eis non tribuetetur. Non enim peccato vel cui crimen prorsus cohęret, præmium vllum est constititutum. Quomodocunq; igitur dicas, ea verba tuæ sententiæ non astipulantur. Licet enĩ nulla operatio nostra mereatur ex condigno, vt supradiximus, quantum ex sui natura, q̃uis gratia sit illustrata, vt sit digna pręmio ęternæ glorię, nec vlla valeat nos iustificare gratia destitutos. Non tamen ob id censendum est, q; ipsa sit coinquinata. Multa enim sorde carent, quæ tamen non tanti sunt, vt illis aliquid valde preciosum retribuendum sit. quæ etiam quantuis integra & nitida suo in

genere ſint,attamen digna non ſunt, vt tanto emantur precio. Quamobrem
ſumma illa & æterna felicitas nulli operi noſtro,ſuo ipſius iure debetur,ſed tan
tummodo ex bonitate & diuina clementia decenter condonatur acceptante o-
pus noſtrum,gratia viuidũ, acſi eſſet illius meritum. Noſtrę autem facultatis
tantum eſt receptioni illius non obſiſtere,& nos ita pręparare,vt illius capaces
eſſe mereamur,ſed nec ad id pręparari valemus,quod in operibus ſtudioſis ex
ſui natura & peccatis pręcauendis,conſiſtit citra opem diuinæ gratię,quę tamẽ
non eſt gratia iuſtificans vel vt Neoterici theologi illam appellant, gratum fa
ciens:ſed potius eo genere quod gratis datum nominant.
Quæ tamen diuiſio non videtur admodum eſſe probanda,cum diuiſionis F
parte coincidere non debeant,ſed inter ſe pugnare,vt recte partimur animal in
id quod eſt rationis particeps,& illud quod illius expers:quamobrem recta nõ
valet eſſe gratiæ partitio,quæ fit in gratiam gratis datam,& gratum facientẽ.
Oporteret enim eam quæ gratum facit,non eſſe gratis datam. At illa potiſſi-
mum gratis datur.Attamen partitionis ſenſus rectus eſt,q̃uis verba non probe
accommodentur.Intelligunt enim quendam eſſe gratiam viuificantem,ſiue(vt
aiunt)iuſtificantem, & hanc gratum facientem vocant.& quandam tantum-
modo ornantem,ſed quæ emortuum ſuſcitare non valeat: ſed hæc præter rem
Ad negocium autem redeamus. Cum igitur tot ſcripturæ teſtimoniis aſſera-
tur ſtudioſas operationes noſtras pręmio eſſe dignas,volueritq; dominus quod
illis penſat mercedem appellare & retributionem,profecto valde temerariũ eſt
aduerſus verba domini eiusq; decreta ſentire vel dicere ſtudioſa opera quãtum-
cunq; iuſta ſint,nullius eſſe meriti:nec eis vllam gratiã deberi. Quinimo om̃ia
polluta eſſe & coinquinata in conſpectu domini.
Quapropter nõ eſt quod mireris ſi multi ſint qui abhorruerint ab huiuſce- G
modi ſermonibus,& contra te ſtent ac cęteros in eundem errorem lapſos, qui
tamen non iactant bona opera ſua,vt tu ais,ſed inprimis fidunt diuinæ clemen
tiæ & gratię ab illa prouenienteːcenſentq; nihilominus bonis operibus eſſe inſu
dandum,& acceptum talentum exercendum,idq; vtile & mereri mercedẽ,præ-
ſertim ex pacto & communi conſtituto.Pręterea & ex eorũ natura aliquod prę-
mii genus deberi,ipſaq; non tantum eſſe commoda,verum quædam etiam ne-
ceſſaria.qua ſententia nec gratię nec fidei laudibus quicq̃ detrahitur, ſed tanta
moderatione commendantur,vt & opera ſua laude non defraudentur,ſed tu ab
hac moderatione recedens in alterum extremorum laberis,in ſola fide omnẽ fi-
duciam & dignitatem collocans,& ab operibus omnem neceſſitatẽ detrahens.
Ita enim argumẽtaris,Si a lege immunes ſumus,ſumus autem Apoſtoli te- H
ſtimonio dicentis,Si ſpiritu ducimini,non eſtis ſub lege,certe nõ obſtringimur
operibus pręſtandis,cum ipſa lege pręſcribãtur.Quam ob rem & infers,verum
eſſe non poſſe quod dicit Beda,videlicet,omnes obnoxios eſſe legi. & ſubiũgis,
Idem quod dixi nos iam non cogi ad benefaciendum pręſcripto legis. Non lo-
quor de quibuſuis baptizatis,ſed de his qui perſeuerant in gratia ſemel hauſti
ſpiritus,&c. Iam diximus mirum eſſe quomodo tam pueriliter labaris in mul
tiplici,aut illo citra omnem pudorem vtaris.Sentit enim Apoſtolus ſpiritu vi-
uentes non eſſe ſub lege carnis, nec etiam lege Moiſi obnoxios. Spiritu autem

viuere qui Christum induerunt, eo quòd euangelium spiritale sit. Ex quo sequitur non obnoxios esse circuncisioni, qui ducuntur spiritu, nec cæteris præceptis legis Moisi, eo q̃ illa spiritalia non essent. Licet enim sancta, iusta & bona (quod ad Romanos testatur) non tamen erant ad perfectum ducentia, quamobrem & legem illam pædagogum appellat: quocirca nec perpetuam. Non enim viris pædagogo opus est, sed pueris & imbecillibus. Ex quibus infert Apostolus scribens ad Galatas, quibus persuasum fuerat a Pseudoapostolis illos oportere circuncidi adhoc vt salui fierent, eos, cum spiritu ducerentur, immunes ab ea lege, quinimo nec licere eis circuncidi. eo quòd omnes qui signaculum illud reciperent, obnoxii redderentur cunctis præceptis Mosaicis & obseruationi vniuersæ legis. Inquit enim, Testificor omni circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati autem estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Loquitur autem de lege Moisi, quam ad euangelii discrimen legem appellat: Euangelium autem gratiam. Propterea quòd eo tempore cum de lege haberetur, mẽtio de ipsa lege per Moisem scripta intelligebatur. Non enim euangelium quod tunc primum promulgabatur, ita receptum erat, vt legis vim & nomẽ obtinuisset. Præterea & ab eo quod potius est, fit denominatio. Gratia autem potior est præceptis & operibus: per euangeliumq; eius dignitas declaratur & communi lege tribuitur illi consentiẽtibus, gratiam euãgeliũ appellat. Hoc autem conatur Apostolus lõga disputatione persuadere ipsis Galatis, quam tractans inquit, Vos enim in libertatem vocati estis fratres, &c. In quam autem libertatẽ? vt videlicet prorsus exleges essent facti? Minime, sed in libertatem vindicantem a seruitute legis Mosaicæ & legis carnalis, de qua & ita ait. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem, q̃ si spiritu ducimini non estis sub lege, &c. sed sub qua lege? sub ea videlicet cuius opera deinde enumerat subiũgẽs. Opera autem carnis sunt, fornicatio, immũditia, &c. Quibus enumeratis & fructus spiritus recẽset, prouenietes videlicet ex operibus cõtrariis. Inquit enĩ, Fructus aũt spiritus sunt, pax, gaudiũ, charitas, &c. Et cõcludẽs ait, Aduersus huiusmodi nõ est lex. Quæ lex? videlicet carnis quã antea exclusit, cũ aduersetur ipsis fructibus spiritalibus. Nõ tamẽ tãta est vis eius vt præualeat aduersus spiritũ, & eius fructꝰ. Non enĩ negat Apost. quin lex carnis opponat' spiritui, qđ superius dixerat, qđ & sequentia verba declarãt. Qui aũt sunt Christi, carnẽ crucifixerũt cum vitiis & concupiscentiis. Ex quo sequitur in illis emortua esse debere carnis opera: quãobrem & cõcludit. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, &c. Cũ igit' Apostolus ea in epistola doceat spiritu viuẽtes immunes esse a lege carnis, & a lege Moisi: ex hoc tñ perperã colligis liberos esse ab omĩ lege viuẽtes secundũ euangeliũ. Et Christianos prorsus exleges esse. Quod absurdissimũ est, vt declarabitur, tum rationibus, tum plurimis sacræ scripturæ testimoniis.

I Ex quo sequitur Natalem Bedam dicentẽ omnes obnoxios esse legi, scite & vere locutũ fuisse, cum nemo, tum a lege naturæ, tum ab euangelica sit immunis. Inquit enim Paulus, Quoniam quidem vnus est deus iustificans circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidẽ? Absit, sed legem statuimus, &c. Expressius certe dicere non potuisset, per fidem non

tolli omnem legem.Cum dicat per ipsam legem statui.Et inferius, Quicunque
sine lege peccauerunt,sine lege & peribunt, id est sine lege scripta.quod sequen
tia verba declarant. Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.
Non enim auditores legis iusti sunt apud deum,sed factores.Cum enim gentes
quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciant,ipsi sibi sunt lex,
qui & ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis , testimonium reddente
illis, ipsorum conscientia,&c.Cum igitur ex Apostoli sententia quædam sit lex
extrinsecus data,quædam inscripta in cordibus congenita illis.Nunquid aude
bis dicere spiritu dictos ab huiuscemodi lege esse immunes? Non certe puto.
Recte igitur dixit Beda omnes obnoxios esse legi. Cum omnes obstringantur
ad ipsam legem naturæ nobiscum natam & in mente inscriptam.Quamobrem
& dicit Apostolus,Testimonium illis reddente eorum conscientia, dictāte quid
rectum,quid bonum & prosequendum;quid contra obliquū,peruersum & fugi
endum.At hæc de lege naturæ.

Prætetea nonne subiiciuntur , qui secundum spiritum viuunt legi euan- K
gelicæ? Quod si proteruiens negaueris; probabitur, tum ratione , tum pluri-
mis sacræ scripturæ testimoniis probantibus euangelium legem esse, & dici
debere. Cum igitur quæstio sit de nomine legis,ab ipsius nominis interpre-
tatione siue finitione exordiemur . Lex enim secundum grammaticos est ius
generale liberi populi , aut principis potestatem habentis , illam constitue-
re ad publicam commoditatem . A iurispetitis autem ita finitur, Lex est san
ctio sancta, suadens honesta, prohibens turpia , rationeq; illis præmia & pœ-
nam constituens &c . Quocirca & leges dicuntur senatusconsulta , plebisci-
ta magistratuum edicta , principum placita & responsa prudentum . Ad hęc
enim omnia se extendit nomen legis . His præsuppositis rogo te . Nunquid
in euangelio quædam statuantur ac præcipiantur proba , honesta, & ad com
mune commodum facientia? Quod si fateare, rursus interrogabo . Nunquid
dominus Iesus illa decernens ac statuens facultatem habuerit illa institu-
endi , quod cum supremus & maximus sit princeps tantæ celsitudinis au-
thoritatisq; , vt nemo ei dicere valeat , Cur ita facis ? quare ita statuis ? non
negabis habuisse potestatem illa constituendi . Præterea rogabo te . Nun-
quid illa quæ in euangelio continentur honesta suadeant , turpia prohibeant?
quod proculdubio fatebere. His autem confessis colligitur illam necessario
verissime & proprie esse legem . Euangelium igitur lex est . Si autem horum
aliquid obstinatius negares, comprobabitur plurimis sacræ scripturæ testi-
moniis , vt si impudenter diceres in euangelio nihil mandari aut præcipi. Au-
dias dominum dicentem in Ioanne,Si præcepta mea seruaueritis, & cętera.
Et rursus , Hoc est pręceptum meum.Et iterum,Mandatum nouum do vobis.
Et in Matthęo, Mandatum magnum in lege est, Diliges dominū deum tuum
ex toto corde tuo,&c.Quod licet mandatū esset per Moisem, dominus tñ illud
confirmat,& de nouo instituit.Et rursus,Qui soluerit vnum de mandatis istis
minimis,&c.Ad hęc,Si vis ad vitā ingredi,serua mādata.Et alibi, in Ioanne,Si
diligitis me,mandata mea seruate.Et alio loco, Nisi iustitia vestra abundarit
plus q̃ Scribarum & Pharisæorum &c . Et rursus in Matthęo, Audistis quia

dictum est antiquis, Nō occides. Ego autem dico vobis, Qui irascitur fratri suo, &c. & prosequitur plurima constituens, quæ vnusquisq; facile videre potest. Hæcq; omnia saluator ipse sacratissimo ore promulgauit: sed & plurima alia per Apostolos, qui & multis in locis attestantur dominum Iesum plurima mādasse & præscripsisse. Paulus enim ad Corinthios sic inquit, Circuncisio nihil est neq; præputium, sed obseruatio mandatorum dei, quod & inferius aliis verbis confirmat cum inquit, De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do, &c. De indissolubilitate autem matrimonii dixerat se domini pręceptū habuisse: quamobrem & plura alia ipse præcepit, a domino instituta: & sibi reuelata ad promulgandum. Vnde ait ad Corinthios, Si quis videtur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, q̄ domini sunt mandata. Et rursus, Laudo autem vos fratres, q̄ sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. Ad Thessalonicenses quoq; ita habet, Scitis quæ præcepta dederim vobis. Et ad Timotheum, Serues mandata sine macula, &c. Ioannes quoq; Apostolus prima epistola sua inquit, Mandatum nouum scribo vobis. Iacobus quoq; Apostolus in in sua epistola, millies agit de præceptis & lege domini, ac euangelium appellat legem. Inquit enim, Vocati estis in lege perfectæ libertatis, &c. Ex his autē forte constat euāgelium legem esse & appellari debere. Cum in eo plurima sancita sint, quæ in lege Moisi non erant contenta. Plurima enim præcepta noua, euangelium complectitur vim legis & authoritatem habētia. Quinimo exactissimæ sanctissimæq; leges sunt, nec appellatio legis ab euangelio tollitur, propterea q̄ in ipso plura narrantur q̄ præscribantur, vtpote in quo omnia Christi mysteria narrentur. Pentateuchus quidem totus, lex dicitur, & tamen non paucìora in eo recitat Moises vt historiographus his quæ explicat vt legislator: sed euangelium lex gratiæ dicitur, lex perfectæ libertatis, lex dilectionis & amoris, eo q̄ ab authore gratiæ prodierit. In eoq; de ipsa gratia in primis. agatur. Et quoniā omnia per ipsum in charitate consummantur, & magis amore q̄ timore seruari debent, non ad præcauendam vltionem pœnæ, quemadmodum in lege Moisi, in qua cuilibet piaculo & transgressioni propria vltio constituta erat: sed ob amorem & reuerentiam erga legislatorem. Ideo aptissime ac bellissime lex amoris dicitur, quemadmodum & lex libertatis. eo q̄ nos immunes reddat ab onere & seruitute legis antiquę, cuius ob pōdus nec vnq̄ pfecte seruata est ab ipsis Iudæis. Teste Apostolorum principe dicente, Cuius iugum nec nos, nec patres nostri portare potuimus: Euāgelium autem paucissimis institutis ac perfectissimis amanti & gratiæ participi facillimis ac iucundissimis.

L Q; autem legis nuncupatio ipsi euāgelio conueniat, in eoq; plurimæ contineantur veræ leges a domino Iesu latæ, præter ea quæ adduximus ex testimoniis noui testamenti, sunt & plurima in veteri descripta idem attestātia. De ipsa enim agens Psalmographus inquit, Legem pone mihi domine, & da mihi intellectum & scrutabor legem tuam. Non enī de lege Moisi loquebatur, quę lōge antea nata fuerat, cum postulet vates legem nouam sibi a domino poni. Quantum autem ad mandata, Fidelia (inquit) omnia mandata eius, cōfirmata in seculum seculi. Quod ad ea quę legis Moisi sunt, referri non poterat: cum illa ad cōstitutum tempus, non in seculum seculi fuerint confirmata. Idem & pluribus

aliis locis testatur, quos enumerare superuacaneum esset. Esaias quoq; propheta
de euangelio vaticinans, inquit, De syon exibit lex. Et Malachias de eodem a-
gens, inquit, Lex veritatis fuit in ore eius. Et rursus Esaias, Legem eius insulæ
expectant. Quod vaticinium, partim temporibus præteritis adimpletum est,
cum plurimæ insulæ legem Christi receperunt: & nunc quotidie adimpletur
in insulis ac terris nouiter repertis. Et rursus Esaias de Messia loquens, inquit,
Dominus legifer noster. Si igitur legifer Christus: euangelium proculdubio
lex est. Et rursus, Lex a me exiet & iudicium. Et Hiremias, Dabo legem meam
in visceribus eorum. Et iterum Esaias, Benedictionem dabit legislator, &c. Pluri
ma sunt alia loca veteris testamenti idem astruentia, sed recitata nimis multa
sunt. Ex quibus liquido constat euangelium legem esse.

Propterea erroneum ac falsissimum esse dicere Christianum populum ab M
omni lege immunem, quod & luce clarius præter adducta testimonia Paulus
Apostolus declarat inquiens. Trãslato enim sacerdotio oportet et translatio le
gis fiat. Non autem fuisse sublatum aut abolitum sacerdotium, sed tantummo
do traslatum in dominum Iesum, declarauit ipse inquiens eum sacerdotem esse
secundum ordinem Melchisedech. Si igitur sacerdotium non sublatum sed trãs
latum, nec lex prorsus sublata, sed tãtummodo translata: & vti nouus sacerdos,
ita noua lex ab eius ore prodita. Vnde & Hieremias ait, Non peribit lex a sacer
dote, sed exibit de ore eius, &c. Is autem sacerdos est dominus Iesus de quo scri
ptum est, Ecce noua facio omnia. Et qui fecit vtraq; vnum dissoluens medium
parietem, qui legem tam placidam tradidit, vt illa in visceribus fidelium fuerit
descripta iuxta vaticinium Hieremiæ, Dabo legem meam in visceribus eorum,
omnesq; scient illam, &c. Pręterea & Apostolus ad Ephesios de Christo loquẽs
scribit, Ipse enim est pax nostra, &c. qui legem mandatorum decretis euacuans,
vt duos condat in semetipso in vnum hominem, &c. Quam appellat legẽ man-
datorum nisi legem Moisi? Quam dicit dominum decretis euacuasse, sed qui-
bus decretis, nisi euangelicis? Decretum autem principis lex est. Vt igitur cęte
ra prætermittamus liquet ex his videre, q̃ stulte parumq; pie loquantur & sen-
tiant qui dogmatizant Christianos omnes a lege esse immunes: & contendunt
euãgelium legem non esse censendum: q̃q; expressis verbis Christi contraueni-
ant. Præter enim citata dicit dominus in Matthæo, Non veni soluere legem, sed
adimplere, &c. Non autẽ adimpletur quod prorsus aboletur, id enim est dissol-
uere. Qui enim domum destruit non illam adimplet: sed qui tectum parietibus
superimponit illosq; dealbat, is illam adimplet & perficit. Decreto igitur & le
ge noua ab eo sancita, id factum est: & non per aliam legem q̃ per euangelium.
Igitur euangelium lex est. Ex quibus etiam sequitur dominum Iesum magnum
& summum legislatorem fuisse. Si enim illa, quæ in figura veræ legis & ad il-
lam præparandam lata fuerant, iure legis dicebãtur, sequitur iure optimo euan
gelium quod per illas figurabatur, vere & propriissime legem dici debere.

Dictis autem tuis non solum negatur ipsum esse legem, verum asseritur o- N
mnes Christianos non esse illius præscriptis obnoxios. Vis enim eos qui perse-
uerant in gratia semel hausti spiritus non cogi ad benefaciendum legis præscri
pto: quod absurdissimum est. Cum gratia inhærens & perseuerans, non modo

hominem a mandatis domini & preceptis euangelicis non reddat immunẽ, verum magis illi obnoxios reddat, tum ꝙ gratia ad illa seruanda procliuiores facit, tum ꝙ illorum magis debitores sint ob acceptum beneficium. Scriptum est enim, ab eo qui plus accepit plus exigi. Cũ igitur varia gratia obstringantur ad seruãda mãdata dei & præscripta euangelii: quanto magis ad illa obstrictos esse dignoscitur, qui gratiam acceperunt & in eo diuino munere perstiterunt? Plus enim eis illo tributum est. Præterea non par est in gratia perseuerantes exortes esse siue exclusos a merito obedientiæ: quod sane constat in obseruatione præceptorum. Obnoxios igitur oportet esse preceptis, qui illis obtemperantes merentur. Idem quoq; comprobatur testimonio verborum domini dicentis, Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, &c. Non enim loquitur tantummodo ad eos, qui accepti beneficii immemores & ingrati gratiam perdituri erant, sed potius ad eos, qui in illa erant perstituri. Nec dicit, si bona operabimini, sed si præcepta seruaueritis. Sicut & ego præcepta patris mei seruaui. Commendaturq; dominus Iesus in mysterio redemptionis nostræ potissimum ex obedientia. Inquit enim paulus, Dominus noster Iesus Christus factus est pro nobis obediens patri vsq; ad mortem, &c. Ingens enim & eximium est obedientiæ bonum, in quo & præter humilitatem, quæ summe laudatur, est & sui ipsius abnegatio & fidutia in alio, obeundiq; muneris promptitudo. Quis igitur in gratia perseuerantes præscripta diuinæ legis timore non perficiant, sed potius amore: non tamen ob id censendum est, eos nõ obstringi ad benefaciendum præscripto legis, quasi ab illa essent absoluti. sed iam tempus est vt huic disputationi finem imponamus. Ex dictis enim omnes ratiunculas tuas, quas in medium adduxisti, dilutas esse confidimus.

DE BELLO ET IVRE EIVS LIB. XXI.

NVNC ad ea pauca quæ restant discutienda veniamus, videntes que de bello scripseris, asserẽs Christianis illud prorsus esse interdictum. Inquis enim in Methodo, Bella quę Iudęis licita erant, Christianis iam non licent. Et rursus, Milites per Ioannem, non adhuc apparente euangelio moniti fuerãt, vt suis stipendiis contẽti essent. Sed ex hoc non vere Christiani erant, sed minus mali. Et in institutione principis Christiani ais. At pontificię leges non improbant omne bellum. Et Augustinus alibi probat. Laudat & diuus Bernardus milites quosdam. At Petrus, ac Paulus vbiq; diuersa docent. Cur horum authoritas minus apud nos valet, q̃ Augustini & Bernardi? Augustinus vno aut altero in loco bellum non improbauit. At tota Christi philosophia dedocet bellum. Apostoli nusq̃ non improbarunt, &c. In Annotationibus autem noui testamenti milites execrans, & ab Augustino dissentiens, côten

dis nullo pacto Christianis licere belligerari. Nõ recito verba ob prolixitatem. Idem quoq; in eisdem Annot. alio loco probare niteris, irreuerenter execrans sacerdotes ad bellũ incitantes vel in bellis interuenientes, dicens eo q̃ data sit eis potestas remittendi peccata, ex hoc Christum erigunt & tyrannidem quãdam sibi vendicant. & alio loco scribis. Vtinam liceret omnibus episcopis piis, qui in Pauli locum successere hanc vsurpare vocem Pauli, Arma militię nostrę nõ carnalia. Nunc videre est aliquot qui copias habent, gladios, lanceas & bõbardas & deniq; quicquid forti bellatore dignum est. Et rursus in institutione principis, Nõ pudet episcopos versari in castris, illic Christi corpus, & cum re plusq̃ tartarea miscent sacramenta. Et in tã cruẽto dissidio adhibent sũmę charitatis symbola. Si nõ tota vndiq; Christi doctrina cum bello pugnet, si vnum possint proferre illi belli nomine commendatum, bellemus Christiani. At nostrum oraculum quod nobis in euãgelicis literis resonat, a bello deterret. Ego nec in Turchas temere suscipiendum esse credo. Christi ditionem longe diuersa via natã, propagatam, & constabilitam mecum reputo. Neq; fortasse cõuenit aliis rationibus vindicari, quàm quibus orta propagataq; est, &c. Eandemq; sententiam in prefatione militis Christiani asserens acriter dehortaris a bello suscipiẽdo aduersus Turcas. Idem in Scholiis Tomi quarti operum diui Hieronymi scribis, Quomodo nũc pium babetur turchas & alios nihil etiam de nobis male meritos armis opprimere, spoliare, occidere. Atqui adhęc pontificis cõdonationibus admissorum inuitãt & cęlum promittũt cadẽtibus. Et rursus eodẽ Tomo Hieronymus negat deum amare posse, qui pecuniã amat: vbi sunt Christiani quidã q̃ permittũt vt bellum & pugnã pecunię causa suscipiamus? Itẽ Tomo primo, Hęc Christi mens oĩno fuisse videtur, vt tolerãtia vincãt Christiani, nõ armis. Et rursus, Hoc loco Hieron. videtur in hac fuisse sentẽtia vt Christianis nõ liceret bellare, quod vtinã oĩbus psuasum esset. Ad hęc apparet in hac sentẽtia fuisse Hieronymũ, vt existimauerit in lege Mosaica licuisse belligerari: in euãgelica nõ itẽ permittit: cum iusserit dominus Petrũ condere gladiũ, quod vtinã simpliciter Christianis omnibus esset persuasum. Hęc tu & alia pleraq; in eandẽ sentẽtiã, quę cum tam expressa & manifesta sint, non possum nõ demirari quosdã tam tibi addictos esse, vt negent te docere bella esse interdicta Christianis, idq; marginibus librorũ annotent. quibus aliqua ex parte indulgendũ. Cum tu alicubi tibi ipsi non constans quędam verba proferas, vt id sentire videaris. Quibus per illos animaduersis nec ad alia dicta tua collatis, vt te a tam manifesto errore vindicarent ea protulere: nõ videntes quod dũ te e charybdis gurgite retrahere volunt, in Scyllaceam voraginem protrudunt. Cum longe magis improbanda sit inconstãtia notata in authore, q̃ alicuius dogmatis inscitia. Cum id ab ignoratione proueniat, quę nonnunq̃ venia digna est: illud autem non nisi ab imbecillitate mentis leuitateq; contingat, quod turpissimum est.

Sed qd ais? Sane oportet te vnã aut alterã probare sententiã. Si illã asseris quę cõmuniter ꝓbatur, & vera est, videlicet licere q̃busdã ex causis Christianis belligerari: Respondere habes his locis citatis quibus expressissime contrarium astruis, quod quidem facere non valebis, etiam si verba quãtumuis detorqueas. Preterea si vera est ea sentẽtia, quare optas vt cõtraria & falsa oĩbus Christianis P

sint persuasa. Cupis enim vt Christian⁹ populus potius sit falsa q̃ vera edoctus. Si autem alteram sententiam mauis, videlicet nullo pacto Christianis fas esse bellare. Cur alicubi contrarium sentire videris?

Inspice queso in quas te syrtes & angustias deducat hec tua loquacitas, & ꝓprii sensus impotēs fiducia, qua quicqd ad buccā venit, ꝑter oīe perpendentis lācis examē eructas. Sed quoniā qd magis sentias ꝑspectū est respondeam⁹ argutatiūculis tuis. Cū aūt in superiorib⁹ differētes obiter ꝓ vera sentētia quedā adduxerimus, illis tāq̃ premissis, de reliquis agemus. Primū aūt vnde hoc placitū tibi ꝑsuasum sit nō facile video. Illa enim verba dn̄i increpātis Petrū, qui gladiū exeruerat & precipiētis vt in vaginā remitteret, nihil ad hāc sentētiā faciūt, qd̄ subsequētia verba declarāt. Inqt em̄, Calicē quē dedit mihi pater, nō vis vt ꝗbibā illū? Et, Nōne possum rogare patrē, vt det mihi plusq̃ duodecim legiones angelorū? Quomodo em̄ implebūtur scripture, qa sic oportet fieri? Quibus verbis manifestū est nō gladii vsum simpliciter interdixisse, sed tantūmodo eo in negocio. Cū em̄ eterni patris decreto oporteret ip̄m violētā mortē pati: nulli fas erat illi cōtraire. & conari humanis virib⁹ tātū impedire mysteriū. Quocirca coercitus Petrus a cœpto desistere, cui⁹ sentētiā antea ipse dn̄s cōdēnauerat, cū eo ꝑdicēte se esse passurū. Petrus nimio amore succēsus dixisset, Absit a te dn̄e. Nō erit tibi hoc. At ille, vade post me Sathana scādalū mihi es. Nō sapis ea que dei sunt, sed ea que hoim. Quid aūt hec ꝑtinēt ad oīe genus belli execrādū & tollēdū? nihil certe. Quinimo lōge magis cōprobari potest licere vrgēte re, vt bellū geratr: Ex illis verbis domini, q nō habet gladiū vendat tunicā & emat illū. Cū em̄ bellum ex causa iusta susceptum, iure optimo naturæ sit concessum, ipsa dictāte vnicuiq; licere se & sua tueri: quonam pacto ais dominū illud inhibuisse euāgelii oraculo, in quo nihil prescriptū est qd̄ aduersetur nature cōstitutis? Etem̄ longe ante legē veterē, que per Moisem lata est, tēpore legis nature, plurima & atrocia bella a domino geri iussa sunt. Siquidē Abraham suorum manu, cum quinq; Regibus cōgressus est, quibus profligatis & predā recuperauit & Loth nepotē suū e captiuitate eruit. Quod factū maxime in scriptura ꝓbatr. Præterea a cōdito orbe ꝑpetuo bella inter mortales fuerūt, quorū plurima licet fuerit execrāda, vtpote iniusta & impia dominādi cupiditate suscepta, quedā tn̄ fuere iusta ac necessaria, optimo iure & ratione suadēte ad iustitiā tuēdam gesta. Queso te quonā pacto resisti poterit violentorū hominū potētie, auarorū rapinis, flagitiosorū luxurie, superborū cōtumeliis, citra bellū? Quomodo vim repellem⁹ absq; vi? Nam citra ipsum nec iustitia defendi posset, nec mortales quietā vitā ducere. Quāobrē manifestū est eos q bellādi ius oīe tollūt, aduersus nature legē pugnare: & optare potius omnia perturbata esse, q̃ ad tēpus tantūmodo: cū bella suscipienda sint, vt cōmodiori pace frui deinceps valeamus. Cōstante igitur plurimorū prauitate (quādoqdē certū est plures mortaliū esse improbos) necessariū est quādoq; bellare ad eorū iniurias propellēdas. Res em̄ publica secus salua esse nō posset. Si autē homo innocētiā in qua cōditus fuerat seruasset: nemo sane alteri fuisset iniurius. Quamobrem nec vlle contentiones, tumultus, aut bella suborta fuissent: sed perpetua pace gaudentes euum transegissent. Verum natura fomite admissi criminis contaminata, rebellarunt subdita imperanti

potestati. Omniaq; prorsus in diuersum cessere, quamobrem & perpetuum bellum in nobis ipsis excitatum affectibus cum ratione pugnantibus, & mortalibus externe inuicem dissentientibus. Quocirca nec statuendũ hoc in statu, quod in illo suapte natura constitutum fuisset. In eo enim non solum vanum, verum etiam iniquissimum & contra naturam fuisset. Cum nulla controuersia subsisteret. In hoc autem quandoq; necessarium & opportunissimum est ob plurimorum prauitatem. Quemadmodum enim si omnes recte valerent nullo pharmaco opus haberemus. Pari modo si homines cuncti probi ac iusti essent nullo pacto bellandum foret. Belli enim necessitas ex quorundam nequitia prouenit, ad quam retundendam vi opus est. Ex his igitur manifestum est lege naturæ bellum non solum permitti, sed quandoque exigi, cui lex euangelica nequaquam aduersatur.

Quòd autem illa bellum non interdicat plutibus scripturarum exemplis & testimoniis comprobatur. Si enim nõ licuisset, sane Apostolorũ princeps cum Cornelium Centurionem Cæsareæ Philippi sacra vnda, cum vniuersa eius cognatione & domo intinxit, eum a militia cessare iussisset, quod tamen minime fecit. Præterea scriptura, ne vno quidem loco militiam detestatur. Nusquam enim euangelium hoc agit. In Apostolorum Actis non præscribitur, non a Paulo Apostolo, qui tamen ita solicitus fuit, vt etiam minima quæq; attingeret, quæ ad Christianum formandum pertinent. Pariter nec in cæteris Apostolicis Epistolis, quas canonicas vocant, id prohibetur. Si autem militare nefas fuisset, certe id non præteriissent, præsertim cum in lege veteri licuisset. Siquidem promulgauit dominus per euangelium ea quæ vltra præcepta decalogi erant seruanda, & nonnulla quæ fuerant illis permissa aboleuit, cõtraria constituẽs: vt de dilectione inimicorum, de vinculi coniugalis indissolubilitate, abrogata lege libelli repudii, & aliis quibusdam. Itidem sane & fecisset de iure militiæ, cum militare non solum populo Israel licuisset, verum etiam & fuisset iniunctum. At contra per Ioannem præcursorem leges militibus constituit inquiens, Neminem concutiatis neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Non dixit, Abdicate vos a militia. Sed ad id ais, Hoc factum non apparente adhuc euangelio. Et q; ex hoc non vere Christiani erant, sed minus mali. Ridiculũ quasi Ioannes alios institueret, quàm eos qui Christiani futuri erant, vel instituendo permitteret quæ a domino essent abroganda. Cum enim venisset vt pararet domino plebem perfectam, & baptismum pœnitentiæ prædicaret, si militia quasi res infanda tollenda fuisset, omnes sane ab illa deterruisset: sed econtrario eis leges præscripsit, quibus vterentur. Ex quo declarauit eos non dedecere in militari officio persistere, si ea præscripta seruarent. Sed inquis, hoc fecit vt minus mali essent. Hoc autem nimis ineptum est, cum eis nouas leges non constitueri, quibus seruatis minus mali efficerentur: sed tantummodo dixerit ea quæ in præceptis decalogi continebantur. Concutere enim proximum, illi calumniari, & suo non esse contentum, dominica in decalogo præcepta prohibent. Quamobrem nec Ioãnes illa retulisset, nisi vt eos doceret modo illa seruarent eis militare licere. Percunctati enim fuerant ipsum dicentes, Et nos quid faciemus? Nam idem interrogantibus publicanis respõderat. Nihil aliud q̃ quod

vobis constitutũ est faciatis. Voluit igitur dñs per Ioannẽ declarare militiã non esse rem improbã, sed munus esse probandũ, modo milites ab officio ob licentiã & audaciã non discedãt: sed iustitiam colentes seruent domini pręcepta.

R Pręterea si Christianis prorsus inhibitum esset lege euãgelica belligerari: nõ profecto tẽpore nascẽtis ecclesię, quo maximus vigebat feruor & spiritus apud eos q̃ Christũ induebãt, tã ta fuisset militũ Christianorũ frequẽtia: quæ tñ fuit permagna, vt historię illorũ tẽporũ ab Ethnicis cõscriptę testãtur, dũ etiã sęua persecutio vrgeret sub variis principibus. Ex qua & plurimi martyrii palmam cõsecuti sunt, iussa principũ cõtemnentes propter Christũ. Quare perspicuũ fit militiã Christianis nõ fuisse interdictã, se eñ ab illa abdicassent, cũ sacris Christi fuissent initiati. Qui enim Christi amore se hac luce priuabãt & animam cum sanguine profundebãt, proprium corpus hostiam offerentes, eiusdẽ intuitu longe magis & facilius interdictam militiam posthabuissent. Multi tamen in munere perstiterunt, & alii post indutum Christum in militia nomen dederũt. Tanta enim fuit eorum copia, vt eodem loco plura illorum milia ob Christi nominis confessionem, principũ iussu fuerint morti tradita. Nõne legimus apud Alexandriã sub Adriano principe decem milia Christianorũ militũ, a cęteris legionibus crudelissime vna die fuisse enecata? Partim eculeo crucis affixos, partim trucidatos? Nõne & in Galliis sub Maximiano integra legio, quę Thebeorum dicta ducebatur, duce Mauricio pariter est intercisa? Omitto recitare alia plurima exempla, quorũ pleni sunt libri, ne sim plus ęquo morosus. Pręterea tanta fuit eorum copia, vt Iulianum Apostatã proficiscentẽ ad expeditionẽ Parthicã Antiochię coegerit in eorũ gratiã ingredi ecclesiã. Et interesse rei diuinę sacrisq; solennibus, quæ sanctissima nocte natalis domini celebrabantur, vti tradũt historiæ. Ad hęc, quid dicemus de illo nunq̃ satis laudato Sebastiano Narbonensi cohortis prætorianę pręfecto, qui Diocletiano principi charissimus erat? Nõne dũ suo munere fungeretur, Christianorũ martyrũ aĩos quãdoq; poenarum timore percitos, ipse Christianus solabatur, cõfirmabat reddebatq; inuictos? Quid dicam de Grysogono, Victore, Georgio, Panthaleone, Gorgonio, cæterisq; innumeris, quorum gloriosi triumphi & magna certamina, toto terrarũ orbe celebrantur? quos si recenserem, nec dies mihi sufficeret. Plura etiam exempla Cæsarum Regum ac ducum recitare possem, quæ omnia prætereo.

S At inquis, hæc videtur fuisse sententia diui Hieronymi, vt est videre Tomo primo operum ipsius. Tantũ aũt abest vt Hieronymus id sentiat, quantũ ipsum dogma a veritate. Nec enim Hieronymi verba hoc astruunt, immo nec insinuant quidẽ. Nã q̃uis Hieronymus detestetur bella inter Christianos peragi, vtpote quę vel iniuste suscipiũtur, vel leuioribus de causis, quamobrẽ pręstaret ea omittere q̃ persequi: cum videlicet reipublicę plus obsint q̃ prosint, non tamen damnat bella, quæ vel aduersus Barbaros & infideles, vel pro necessitate & commodo reipublicæ suscipiuntur: sed ideo detestatur bella, vt & plures alii sancti faciunt, quia ex Christianorum prauitate proueniunt, qui si probi essent, nequaquam bellare oporteret. Non igitur condemnatur bellum, quia ex se prauum aut importunum, sed quia vt plurimum prouenit ab alterius partis iniustitia: ad quam capessendam necessario absumitur bellum, vti

amara potio ad vitium corporis propellendum: quæ si loco & tempore recte administretur, salutaris est: si secus, mortifera. quod cum nonnunq̄ contingat accidit vt & pharmaca condemnentur, quanuis tota hæc sit ministrorum culpa: ita quoq; & in bellis euenit, cum non administrantur, prout instituta sunt, seruata militari disciplina. Sed tanta est mortalium peruersitas, & in tantum res prolapsæ sunt, vt ipsi milites, qui ad seruādam iustitiam, & ad prohibendas iniurias constituti sunt, in primis violent iniuriasq; inferant, & quidem atrocissimas. Cuncta certe diripiunt, nec magis parcunt amicis quàm hostibus, Omnibus sunt iniurii, & erga deum blasphemi: quorum auaritia inexplebilis, libido inexhausta, crudelitas plusq̄ ferina, mores nefandissimi: vtq; paucis eorum mores complectar, omnis humani diuiniq; iuris & ipsius numinis contemptores impiissimi. quod inde prouenit, quia fere nullus sit qui vere virtutis amore & pro ingenuitate militet: sed fere quotquot sunt, vel auaritia vel ambitione, siue furore acti militant. Quis autem tam hebes parumve pius, qui huiusce generis belluas, ne dicam homines, non detestaretur, statueretq; potius a bellis abstinendum, nisi res valde cogeret, quàm per tales ministros bella geri? Quis non censeret potius ferenda esse plurima incommoda, quàm illis laxare habenas ad mille iniustitias & piacula perpetranda? Quod secus esset, si bella rite & iuste administrarent. Attamen cum ingruit necessitas, oportet illa suscipere: sed curandum principibus ac ducibus, vt quàm commodissime & modestissime fieri possit, peragantur. Qui semper dei gloriam & honorem eiusq; præceptorum obseruationem propriis commodis præferre debent. Suadent igitur sancti non bellandum esse, ob ea quæ inde proueniunt mala: non tamen præcipiunt. Idq; intelligendum quotiescunq; res non postulat, nec vrget necessitas. His rationibus pontificię leges nō omne bellum improbant. Diuus August. aliquot probat, & diuus Bernardus milites quosdam laudat. Tu autem contra horum omnium sententias is: & forte existimandum Augustinum non tam accurate vidisse euangelia, legisse Paulum & cæteras scripturas, vt tu ipse fecisti: quod hęc in illis deprehenderis quæ ipse non cognouerit. Inquis enim, Tota Christi philosophia dedocet bellum. Apostoli nusquam non improbant, quanuis nec vnum tantum locum id asserentem adducere possis. Quod si alicubi scriptura, vel aliquis sanctorum patrum bella improbaret, causam belli detestatur, & scelera quæ in illis admittuntur, non bella necessario aut opportune suscepta: quod optime docet diuus Augustinus.

Tu autem illa in vniuersum damnans, Christianis nedum fas non esse asseris inter se bellare, sed nec aduersus Turchas quidem aut cæteros christianæ religionis hostes: quod postremum sequitur ex tuis placitis quæ in Annotationibus scribis ab Augustino dissentiens. Quapropter in Epistola ad Volfium, omnes ad suscipienda bella aduersus Turchas dehortaris, Eandemq; sententiam confirmans in Institutione principis ita inquis, Ego nec in Turchas bellum temere suscipiendum esse credo. & neque fortasse conueniet aliis rationibus vindicari, & cætera. Illaq; duo verba temere & fortasse interposuisti, vt effugia tibi de more parares: sed si quis diligentius perspiciat,

parum certe tibi opitulari possunt. Nemo enim est tam amens qui asserat bellum aliquod temere esse suscipiendum. Nihil igitur doces cum ais, In turchas non esse temere suscipiendum, sed tu per illud temere aliud sentis, quàm verbum exprimat. Vis enim simpliciter non esse inferendum Turchis bellum: quod aliis in locis declaras: in scholiis inquam in Hieronymum, vt superius recitauimus. Sed quid sibi vult quod super primum Tomum ais, Hæc Christi mens omnino fuisse videtur, vt tolerantia vincant Christiani, non armis. Tua igitur sententia nedum licet Turcas bello inuadere, nec illis nos adorientibus resistere, sed illis cedere, vt tolerantia vincamus. Quid & illa verba sibi volunt. Neq; fortasse conuenit ditionem Christi aliis rationibus vindicari, quàm quibus orta propagataq; est, nisi ꝙ cum illa citra arma orta & propagata fuerit, non liceat illam tueri & vindicare humanis viribus terrenaq; potestate. Illud autem, fortasse, quod ad effugiendum subiunxisti, nequaquam tibi patrocinari valet. Cum in dubium reuocare non liceat id quod certum constitutumq; est ecclesiæ decreto, patrum sententiis & populi Christiani consensu. Quemadmodum enim aduersus illud quicquam statuere, scelus est, ita culpa non vacat id in dubium reuocare.

V Ecclesia autem statuit & licere, & expedire tueri Christianam religionem, viribusq; & humana potestate ab hostibus illam defendere. Temerariumq; esse diuinam tantummodo expectare opem, quæ miraculo & prodigiis nos defendat. Citra omnem operam nostram, simileq; id esset illi sententiæ, quæ vult citra omnem sudorem nostrum & opus quodcunq; sola fiducia nos apud omnipotentem iustificari. Cum enim omnipotens dederit nobis vires, tum mentis, tum corporis, voluit vt illis vteremur, & essemus ipsius cooperatores. par autem est semper opem diuinā implorare, illiq; in primis fidere citra quam nec quicquam a nobis peragi posset: sed & opera nostra interponenda, faciendumq; quod in nobis est, eo ꝙ ignari simus diuini decreti statuentis, aut ex sese prodigio rem peragere, quod non sepe facit, aut potius nobis laborantibus, & ipso cooperante. Potuisset nanque dominus terram promissionis tradere filiis Israel citra omnem eorum sudorem. Voluit tamen vt belligerando & summis viribus contendendo magno cum labore illam obtinerent. Potuisset Philisteos perimere absque opera Sansonis, Goliath trucidare sine Dauid, Antiochum Regem citra Macchabæos: tamen istorum opera & aliorum vti voluit, pro beneplacito suæ sapientiæ, Omitto alia multa exempla quæ adducere possem. Ex his autem dignoscitur stultum esse, existimare res partas eisdem rationibus esse tuendas quibus partæ sunt. Voluit quippe dominus religionem suam constituere citra omnem potentiam humanam, eo quòd terrenam potentiam per quam princeps huius mundi tyrannice regnabat, virtute & spiritu superare volebat & contraria contrariis expugnare. Euangelium enim spiritale est, quamobrem cum illud propagaretur multiplicibus signis & prodigiis fuit confirmatum. Quo per vniuersum confirmato, non tam crebra & expressa prodita sunt miracula: sed humanis etiam rationibus voluit dominus illud quod paratum erat spiritu & prodigiis custodiri ac seruari: ipso tamen semper concurrente. Non igi-

tur precise eisdem rationibus seruanda Christi ditio quibus & parta. quinimo
erroneum id sentire vel in rebus prophanis natura siue humana industria par-
tis.Non enim iisdem res conseruantur quibus parantur. non res familiaris,
non opes,non gratia semper,non potentia,& cætera huiuscemodi: quinimo &
nonnunq̃ diuersis.Similiter quæ a natura fiunt non seruantur eo pacto prorsus
quo & constituuntur.Decuit quidem euangelium prodigiose & miraculo seri
ac propagari.At ob id non oportet eadem Methodo nunc citra,omnem aliam
rationem conseruari.Alioquin eo ꝙ euangelium religioq; Christiana parta fuit
apud Arabes,Syros , Caldæos, & Iudæos. apud Asiaticos,& Ponthi incolas,
Græcos,Gallos,& Hispanos,cęterasq; nationes Apostolica prædicatione non
conueniet illud seruati aliis rationibus.Sed quid cum scelere,astu & armis ne-
fandissimi Mahumet & posterorum eius violatum valdeq; debilitatum fuerit,
occupatis plurimis regionibus partim fraude partim vi & armis:tantaq; sit fa-
cta iactura vt de vniuersa Africa Asiaq; & magna parte Europę iam actum sit,
non solum non licebit ablata recuperare,& nostra iura vendicare,sed nec paucil
lum quod restat Europę defendere? Si certe id par fuisset,serenissimus Hunga-
rię & Boehemię Rex Ferdinandus debuisset hoc præsenti tempore potius per-
mittere Viẽnam insignẽ vrbẽ,vniuersamq; superiorẽ Pannoniã perdi & ad Tur
charũ principis imperium accedere,potius q̃ armis ac viribus ab eius impetu,
& sęua oppugnatione defendere.Abhorrent hæc Erasme non modo a commu-
ni omnium sensu,sed prorsus ab om̃i exacta ratione, a sacrę scripturę exemplis
& testimoniis,ab omnium sanctorum patrum sententiis. Condemnanturq; hoc
placito omnes Christiani principes,qui pro republica tuẽda & amplificãda ad-
uersus barbaras nationes vnq̃ bella peregerunt.Quid? non conueniet Christia-
nis sua sibi ipsis vendicare quę vi & potestate Barbarica eis erepta fuere & oc-
cupata? Cęteris autem quibuscunq; populis & gentibus dictante ipsa natura li Y
cebit? Quod si esset,miserrima profecto foret Christiani populi conditio.At in-
quis Christi mens fuit vt tolerantia vincant Christiani,nõ armis:forte assumẽs
ex illo Christi dicto,Si quis percusserit te in maxillam vnam, prębe ei & alterã;
& si arripere voluerit tunicam dimitte ei & pallium &c.Respõdeo illud nõ esse
domini præceptum,sed consiliũ :exercendum non semper & quocũq; in nego
cio,sed quando tempus aut res postulat.At secundum Augustinum ad implen
dum spiritu & animo magis q̃ opere aut facto.Perfectorũ enim est perferre in-
iurias & patienter illas tolerare.Cum amplior Dei gloria exinde sit prouẽtura,
non autem cum secus.Quod & ipse dominus exemplo declarauit cum in maxil
la percussus coram pontifice,non alteram præbuit,sed generose questus percu
tientem coercuit.Quo exemplo & Paulus apud Festum Procõsulem percussus
pariter seuerioribus verbis Ananiam pontificẽ increpuit inquiens.Percutiat te
Deus paries dealbate:quod & aliis exemplis comprobari potest.
Si autem adhuc contendens diceres longe aliam esse rationem repellẽtis in- X
iurias & inferentis bellum vltro:quemadmodum & longe diuersum est sua bel
lo repetere ab eo quod est aliena inuadere.Christiani autem non solum sua repe
tunt,sed etiam quæ nunq̃ sui iuris fuere inuadunt & occupant, opprimẽtes etiã
nihil de ipsis male meritos.Responderem me non inficiari inter hæc plurimum

esse discriminis: attamen horum quodlibet licere & nonnunq̃ expedire. Cum enim Christo Iesu data fuerit omnis potestas in cælo & in terra, nullus eius ho- stis quibusuis in terris ius aliquod dominandi habere valet: quamobrem si quis illi aduersans vllas possidendo occupat terras, licet illum vt iniustum possesso- rem deturbare, & terram ad ius reipublicę redigere. Supremi quidem principis rebelles & hostes vndecunq; detruduntur, & quodcũq; ius habuissent illud per- dunt, incapacesq; redduntur cuiuscunq; honoris & commodi. Quicunq; igitur Christo domino aduersantur eiusq; glorię obsistunt, propagationem euangelii impedientes, sane ab omni potestate sunt deiiciendi, cum illa abutãtur aduersus supremi principis dignitatem & amplitudinem. Illis enim res moderãtibus nec licet populis eorum tyrannidi subiectis euangelicam legem recipere. nec permit- titur illam prędicari: quamobrem ad illam promulgandam Christiq; gloriam amplificandam, licet & expedit pro loco & tẽpore illos inuadere, & Christi sua- ui iugo subigere: ipsis etiam nos minime lacessentibus, nec terras nostras obti- nentibus quę vnq̃ a nobis possessę fuerint. Iuris enim Christi sunt, quod vindi- care phas est Christi seruos: modo igitur hoc proposito, videlicet propagãdi euã- gelii & glorię Christi amplificandę, bellum assumatur, piũ ac iustũ erit. Aduer- sus autem Turchas & Sarracenos licebit belligerare pręter illam rationẽ, ꝙ no- stras terras occupẽt, ꝙ Ethnicis & gẽtilibus cęteris longe peiores sunt nostręq; reipublicę putida membra, quę ad sanitatem non nisi ferro vel igne redigi pos- sunt. Quid enim obsecro aliud sunt Agareni siue Ismaelitę q̃ Christiani hęretici: qui ab ipso Mahumet partim seducti partim coacti in Arrianam hęresim pro- pulsi sunt, asserentem Christum dominum meram esse creaturam, & alias ple- rasq; blasphemias: quos ecclesia sanxit & principes pluribus edictis statuerunt diripiendos esse, & earum fortunas ab vnoquoq; inuadendas.

Y Ipsos vero & cęteros iniquos rerum possestores vi deturbandos esse e pro- priis sedibus comprobatur scripturæ testimoniis & exemplis. Et præsertim illo ꝙ in cælesti regno peractũ est. Nam Lucifer cum satellitibus suis conspirãs cõ- tra altissimum deturbatus est e cęlo, cum vniuersis suis sequacibus, pugnante strenue contra illum Michaele archangelo. Inquit enim scriptura, Et factũ est pręlium magnum in cęlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. &c. Quo etiam astruitur bellare non essę inhibitum Christianis: cum illud refe- ratur a Ioanne euangelista in Apocalypsi. quamobrem nec dedecere militẽ esse: cum angelici spiritus & milites fuerint & eorum officio functi. Quamobrem & altissimus dicitur dominus Deus Sabaoth, id est exercituũ in pluribus scriptu- ræ locis. Vbi autẽ exercitus, ibi & milites. Vnde & Esaias dicit, Leuate in excel- sum oculos vestros & videte quis creauit hęc, qui eduxit in numero militiã eo- rum, & omnes ex nomine vocat. Micheas quoq; dicit, Vidi dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cæli assistentem ei. & Neemias, Tu ipse domi- ne solus fecisti cælum & omnem exercitum eorum, & exercitus cæli te adorat. In nouo etiam testamento ita vocatur. Scribit enim Lucas, Et facta est cum an- gelo multitudo militię cęlestis laudantis dominum &c. Et in Apocalypsi. Et vo- cabatur nomen eius verbum Dei: & exercitus qui sunt in cælo sequebantur eũ in equis albis. Qz si dixeris hęc nomina improprie in cælestibus referri conten-

dam in illis propriissime dici. Improprie autẽ in terrenis & corruptibilibus, cũ denominationes a nobilioribus & verissimis ad ea quæ minus vera sunt & imperfectiora trãsferri debeãt & nõ ediuerso, nisi cum vocum penuria prestantioribus imposita nõ sint nomina. Eo ꝙ incognita inferiora ad superiora trãsferuntur. Omnium autem creatori nihil incognitum, quamobrem & cunctis rebus ipse nomina imposuit: omnia enim ex nomine vocat. Cũ igitur dominus his nominibus militię ac exercitus vsus fuerit, conuincitur ibi verissimos esse exercitus & militiã & proprie ita appellari. Pręterea ex his omnino cõuincitur etiã si tibi detur ex terrenis quędã nomina ad diuina quãdoq; trãsferri: nomẽ militis & exercitus nõ indicare rẽ iniquã detestabilẽve & propterea Christianis inhibitam: cum scriptura nunq̃ vsurpet nomina rei detestabilis & damnatę ad ea quę optima & meliora sunt nuncupãda: quod tamẽ tu cẽses rem esse plusq̃ tartareã inquiẽs in institutione principis Christiani. Nõ pudet episcopos versari in castris: illic Christi corpus & cum re plusq̃ tartarea miscent sacramenta &c.

Nam locum in initio recitauimus, cui cum iam fere responsum sit declaratumq; nullo loco per euangelium bella iusta esse damnata, restat tantummodo respondere illis verbulis quibus execraris Christi corpus in castris versari, & sacramenta in tam cruento dissidio adhiberi. Si quidem verum esset quod tu assumis, quasi iam probatum videlicet bellum rem plusquam tartaream esse: certe nec liceret bellare, nec cum bellatoribus sacratissima symbola interesse. At cum id a vero alienum sit, quare nephas erit dominicum corpus in castris deferri aut morari? Nunquid ne polluatur sanguine eorum qui iure cæduntur? Nunquid quia illuc non possit reuerenter deportari aut illic esse? Nũquid quia minus opportunum & ad nullum commodum cedẽs. De primo nihil est opus dicere. Alterum perspicuũ est posse videlicet tibi reuerẽtissime sacra peragi mysteria & Christi corpus tractari. De tertio superest dicere. Multa quippe cõmoda ex tali delatione euenire possunt. Primũ ex pręsentia tãti sacramenti defluere spetãdũ est gratiã & opẽ qua hostiũ vires frãgãtur animiq; debilitẽtur: nostrorum autẽ confirmẽtur. Nã delata arca fœderis inter exercitũ populi Israel, hostes semper nisi fortasse id populi culpa impediuerit profligati fuerunt, & Israel victoria potitus est. Ipsiusq; p̃sentia hostes territi aquę Iordanes decurtẽtes substitere quasi illi parentes: & vniuersus populus siccis pedibus pertransiuit. Qz si ab ea tantum emanabat virtutis quæ solum vmbra & typus fuit nostri sacratissimi symboli, quanto maiorem ex illo ipso prouenire posse existimandum est? superari enim possunt cunctę difficultates tanti sacramenti pręsentia & maiestate: pręterea & expiari plurima errata quę in ipsis castris cõmitti solent. Ad hęc & opportunissimũ est vt pręsto sit cũ illud ministrare oporteat e vita decedentibus quod frequẽtissime accidit bellãtibus. Eos autẽ moriẽtes in officio nõ par est defraudari sacratissimo viatico: quo cõfirmati peruenire valeant vsq; ad ad mõtẽ Dei Oreb. Attamẽ nõ defertur ipsum dominicũ corpus in castris, nisi põtifex maximus illis interfuerit. Quo iter agẽte: semper solẽniter deferri solet. eo ꝙ cõueniat domini vicarium ob oculos versantẽ dominũ semper cõspicere. Cuius verenda maiestate monitus ac excitatus, tanto magis eum suspiciat, gressusque omnes & acta ipsius ad honorem & gloriam eius dirigat. Et nihil

Z

agat quod tantę maiestatis pręsentia indignum fit. Quapropter etiam institutum vt signum dominicæ crucis vbicunq; fuerit semper illi adstet.

Et Ad id vero quod ais in Annotationibus taxans episcopos q̄ copias habent gladios lanceas & bombardas &c. in superioribus satisfactum est, cum declaratum sit illa eis licere & conuenire ac opportuna esse: præsertim rempublicam administrantibus. Nec id repugnat Pauli sententiæ dicentis, Arma militiæ nostræ non esse carnalia &c. Cum ibi tãtummodo agat de militia spiritali, cui spiritalibus telis ac armis opus est. Hæc autem carnalia & terrena illi deseruire & ministrare externæ debent: quemadmodum & corpora animis cum persæpe cõtingat illa, nec tuta esse nec cõmode administrari posse ab his destituta. Quãobrem nec illa possident vt tyrannidem exerceant (sicuti tu illis de more impingis) sed vt iniunctum eis munus securius & commodius perficiant. At nonnulli sunt qui non minus vibrantis linguę telis tyrannidem exerceant, q̄ alii lanceis & bombardis. Non enim vt sæpe dixi defendo abusus multorum præpostere commodis rebus vtentium, sed ipsas res non improbandas defendo. ¶ Superest tñ respondere illi loco quãtũ ad confirmandam illam sententiã, q̄ Christianis non liceat belligerari. Inquis, Hieronymus Deum amare posse negat qui pecuniam amat: vbi sunt Christiani quidam, qui permittunt vt bellum & pugnã pecunię causa suscipiamus? Non certe permittunt Christiani vt pecunię amore bellum suscipiatur Erasme. quinimo vetant illa peragi pecuniæ cupiditate. interdicunt enim sacra constituta omne bellum quod iniustũ sit. At licere & nonnunq̃ expedire sua occupata vendicare etiam armis, quando alia via id perfici non possit edocent: quod & naturali rationi (vt diximus) est consentaneum. Cum igitur bellum aliquod peragitur ad proprium ius repetendum, non inferentis est culpa, sed proterui occupatoris vi obsistẽtis ei qui sua recupetare studet. Nec suscipitur bellum solummodo pecunię repetundę gratia, sed quia expedit & ita exigit iustitia. Ex his puto satis responsum esse argumentis tuis quibus probare niteris bella omnia Christianis esse interdicta. quod sane falsissimum & erroneũ est. q̄uis non omnia quę licent (vt inquit Paulus) semper expediant. Nos autem probauimus non solum licere, sed & quandoq; opus esse bella suscipi.

DE IVREIVRANDO.

LIBER. XXII.

A HVic autẽ placito aliud annectis non minus erroneũ, agẽs de iure iurando, asserẽsq; pari modo & illud prorsus esse interdictum Christianis vti & bellũ. Inquis enim in Supputationibus, Si Christo placuit iusiurãdũ, incassum dixit illa verba. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Si Christianis vtile est iurare, quid ipse docuit? quid addidit dominus legi Mosaicę? quę vt ipsa vetat periuriũ, ita prohibet etiam ne nomen Dei assumamus incassum. Et in Annotationibus noui testamenti de hoc contendens in-

quis. Fatemur Apostolum iurasse, verũ pro re sacra. Sed in negociis huius mundi iurare fortasse non est ingenui Christiani &c. Verum enimuero si iurare prorsus a domino interdictum est, sequitur nec pro re sacra nec prophana iurare licere, nec discrimen vllum est videre inter iuramentum quod pro re sacra sumitur ab eo qđ ꝓ ꝓphana, si iurãdi necessitas vel opportunitas vtrobiq; inueniat̃.

Qz autem iusiurandum non sit ex sui natura execrandum, nec etiã a Christo B
prohibitum, probatur exemplis tum omnipotentis Dei pluries iurãtis, tũ Pauli Apostoli quem loquentem animaduertas obsecro. Ad Hebræos enim sic scribit, Deus quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. In Genesi scribitur. Et subiungit, Homines enim per maiorem se iurant: & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consiliũ sui interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles quibus est impossibile mentiri Deum fortissimum solatium habeamus &c. Si Paulus censuisset iusiurandum prauum esse, detestatus fuisset morem hominum iurantium: quorum finem controuersiarum ad confirmationem dixit esse iuramentum. Si autem ea dixisset sentiens aliis licere, Christianis non item: illos excepisset, quemadmodum agens de matrimonio edocuit eis non licere repudiare vxorem, quod Iudæis permissum erat. Tamen id minime facit: sed absolute consuetudinem probat intantum vt velit omnipotentem Deum ad confirmanda promissa sua eos quibus illa pollicebantur iusiurandum maximum interposuisse. Quibus conuincitur ipsum non sensisse iusiurandum prorsus Christianis esse interdictum: quod si putasset certe nec ipse vnquam iurasset. Iurauit autem sępius vt in eius epistolis est videre. Ad Romanos enim ita ait. Testis est mihi Deus cui seruio in spiritu meo ꝙ sine intermissione in orationibus meis memoriam vestri facio. Et ad Corinthios. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, ꝙ parcens vobis non veni vltra Corinthum. Præterea ad Philippenses. Testis enim mihi Deus est, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi &c.

Qz si dixeris dominum in euangelio interdixisse iuramentum cum per Mat- C
thęum hęc dicat. Audistis quia dictum est antiquis, Nõ periurabis &c. Ego autem dico vobis, non iurare omnino: neq; per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Sit autem sermo vester est est, non non. Quod autem his abundantius est, a malo est, & cæter. Respondeo dominum his verbis non interdicere prorsus iuramentum, sed tantummodo deterrere a iurandi facilitate: quod præter cætera Pauli exemplis declaratur: qui pluries iurauit. Vt enim inquit Augustinus contra mendacium scribens, pleraq; verbis intelligere non valentes colligimus in sanctis quemadmodum oporteat illa capere: quod facile in aliam partem duceretur nisi exemplis eorum reuocaretur. Iurauit Apostolus in epistolis suis. Et sic ostendit quomodo accipiendum est quod dictum est. Dico autem vobis non iuretis omnino: ne scilicet ad facilitatem iurandi veniatur: ex facilitate autem ad consuetudinem: ea consuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iurasse nisi in scripturis, vbi consideratio cautior non habet linguam præcipitem: &

tamen dominus omnino ait non iurare. Non enim concessit vt liceret scribentibus. Nephas autem dicere Paulum præcepti violati reum esse, præsertim in epistolis conscriptis. Intelligendum est igitur illud quod positum est, vt quantum in te est oon affectes, vbi quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusiurandum &c. Facto igitur Pauli & Augustini sententia manifestum est, iusiurandum non fuisse illis verbis omnino vetitum sed solummodo detestatum. Nō quia sui natura prauum, sed quia illius facilitas peierandi occasionem præstet. Quod quidem nephandum est eo ꝙ omnipotenti Deo iniuriosum, vtpote adducto in testem mendacii. Quamobrem & scriptum erat in lege veteri, Reddes autem domino iuramenta tua, id est si iurare contigerit per creatorem iurabis, & vera iurabis.

D Qꝫ autem iuramentum frequens peierandi pręstet occasionem testatur etiam Chrysostomus super Matthęum his verbis. Nemo enim frequēter iurat qui nō aliquando periuret: sicut qui fecit consuetudinem multa loquendi aliquaodo loquitur importuna, cui & pręter adductum locum astipulatur Augustinus contra faustum scribens, ita enim habet. Quia vero periurare graue peccatum est, longius autem remotus est a periurio qui nec iurare cōsueuit, q̄ qui iurare procliuis est: maluit dominus nos non iurantes non recedere a vero q̄ verum iurantes appropinquare periurio. Ad hęc & in de verbis domini in monte, Non enim potest peierare qui non iurat. Iurat autem qui adhibet Deum testem &c. Cū igitur lex Moysi iurare permitteret, Iudæiq; procliuiores essent ad iusiurandum non solum per Deum, sed etiam per creaturas, vt pote quia populus durę ceruicis & procliuis ad mentiendum: mentiri autem est persæpe iurare vt iuris iurādi authoritate fidem mendaciis faciat: dominus volens Christianum populum longe illo esse perfectiorem, statuit non tantum non esse peierandum, quod lex Moysi solummodo prohibuerat, sed nec de facili esse iurandum illive vllo pacto assuefaciendum: vt non solum peierandi iniquitatem fugerent verumetiam occasionem, quod perfectorum est. Ex iurandi enim licentia de facili prolabitur quis in periurium. Hoc igitur superaddidit dominus Mosaicæ legi agenti de periurio non aūt simpliciter vetuit esse iurandū, qđ & verba illius indicant quę Diuus Hieronymus animaduertens ita scribit, Deniq; considera ꝙ hic saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per cælum & terram, & per Hierosolymā, & per caput tuum. Hanc enim per elementa iurandi pessimam consuetudinem semper habere Iudæi noscuntur. Qui autem iurat aut veneratur aut diligit eum per quem iurat. In lege autem præceptum est vt non iuremus nisi per dominum Deum nostrum &c. Augustinus autem his consentiens inquit in libro de sermone domini. Iudæi non putabant se teneri iuramento si per ista iurassent, ideo periurabant. Dominus autem illis verbis edocet contrarium & eos debere domino iusiurandum, quia per eum iurare conuincuntur qui per illa iurant. Cum cælum thronus eius sit, terra scabellum pedum eius. Hierosolyma ciuitas magni regis: illaq; cum cæteris per quæ iurabant, ad summum Deum referantur. Quibus recitatis non subiunxit dominus neq; per Deum iurabis sed sit sermo vester est est, non non: concludens his verbis esse vtendum, exclusis his quæ recitauerat, per quæ non solum iurare solebant, sed etiam peierare.

Quod enĩ in genere dicitur postmodũ in suas partes distribuitur. Illas & earũ
similes edictas esse intelligendum quæ in distributione fuere explicatę. Cũ igi-
tur dominus in genere edixerit, non esse iurandum & deinde explicuerit illa per
q̃ iurare non decet, intelligitur tantũmodo per illa & illis similia nequaq̃ esse iu-
randum: videlicet per creaturas, per quas etiam peieratur si quis falsa iuret. De
creatore autem nihil addidit eo q̧ per ipsum iurare quandoq; opportunum sit
vel necessarium: sed nec per ipsum faciliter leuiq; causa iurandum est vt peieran-
di occasio diffugiatur: quemadmodum superius dictum est. Non autẽ pugnant
inter se edicere non esse de facili iurandum, & tamen iurare quandoq; permitte-
re, videlicet cum id res postulat aut necessitas exigit, aut ad magnum bonum
consequendum, aut ad ingens malum vitandum. Alioquin non est iurandum o-
mnino, sed tantummodo, licet conuenit pro re & tempore ad fidem faciendam
negocio quod ad Dei gloriam cedit. Qua ratione iurauit Apostolus vel ad con-
trouersiam tollendam, qua vrgente magna incommoda euenirent: de quo gene-
re dixit Paulus. Omnis controuersiæ finis est iuramentum: quod tamen a mor-
talium infirmitate prouenit, vel horum qui iusiurandum suscipiunt vel quibus
iuratur vt fidem præstent. Si enim prorsus veridici essent qui aliquid asserunt
pariter & hi quibus illud affirmant, vt de eorum fide controuersiam & conten-
tionem non excitarent, sane iurare superuacaneum esset. Propterea dixit domi-
nus, quod autem a sermone est est & non non abundantius est, a malo est. Quæ
verba animaduertens diuus Augustinus inquit. Itaq; non dixit quod abundan-
tius est malum est, sed a malo est: id est si iurare cogeris scias de necessitate ve-
nire infirmitatis eorum quibus suades: quę vtiq; infirmitas malum est, cogeris
enim iurare ob eorum infirmitatem &c. Cui & consentit Hieronymus dicens:
Euangelica igitur veritas non recipit iuramentum: cum omnis sermo fide- E
lis iureiurando comprobatus esse sit censendus &c. Id autem intelligendum de
perfectis. Dominus vero perfectionis semitam edocuit. Volo autem omnes vos
perfectos esse inquit, quemadmodum pater vester cælestis perfectus est. Perfe-
cto enim nequaq̃ iurandum est nisi ex magna necessitate. quod & Augusti-
nus declarat his verbis. Qui arbitratur non in bonis, sed in necessariis tñ iura-
tionem habendam, refrenet se quantum potest vt non ea vtatur nisi necessitate,
cum videt pigros esse homines ad credendum quæ vtile est credere nisi iureiu-
rando firmẽtur &c. Sed inquies Chrysostomum in Homeliis super Matthęum
nullam admittere excusationem necessitatis ad iurandum. Respondeo ipsum de
illa necessitate intelligere quam explicat exemplis plurimis, non simpliciter de
quacunq; necessitate. Necessarium quippe multipliciter dicitur: id enim q̃d val-
de vtile & commodum est quandoq; pro necessario accipitur. Præterea & illud
sine quo vix res aliqua perfici potest, valdeq; vrget. Ad hæc & illud quod coa-
ctiuum est, ita quod sine eo res perfici non possit, idq; potissimum & primo ne-
cessarium dicitur. De hoc autem non loquitur Chrysostomus, sed de aliis gene-
ribus, & cum concionaretur ad populum videtur ad vnum extremũ descendere
vt eos trahat ad medium. Cum enim homines procliues sint ad iurandum, idq;
de facili & nullo negocio contingit vt ad illud excusandum persępe fallant se
ipsos aut superiores fallere studeant, asserentes se necessitate adductos illud

peregisse vt periculi vitandi gratia aut persuadendi aliquid,cui fides non pręsta
batur.quas excusationes non recipit Chrysostomus,sed reiicit.Cõtraueniret eñ
Paulo Apostolo præceptori suo qui iurauit.Pugnaret & cum innumeris sacræ
scripturæ testimoniis & exẽplis sanctissimorum patrum.

F Sed quid dico patrum,quinimo summi creatoris qui Abrahæ iurauit?Cuius
rei meminit Zacharias dicens,Sicut iurauit ad Abraham patrem nostrum. Et
per memetipsum iuraui &c.Iure quoq; iurando iurauit Noe se non inducturum
vltra aquas super terram.Iurauit et Heli sacerdoti quod non expiaretur iniqui-
tas filiorum eius vsq; inęternum.Et Hieremias.In memetipso iuraui dicit domi
nus &c.Plurima insuper testimonia quæ adducere possum prætermitto . His
enim conuincitur iusiurandum non esse sui natura iniquum,nec diuinæ gloriæ,
aut honori aduersari.Quinimmo illam contestari potius ac referre.Non eñ iu-
ratur per rem contemptibilem,sed verendam : quæ vt Hieronymus dixit aut
amatur aut timetur.Iusiurandum autem adhibetur ad testandam veritatem rei
quæ refertur.Jlla autem confirmari non valet per rem se imbecilliorem aut
æque dubiam,sed tantum per potius certiusq; testimonium.si autem diceres iu
ramentis diuinis non conuinci iuramentum probari:cum omnipotens deus nul
lis legibus coarctetur in his quæ extra se agit,sed cuncta bona sunt quę ei sunt
beneplacita.Primum dicerem ex iuramenti finitione superius assignata decla-
ratum esse,illud nec iniquum nec Deo esse iniuriosum.In cuius enim ratione ni
hil malum est,nec ipsum malum est.Præterea iuramentum omne adhiberi quã-
tum est ex sui natura ad vtilitatem eorum quibus iuratur:hoc autem commo-
dum est non malum:Q̃uis enim quidam iuramento ad fallendum abutantur,
id llorum culpa non iuramenti prouenit. Argumento autem tuo respondeo q̃
licet tibi condonarem,exemplo diuini iuramenti prorsus non conuinci iuramen
tum sui natura probandum vel improbandum esse.Plurimis tamen aliis exem-
plis illi superadiunctis id reddi exploratissimum.Iurauit enim Abraham Abi
melech in Bersabee.Iurauit Iacob Laban.Iurauit & Moyses se habitaturum cũ
Raguel.Præterea & in Apocalypsi scribitur.Iurauit angelus per viuentem in
secula.Si etenim iusiurandum malum fuisset & in lege tãtummodo permissum
ad vitandum periurium, certe nunq̃ fuisset a quopiam exactum . Quod enim
tñ permittitur a moderatoribus reipublicæ ad vitandum maius malum,nunq̃
ab eis exigitur.Legimus autem pluries exactum fuisse iuramẽtũ.Moyses enim
non solum exegit iuramentum,sed etiam sanxit.cum ait in Exodo.Iurabit quod
non extenderit manum in rem proximi sui.Legimus & in libro Paralipomenon.
Asa regnante & exigente iurasse vniuersum populum Iudę domino in voce ma
gna & ex toto corde.A sacris quoq; prophetis non semel commendatur iura-
mentum.Inquit enim Esaias.In me iurabit omnis lingua &c.Plura alia prętereo
quæ forte facerent fastidium.Cum autem tot tantaq; expressa sint testimonia
scripturarum iuramentum probantia: nec vnus quidem locus comperiatur in
quo ipsum improbatur præter eum qui in Matthæo est,qui tamẽ vt declaraui
mus non facit pro te:& præter id qđ Iacobus Apostolus ait, Ante omnia autẽ
fratres mei nolite iurare,neq; per cælum &c.quod eodẽ prorsus sensu a sanctis
doctoribus & ecclesiæ cõcilus,quo Christi premissum verbum,accipitur & ex-

ponitur: manifestum est iusiurandum non esse rem prauã,sed potius bonam,
quantum est ex parte iurantis.

At contra inquis tu,Si iusiurandum placuit Christo,incassum dixit illa ver- G
ba,Ego autem dico vobis nõ iurare omnino.Si Christianis vtile est iurare,quid
ipse docuit?quid addidit dominus legi Mosaicę?quę vt vetat periurium,ita pro-
hibet ne nomen dei assumamus incassum,&c.Non certe incassum dixit illa ver
ba,sed multum addidit legi dominus hoc in negocio,vti superius diximus. Cũ
in illa iuramentum esset permissum,modo quis vitaret periurium(Licebat enĩ
citra offensionem quocunq; in negocio iuramẽtum adhibere) Hoc autem Chri
stianis non licet,sed tantummodo cum necessitas exigit,vel ex illo magna vtili-
tas prouentura est,pertinens aut ad dei gloriã,aut ad proximi vtilitatem: quæ
citra iuramentum non esset prouentura.Nec ista cohortatio fit,eo q; iuramen-
tum ex sui natura malum sit,sed quia ex illo de facili inciditur in periculum.Ad
quod pręcauendũ interdicitur,& iuramentũ liberũ & bene placitũ,quod Iudęis
vti imperfectioribus fuerat permissum.Enimuero illis id quod prauũ est sui na-
tura erat vetitum.Christianis aũt vtpote perfectioribus non solũ prauũ,sed etiã
id quod speciẽ quandã praui habere posse videt̃,& ad malũ pręstare occasionẽ.
Quantum autẽ vnum ab altero differat,quantoq; institutũ Christi pręstet insti
tuto legis Moisi iam vides.Christus vetuit iuramentũ incassum assumi.Moises
hoc non vetuit.Christus docuit iurandi procliuitatẽ vitandã esse,Moises ad du
ritiem Iudeorum permisit.Vult igitur Christus id quod ratio ipsa suadet nõ es
se iurãdũ,nisi magna opportunitate vel necessitate vrgente,quapropter & raro
esse iurandũ,& tantummodo ob magnũ negocium.Pro re autem turpi aut indi
gna minus ve necessaria nequaq̃,sed prosus ab illo abstinẽdum:non propter iu-
ramenti naturam in se,sed ob causas prædictas.

Ob quas & in veteri testamento docetur non esse assuescẽdum nec multum H
iurandũ.Inquit enim ecclesiasticus.Vir multum iurans replebitur iniquitate: &
non discedet a domo illius plaga.Quãobrem,nõ quidẽ quia iurat, qđ lege per-
missum erat,sed quia multũ iurans incautus etiã quandoq; peierat. Quãobrem
& rursus inquit ecclesiasticus iurationi nõ assuescat os tuum &c. Iuramẽto enĩ
assuetus sępe imprudens ex consuetudine periurat.Ex hisq; est videre quomodo
quandove iurandum sit:& quando a iuramento abstinendum.Tunc quidem iu
randum est,cum Dei honor illud poscit.Pręterea quando maior ingruit necessi
tas vel ingens exinde sequitur vtilitas.Cum autem negocium his cõditionibus
vacat nequaq̃ est iurandum.Primi generis exemplũ docuit Paulus:alterius san-
cti patres cum aut iurarunt aut ab aliis iuramentum exegerunt. Moyses enim
vt in Deuteronomio scribitur,prætter citata ad primores populi Israel recitata
lege inquit.Et hęc iuramento non solum vobis affirmo, sed cunctis absentibus
& præsentibus.Non esse autem iurandum citra hæc,quod est tertium,docuit
Christus illis verbis,Ego autem dico vobis &c.

Quapropter nequaq̃ probare possum inductũ morẽ & consuetudinẽ adigẽ- I
di ad iusiurandum quocũq; in negocio humili & indigno:ita vt inductũ sit iu-
rare vel in causa denarii.Pręterea & quod magis mirandum ab ipsis iudicibus
exigi iuramentum ad veritatem eruendam amiseris qui quæstionibus subiiciũ-

tur quasi nòn satis sit curare vi tormentorum extorquere veritatem nisi adhi-
beatur & iusiurandum: quo more magna sane peierandi pręstatur occasio, dum
saluti consulentes mortis timore perciti peierare malunt q̃ perire. Si enim tor-
mentorum sęuitia non vincuntur ad verum fatendum: profecto nec iurisiurādi
religione cogentur. Quapropter videretur præstare altero tantum genere vti
ad eruendam veritatem, hocq; habita ratione personarum quæ inquirūtur: neq;
vllo modo adigere ad iurandum audaciores, facinorosos numinisq; irreuerētes,
quos constat peieraturos ad mortem præcauendam, cum causis longe leuiori-
bus varia scelera perpetrarint, & sępissime periurio grauiori, q̃uis illud sit inter
maxima. iurisiurandi enim religionē certe negliget qui sacrilegium committe-
re, incestum facere, aut summū Deū blasphemare non formidauit. Tales eñ po
tius torquēdi sunt q̃ iuriiurando adigendi. Quibus autē videretur satius adhi-
bendū esse iuramentū q̃uis forte nemini par sit vbi causa capitis agitur, os me-
tum pręsentis periculi perturbantē nullo pacto videtur esse torquēdi post susce
ptum iuramentū: ne cruciatuū vi inducātur ad peierandū: qđ sępe accidit cum
pręter modū tormēta adhibētur. Impellūtur eñ nōnulli dolorū acerbitate in
propriā perniciem fateri se sontes esse scelerū quę vel nunq̃ cogitarunt, & simul
peierare. Quamobrem neutriq̃ videretur admiscendam iurisiurādi religionē tar-
tareis suppliciis. Quapropter & moderanda esse videretur consuetudo adigēdi
quoscunq; ad sacramentum citra discrimen. Contingit enim multos adigi in-
cautos & inscios. Qꝫ graue sit cōtraire iurisiurādi religioni, nulloq; pacto adhi-
bere iuramētū in causis friuolis & indignis testimonio rātę authoritatis p̄stādo
tam facilē peierandi occasionē, prętextu eruendę veritatis. Proinde nemo adigē
dus videretur sacramēto nisi antea admonitus & edoctus quāta sit sacramēti re
ligio, & q̃ iniquū peierare. Sed hęc missa faciamus: nō eñ ad cōtrouersiā nostrā
pertinent: quę in hoc stat, An Christiano liceat iurare expediatve aliquando, an
prorsus dedeceat & interdictum sit: de quo satis dictum esse puto.

K Verum vnus adhuc videtur restare scrupulus. An videlicet is qui iurat frequē
ter, nec tñ pro re necessaria aut valde commoda, ad quam confirmandā nō indi
gne omnipotens inuocari in testem potest, cū Christi decretū prętereat qui tan-
tummodo huiuscemodi iuramēta vetat vti probauimus, peccet ita ꝙ reus crimi-
nis sit quod mortale vocant. Prima autem fronte consideranti probabile videtur
huiusmodi esse. Si enim illud est Christi præceptum, illud est pœna mortis, trās
gredienti imponitur vti & cæteris illius mandatis. At contra non videtur con-
sentaneum quemlibet iurantem (modo non peieret) citra necessitatem aut ma-
gnam causam mortaliter delinquere: cum iurare possit tū ex consuetudine quo-
dammodo nō animaduertens, tum etiā quandoq; sciens & volens ad astruendū
aliquod verū quod valde credi cupiat, nō animaduertendo se transgredi diuinū
pręceptū cū hoc inter mandata cōmunia & expressiora nō recensetur, videlicet
non esse iurandū nisi necessitate cogente aut magna vrgente cōmoditate. Præ-
terea cum difficile sit de ipsa necessitate aut cōmoditate decernere, facillimū est
iurantē falli in æstimāda ipsa necessitate vel vtilitate. Quamobrē videtur excu-
sandus. Rursus cū dictum sit inhibitā esse iurādi licētiā ad periuriū pręcauēdū,
cū qs iurat pro re sibi certa vel ꝑsuasa, se peierare nō posse cognoscit. Quocirca

in peierando discrimen non incurrit. Ex his autē apparet durius videri censere iuratē citra necessitatē semper mortaliter delinquere: sed potius cēsendū tātūmodo peccare ad mortē, cū ex perfecto animi decreto ita sciens & volens iurat de re quā turpē aut indignā esse scit: & ob quādā cōplacētiā & voluptatē quā in iurando capit, prǽsertim si cū iurat id faciat sciens institutum Christi: hęcq; sentētia videtur probabilior opposita, respōderiq; potest, argumēto suadente contrariū ab his qui illā probauerint, illud nō esse proprie inter Christi prǽcepta recēsendū, sed potius inter cōsilia cōmunia, tamē & non propria vni tātū vitę generi: vt illud, Si vis perfectus esse, vade vende omnia &c. & similia quæ non datur omnibus, sed tm̄ volentibus illud vitę genus suscipere. Hoc autem datur omnibus Christianis, vt a cūctis peierandi lapsu diuellātur. Quāobrē & huiuscemodi est vt quędā pręcepti ratio ipsis inhęreat, quę in hoc stat vt peierādi occasio, quod fieri potest, aufugiatur. Sed iurās in superius dictis generibus & aliis similibus non exponit se manifesto discrimini peierādi: et si in aliquo se exponeret mortaliter peccaret. Tanto autē magis abest a periculo quanto rarius iurat. Quāobrē qui nūq̄ iurat nisi coactus (vt superius diximus) in securissimo & optimo statu est: qui cū ab omnibus sit exoptādus nunq̄ est temere iurandū. Et ob hoc dicit dominus: Dico autē vobis non iurare omnino. Sed q; in eo statu se collocēt homines non est pręcepti sed consilii. Non em̄ obstrinxit nos dominus pręcepto, sed tantūmodo hortatus est. Et hæc de iuramēto dicta sufficiant.

DE MENDACIO

LIB. XXIII.

SVperest vt videamus quid de mēdacio scripsisti. Scripta enim tua testātur, te in eorū numero esse recensendū qui putant mentiri cū res postulat nullū esse piaculum. Inquis etenim in scholiis tomi secūdi in Hieronymum, Plato in reipublicę libris vult ciuitatis custodes callere artē mentiendi, & popolo imponere, quoties id exigit vtilitas, reliquos mētiri vetat. Vulgus enim crassum nō ducitur veris. Alioquin quorsum erat opus tot cerimoniis in lege Mosaica, quę Hieronymus ob id scribit tradita, ne in deorum cultum prolaberentur? Porro quæ scribit Augustinus de mendacio, quęq; traduntur a nostri tēporis Theologis, partim eiusmodi sunt vt etiam si maxime sint vera, a communi sensu vehementer abhorreant. Et in Methodo ita ais, Cum legamus, Perdes omnes qui loquuntur mēdacium: quosdam tamen probos viros mendaciosos legimus, vt Abraham & Iudith &c. L

Quibus verbis declaras te sentire non tantūmodo licere mentiri pro re & tēpore absq; peccato, verū & expedire. Quę Priscilianistarū heresis fuit summe detestanda, diuo Augustino teste. Illa enim sententia non pugnat solum cū ratione naturali, verū etiam cum innumeris scripturæ testimoniis. Cum homini tātūmodo exclusis cæteris animalibus datū sit eloquium, vtpote rationis par- M

ticipi, vt ea quę mente concipit, alteri significare valeat ad cōmune cōmodum. Quandoquidē voces sunt vt sapiētissime Philosophoꝝ princeps edocuit, tum eoꝝ quę animo percipiūtur & existimātur, tū affectuū qui in ipso sunt signa & notę: idest vox data est ad signāda ea quę interne cōcipiūtur, animoq; insunt. Ex quo sequitur oportere illas eis esse cōsentaneas. Si eñ ab illis dissentirēt, nequaq̄ ea indicarēt. Nam, vt inquit Augustinus: Quiuis aliquid nūciat, testimoniū perhibet animo suo &c. Quāobrē nequaq̄ vtiles forēt, sed cōtra valde incōmodę. Cū magis ad fallēdū essent idoneę, q̄ ad docēdū, aut ad fidē faciēdā. Qui igitur mētitur non ad id vocibus vtiẛ ad quod ab natura institutę sunt. Quāobrē & peccare cōuincitur, cū aduersus naturę prescripta agat. Abutitur eñ donis illius peruerse: longeq; prestaret articulata voce carere vti bruta animalia, quę tñ sonitu quodā suos affectus signāt, q̄ illa perperam vti: cū hęc fallat, qđ iniquū est. Carens autē illa q̄uis indicare nō valeat omne quod internū est, attamē nec fallere potest: Quod tñ nō vidētur animaduertere qui mēdacii patronū agūt. Sed quia mentiri eis quādoq; vtile esse videtur, publicū incōmodū quod ex mentiēdo prouenit non attēdūt. Tollitur quippe omnis humanus cōuictus: omnia cōmercia si mētiri liceat, homoq; ex sociali & disciplinabili soliuagū quid aut mutū gregatile redditur. Animal eñ voce carēs ad conuiuēdū inhabile est. Cū maxime cōuictus constat ex mutuis officiis, quę mutuo prestātur patefactis ope vocis vicissim his quę vnicuiq; vsui esse possunt, qđ ab elingui aut mēdaci perfici nō valet. Quā eñ fidē prestabit quis alteri aliq̄d petēti, si illū mētiri existimet? Quod quidē existimare licet si mentiri liceat. Qui enim quolibet in negocio mētiẛ, pari modo in quocūq; alio mētiri potest. Quāobrē nulla certa fides eius verbis prestari valet. Ex quo sequitur vniuersam cōmerciorū cōmoditatē tolli cū illa vocibus vt plurimū & cōmodissime trāsigātur. Quocirca nec vlla priuato quopiā in negocio cōmoditas quæ ex mēdacio aliquo ꝓuenire queat cōferri in pernicie valet huic publicę incōmoditati cōuictū & cōmerciū abolēti. Nullo igiẛ pacto mētiēdū etiā si priuato in negocio videreẛ fore opportunū. Cū priuata cōmoditas publico dāno coæq̄parari nō q̄at.

N Qua de causa nec pariter detestanda fictio omnis siue simulatio quæ gestu quopiā aut vestitu aliisve signis & motibus peragitur: licet ęque imponere studeret fingens atq; is qui mendaciter loquitur: Quia mendacium nō damnatur ob id ꝙ fallat eū cui quis loquitur: cum falli non semper obsit, sed pluribus in negociis sit opportunū. Quocirca licet omne mēdaciū ad fallendū proferatur, non tamē omnis qui fallit mēdax est: sed is tātūmodo qui falsum asserit fallēdi proposito. Fictio autē aut simulatio cum verbis non agatur, sed rebus quibus indifferēter vti possumus ad diuersa indicanda, licet fallendi animo fiat, nō tamen aduersus prescriptum naturę agit qui fingit, vtentis re ab ipsa instituta ad verū exprimēdū, peruerse & in contrariū videlicet, ad fallendū. Non eñ in fallendo est peccatū, nec fallere prorsus inhibitū: sed tātūmodo cū ad incōmodū eius qui fallitur spectat: mentiri autē semper malum & prorsus interdictū. Cū mendaciū proferre non possit quin deroget publicę cōmoditati. Quamobrem licet non semper noceat ei qui fallitur, sed prodesse valeat: semper tamen obest ei qui illud profert: cū voce abutatur contra id ad quod a natura instituta est,

At dissimulans siue quouismodo fingens in rebus quę nec nocere possunt illi cui imponit, quimo nõnũq̃ prodesse nec sibi ipsi nec publicę cõmoditati obest, non enĩ agit cõtra naturę pręscripta: cũ res illę ab ea non institutę sint ad vnũ tm̃ significandũ, vti vox ad animi conceptũ. Et pręsertim illud quod existimat is qui fallitur. Quamobrẽ si quis illis vtatur ad fallendum, modo non noceat, nec aduersus naturę institutũ agit, nec publicæ vtilitati derogat: sed sibi quandoq; consulit, & cõmuni cõmodo vel patrię vel alio℞. Vt verbi gratia, Si quis per terras hostium transiturus mutet vestitum patrium, ne agnoscatur: fallit quidẽ hostes, nec tamẽ nocet, suęq; saluti consulit. Non enim is vestitus natura institutus est ad signandũ eũ esse illius regionis hominem, sed ejus patrię hominũ constituto & more. Quo etiã ad ornatum vti possumus. Et ad protegẽdũ corpus a frigore cęterisq; offensionibus. Quãuis igitur videns hominem ita vestitũ fallatur in diiudicando cuias sit, verbi gratia, putans illum esse Hispanũ qui Gallus sit, hoc nihil attinet ad simulantem, licet illud ad fallendum induetit. Similiter si duo fuerint fratres quorum alter grauius ægrotet. Cuius filius absens naturæ concesserit ipso inscio, si alter ad eum accesserit veste fulgida indutus vt iudicet domi recte se habere omnia, nihilq; luctus esse, fallendo ægrotum fratrem, eum seruabit, nec sibi ipsi erit noctus: cum præscriptis naturæ non contraiuerit, nec publicę vtilitati quicq̃ detraxerit. Quo genere fictionis legimus vsum fuisse Dauid cũ fugeret a facie Saulis illum persequentis Apud Achis regem Geth. Inquit enim scriptura, Et immutauit os suum coram Achis, & collabatur inter manus eorum & impingebat in ostio portę fluebantq; saliuæ ex ore eius in barbam, & ait Achis ad seruos, Vidistis hominem insanum? Quare duxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi? &c. eaque amentię significatione seruauit se.

Tametsi igitur quandoq; liceat pro re & tempore fingere dissimulando aut [O] assimulando (nec enim semper tenemur proloqui omne verũ & pandere cordis nostri secreta & sensus omnes internos) attamen nũq̃ conuenit aduersantia ipsi verba proferre ad fallendũ, quod proprie est mentiri. Id autẽ plurimis diuinę scripturę testimoniis cõprobatur. Inquit enim Psalmographus, Perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. Et rursus, Delictũ oris eo℞ sermonẽ labiorum ipsorum. Et in Prouerbiis, Qui mendacia loquitur, non refugiet. Et in Ecclesiastico, Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Et rursus in Prouerbiis, Sex sunt quę odit dominus, & septimũ detestatur anima eius, Linguam mẽdacem, manus effundẽtes sanguinẽ innoxiũ, proferentẽ mendacia, testem fallacem &c. Et in libro Sapientię, Os quod mẽtitur, occidit animam. Sunt & plurima alia veteris testamẽti loca mendaciũ detestantia. Cũ nec vnũ sit reperire in quo probetur q̃uis in describẽdis historiis aliqua referãtur prolata mendacia, vel ipsius speciẽ habentia. Esaias quoq; inqt, Vę h filii mẽdaces. Sed & in nouo testamẽto multo etiã expressius execratur mendacium, & ii qui ab eo prorsus immunes fuerunt, cõmendatur. In Apocalypsi enim scribitur de his qui sequũtur agnũ quocũq; ierit: ꝙ in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Et rursus, Non introibit in ciuitatem dei aliquod abominationem faciens & mendacium. Et iterum, Extra portam ciuitatis dei sunt canes venefici, impudici, idolis

feruientes,& omnis qui amat & fallit,mẽdaciũ. Ad hæc omnibus mendacibus
pars illorum erit in ſtagnn ardẽti igne & ſulphure . Paulus autem apoſtolus
erudiens Epheſios quales cõueniat eſſe chriſtianos,& a quibus cauere debeãt,
mendacium prorſus eis inhibet inquiens.Renonamini ſpiritu mentis veſtrę,&
induite nonum hominem:propter quod deponẽtes mendacium loquimini ve-
ritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo.Et ad Titum cõdemnans Cretenſes inter
cætera eos repræhendit q; eſſent mendaces. Et Ioannes præterea quæ in Apo
calypſi,hoc dicit in epiſtola prima.Omne mẽdacium ex veritate nõ eſt: ex quo
ſequitur ex deo non eſſe,neq; ex domino Ieſu Chriſto:qui ſumma veritas eſt,qđ
autem contra veritatem eſt a malo eſt,malum ergo mendacium & a diabolo
progenitum & natum quod & ſaluator dominus Ieſus declarauit in Ioãne his
verbis. Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris veſtri vultis facere:ille hn
micida erat ab initio & in veritate non ſtetit,quia non eſt veritas in eo.Cum lo
quitur mendacium,ex propriis loquitur,quia mendax eſt & pater eius. Tu au-
tem contra hæc tam expreſſa teſtimonia audes patrocinari mendacio.& diuũ
Auguſtinum ab illis edoctum taxare : quod de ipſo diſputans tradiderit quæ
valde abhorrent a communi ſenſu.Itidem & facere neotericos theologos.

P Non profectó pntare debes Eraſme quæ a tuo ſenſu abhorrent a cæterorum
quoq; & cnmmuni abhorrere . Senſus enim Auguſtiui & cæterorum patrum
longe diuerſus eſt a tuo:qui tamen tuo non inferior ſed longe exactior & perfe
ctior ab nmnibns exiſtimatur . Cui & boc in dogmate ratio nobis innata,quæ
verus communis ſenſns mnrtalium eſt, aſtipulatur, vt ſuperius declaratum eſt.
Præterea cum contrarium ſit veritati mendacium,& ex diabolo nrtum : quo-
modo valeat eſſe probandum? Oratntum autem mnris eſt & enrum qui cau-
ſas agunt mentiri,quotieſcunq; npportunum ſit ad cauſam quam ſuſtinent agẽ
dam. Quocirca fnrte minus mirandũ te mendacin patrocinari ab illis edoctũ.

Q At forte inquies nonne ratin ſuadet ad vitandum aliquod ingens malũ vel
ad magnum bonum conſequendum,quandoq; eſſe mẽtiendum? præſertim cũ
mentiẽdo nemini noceamus:multis autem opitulemur? Nnnne & maioris ma-
li vitandi gratia minus malum eſt peragẽdum? Plurima enim extant exempla
in ſcripturis virornm quæ probatiſſimi fuere,quns tamen legimus fuiſſe men
daces. Proinde quomodo improbabimns omne mendacium? Sanctus nempe
Abraham apud Aegyptios Saram dixit eſſe ſnrnrem ſuam & non vxorem.Et
Iſaac pariter dixit Rebeccam eſſe ſororẽ ſuam . Et Iacob dixit Iſaac patri ſe eſ-
ſe Eſau primngenitum:quoniam maior ſeruiet minori. Obſtetrices etiã Aegy-
ptiorum mentitę ſunt de filiis maſculis popnli Iſrael,& a deo ob id factum re-
muneratæ ſunt . Rurſus Raab apnd Hiericbiuntinos mentita eſt vt ſeruaret
exploratores populi Iſrael &c . Quibus omnibus vna reſponſione fieri poteſt
ſatis Cui hoc præmittẽdum nullnm reperiri exemplum in lege Euangelica no-
uoq; teſtamento,in quo nmnia ad perfectum redacta ſunt,mendacii a quopiam
probato viro prolati.

R His autem qnæ de veteri adduxiſti,licet tibi daretur ad contentionem diffu
giendam aliquod eorum verum fuiſſe mẽdacium.Reſpondeo primum illa tã-
tummodo recitari in veteri ſcriptura,nõ autem per ipſam probari.Quãobrem

nec ex eo conuinci, mendacium defendi posse, quis probati viri eius temporis illa protulissent. Nā & iusti aliquādo delinquunt iuxta Psalmographū, septies in die cadit iustus. Quamobrē nec in his imitanda iustorū exēpla, sed in quibus profecerūt & quæ optima sunt. Et pręsertim ab Euangelii professoribus quos vti legis sublimiores sectatores conuenit ab omni labe esse immunes, si perfectionis fastigium quo tendunt attingere velint. Sed & verissime dicere possumus illa non fuisse mēdacia cū prophetico spiritu prolata fuissent. Cuius dicta aut facta nulli legi subiiciuntur. Mysticas autē locutiones non esse mendacia manifestum est. Cū verissime significent id ad quod prolatę sunt: quod agnoscitur ab his qui illas intelligūt, q̄uis alii ea non capiētes aliud sentiāt. Omnis enim ennunciatio ad id quod enunciat referenda est. Omne autem figuratū aut factum aut dictum, hoc enūciat quod significat eis quibus intelligēdum prolatū est, vt rectissime sentit Augustinus. Nemo enim tā obtusus est qui putet metaphoricas locutiones esse mendacia, cum tamen aliud prætendant ab eo quod sonant, vt cū dicimus prata ridere, & segetes luxuriare, & huiusce generis infinita, quæ per translationem referuntur. Præterea etiā respōderi potest multis minus diligenter res perpendentibus videri illorum plurima esse mēdacia, quæ tamen nequaq̄ fuerunt, vt illud Abrahę, & illud Isaac. Superius enim diximus, non eum mentiri qui tacet verum, sed qui dicit falsum animo fallendi. Non aūt dixit pater Abraham Saram non esse vxorem suā, mētitus enī fuisset, sed dixit, dic ꝙ mihi soror es, quod verum erat genere paterno. Secūdū autem Hebręorum & scripturarum consuetudinem, vt optime probat diuus Hieronymus, huiuscemodi dicuntur fratres & sorores, quia eiusdē cognationis sunt. Sara autē hoc pacto Abrahę soror erat. Quod autē de obstetricibus & Raab scriptum est: non commendantur ob id quod mentitę fuerint, nec pręmiātur: sed ob opus misericordię quod peregerunt. Propter quod & indulsit dominus eis mendacium. Leuius enim peccat qui mentitur ad bonum peragendū, q̄ qui ad malū. Quod apposite & vere docuit Rabanus Theologus egregius super illud libri Sapientię, Os quod mentitur, occidit animā: Inquiens, Est mēdaciū leuioris culpę cum quis mentitur pręstans beneficium. Qꝫ autē scriptū est deū benefecisse obstetricibus Hebręorum & Raab meretrici, non ideo factum est quia mentitę sunt, sed quia misericordes fuerunt. nec remunerata est fallacia, sed beniuolentia. Sic ille.

Ad alterum argumētū, quod magis vrgere videtur, primū dico illud attingere aliā quęstionem ab ea de qua huc vsq; disseruimus. In hoc enim stat controuersia nostra, ꝙ tibi videtur aliquod mendaciū non esse malum. Ego autem a diuo Augustino & cęteris patribus edoctus contēdo quodcūq; prauum esse. Hęc autē quęstio est, an vnq̄ sit mentiendū, vtputa maioris boni assequēdi aut ingentis mali vitandi gratia. Quantū ad primū dico rationē suadere nūq̄ esse mentiendū. Cū dictet non esse facienda mala vt eueniant bona. Malum autem esse mendaciū iam probatum est. In altero maior videtur esse difficultas: Cum videatur consentaneū ad id quod iniquius est vitandū minus iniquū esse peragēdū. Quod quidē verū esset si quis redigi posset in has angustias, vt alterū peragere necesse esset: sed id non contingit, Nemo enim ad peccandū cogi po- S

test,cum voluntatis arbitrio nemo vim inferre valeat. Verum si adhuc magis instas dicens æquum videri ad vitandum ingens proximi incommodum corporis aut spiritus,mentiri licere citra damnũ cuiuscũq;. Respondet tibi probatissimus Iob,Deus nõ indiget mendacio vestro.Valet quidẽ omnipotẽs vitare ne eueniat id quod deterius est si ei videbitur opportunũ absq; mẽdacio nostro. Quãobrem cũ his coarctamur angustiis,humillime deprecandus est vt prouideat ne quod imminet eueniat siue corporis siue spiritus malũ fuerit.Attamen & congruere videtur bonitati diuinę, q; si quis mentitus simpliciter fuerit ad seruandam alterius vitam propter deum vt magis attẽdat ad opus misericordię peractum q̃ ad prolatum mẽdacium.Illudq; gratũ sit magis q̃ hoc displiceat,quod declaratum est in facto obstetricum & Raab.

T Quapropter si dicatur quãtum ad bonũ corporis & omne id quod temporaneum est quãtũcũq; ingens fuerit neutiq̃ esse mẽtiendũ,eoq; nullum malum spiritus q̃uis exile sit eligẽdũ propter quodcũq; cõmodũ corporis.dura quidẽ videtur sententia vt permittendum sit potius aliquẽ iniuste interfici,q̃ simplex mendacium proferre,quo ille seruari possit.Attamen, vt dictum est,prouidere potest dominus si ei placuerit ne id eueniat. Sed quomodocunq; res se habeat hoc certum est, omnẽ diligentiã adhibendã esse & cautionẽ ad mendaciũ euitandũ.Potest enim etiã seruari homo alia via aliisq; modis q̃ mentiẽdo:q; si ita coarctamur vt omnino alterum sit futurũ precãdus summe deus, vt vel vtrũq; amoueat,vel quod eligendum sit aspiret,qui si suggereret falsum esse dicẽdũ, illud non esset appellandum mendacium.Licet videretur q; arbitrio libertatis spiritus esset prolatum,non vt cuiq̃ noceret,sed potius vt seruaret.

V Sed quid ad vitãdum malum spiritale,legẽ ne certã habemus quã sequẽtes aberrare nequeamus? Dicendum equidẽ reor secũdũ charitatis institutũ bonũ nostrum alterius bono cuiuscũq; generis modo par sit præferẽdũ esse. Ex quo sequitur malum proprium potius vitãdum q̃ alterius. Cum igitur res ad has angustias redigatur manifestum est quãta diligentia vitãdum sit mendacium, nulloq; pacto esse proferẽdum ad aliquod proprium siue cõmune cõmodum, tãtũmodo ad hanc mortalem vitam pertinens. Tu autẽ ais,Platonem velle in libris reipublicę prę̃sides ciuitatis populo imponere quoties id exigit vtilitas, eo q; vulgus crassum non ducatur veris: quod & si censeret Plato, quid tum? Nonne & eisdẽ in libris plurima alia constituit detestanda, quæ neutiq̃ fuere probata? Quinimo a pluribus philosophis,& prę̃sertim ab Aristotele eius discipulo reprehensa? vt & statuit de rerum & fortunarũ cõmunione,de vxoribus & plerisq; aliis.Non enim Platonis dogmata nobis legem constituũt,sed Iesu Christi.At certe nec Plato vnq̃ intellexit proprie esse mentiẽdũ,tametsi statuit esse opportunũ cum queq̃ ad vtilitatẽ propriã fallere valeamus aliis modis q̃ mendacio,vt pote apologos ei proponẽtes aut agentes fabulas.Cui illa magis inhęrent.Ipsum animũ facilius subeunt quæ persuadere malumus: qua industria ex his quæ multitudini notiora sunt deducuntur ad assentiẽdum ignotioribus. Gaudet enim populus illis imaginibus & figuris q̃uis sciat illa quæ narrantur non esse vera,quãtum ad id quod verba primũ cõmuniter signant. Quapropter & his facilius persuadętur,vt Romanæ plebi contigit. Cũ a pa-

tribus diſſentiẽs in mõtem ſacrũ ſeceſſiſſet:ſicuti Liuius teſtatur. Nec vllis rationibus a cõplnribus legatis ad eam a Senatu trãſmiſſis a ſentẽtia dimoueri potuiſſet. Apologo tãdem illo de vẽtre a Menenio Agrippa recitato mox perſuaſa in gratiam & cõcordiam cum patribus rediit. Nemo tamen eſt tã rudis qui putet Apologis vt Aeſopi & cæterorum fabuliſq; vera narrari: licet vti allegoricis ad aliquid docẽdum, & facere aues vel quadrupedes loqui: attamen quia aliud ſignant q̃ verba communiter exprimãt, nemo mẽdacem arbitrabitur qui illa cõfinget aut recitabit. Sed quid ad rem pertinet ꝙ inducis in lege Moſaica traditas fuiſſe ceremonias ad imponẽdum populo: niſi velis omnipotẽtem deum eam legem tradidiſſe vt ſuo peculiari populo imponeret: quo quid abſurdius dici poſſet? Nec tibi opitulatur Hieronymus q̃uis dicat illa tradita ne in deorum cultum prolaberentur: que cauſa licet vere ſola fuiſſet illam tradẽdi, non tamen illis cõtinere in officio populum eſſet illum decipere. Cũ nihil falſum eſſet propoſitum ad eum fallẽdum: ſed nequaq̃ Hieronymus ſenſit illa ſola ratione legem Moſaicam fuiſſe traditam. data nanq; fuit lex, & illę ceremoniæ inſtitutæ tum ad meliora ſignanda quæ erant futura, tum ad præparãdum populum ad illa recipienda, vtpote typo quodam antea prægustata.

OPERIS CONCLVSIO ET DISPVTATIONIS FINIS, PRO LIBRO.XXIIII.

SEd quid ago adhuc differẽs? nam res poſcit tẽpuſq; poſtulat vt tãdem labori modus ponatur: cum propoſitũ iter iam abſoluerimus, optatumq; littus ex alto proſpiciatur. Nã pluſq̃ ſatis vela vẽtis dedimus, procelloſiq; æquoris vaſta ſpatia ſumus emenſi. Præſertim cũ cymba noſtra diutius colluctãtibus vndis agitata, iam faticat. Quapropter & carbaſa nobis legenda & placido curſu contendendum, vt portũ ſubeamus, alacreſq; remis incumbentes continenti applicemus: immenſas omnipotenti deo gratias agẽtes qui cœptum curſum perficere dederit. Nã & apprime cõuenire videtur in peculiari argumento damnandi mẽdacii, quod tu tueris opus abſoluere. Cũ veritatis tuendæ gratia vniuerſum laborẽ hũc ſuſcẽperimus. Non enim vir clariſſime cõtradicẽdi tibi ſtudio aut minus beneuolo erga te animo quicq̃ ſcripſimus hoc in opere: ſed tantummodo religionis noſtræ zelo dogmataq; & ritus illius defendendi gratia: cũ placita tua vt ex recitatis locis cõſtitit illorũ plurimis e diametro pugnent, immutareq; illa omnia & cũcta innouare verbis tuis cõtendas, quæ tãto magis nocua ſunt quãto maiore induſtria, arte, eloquẽtia, & dexteritate, a te ſunt prolata. Noſti eñ hoſtes domeſticos plus nocere poſſe, quum ſpeciem amici prætendant q̃ apertos inimicos, quorum ſola nomina obhorrentur: perinde quæcunq; proferũt mox reſpuuntur. Quapropter eum illa quæ dixiſti aduerſantia patrum ſententiis, ec- X


clesię tinbus orthodoxorumq; institutis & moribus non hostili veste indutus protuleris, sed sub catholici professione velataq; specie quadam pietatis, suauius oriri possunt a multis putantibus singularem quãdam & salutarem imbibisse doctrinam, idoneam ad reiiciendos veterum errores. Noua enim & apte ac incuude prolata natura omnibus placẽt, & pręsertim iunioribus, cũ tamen letale toxicum imbibissent. Hac de causa ad asserendam veritatem, dictaq; tua discutienda pręstita mihi a te non solum ansa & occasione, sed causa ex his quæ ad me scripsisti, licet uon me satis idoneum agnoscerem qui tale munus subirem, tecumque ego imperitus sermone maxima dicendi facultate prædito de tam grandibus materiis disputarẽ: attamen impulsu quodam spiritus cum multo timore ac tremore tentaui facere quod in me erat.

Y Qua in re licet minns assecutus fuerim quod petebam, attamẽ conatus ipse & studium reprehendi non possunt. Nec enim condemnatur in faciendis oblationibus æs offerens qui auro & argento caret. Nam farre litãt quibus maiorum libamiuũ facultas non est. Hæc igitur tecum colloqui statui, non vt recũ congrederer, quia me non tanti facies nõ vt obiurgarẽ, verum vt his admonitum reexciratem ad tua cũ animaduersione relegenda, vt pietatem cunctis rebus pręferens posthabito omnis contẽtionis studio illa e scriptis tuis detrahas quæ multiplicem ansam pręstare possunt multis periclitaudi, tamq; expresse mali sonaut vt nulla recta interpretatione defendi possint. Et si qua ancipitia fuerint, ea ita declares vt nemini offendiculo esse queant. Humanum enim est quaudoq; labi: ad quod procliuiores sunt qui plurima agunt vel scribuut. Qui euim nulla aut paucissima tentant experiuuturve quid possint, quemadmodũ oportet benefactorum laude careaut, ita etiam lapsibus vacãt: quos etiam scriptura execratur inquiens, Maledictus homo qui in vano accepit animam suã. Qui autẽ semper agunt & laborant in rebus pręclaris, vti laude frustrari non possunt, ꝙ conẽtur, ita non tam vigilantes esse valent, vt omne peccatum pręcauere queaut. Quamobrem & vsurpatum fuit triuiale illud prouerbium, Qui nihil agit non aberrat: quasi diceret, Qui multa agunt quãdoq; aberrare oportet, quod illi scriptorum generi accidit, qui tanta celeritate pręditi sunt, tanto ingenii impetu vel comparandæ gloriæ cupiditate vt statim edant quod scripserint, anteq̃ recto iudicio ea examinauerint quæ exararũt. In quorum albo te esse recensendũ tu ipse pluribus locis & ad me scribens fateris. Quod si in cæteris tibi condonandum esset, in his certe quæ ad religionem pertinent nequaq̃ condonari potest. Sed de his hactenus.

Z Cæterum si quod verbum in differendo mihi exciderit intemperatius, ne in malam partem accipias quæso, quasi dictum fuerit lędendi gratia, quod tam abfuit a meo proposito quantum animus meus abest, vt detractet viris doctis quos omnes perpetuo amaui & obseruaui, te etiam suspexi. Quamobrẽ si quid tale exciderit quod aureis tuas offendisset casu dictũ putato. Pręterea si nimiꝰ fortasse fuerim in recitandis dictis sentẽtiisq; tuis, collectis primum vnicuiq; argumento propriis, & rursus illis respondẽdo separatim recẽsitis, quapropter & legenti fastidium fecerim, veniam esse dandam arbitror. Vtile enim ratus sum cuncta argumenta tua & loca eandem astrueutia sententiam collecta in

medium afferre priusq̃ eorum alicui responderem, eo q̃ integra sententia & perfectus sensus tuus ex omnibus magis elici queat, q̃ ex singulis separatim: cum dicta se mutuo declarent & interpretentur. Facile est enim vnica in propositione prolata sententiola tergiuersari & elabi vinculo pertinacius contendendi verbis, te non sic sensisse, orationemq; esse amphibologicam, perperamq; ab aduersario acceptam fuisse. Pariter & ignoscendum, si in differendo prolixior quandoq; fuerim, q̃ necessitas postulare videretur. Inter disputandum enim multa occurrũt ad rem facientia, quę tamen cũ disputare cœptũ est, dicere nõ decretũ fuerat. Prę terea in his discutiendis, quę ad religionem defendendam pertinẽt, potius videtur esse abundandum q̃ deficiendum. Et respondendum, non solum obiectis, sed etiam illis quæ a tergiuersantibus pertinacibusq; rursus obiici possent, vt prorsus omnis proteruiendi cauillandiq; materia aboleatur. Vnde diuus Hieron. aduersus Iouinianum, Statui, inquit, cuncta molimina tua quasi instructam aciem contra me ponere, & totum hostilem exercitum cum suis turmis ac ducibus cõgregare: ne post primam victoriam alia deinceps prælia nascerentur. Superest vt veniam deprecer, si quid a me dictum fuerit quod minus rectum probatũve sit, quod de facili contingere potuit in tam varia & diffusa disputatione. Nihil enim horum pertinacius assero. Nam vt ille dixit, Sunt bona, sunt quędam mediocria, sunt mala plura: Quæ legis hic, aliter nõ fit Auite liber. Scripsi quę mihi visa sunt veritati consona, & ad pietatem conducentia: quod si assecutus fuerim in plurimis, gratiæ per me agendæ sunt omnipotenti deo & domino Iesu Christo Seruatori: qui ea mihi proloqui dederit. Quę autẽ minus recte dicta fuerunt, ob meam imperitiam illa prorsus abnuo. Cuncta enim subiicio sanctæ matris ecclesiæ decretis, & meliori oĩm iudicio, præsertim sacrę theologię professorum. Det igitur tibi summus deus Erasme semper optima quæq; sentire ac docere, ac commodissima ꝓloqui: cunctq; his exoptatam felicitatem. Vale pridie dominicæ Resurrectionis. Anno. M. D. XXX.

Imprimebat autem hæc Iodocus Badius Ascensius in clarissima Parthisiorum academia, cum gratia & priuilegio a tergo primæ chartæ expressis: septimo Idus Martias, sub pascha M. D. XXXI. Ante quas mense Ianuario diem sui premum obierat, cum summa bonarum literarum iactura, author ipse Albertus Pius Carporum Comes illustrissimus: de quo hoc emissum est distichõ:
Hos tibi cana fides Pius ægris flatibus hymnos,
Hæc sibi, ceu moriens, iusta canebat, holor.



105

157